


13
6 M
39



DECISIONES
ROTÆ, SACRI PALATII APOSTOLICI AVENIONIS.



NVNC PRIMVM IN LVCEM EMISSÆ, & cum suo debito splendore per earum auctorem traditæ, & completæ: multum vtiles ad similes & quotidianos definiendos casus.

AVCTORE ILLVST. & MAG. D. HIERON. A LAVRENTIIS, Auenionensi, Vtriusque Iuris comite, & eiusdem Rotæ decano.

Cum repetitione illius difficillimæ legis, Si emancipati. C. de collation. Vbi alta, & profunda collationum materia differitur, & declaratur. Cum multis responsis eandem materiam concernentibus.

AD CLEMENTEM VIII. PONT. OPT. MAX.



Ex legato

Attnⁱ Cecini






LVGDVNI,
IN OFFICINA IVNTARVM,
APVD HORATIVM CARDON.

Anno Iubilæi, M. D C.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





BEATISSIMO, AC SANCTISSIMO D. N. CLEMENTI OCTAVO PONTIFICI OPT. MAXIMO.

Hyeronymus à Laurentijs Auenionensis. S. P. D.



OGITANTI mihi (Beatiss. Pater) ac superiorum sæculorum memoriam in animum reuocanti, Beatæ illæ Respublicæ videntur, quibus regendis, & moderandis hi præfuerunt, qui priuatorum commodorum obliti, omni studio, cura, & cogitatione in ciuium salutem, communémque vtilitatem incubuerunt. Quod dum cogito, ac vicissim in Auenionensem hanc ciuitatem animo me cõuerto eandem nulli alteri de fœlicitate, ac de gloria concedere verè sim dicturus. Habuit enim ante ducentos circiter annos, eos principes quos Christus ipse suæ ecclesiæ præesse voluit, quibus vt summis primarijsque pastoribus Christianum gregem pascendum commisit. Et penes quos, soluendi, ligandíque potestatem esse voluit. Qui Christi vices agunt in terris, quibus regni cœlorum claues sunt traditæ, quíque dilectissimam Christi sponsam ecclesiam, scilicet Catholicam regendam susceperunt. Non quæsito fauore, vel potentia, vel fortuita quadam sorte. Imò sancti Spiritus afflatu, ac numine, deóque sic volente in eam (quę omnium est maxima) sunt vocati, & promoti dignitatem. Et quanti nostra fœlicitas æstimanda eos nobis dominos præfici, quos suo gregi Christus sua voce præfecit. Quíque ea prędíti sunt, non solùm auctoritate, sed etiam sapientia, vt nos in maximis tempestatibus, ac fluctibus à naufragio seruare possint. Quæ nostra est gloria, nostram vitam, nostras fortunas, & quæ sunt charissima nobis, eis maximæ esse curæ. Ad quorum sanctissimos Imperatores, Reges, magníque principes, vel etiam ab vltimis terrarum oris procumbunt. quorum sanctissimum vultum reuerentur, & colunt. quorum vocem imperij plenam audiunt, & sequuntur. Quid meliùs nobis esse posset quàm liberalissimos, ac beneficentissimos principes, diuina potiùs, quàm humana pietate, nihil non agere, quod ad nos spectare possit? vt tam sæpe experti sumus. Atqui pleró́sque alios videre licet, quibus ob dominorum auaritiam, vel etiam crudelitatem, tam deest quod habent, quàm quod non habent. Qui ære, tributísque vexati nihil suum iactare audent, nihil tutum habent, suis bonis spoliantur. vixque & quod reddit ager, & quod laboriosus sudor addit est satisfaciendo istorum principum cupiditati. At quos sanctissimi pontifices Romani sumptus non fecerint, vt nos in maximis periculis constitutos, nostrámque

* 2 ciuitatem

ciuitatem è ferro, & flammis furentium hæreticorum eriperent? quantum sui æris erogauerint ad sustinendas fortissimas,& maximas copias,quæ hostium istorum conatus infringerent, & impendentia ceruicibus nostris pericula procul depellerent? Dum aliæ vicinæ ciuitates aut externis,aut intestinis discordiis exagitatæ,aut ex insidiis,& sceleratis conspirationibus captæ,& diruptæ in grauissimas ærumnas inciderent cœlum & terra miscerentur,obruerétque omnia belli calamitas summorũ pontificum studio,liberalitate,ac singulari in nos pietate proximè post Deum seruati sumus. E' vicinorum tectis sublatas,& longè, latéque dispersas hostiles flammas vidimus,ciuium miserorum querulas,& suspiriis interruptas voces, ac profusis lachrymis maximam calamitatem testantes audiuimus. Scimus quoque in optimis ciuitatibus quicquid erat turpitudinis, aut sceleris hostem crudelissimum exercuisse, virgines sacras in sacris recessibus violatas, ac prostitutas in sanctis diuorum locis fœda,& turpia admissa.Porrò,res sacræ diripiebantur,priuatæ auferebantur,& publicæ deformabantur,fana, & profana erant omnia.horum quod simile nihil pertulerimus Deo in primis optimo,tum vestræ pietati summi Pontifices, vestræ sapientiæ, & liberalitati debemus. In quorum etiam commendatione hoc nunquam fuit postremum,quod prudenter ipsi secum reputarent,parùm esse principem,& optimè sentire,& optimè imperare, nisi quoque eos suæ voluntatis ministros habeant, qui pari studio publicam salutem,& dignitatem complectantur.Nostræ ciuitati eos præfecerunt,quorum fidem, integritatem, & prudentiam non obscuris documentis multò ante experti fuissent, & probassent. Non repetam vetera,recentia sunt, & in oculis versantur nobilissima testimonia.Difficillimis hisce temporibus fœlicis recorda.Carolum Borbonium Cardinalem Illust. & optimum principem à sacro latere legatum dignissi.excelso,magnóque loco natum,(& cuius è Regio Francorum sanguine ducta est origo) præfectum habuimus. Huius in nobis seruandis studium, & curam, quid me enarrare opus est? Cum,quæ de eo dici, vel cogitari possint tibi sint,sacróque collegio notissima.Quis verò nescit,quanta animi alacritate,ac vehementi desiderio religionis Christianæ propugnationem susceperit?Ac de ea vna in regno Galliæ fide stabiliẽda sanctè cogitauerit,nihil suæ ætati, nihil valetudini,nihil suis commodis,ac vitæ concedens. Et tandem firmus, & constans potiùs mori voluit, quàm fœdari, vt in perpetuum per gloriam viuere intelligeretur. At Georgij Armeni[illegible] collegæ integerrimi(cuius animæ æternum bene sit) præclarè merita, actiones prudentiæ,consilij,ingenij magnitudinis,animi,æquitatis,iustitiæ plenissimas, qu[illegible] non vidit,aut laudatas non audiuit? Talem enim se præstitit in illis tunc periculosissimis rebus agendis. maximè in seruandis huius,& vicinorum ciuitatum populis, vt nisi eum quasi tutelarem quendam Angelum in aduersissimis rebus habuissemus, cum plurimis occumbendum fuisset nobis. Quotiens hanc Auenionensem ciuitatem obortis tempestatibus naufragio proximam retinuit incolumem?Quotiens subiectos ignes extinxit?ferrum è ceruicibus nostris repulit?

Cæterum in illius laudibus hoc minimè omittendum est, cùm sciret rempublicam nusquam magis florere,meliúsque firmari,quàm cum in ea Iustitia suam maiestatem retinet. Nihilque esse periculosius, quam iudicio vnius iura omnium esse submissa, de instituendo Iustitiæ sacrario, & cui moderando ministros præficeret, cogitauit.Incidunt enim nonnunquam cõtrouersiæ iuris tam perplexi,ac inter peritos tam parùm certi, vt de eo iudicialis constitutio non tam vnius,quàm multorum sententia niti debeat.Itaque vt dicto vulneri mederetur,imperiúmque suum iurisdictio debito conseruaret,Pio quarto Pontifice sic volente,ac Carolo Borbonio assentiente sex virûm delectum habuit, ex his, qui iuris, & vsus forensis consultissimi, ac

præterea

prætereà cordati ius,& æquum dicerent omnibus. Qui denique adamußim,exactè quidem iudicia promerent: ſed æquitate tamen condita, & temperata. Hos litium diſceptatores, & auditores Rotæ ſolent dicere, quorum conſeſſus ampliſsimæ illius Romanæ curiæ ſimilitudo, & imitatio eſt. Indignum enim erat eam ciuitatem, in qua ſederunt aliquando Pontifices ſummi, quorum præſentia, & amplitudine cæteris omnibus antecedebat,& quorum ſacris,& magnificis monumentis etiam nunc reſultat adhuc eorum ſacra retinens oſſa, hoc ſanctiori iuſtitiæ domicilio non ornari. vnde ſanctiſſ. illi glorioſæ recordationis Sixtus quintus,& Gregorius Papa XIIII. ſuo ſacro diplomate confirmarunt. In huius quidem curiæ collegium poſt annos viginti quatuor ſum cooptatus. In quo quam maximè potui laborioſè,& integrè cum collegis optimis, ac experientiſsimis litium diſceptationibus verſatus ſum. Idque maximè ſpectauimus vt æqui, & boni momenta cum iure ſummo expenderemus. Exquiſitámque & limatam iuris ſubtilitatem æquitate moderaremur. Hoc quidem onus, pater ſanctiſsime,graue eſt, & in primis arduum. Et neſcio an aliud, vel maiorem religionem requirat. In concertatis enim, & agitatis controuerſiis,quæ teſtimoniis,auctoritatibus & ſcriptis,præiudicatis multifariam,& variè inſtruuntur, in quibus teſtes vltro, citróque citantur in quibus certant vndique conſulta, & Iuriſconſultorum & interpretum ſcripta, reſponſa in his inquam decernere quid verum eſſe debeat,& rectum ſit vt nemini iniuria fiat,difficillimum eſt. Adde ſi placet, qui ius dicunt multos ſibi inimicos acquirunt,quia veritas odium parit. Vt tandem noſtræ procurationis ratio aliqua apud S. T. conſtaret, & qualiter in iudiciis noſtram fidem liberauerimus clarum fieret,ſelectiores quaſdam deciſiones collegi, quas de amplexis quibuſdam controuerſiis pronuntiauimus, meorum etiam collegarum labore maturatas,& confectas. Et cum eorum in ferendis ſententiis integritatem, ſolidámque iuris cognitionem maximè perpetuò fecerim, putaui officioſè me facturum ſi tam digeſtos,ac tanta cōtentione diſcuſſos labores in lucem oſtenderem. Et eos audentiùs in apertum protuli,quòd,vt his, qui longum & moleſtum iter aliquò inſtituunt, ab aliis notatæ viæ plurimùm conferunt: Sic in litibus dirimendis, quæ ſimilis ſunt argumenti futuras iudiciorum à nobis deſcriptas formas obſeruare non prorſus infrugiferum fuerit. Tametſi pars earum iam in lucem venerit,quod me inſcio, & furtim id factum eſſe credas. Itaque cum cogitarem huic meo fœtui magnam ex tua auctoritate acceſsionem addendam, magnúmque apud homines plauſum ſi tuo nomine,ſplendore,&gratia in lucem exiret,auſus ſum,Pater Sanctiſsimè, id operis. T. S. nuncupare, quod à me humillimo clientulo tuo, tibíque deditiſsimo eſſet elaboratum. Atque vt hoc facerem adductus ſum conſtanti tuæ humanitatis fama, & ea virtutis opinione,quæ,& ante huius Pontificiæ dignitatis amplitudinem,& poſt eam adeptam de te apud bonos omnes peruagata eſt, qui per omnes virtutis gradus, ſacro inſpirante flamine, ad hoc regale ſolium perueneris, tuorum procerum veſtigia ſequutus, quorum etiam apud nos pietatis, & erga Deum religionis monumenta apparent, relucéntque præclara inſignia tua à ducentis iam elapſis annis,in monaſteriis,& piis affiixa locis,cum nominibus, & titulis Illuſtriſsimorum Aldobrandinorum. Sed quid admirabilius audiuimus vnquam, aut ſanctæ ſedis dignius? Regem Gallorum nunc Chriſtianiſsimum ſanctiſsimæ parētis eccleſiæ gremio ſupplicem excepiſti, regnúmque illi iure ſanguinis debitum,auctoritate qua valent,qui Chriſti oues paſcendas receperunt quæ tua eſt clementia reddidiſti. ſic vt Galliam propter inteſtina bella ruinam irreparabilem minantem, non deſperemus recuperata auſpiciis tuis dignitate florentiſsimam nos aliquando tandem videre poſſe,cum tam deſiderata pace. Magnum iſtud eſt profectò,& honorificum, ſed haud

ſcio an maius ſit hoc, & honorificentius quòd barbaros antiquos, & internecinos Chriſtiani nominis hoſtes, Mahumetanos, ac Turcas ſollicitatis regibus, ac principibus, tuis etiam copiis, & armis ita profligaris, vt partim occupatas per vim ciuitates, ac regiones receperis, partim alias Imperio Romano plurimas addideris, iámque prope debellatos ad extrema coegeris ſubſidia confugere, tu victor & triumphator ſine ſanguine vincis, & duros eccleſiæ hoſtes ſacra tua ſuperas manu: & tibi facis eſſe deuotos humiles & obſequioſos. Non tuis voluiſti acquirere (quod iuſtè poteras) ſed magis ſponſæ tuæ ſacratiſsimæ cui recuperata liberè tradis. Cuius imperium magno tuo labore auxiſti. Hæc duo ſacra nomina cęlitus tradita ſunt tibi Clementis, & Auguſti quæ tuis ſacris conueniunt rebus. Sunt prætereà ea humanitatis à te edita teſtimonia, vt quæ de optimo paſtore, patre, & principe ſuorum amantiſsimo, & omnium virtutum, & literarum genere excultiſsimo expectari poſſunt. Et quid audaciæ non mihi daret bonitatis tuæ fiducia, tot argumentis iam nobis probata? Itaque cum tuæ ſanctitati me gratum, & memorem aliquo officij genere præſtare vellem, nec quicquam haberem amplum, & tua maieſtate dignum, quod offerre poſſem ad ſalſam molam me contuli offerendam, cum thura mihi deeſſent. Neque enim omnes thure libare queunt. Accipe igitur Pontifex maximè, & princeps optimè, Pater humaniſsimè, hoc obſeruantiæ in te meæ humillimum Symbolum, non tam rei quæ datur tenuitatem, quàm donantis animum æſtimans. Et quò Deus Opt. Max. integra, ſaluáque, & incolumi hac dignitate, & vita, te nobis Chriſtianóque gregi in multos annos conſeruet aſsiduè deprecabor. Auenioni, Calendis Nouembris, 1599.



AD



AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENdißimum Carolum, Cardinalem de Borbonio, Legatum Auenio. Principem optimum, Hieronymus à Laurentiis.

Te quoque Borboniæ Princeps clarißime gentis,
Ausus sum tabulis inseruisse meis.
Ipse quidem, sanguisque tuus, splendórque vetabat,
Muneris at ratio maior habenda fuit.
Ecquid te merito non præferat iste libellus,
Cuius tu ipse auctor, præcipuúmque caput.
Auenicæ decreta Rotæ sanctißima pandit,
Tu quoque es Auenicæ dúxque, capútque Rotæ.
Hanc siquidem primum statuis, tum prouidus illi,
Instructos omni perficis arte viros.
Illi ius dicunt populis, & vindice dextra
Compressa cohibent seditione reos.
Sic humeris commissa tuis res Gallica quondam
Fœlix, si fœlix forsitan esse queat.
Dignus eras igitur grauiori carmine, dignus
Cui sacræ Ascræas musa Maronis opes.
Nec satis hoc fuerit, virtus tua clarior ipsis
Sedibus æthereis excipienda foret.
Sic tua relligio diuum notißima templis,
Quæ radiant donis aurea facta tuis.
Sic pietas, sic sancta fides, sic candida mentis
Integritas, superis te facit esse parem.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISsimum, Octauium, Cardinalem de Aquauiua, Auenionis de latere Legatum, Hieronymi de Laurentiis Epigramma.

Est eadem mihi causa tibi (Clarissime Princeps)
Par modo quòd voueam, munus, & obsequium:
Nam quo Borbonius Princeps fulgebat honore
Partibus in nostris, dignus & hocce nites,
Missus vt est quando Gallos inuaserat olim
Bellum, nos simili tempore missus, adis:
Téque Clemens, Pius hunc legat, ambo lumina mundi,
Lumina splendenti splendidiora die.
Hunc regni pietas, hunc summa clementia pellit:
Sic vtriusque quadrat, res bene nominibus.
Gallia magna satis, sed maxima nostra Clementi
Vrbs debet, tanto condecorata viro.
Stemmate tu claro, Procerium tu sanguine cretus,
Inter purpureos, maximus ésque Patres.
Mercurius tibi fundit opes, tibi doctus Apollo:
Te Bellona colit, téque Minerua beat.
Munere splendescis bino, dignißimè, magna
Auenicis viua, flumina fundis, aqua.
Iustitiam cunctis mira ratione rependis,
Te vidua extollit, téque pupilla beat.
Dotibus innumeris, cùm te natura ditarit,
Nil dare maius habet, æmulus esto tui.

HIERO



HIERONYMVS A LAVRENTIIS, CANDIDO LECTORI SALVTEM.



NNO D. 1575. & die vndecima Septembris. Illust. & Reuerendißimus Dominus Georgius de Armeniaco, Cardinalis in legatione Auenionis collega dignißimus, mihi Hieronymo à Laurentijs Iuris vtriusque Comiti, ac Professori Pontificio, eum locum detulit, quem nuper magnificus vir D. Franciscus à sancto Genesio inter auditores sacri palatij obtinebat. Voluitq; eo vita functo me sexuirum iuridicæ curiæ inaugurari. Hanc enim sic volente Sanctis. Patre Pio quarto, & probante Illustrißimo Cardinali, & Principe Carolo Borbonio Auenio. legato instieuerat. vt imminutam vitio temporum iustitiæ maiestatem, in veterem dignitatem redigeret. At cùm, & mearum virium mihi probe essem conscius. & intelligerem, in quam lubrico loco is versetur, qui de cæteris iudicaturus aleam quoque iudiciorum ab omnibus subire cogitur. quàm porrò difficile sit in omnibus controuersijs, quid iustum, æquúmve sit decernere, ius maximè implexum dirimere, in iudicando rectè perpetuo sentire, nullique iniuriam facere. Hoc onus tam graue, & periculosum lubens recusassem, nisi deferentis auctoritati omnia mihi fuissent concedenda, eiúsque voluntati in primis obtemperandum. Suscepi igitur non tam mea sponte, quàm recusandi pudore. si eum locum, qui ab optimo, summóque Cardinali mihi inopinanti dabatur propter animi infirmitatem refugerem, ac desererem, & quam de me cæperat opinionem parum honestè tuerer. Itaque postridie cùm de iuris quæstionibus grauißimis pro more propositis, eiúsque doctrinæ, quam in me tenuißimam agnosco specimen aliquod dedissem, tum in clarißimo, & amplißimo Summorum concilio, Illust. scilicet Cardinalis Armaignaci, R. Domini Guilielmi de Patris Ecclesiæ Rucenensis Archidiaconi, ac Rotæ Præsidis, Ioannis Nicolai canonici Ecclesiæ primariæ Auenionis, Ioan. Valentiani praeceptoris S. Antonij Parisij, & Alziarij de Cadeneto, eiusdem Curiæ auditorum. Necnon Flori Prouincij Generalis Catholicæ fidei inquisitoris. Francisci de Laberne Beraldi aduocati, & procuratoris generalis eiusdē legationis, & ordinariæ Auenionis Curiæ. Præseualdi Gauterij, Nicolai à Peruasio proaduocatorum fiscalium, & Vincentij Siffredi scribæ. In manibus eiusdem Illust. Cardinalis Rogatum sacramentum præstiti, ad eam quam Tridentinum concilium describit formam. Hinc cœpi mecum cogitare, qua ratione non modò fidem sacramento firmatam liberarem. Sed etiam declararem suscepto hoc onere venisse me in portum non inertiæ, & desidiæ, sed laborum, & grauiorū contentionum, è quibus fructus aliquos in publicum promererem. Hanc cogitanti rationem vna subijt, si huius nostræ Curiæ decreta, siue Decisiones, dictaq; iura colligens in ordinem, atq; formam reducerem. Sic enim futurum existimaui, vt huic, & nostri officij ratio, aliqua apud bonos omnes constaret, & eorum, qui idem onus sustinent labores leuarentur. si in simile argumentum inciderent, & permultorum precibus fieret satis. In his autem iudiciorum formis describendis, sic orationi moderandum censui, vt non lectorem immodica profusione verborum onerem, ac si res ipsas commentarijs explicarem. Neque breuitati nimium concisa suspenderem. Interim iurium, legúmque auctoritate magis quàm multorum opinioni innixurus.

Nec

Nec verò, vel ad aurium voluptatem, vel ad fucos rebus faciendos solertiora, & ornatiora illa verba quæsiui.

Res si quidem ornari negat contenta doceri.

At ego quidem aliquos ante annos librario cuidam obnixe petenti cum ea conditione quinquaginta suprà centum Decisiones quas tunc tantùm paratas habebam typis mandandas bona fide tradidissem, vt alias, quas adhuc sub manu habebam, & breui tamen ad eum perfectas missurus eram expectaret, ille sic fidem fefellit, vt omnem operam meam luserit. laborésque propemodum perdiderit. interpositis enim, admixtisq́ aliorum doctorum responsis, ac controuersiarum transactionibus meas ita emisit, vt amiserit, amissas certè diu crediderim. prius enim Romæ legi, probariq́ cognoui, quàm exisse in lucem audissem. Quare, ne te Lector reliquarum quas ego tibi prioribus iucundiores futuras sperabam fructu priuarem, & vt mei simul fœtus alienis responsis apparerent, vnum tibi ducentarum, & quatuordecim Decisionum volumen confeci. Ergo prosperis auspicijs, quæ apud me meditor, & commentor fortunet Deus opt. max. Mentemq́ meam veritatis luce sic illustret, vt quæ scripturus sum grata sint illi, qui est omnium bonorum auctor, & gratiarum distributor, liberalis vtique, vt hos varios casuum discursus, & terminus possimus iocundè & fœliciter absoluere, in amicorum gratiam, & Reip. vtilitatem.

FRANCISCVS A LAVRENTIIS I. V. Doctor. Illustri & magnifico Domino à Laurentijs patri suo colendissimo, in nouam Decisionum editionem,

CARMEN.

Quid tentas iterum sacras pater optime leges
 Pandere, & abstruso condita iura sinu.
Tota tuo celebris, celebrem te Celtica docto
 Dogmate, iam testis vexit ad astra suum.
Nec video tantæ quid possis addere laudi,
 Immensum licèt hoc aggrediaris opus.
Perge tamen rogat Auenio, quæ iam propè gestit
 Facta sub auspiciis altera Roma tuis.

IOAN

IOANNES A LAVRENTIIS IVRIS *utriusque Doctor, ac Regens, eidem domino patri suo obseruandissimo in idem opus.*

Implicitis legum soluisse ænigmata nodis,
Et dubias iuris transiluisse vias,
Hoc tua(mi genitor)potuit doctrina, tibíque
Æternum famæ conciliasse decus.
Tum magnis vtrinque odiis, & lite vetusta
Certantes placidè composuisse viros
Hoc virtutis opus, sola hoc te munere sola
Conscia mens recti nobilitasse potest.
At vbi iam Themidos reserans arcana recludis,
Quicquid in Auenicæ conditur æde Rotæ,
Tum tua testaris quanto doctrina fidésque
Maiorum reliquis te facit esse viris.

DE HIERONYMO A LAVRENTIIS VIRO *illustri, legum comite, apud Auenionem Rotæ Auditore, ac publici iuris Pontificij professore primario, & primicerio.*

Quòd niteas titulis maiorum sanguine clarus,
Et pinguis renoues iugera multa soli,
Te quod Hymen faciat fecunda prole parentem,
Quódque senecta leuis nec sit acerba tibi.
Munera non tua sunt, nam sors sibi vendicat illa
Persæpè immeritis hæc quoque dona ferit.
At quòd sit de alto mirata Tholosa docentem,
Omnes Auenicum pulpita quoque fora:
Quòd vigeas Gallis, Germanis, Hisperiísque,
Romuleúmque forum, quod tua scripta terat.
Quod certent in te mens recta, scientia, virtus,
Et nulli cedas relligione, fide.
Munera sunt tua, quæ nec sors sibi vendicat, aut mors,
Tempore, nec flammis, nec peritura freto.

Franciscus Suares I. V. D. præpositus maioris Ecclesiæ Auenionis, ex sorore vxoris nepos.

IN

IN DECISIONES VIRI PATRICII, AC *consultissimi, Hieronymi à Laurentys, Carolus à Sancto Sixto, Prior, & Dominus Pontis Sancti Spiritus: & Iuris vtriusque Doctor, & Riensis Episcopus.*

Præstiterat bello Troiano armatus Achilles
  Multa, Laërtiades norat, & inde redit.
Verùm vtriusque suo foret obruta fama sepulchro,
  Heroi ni par scriptor vtrique foret.
Tu Astreæ diuersæ, licèt per munia tantos,
  Laurenti, æquasti facto animóque duces.
Seu ius clara doces celebris per pulpita lector,
  Siue solis mediis reddere iudiciis:
Quæ supremo equidem grandæuus dum ipse labore
  Colligis eximio fudis, & vsque libro.
Hoc Pelei natum, hoc iam tu superabis Achillem,
  Quod tibi vterque heros, idem & Homerus eris.

RICHARDVS DE SERRA, I. V. DOCTOR. *affinis, in Decisiones eiusdem.*

Æterna lauru, Laurenti, tempora vela,
  Et canam misce fronde virente comam.
Vicenísque quater tua iam quos attigit ætas
  Annis, scribendo iunge perenne decus.

DECI



DECISIONES ROTÆ AVENIONIS A D. HIERONYMO LAVRENTIO EIVSDEM ROTÆ AVDITORE COLLECTÆ.

SVMMARIVM.

1 *Indigno restituens hæreditatem incidit in pœnas.l. vni. C.de his,qui se deferunt.lib.10.*
2 *Adiuratus, vel purgatus, visitans hæreticos relapsus dicitur.*
3 *Cicatricem refricare nocet.*
4 *Sanguinis fauore multa permittuntur.*
5 *Hæretico fratri licitum est subuenire in necessitate.*
6 *Actus illegitimus,confirmatur ex noniter productis.*
7 *Legis.si tacitum.ff. ad l. falcid. noua declaratio. contra gloss.& docto.*
8 *L.vni.C.de his,qui se defe.noua etiam, & necessaria intelligentia.*
9 *Causa qualibet,etiam iniusta excusat à dolo.*
10 *Conciones hæreticorum audire,an sit hæreticum.*
11 *Delictum propria confeßione probatum,non punitur pœna ordinaria.*
12 *Iudicis arbitrio remittitur,an quis dicatur relapsus.*
13 *Triennio bene viuendo purgatur omnis macula præcedentis suspicionis.*

DECISIO PRIMA.

Hic agitur de intellectu.l.vni.C. de his, qui se deferunt.lib.10. Et de illa, quæ post purgationem visitauit Huguenotos fratres suos,& illis donauit, an dicatur relapsa?

1 POSITA fuit in †consilio per R. D. præsidem vna causa criminalis,contra Marãdam, & Ioannam Sorores Aueniο. Ex eo, quòd Maranda anno 1567. Fuerat condemnata ad purgandũ vehementem suspicionem quarta manu.Et tamẽ facta purgatione sæpius visitauerit fratres suos,Auraicæ, & Villæ nouæ existẽtes, & illis donauerit, atque paternam hæreditatẽ restituerit,cum Ioanna sorore.Secundum tacitam fidem,quam Ioanni earum patri præstiterant, vt constat instrumẽto nouiter reperto.Vnde dicebat fiscus,vtramque incidisse in pœnas legis.vni.C. de his qui se defer. lib. 10. vbi tacita fide grauatus de restituendo incapaci,si se nõ deferat cautus omni patrimonio ac fisco vendicato in insulam deportetur.

2 Marandam † verò etiam relapsam.cap. accusatus. in princip.& §.Ille quoque.de hæret.lib.6. vbi si post abiurationem hæreticos visitauerit, vel eis dona dederit, iudicari debet relapsus, licet crimen hæresis plenè pro-
3 batum non fuerit contra ipsum,Quòd † vulgò dicitur, refricare cicatricem,quæ si denuo frictu renouetur auget pristini vulneris dolorem. Et plerunque reddit insanabile vulnus.l.capitalium.§.in exulibus.ff.de pœnis. l.qui cum vno.§.1.ff.de re milita.l.vni. C. de superexactori.lib. 10. Quibus cauetur reiteratum facinus longè grauiori pœna puniendum.Idem in l. omnes.C. de delato.lib. 10.l.3.C.de epis.audi.authen.sed nouo iure.C. de fur.& vbique Bar.Hypo.sing.378.Gram.voto.7.per to.Iul.Clar.in §.furtum.num.8.& in §.fi.q.84. num. 6. quibus adde Glo.no.in c.3.de adulte.

Adeò,vt inter purgationem, & abiurationẽ nulla sit differentia, quando purgatio fieret ex vehementi, ad hoc,vt relapsus esse dicatur,si facto, aut verbis hæreticis faueat.c.ad abolendam.§.Illos quoque.eo. Aduocatus istarum sororum, dicebat illis esse parcendum:quia
4 caro & sanguis præmissa facere cogebat. Cuius † sanguinis fauore multa permittũtur,quæ alioqui sunt prohibita.c.quoniã.11.q.3.c.inter alia.de senten.excomm. l.fi.ff.de recepta.l.pen.ff.de postul.l.qui cum vno.§. fin. ff.de re mili.l.2.C.de aduo.diuer.iudi.Alex.consil.144. nu.10.lib.2.Hypoli.consi.119.nu.13.& singula.210.

5 Replicabat † fiscus,hæc nõ habere locum post purgatio.quæ ligat manus,& pedes, ne commerciũ habeat cum hæreticis.cap.episcopus.& c.seq. de hære.Et quia, non cõstabat hos fratres esse pauperes, Imò misisse dona sororibus.& ob id cessare doctrinam Panor. in d. c. episcopus.num.2.de eo, qui egenti fratri subueniebat.

6 Vlterius,† augeri suspicionem ex instrumẽto nouiter reperto restitutæ hęreditatis,Huguenotis fratribus, per quod confirmarat sententia contra Marandam lata etiam si tunc aliquem pateretur defectum.l.si finita.vbi Alex.ff.de dam.infecto.& consi.70.in fi.lib.7. Sicut captura,quę nulliter cõncessa est,si postea de debito constet,validatur.Paul.de Castr.cons.472.nu.4.lib.1. Et de similib.per Deciũ consi.449.nu.18.Gra.consi.46.nu.7. Quia veritas quandocunque apparet semper virescit. c.veritatem.8.dist.l.hoc legatum.de condi.& demonst. Alex.consil.51.nu.1.lib.4.de Afflict. decis.253.num.7.

Secũdò,aduocatus sororum adducebat.l. si tacitum. ff.ad l.Falci.vbi parcitur filio,vel seruo, si patri, vel domino tacitam fidem accommodauerint, indigno restituere,propter obedientiam quam illis pręstare tenẽtur. l.honori.ff.de obseq.à fil.& liber.patro, & patron.præstand.Idem voluit Glo.in l.etiam.C.ad l.Falcid.

7 Fiscus † verò,legem illam non habere locum,quãdo filius sponte restitueret indigno,secundum Gl. in d. l.si tacitum. communiter approbatam. vt ibi Alex. attestatur.Et cũ appareat has sorores sponte restituisse partem iam dicti fideicõmissi fratribus hæreticis, vt legitur in eodem instrumento.Ibi,*de leur bon gré fermant la volonté de leurdit pere ont vendu*,&c. nulla excusatione dignas.

Ego autem dicebam, hanc exceptionem à Glo. propositam euertere textum. Quia, si viuo patre fieret restitutio (quod raro contingit) filius nõ potest dici sponte restituere propter metum reuerentialem. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rerum actio non det. Si verò post mortem patris rogaretur (sicut communiter fit) non potest considerari metus, cum morte patris sit liberatus filius à potestate. Ideo restituendo indigno, sponte diceretur restituere. Et ita exceptio non potest habere locum viuo patre, eo autem mortuo d. l. si tacitum esset inutilis, cum semper diceretur sponte restituere.

Vlterius illa excusatio, quæ filio, vel seruo datur solum prodest vt Trebellianum detrahat rogatus. (Licet regulariter beneficio iuris careat, qui pro indigno fidem accommodauit. l. beneficio. ff. ad l. Falcid. l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebel. l. hæres. ff. quib. vt indig.) Non ratione bonorum restituendorum, quę fisco sunt ipso iure debita. l. 1. & 3. ff. de iure fis. l. in fraudem. ff. quib. vt indig. l. 10 tacitis. de lega. 1. Ideo agendo fiscus, quasi binos lepores prosequebatur, vnum, vt bona, quæ adhuc non erant restituta (vt ipse detexit, pro quibus sorores soluebant annuas pensiones suis fratribus) sibi adiudicarentur. Alterum tanquam occultatrices fiscalis iuris punirentur pœna d. l. vni. C. de his, qui se defe. Nec similiter erat considerabilis detractio Trebel. beneficio d. l. si tacitum. Quia tenebantur imputare in quartam, quæ iam fratrib. restituerant, quæ debitum excedebant. Ideo, in eo cardo rei vertebatur, quòd in fraudem fisci non reuelauerant. Dominus præses dicebat. d. l. vni. satis asperam respectu filiarum, vt teneantur detegere fisco factum patris, quasi accusatrices honoris paterni, quod filius est prohibitum. l. qui accusare. §. fin. ff. de accusa. l. in fraudem in fin. ff. quib. vt indig. glo. in l. 1. C. de delato. lib. 10. Ideo limitandam non habere locum contra liberos, quemadmodũ solet generalis dispositio non comprehendere personas priuilegiatas. c. sedes. de rescr. Gl. in l. postquam litis. C. de pact. de Rip. in l. 1. nu. 56. de vulga. huic seruiunt exempla, quę collegit Gra. consi. 3.

Cæterùm ista restrictio non omnib. placebat, quia d. l. vni. etiam de vxore loquitur, quæ indigna à marito instituta, seipsam detulit, & pro præmio mediã partem patrimonij consequitur, & tamen vxor non debet maritõ accusare. c. placuit. 33. q. 2. Gl. fin. in c. quemadmodum. de iureiur. facit. l. 1. & l. publico. C. ad l. Iul. de adul. Hypo. consil. 22. num. 5.

Veruntamen adhuc magis videbatur mihi, has filias esse excusandas, ponderando. d. l. tacitum. quæ permittit filio detrahere Trebel. ex hæreditate, quam indigno à patre restituere rogatus est, igitur tacitè videtur remittere pœnam, quam incurrisset ratione fidei accommodatæ. Si quidem absurdum foret dare filio Trebel. & postea eum punire quod non detexerit: videretur sibi contraria, & ex eodem fonte dulce, & amarum emittere. Sicut ille, qui vna manu fert lapidem, altera panem ostentat: quod tamen non solet lex facere. l. fin. §. fin. C. de bo. quæ libe. c. factæ sunt leges. & c. erit autem lex. 4. dist. Nec obstat argumentum de vxore: quia ita facto contigit, non quod obligaretur mariti causam deferre. Ideo sibi datur media pars hæreditatis, licet non debeatur deferenti, nisi tertia. Hoc ita, quia res noua videbatur, quod vxor maritum accusaret, præter communes iuris regulas.

9 Denique † d. l. vni. intelligenda est, quãdo dolo malo fieret occultatio, & lata culpa non sufficeret, vt Gl. ibi. quam Ioan. de Pla. sequitur. num. 2. Dolus autem malus non potest considerari in personis filiarum. Cum patri roganti, & imperanti hoc fecerint. licet in lata fuerint culpa, quæ in delictis dolo non æquiparatur. l. in lege. ibi, nec lata culpa pro dolo accipitur. ff. de sica. Glos. in l. in actionib. vbi Deci. nu. 19. ff. de in litem iurand. Alcia. in l. magna negligentia. de verb. signi. Clar. in §. fi. q. 84. nu. 1. & in §. homicidium. nu. 3. Imò, quælibet causa, etiam iniusta excusat à dolo. l. igitur. §. potest. ff. de libe. caus. ibi, quotiens quis iustis rationib. vel iniustis, sine tamen calliditate putauit. l. fin. vbi Bart. ff. de hæred. insti. Glo. in l. plagij. C. de plagia. Alex. cons. 115. nu. 55. 56. lib. 4. & consi. 119. num. 12. eo. lib. Hypoli. in l. pater. no. 22. ff. de q. de Afflic. decis. 360. nu. 6. Cra. cõs. 224. nu. 4. Fuit conclusum, bona, quæ adhuc restituta nõ fuerant ad fiscum pertinere, & absoluendas à pœnis. d. l. vnica.

Circa Marandam verò ab initio erat opinionũ conflictus, nam aliqui, visa sententia purgationis ex vehementi, nouóque instrumento restitutæ hæredi. dicebãt relapsam, & standum esse sententiæ, quæ pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de sta. homi. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & non debuisse, post purgationem hæreticis fauere. d. c. accusatus. Alij dubitabant, quia visis primis actis, non constabat, nisi per vnum testem minorem viginti, qui dicebat vidisse illam audientem conciones, & sequentẽ funos, cum alijs hæreticis. Ipsa verò fatebatur semel interfuisse concioni, vt fratri roganti cõplaceret, cætera negabat. Itaq; non constabat legitimè, nisi propria ipsius confessione. Cum duo testes in hoc crimine requirantur. c. excõmunicamus. §. adijcimus. de hæret. c. vt officiũ. §. verũ. eo. tit. lib. 6. no. in c. in fidei fauorẽ. co. Boẽ. dec. 342. no. 1. Ludo. Carre. in pra. crim. tit. de hær.

10 Et † audire conciones non sit hæreticum, nisi adsit frequentia. Gemi. in c. 2. nu. 7. lib. 6. vt probat. c. constat. ibi, si statim recedentib. illis, pessimo concionabulo eorum abrenuntiauerit, & in ecclesiã redierit, talis poterit habere aliquem colorem excusationis. 1. q. 1. l. qui contra. in fi. C. de nup. inces. Cum factum non dicatur, nisi duret. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem vers. Licet suspicione non careat, vt inquit Archidia. in d. c. 2. nu. 3. 4.

11 Vnde † vbi delictum magis probatur delinquentis confessione, puniri non solet ordinaria pœna, sed extra ordinem arbitrio iudicis, vt communi voce affirmant doc. in c. audiris. vbi Panor. nu. 32. de præscrip. in c. cum venerabilis. vbi Dec. nu. 20. de excep. Bart. in l. eum qui. ff. de iureiu. Bossi. tit. de confess. nu. 20. Gram. consil. 69. in fin. Hypo consil. 129. nu. 2. Clar. in §. fi. q. 55. nu. 16.

Alij, hæc nihil ad rem. cum de sententia constet, quam nõ licet interuertere, postquam rei iudicatæ vim obtinuit. Etiãsi de innocentia postea appareret nisi beneficio principis. l. diui fratres. ff. de pœnis. l. 1. in fin. vbi Hypo. nu. 71. de q. Ias. in l. admonendi. nu. 38. ff. de iureiur. Sitque notorium purgasse, & postea fauisse hæreticis, hinc malam fidem, & pertinaciam, & nullum pœnitentiæ signum. d. c. accusatus. & §. ille quoque. Tãdem, quia hæc fœmina, à multis laudata est fide dignis testibus, qui attestãtur illam post purgationis tempora piè, & religiosè vixisse, communicasse quinquies in anno fidelium more, communi voto decretum fuit. Non esse

12 relapsam. Cum † illud, in arbitrio iudicis consistat. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 4. casu 373.

13 Imò, † si crimine notatus, probaret se triennio elapso proximo, laudabilem egisse vitam: cum bona voce, & hominum opinione, diceretur purgasse maculam præcedentem, quæ ex antiquo orta erat scelere, vt scribit Saly. in l. si maiorem. nu. 2. C. de in integ. resti. quem allegat Iul. Cla. in §. fi. quęst. 21. nu. 1. & hi mouentur. §. sanximus. in authen. de mona. qui tamen rectè iuuenes non probat, si quidem ibi non deliquerant, nec fuerant emendati, sed ne facilis fiat hominum mutatio, dicitur non esse induendos veste monachali, nisi toto triennio optimos semetipsos, & tolerabiles aliis monachis, & præsuli

præsuli demonstrauerint, quod nostri patres tempus
probationis vocant, licet hodie annus sufficiat.c.a.& c.
postulasti. de regula. Ideo adde l.imperialis. C. de nup.
Ibi, Dei clementiam credimus imitari, qui quotidianis
hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœ-
nitentiam nostram suscipere, & eam ad meliorẽ statum
deducere.idem in c.ferrum.50.distin.vbi, non debet in-
spici quod fuit: quia iam incipit esse quod nõ fuit. Bald.
in l.si filia.in fin.C.de inoffi.testa.de eo, qui pœnitentia
maculam deleuit.ita, vt nouus homo esse videatur, va-
leatque eius testimonium, vt amplius non sit infamis.
c.tres.de pœni.dist.1.c.quo modo. dist.2. ibi spoliantes
veterem hominem, induite nouum, qui renouatur in
cognitione fidei, magis crescit secundum imaginẽ eius,
qui creauit illum.Ias.in l.in areuam. num.5.6.7.8. & 9.
C.de inoffic.testa. Alcia.regula 2.præsump.7.nu.3. De-
nique quando corpus ita sanatum est, vt in pristinum
statum restitueretur, perinde habetur ac si nunquam
morbosum fuisset.l.quod ita.ff.de edil.edic.ita, vitium
animæ meliori vita sanari potest.c.medicina. ibi, redi-
me te operibus tuis.de pœnit.dist.1.cap.quia sanctitas.
50.distinct.c.quod autem.32.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Minor, an possit aduersus tres sententias, petere in inte-
grum restitutionem?*
2 *L.vni.C.in integ postu.restitu.vtilis declaratio.*
3 *Clem. vt calumnijs impeditur postulata in integrum re-
stitutione.*
4 *Generalis dispositio non includit minores.*
5 *Doctori non creditur, nisi lege, vel ratione moueatur.*
6 *Executio sententiæ quando dicatur? & num. 7.*
8 *Executio vbi reparari potest facilius conceditur.*

DECISIO II.

*De minore petente restitu. aduersus tres sententias la-
tas & intellectu l.vni.C.in integ. postu. resti. ni-
hil not fiat.*

NOBILIS Andreas Henrigues alias le
Flament Aueni0.minor, fuit condẽnatus
tribus sententiis dare, & soluere suis soro-
ribus magnas pecuniarum summas pro
supplemẽto legitimarum. & in executio-
nem senteutiarum capta fuit paterna domus, & facta
prima licitatio. Ille petit, (cum sit adhuc intra tempora)
in integrum restitutionem. quærebatur, relatore. R. D.
1 præside an esset audiẽdus? Dominus † relator erat opi-
nionis ab initio, executiones iam cœptas cõtinuandas,
ex nota per Alex.in l.4.§.condemnatum.nu.27.ff.de re
iudi. Ratione præsumptæ calumniæ, quæ oritur contra
diffugientem.c.suscitata.de in integ. resti. & ita Rotam
iudicasse refert Cassiado.decis.1.de resti.in integ. Cum
tot laborib.fuerint obtentæ, vt malitiis hominum ob-
uietur.l.in fundo.ff.de rei vend.cle. vt calumniis. de re
iudica.finísque litibus imponatur.c. finem.de dolo, &
contra l.terminato.C.de fructi.& liti.expen. Deinde si.
d.cle. vt calumniis. velit tres sententias conformes esse
exequendas non obstante nullitate, quę est beneficium
iuris communis.l.prolatam.C. de senten. & inter. om-
nium.iud.multo fortius debet tollere beneficium resti-
tutionis extraordinarium quod facilius tollitur, quàm
collatum ius commune.l.eius militis. §. si militia missus.
ff.de testa.mili. Capel. decis.54. Capit. decis. 53. Cum
multis aliis quos allegat Coua.pract.quæst.c.25.nu.7.
2 Maximè † in casu huiusmodi, in quo iam cœpta fuit
executio, quæ quidem impedit.l. vni. C. in integ. post.
resti.locum habere. vt docet Bald.in l.fin. col. 2. versic.
item quęro.C.si ex falsoitru. quem sequitur Alex.cons.
223.num.6. lib.6.Bello.consi.18.num.23. Franc. Marc.
dec.53.Petrus de Beu.intend.conclus. 85. & huius opi.
autor fuit Paulus de Leasarus.in d.cle.vt calum. Perfe-
cta autem executione audietur minor, super petita re-
stitutione vt illi volunt.
3 Cæterum † præmissis fortiter obstat, quod secun-
dum communem opinionẽ, licitum est minori aduer-
sus tres sententias conformes petere restitutionem, &
impedire illarum executionem. l. pen. C. si aduer. rem
iudi.Bart.in d.§.condemnatum. vbi de Rip. nu. 30.31.
doc.in authen.quæ supplicatio. C. de preci.impe. offe.
Cano.in d.c.suscitata.Pari.consi.119.in fin.lib. 4. pro-
pterea quòd d. cle. vt calum. non videtur excludere in
integrum restitutionem, de qua non loquitur. & tan-
quam exorbitans contra minores non est extendenda.
l.sine hærede.§. Lucius.vbi Bart.ff.de admi.tuto. no.in
c.constitutus de in integ.resti. Alex.consi.62. num. 17.
lib.7.& consi.fin.nu.4.lib.6.& consi.46.nu.7. lib.1. Si-
4 cut † communiter personæ priuilegiatæ nõ includun-
tur, quotiens idem sermo indefinitè profertur à lege,
vel statuentibus.gl. Alex.& Ias.in l.sciendum. ff. qui sa-
tis.cogan.Ias.in l.1.in 3.nota.de Rip.nu. 14.ff.solu. ma.
Alex.consil.80.num 4.lib.1.
Deinde quia.d.l.vni.quæ disponit, postulata in inte-
grum restitutione, nihil esse nouandum. plurimum re-
stringeretur, si liceret sententias contra minores execu-
tioni demandare, vbi petunt restitutionem.l. seruum §.
non dicit prætor.ff de acqu.hæred.l.de pretio.ff.de pu-
bli. Maxime, cum iste minor diceret se ex eisdem actis
velle probare læsionem celeriter, & incontinenti, sine
vlla calumnia.iuxta l.2.C.de edic.diui Adria.tol.l. ille à
quo §.si de testamen.ff.ad Trebel. de Afflic. decis. 356.
Capel.Tholo.q.54 Mono. de arbi.lib.2.cent.p casu 9.
5 Nec obstabat † quod Bald.dixerit.d.l. vni. esse limi-
tandam vbi cœpta fuisset executio. Si quidem hoc nul-
la lege probatur, sine qua loquentes, erubescimus.l.il-
lam.C. de colla. Non potuit ille, neque debuit legem
generaliter loquentem restringere.l.1.§. generaliter. de
lega.præstand.huic seruit cap.capellanus. de feriis. Ber-
trand.consil.323.num.4 lib.1.
6 Et quia † debile est fundamentum, quod super solo
executionis initio consistit. Cum illud initium actus
imperfectus dicatur, & consequenter sit inutilis.l.no-
minis.§.opere.ff.de verb.signi.l.nihil.vbi Bal.C.de ma-
nu vindic.l.quoties.ff qui satis.cogan.l. ex imperfecto.
de lega.3.Ias.& Decius.in l.fin. ff. de offi. eius cui man.
est iuris. Proinde multa sunt requisita in perficienda le-
gitima executione.l.à Diuo Pio.§. in venditione. ff. de
re iudi.l.ordo.C.de execu.rei iudi.authen.hoc ius por-
rectum.C.de sacro. eccles.l.1.2.l. si tempora. vbi Bald.
Ioan.de Pla.C.de fide instr.& iure hasfica.lib. 10. Bart.
in l licitatio.nu.3.ff.de publica.Negusan. de pigno. pri.
memb.6.par.Mono.de arbi.lib.2.centu.2.casu.129.
7 Replicabat † d. præses. Cœpta executione res non
dicitur integra, & negotium iam positum est in aliquo
ordine sumptuum, vt tunc non liceat pœnitere.l.si pe-
cuniam. ibi, vel si sumptus, qui necessarij fuerint ad
perfectionem iam fecisti.ff.de condic. causa data. l.1.§.
cœpisse, sic accipimus, si fundamenta iecerit.ff.de pol-
licita.l. more. & l. & quia. ff. de iuris. om. iudi. Cano.
in c. gratum.c. relatum.de offi. delega. Bald.in l. man-
dato.num.15.C.manda.Ias.in d l.si pecuniam. num.5.
& 8. Ideo debebat minor præuenire, & agere ante li-
citationem: postularéque restitutionem. quod cum
non fecerit sibi imputetur. licet d. l. vni. generaliter
loquatur, quæ ratione restringenda est. l. cum pater.§.
dulcissimis. de lega. 2. veluti, quando minor est ne-
gligens, & tardus in petenda restitutione.l. pupillus. ff.

quæ in fraud.credi. Et quia, ceptum negotium multum vrgeat. sicut videmus per solam citationem, quæ initium est iudiciorum, §.omnium. Instit. de pœna teme. litigan. perpetuari actiones. d.c.gratum. & c.relatum. Et rerum omnium initia fundamenta esse, sine quibus frustra laboraremus. c.cum Paulus. 1.q.1. Et (vt inquit Caius.) potissima pars cuiusque rei, principium est. l. 1. ff. de orig.iuris. quod ante omnia inspicitur. l. si procuratorem. ff. manda. Ita quoque ista prima licitatio cum sit fundamentum debet impedire restitutionem. habeátq; vltra latas sententias, nouum aliquod factum, de quo non loquitur d.l.vni. & casum diuersum contineat.

8 Fuit † conclusum, data cautione per sorores de restituendo domum in statu, continuandas executiones. Et ratio quę mouit DD. fuit quod executio in casu huiusmodi erat reparabilis. At si irretractabilis illa fuisset erat supersedendum, & prius tractandum de læsione. l. minor etiam. cum l. seq. ibi eius interest potius corpora habere. ff. de mino. vt euitaretur circuitus, & occasio maioris mali. vt not. Alex. in d.§.condemnatum. nu. 10. Capel. Tholosa. quæst. 45. Capi. decis. 53. de Afflic. decis. 366. Boëri. decis. 65. num. 7. cum seq. per l. 2. ff. de appel. reci. vbi gloss. & Bart.

Etiamsi restitutio calumniosè peteretur, vbi præiudicium esset irreparabile, vt Cano. in c. licet causam. vbi decis. in 6. no. de proba. Alex. consi. 17. num. 6. lib. 1. Ias. in l. 3. §. si seruus quem. num. 9. ff. de acquirend. possessione. & consilio 60. num. 10. libr. 1. Hypoli. singu. 686. Bertrand. consil. 43. nu. 1. cum sequen. lib. 4. Quia, melius est iura intacta eorum seruare, quàm post causam vulneratam remedium quærere. l. fin. C. in quibus caus. resti. in integ. nō est neces. l. 1. C. quand. liceat sine iudi. se vindi. Nec mouebat animos illud prænotatum executionis initium, cum tanquam res imperfecta nullum effectum producebat. arg. l. pe. C. quib. vt indig. Hinc bene dicitur, non qui inceperit. c. nihil. 7. q. 1. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. l. ordo. C. de execu. rei iudi. Rip. in l. re coniuncti. num. 34. de legatis tertio. capit. maiores. §. sed adhuc quæritur. de baptis.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia appellantis appellato nocere non debet.*
2 *Sententia super desertione lata, non est propriè definitiua.*
3 *Negligentia appellantis, non arguit, quod ille malam causam habeat.*

DECISIO III.

Secundum Rotæ ordinem, duæ sententiæ conformes sunt exequendæ, non obstante appella. quid si vna super desertione lata sit?



1 AB initio † dicebam conformes: quia, vbi præcedit diffinitiua, & sequitur super desertione sententia, diffinitiua quoque dicitur. vt voluerunt DD. de Rota decis. 21. de re iudi. in no. Guid. Pap. quęst. 11. & 12. Cum sit confirmato[illegible] primæ. Bald. in l. præses. C. quo. & quan. Iud. sequitur Aret. consi. [illegible]5. col. 4. vers. secundo quæro. Mono. de arbi. lib. 1. q. 67. num. 5. Alioqui desertio appellationis, & negligentia appellantis, in eius vtilitatem cederent, & in appellati præiudicium. contra l. mora de reg. iur. [illegible] nam & postea. in fi. ff. de iureiurād. l. fin. ff. de pac. l. quotiens, in fin. ff. de dona. Alexand. in proposito. consi. 36. num. 16. 17. 18. lib. 4.

Et maximè, quia conformitas magis consideranda est ex effectu quàm ex verbis. l. si filiusfam. §. 1. ff. quod cum eo. l. [illegible]. §. hæc autem verba. ff. quod quis. iuris. c. relatum. de cleri. non residen. Deci. in similibus terminis consil. 385. per totum.

2 Contrarium † visum est omnibus. si quidem illa super desertione lata, magis dicitur interlocutoria, vt scribit Bald. in l. eos. C. de appellat. & in l. [illegible]. C. de epis. audien. quem refert de Ripa in Rub. ff. de re iudic. nu. 11. Quia causam non diffinit principalem. vt in terminis consuluit Cor. consil. 58. lib. 4. vbi lata fuit prima super re principali, secunda super desertione, tertia cōformis primæ. respōdet ab illa tertia licere appellare. cum non sint conformes, & secunda dicatur interlocutoria, super articulo concernente processum, & negligentiam in lite commissam, licet in consequentiam trahatur ad negotium principale. Nimirum si liceat tertiò prouocare. c. directè. c. suam. de appel.

3 Et nun † sequitur, est negligens in prosequendo, ergo fouet malam causam. Cum hæc diuersa sint, ex separatis causis descendentia. vt Cor. consi. 14. lib. 4. Mono. in loco præallega. Præsertim, quia huius Rotæ regula, iuri communi repugnat vt merito veniat restringenda. l. quod vero contra. ff. de legib. Couaru. pract. quæst. c. 25. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Mori non dicitur, qui non vixit. & num. 13.*
2 *Substitutio, secunda institutio dicitur.*
3 *Casus omissus à testatore haberi debet pro omisso, & num. 15.*
4 *Verbis in claris, non est opus interpretatione. & nu. 16.*
5 *Testator, quod non loquitur velle non præsumitur.*
6 *Substitutio si nati decedant, cōtinet casum si non nascantur, & 7.*
8 *L. qui ventri. ff. de ven. inspi. vtilis declaratio.*
9 *Pupillaris continet tacitam vulgarem, & econtrario.*
10 *Substitutio in casum si non nascantur, continet, si nati decedant.*
11 *Clausula, quod nihil aliud petere possit, tollit ius accres.*
12 *Ius accrescendi tollitur per substitutionem, etiam tacitam.*
14 *Expresso vitiato quo modo vitietur tacitum?*
17 *Maritus si relinquat vxori donec vidua permanserit, & post eius mortem Titio, si nubat, debentur Titio non mariti hæredibus.*
18 *Facto plus est mentem declarare, quàm verbis.*

DECISIO IIII.

De substitutione facta ventri si sine liberis, quæ continet tacitam vulgarem si non nascatur. casus pulcherrimus, & difficilis.



RECITAVI in auditorio Rotæ causam huiuscemodi. Testator, qui prægnantem relinquebat vxorem, instituit masculum, & masculos, nasciturum, & nascituros, & suos vniuersales hæredes. Et si nascerentur filiæ, vel filia, cuilibet mille aureos iure institutionis reliquit, ita vt nihil amplius petere possit. Et si in pupillari ætate decederent masculus, vel masculi, & aliàs quandocunque, Ludouicum, & Alexandrum, suos patruos substituebat. Nullis natis masculis, sed Diana filia, orta est quæstio inter patruos magnos, & Dianam neptem, quæ dicebat totam patris hæreditatem iure accrescendi ad se pertinere. per l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. institut. Quia, non natis masculis perinde est, ac si substitutio facta non fuisset. l. si duobus. §. fin. de lega. 1. Si Titio, & posthumo legatum fuerit, non nato posthumo, totum Titio debebitur. lege prima. §. si quis

si quis proximior.ff. vnd.cogna.vbi natus non est, admittemus eum qui post ventrem proximus videbitur.

1 Et † quia,substitutio facta fuit eo casu, quo posthumus in pupillari ætate decederet. quia non potest dici pupillus mori,si viuus in orbem non processerit.l.quod certarum est. C de posthu hæred.inst. Solus enim viuens moritur l. qui duos. ff. de manu. testa. & priuatio habitum præsupponat.l.decem ff.de verb. oblig. l. eius qui.ff.si cer.pera. l. non potest videri desiisse. ff. de reg. iur.l.2.ff de vsufr.

2 Et † vocatos esse patruos in locum posthumi decedentis per substitutionem, quæ secunda institutio vocatur.l.1.de vulga. ibi instituti primo gradu, substituti secundo gradu. vt declarat gloss. & omnes post illam in Rub. Et non dicerentur in locum primi positi, si ille in rerum natura non fuerit.l. vetus. ff. de vsufruc.§. sed si gregis.Instit. de rerum diuis. Resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff de pigno l.in testamento.de condi. & demonstra. authen. si quis in aliquo. C. de edend. & per multas alias iuris regulas,quibus cauetur,ex actu nullo, nihil inde nasci. l.non dubium.C. de legib. Accessorium sequi naturam sui principalis. l. cum principalis. de reg. iur. vitiatóque expresso, vitiari tacitum. l. si fideiussor. de lega. 1. cum si.

Quibus accedit,quod consuluit Oldra.consil.177.si testator instituerit primo genitum nasciturum, & si in pupillari ætate decederet, eidem substituit secundo genitum nasciturum, & si secundo genitus similiter decederet fratrem ipsius testatoris. Si solus nascatur primogenitus,& decedat, non vocabitur frater testatoris, quia substitutio facta est primo, non secundo, qui non fuit.Idem Alex. consil.4.nu.5.lib.3 Soc.consi.76.lib.3.

3 Vlterius † ostendere nitebatur,istum casum fuisse à testatore omissum,quando nullus masculus nasceretur, ideo non esse supplendum.l.commodissimè.ff.de lib.& posthumis.l.si extraneus. ff. de condic. ob caus. l. si ita quis.§ si is cui.de lega.2.l.si cum dotem.ff.solu.ma.cap. susceptum.de rescrip.lib.6.c.dilectus.de temp.ordinád. de Afflic.decis.141.num.1.Etiam,quando in casu omisso esset eadem vel maior ratio disponendi.Ancha.cons. 356.col.2 versi.quarto.Deci.consi.63.num.3. & consil. 89.nu.2.circa med & consi.290.in fi.Craue.consil.161. nu. 10. vt in forma specifica testatoris voluntas obseruetur.l.qui hæred & l.Mæuius.de cond. & demonstra. l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri.

4 Et testatoré † fuisse clarè locutum, & ab ipsius verbis non licere recedere,l.ille,aut ille.§.cum in verbis.de legat. 3. nullúmque melius esse veritatis testimonium, quàm verba loquentis.l.pediculis §.argento.de auro,& argen.lega l Labeo.de suppel.lega.Cur.senior consi.29.

5 Quod testator non † loquitur, velle non præsumitur. l.quidam cum filium.ff. de hæred. instit.l.vni. §.sin autem ad deficiẽtis.C.de cadu.toll.Craue.consi.309.nu.6.

Huc respexit Ang Perusi.consi.39. vbi substitutus si posthuma nasceretur, ea non nata excluditur. Petrus quoque de Ancha in casu non longè dissimili cons.356. Maritus masculos nascituros instituerat vniuersales, filias particulares hæredes, & si sine liberis masculi decederent, vxorem substituit, nullis natis excluditur vxor,& frater testatoris ab intestato succedit: quia ille casus si nulli nascerentur, fuerat omissus, sicut fuit iste.

6 Cæterum † omnium consensu visum est,patruos per vulgarem fuisse vocatos exclusa Diana. Quia illa substitutio, si masculi nascituri in pupillari ætate, aut alias quandocunque decederent, dicitur compendiosa,quæ sub conditione mortis, vel alia, plura complectitur tempora species substitutionum variantia. secundum Bar.& omnes in l.centurio.vbi de Ripa.nu.6. Dec.in l. precibus.nu.16.Bero.in c.Raynurius.nu. 503. Nempe ante aditam,vulgarem.deinde fideicommis. d. l. precibus.d.c.Raynutius.& c.si patet.de testamen.lib.6.facta hoc communi verbo substituo.l.iam hoc iure.de vulga. quod respicit vtramque substitutionem, directam, & obliquam.d.l.precibus.Et omnes casus,quibus institutus nollet, aut nõ posset esse hęres.l.cum proponas.C. de hæred.instit. quod multis modis contingere potest, vt declarat Bart.in d.l.1.num.13.Soc.num.19.de Ripa. nu.87.cum seq.vnde substituendo in casum si in pupillari ætate decederet, videtur etiam substituisse in casum vulgaris si posthumus non esset hæres. at non esse hæres,intelligitur,quando natos nollet,aut non posset vel etiam si non nasceretur.l.fin.C.de instit. & substit. quod probatur etiam.l.ab exhæredati.§.fi.de leg. 1. vbi nõ nato posthumo,substituti legatum præstare tenentur,ergo fuerunt admissi per vulgarem,eo non nato.vt ibi no.Inno.& ita Bal.intellexit.in d.l.fin. nu.7. probat
8 insuper † l.qui ventri.ff.de ven.inspi. qui ventri substitutus est,si ventrem seruare velit audiendus est.glos.ibi dicit fuisse factam pupilla.scilicet,si hæres erit,& in pupillari ętate decesserit.§.1.Insti.de pupil.& hoc propter tacitam vulgarem.quę intelligitur sub pupillari expressa. Et si tantum pupil. expressa locum haberet nõ esset audiendus,sed expectaretur eius natiuitas,si deinde pupillus decederet, & ideo considerauit casum si non nasceretur, in substituti commodum. Ne forsitan alius supponatur partus. sæpe enim mulieres nimio voto liberorum procreandorum ductæ, alliciunt maritos vt credant,se esse prægnantes,quę non sunt.d.l.1.§.si omnes.ff.de ven.inspici.

9 Quod non † videbitur mirabile,cum pupillaris,quę sit verbis affirmatiuis contineat tacitam vulgarem, cuius effectus est omnino contrarius pupillari, & econtrario.dd.ll.& l.quamuis.C.de impub. Sed hoc ita à lege factum videmus,quæ præsumit,& credit testatorem voluisse in vtrumque casum prouidere, licet vnum solum expresserit,vt Bal.declarat in d.l.fi.nu.1.& l.quamuis.nu.2.de Ripa post Bar.& antiquos in d.l.1.nu. 169. Ita quoque pupil.facta ventri, continebit tacitam vulgarem,si non nascatur.secundum glo.in d.l. qui ventri. quam sequitur Reiner.de Forli.in tracta.subst.in materia vulga.Guil.de Cuneo.in d.l.fi.Bal.nu.7.Ang.in l.lex Cornel.in fi.de vulga.Ias.in d.l.1.nu.28.Cur.Iu.cõs.83. num.5.Boë.decis.38.nu.15.Barba.in d.c. Raynutius. in materia vulga.huic seruit,quod glo.no. in l. tale pactũ. §.fi.ff. de pac.quasi plus dictum, & minus scriptum. l. cum auus.de cond.& demon.

10 Sicut etiam † substitutio facta in casum si nõ nascatur, continet casum contrarium, & vice versa.d.l. fin. Bart.in d.l.1.nu.33.Alex.nu.33.Ias.nu.39.Socin. col.8. versi.circa quintam,& vltimam.de Rip.num.168.licet nasci,& non nasci,sint inter se dissimiles.

11 Idque adhuc † magis apparet, quia disposuit filiam relicto debere esse contentam, & quod nihil amplius petere posset:si plus peteret, vel illi accresceret hęreditas,fieret præiudicium voluntati, & causa limitata, limitatum non haberet effectum.contra l. in agris. ff. de acqui.rerum domi.l.parentibus.l. cum quæritur. C. de inoffi.testa.§.disponat.in auth.de nup.Cor.consi. 207. nu.7.lib.2.Cur.Iu. consil.87.nu.2.3.4. Et talis clausula impedit ius accrescẽdi,vt docuit Bart.in l. pater filiam. num.18. de inoffic. testamen. & in l. fideicommis. §. si quis ita.de lega.3.Ias.in l.2.num.37.de Rip.num.52.de vul.Ru.cons.118.num.20.lib.3.

12 Non nocet † substitutis ius accrescẽdi à nepte propositum,

positum, quia tollitur, vbi datus est substitutus, l. 2. §. si duo. ff. de bon. pos. secun. tab. l. vni. §. pro secundo. C. de cad. toll. Non solum per expressam, sed etiam tacitam vulgarem, quæ continetur in expressa pupillari. vt not. Dec. in d. l. fi. nu. 7. Bar. in d. l. 1. in 6. effectu vulga. vbi de Rip. nu. 181, Bal. in l. fin. q. 33. C. de hær. inst. vbi Alex. n. 10. Ias. n. 8. & in l. vni. n. 27. C. quand. non peten. par.

In l. si duobus. §. fin. & l. 1. §. si quis proximior. (quæ fauore neptis adducebantur) nulla erat substitutio, nimirum si non nascatur vocetur coniunctus, vel proximus, hic secus.

13 Licet præterea † mori non dicatur, qui non vixerit, & priuatio habitũ præsupponat, hoc esset verum quando pupillaris remaneret in suis puris terminis & non extenderetur ad casus vulgaris. Sed (vt iam diximus) ex interpretatione legis alios cõtinet tacitos casus, si non sit hæres, si non nascatur. d. l. fi.

14 Et quod † dicitur vitiato expresso vitiari tacitum. Resp. Bal. in d. l. fi. nu. 7. non habere locum quando non est eadem ratio vitiandi tacitum, quod sustinetur à lege. d. l. qui ventri. vel quãdo tacitum aliunde originem trahit. vt in tacita vulgari, quę non venit ex natura, nec ex sequela pupillaris expressæ. sed ex interpretatione mentis. quæ colligitur etiã ex actu nullo. l. & si transferam. ff. de adimen. lega. l. fi. vbi Bar. ff. de reb. eorũ. l. planè. 1. vbi Ias. no. 1. & sequen. de leg. 1. de Rip. in l. re cõiuncti. nu. 136. de leg. 3. & in d. l. 1. nu. 164. de vulga.

15 Non obstat † cõsi. Oldra. loquimur enim quãdo facta extẽsione de casu ad casum remanet eadẽ dispositio, secus verò si facta extẽsione variaretur persona instituti, vel substituti. d. l. cõmodissimè. Nam in casu Oldr. secũdo genito, nõ primo facta fuerat substitutio. Et si includeretur casus, quo secundò genitus non nasceretur, variaretur persona, cui facta fuerat, & alia includeretur. quod fieri non solet. l. ita stipulatus. §. Gris. ff. de ver. obl.

Quamuis præterea iste casus fuerit à testatore omissus, tamen communi calculo receptum est, vbi in vnum casum fieret à testatore prouisio, per conditionem necessariam ad effectum dictæ substitutionis, vt quando dico, si non sit hæres, dicitur necessaria conditio, sine qua substitutio non sumeret effectum: quia apparere debet institutum non esse hæredem, nolit, vel non possit. d. l. cum proponas. Ideo, ad alium casum extenditur: si posthumus non nascatur. d. l. fin. Idem in §. & quid si tantum. in quo casus mortis, continet casum emancipationis. quæ sunt necessariæ, per quas purificatur substitutio. vbi verò prouideretur per voluntariam, nõ fieret extensio, de casu ad casum d. l. commodissimè. Quia nasci in vita, vt post mortem: sunt casus dissimiles, sub voluntaria positi conditione. Cum poterat simpliciter instituendo vtrumque casum comprehendere. l. placet. l. ideoque. ff. de liberis, & posthu. §. posthumi. Instit. de exhæreda. Ita substituendo secundo, non videtur substituere primo, idem, si diceret si nauis ex Asia venerit, non trahitur ad casum si non venerit. Cum sit voluntaria, per quam considerauit magis modum implendi, quàm effectum, nimirum si debeat impleri in forma specifica. d. l. qui hæred. Similiter, in l. si cum dotem, cum sit diuersum matrimonium dissolui morte, vel diuortio. Idem in casu Soci. consi. 259. Si Lucius Titius, vel eius liberi nolint assumere nomen, & arma, substituo Pamphilam: nullis natis, non admittitur Pamphila, cum sit voluntaria. Eiusdem generis est illa de qua Soc. in d. cons. 76. lib. 3. Et hæc opinio Bar. in d. §. & quid si tantum, & d. l. 1. communis vno (quod aiunt) ore prædicatur, vt amplis. per nostros in eisdem sedibus videre licebit, vt Bero. in d. c. Raynut. nu. 336. attestatur.

16 Et † si iterum institueris verba repugnare, de his nõ fuisse loquutum. d. l. quidam. cum si. quoniam, negatur verba aliter sonare. Imò id ipsum velle, & includere secundum legis interpretationem. l. cum virum. C. de fideic. l. 3. C. de libe. præt. l. quoniam. C. de testa. Bal. ibi. l. in condit. de cond. & dem. l. si extraneus. ff. de condic. ob caus. l. si in vendit. in fi. ff. com. præd. vbi gl. Oldr. cõs. 224. nu. 33. Bal. cons. 33. lib. 5. Cra. cons. 130. nu. 7.

17 Probatur † vlterius. l. mulier. ff. ad Treb. mater grauauit hæredem, suis filiis restituere hæreditatem post mortem eorum patris. si à patre emancipentur eadem restitutio locum habebit. idem in l. si mater. C. de instit. vel si maritus vxori relinquat cẽtum donec vidua erit, & post vxoris mortem illa centum Titio, si mulier secundo nubat Titio centum debebuntur, non mariti hęredibus. licet post mortem vxoris relicta Titio legãtur. arg. d. l. mulier. & l. si mater. vbi Alexand. & Ias. nu. 2. & in d. l. si extraneus. in l. Titius. ff. de libe. & posthu. Alex. consi. 100. nu. 7. lib. 4. Cur. senior consi. 51. num. 3. Cur. Iu. consi. 19. 10 fi. secundum verisimiles, & præsumptas legis coniecturas. quibus cessantibus rigorem verborum sequimur. vt docet Bart. in l. in ambiguo. de reb. dub. Alex. consi. 55. nu. 8. lib. 3. Cur. senior consil. 49. nu. 39. de Rip. in l. hæredes mei §. cum ita. nu. 31. ff. ad Trebel. his additur l. non aliter. de lega. 3.

18 Denique † hic voluit, vt nihil amplius petere posset, ex quo rebus ipsis, & factis hanc suam esse mentem declarauit. l. Paulus non tantum verbis. ff. rem ratam hab. l. de quibus. ff. de legib. l. si tamen. §. ei qui. ibi, multo enim amplius est id facere, quàm pronuntiare. ff. de edi. edic. Rui. consi. 118. nu. 20. lib. 3. Craue. consil. 298. nu. 15. Cum sæpius verba contra mentem interpretentur. c. æstimant. 11. quæst. 3. c. dilecti. ibi, plus sit facto quàm verbis prouocare. de appella. vbi Decius num. 2. Panor. consi. 116. nu. 3. lib. 2. Ias. in d. l. de quibus. nu. 31.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores dare, vel soluere, paria esse.*
2 *Fideiussor in causis criminalibus datur vbi causa vel pœna est pecuniaria, fallit in crimine falsi. & nu. 3.*
4 *Arbitrarium esse an quis sit fideiussorib. cõmendandus.*
5 *Obliuio quando præsumatur, in arbitrio iudicis.*

DECISIO V.

Accusatus crimine falsi, an pendente iudicio possit fideiussoribus commendari, stante statuto pœnam falsi pecuniariam esse?

STATVTO huius ciuitatis cauetur, falsi crimen puniendum pœna tricentorum aureorum, vel fustigationis, vsque ad sanguinis effusionem. Accusatur Ioannes N. notarius, quod falsos testes examinauerit, saltem dicunt se non fuisse examinatos. volebat ille lite pendente data cautione relaxari, cum hæc falsi pœna sit pecuniaria, quæsitum fuit relatore d. Nicolao an esset audiendus? Media pars DD. volebat audiendum.
1 Quia † paria sunt soluere, vel idoneos fideiussores dare. l. fi. C. ad l. falcid. l. si vero. § qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. l. nemo dubitat. ff. de reg. iur.

2 Idq; † generale est, vbi pœna est pecuniaria, licet ex crimine descendat cauto relaxandum reum. l. 3. & & 4. ff. de custo. reo. c. si clericus. de senten. excom. lib. 6. Bart. in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. & in l fi. C. de feriis. Panor. in Rub. de fideius. Ioan. de Ana. consi. 21. nu. 8. Ang. in verb. fama publica. nu. 67. & in verb. quas si non soluerit Fel. in c. ad nostram. nu. 12. de Iureiurand. Ias. consi. 9. nu. 9. lib. 1. Fel. in c. fi. nu. 10. de accusa. Hypol. in Rubr. de fideius.

nu.

nu.247.& in §.attingam.nu.2.Bossi.tit.de carcera.fide-
iuſ.commend.pet to.Clar.in §.fi.qu.46. nu.7.

Alia pars repugnabat mota doctrina Bart.in l.1.& 2.
ff.de custo.reo.vbi ait, ſi veniat imponenda pecuniaria,
& in eius defectum corporalis, detẽtum non eſſe rela-
xandum:etiam datis fideiuſſorib. ante ſententiam effici
non ſoluendo,&ita eluſoria redderetur ſententia.idem
Ang.in ver.fama & publica.nu.67.de Anna.conſi.1.

3 Deinde † propter huius criminis grauitatem.Cuius
odio reus pendente iudicio non debet fideiuſſoribus
commendari, quamuis pœna ſit pecuniaria, vt monet
Bar.in l.Lucius.& ibi Alexand.ff.ad Turpillia.& in l.de
pupillo.§.ſi ex pluribus.nu.9. ff.de noui operis nuntia.
Ancha. in c. 1.fol.59. ſed alibi quærit Bart. de conſtit.
Hypoli. qui multa ſpecialia collegit ſingula. 163. & in
l.1.§.ſi ſeruus.nu.20.de quæſt.& in Rub.de falſ. no.13.
cum ſeq.de Afflic.deciſ.vlti.nu.22.23.

4 Ego verò, † qui tunc vltimus votabam viſa vocum
æqualitate, mitiorem ſequutus ſum partem. Mouebar
eſſe arbitrarium an reus datis fideiuſ. ſit relaxandus l.
2. ff. de custo. re. ibi, hoc enim vel pro crimine quod
obiicitur qualitate, vel pro innocentia perſonæ, vel
conditione eius, qui accuſatur facere ſolet. oſtendens
id in ios dicentis poteſtate eſſe.l.1. ff.de iure delib. Sed
cum videntibus nobis conſtet horum teſtium dicta à
decem & octo annis fuiſſe ſcripta. & teſtes nunc nega-
re ſua examina.videbatur mihi hãc rem veniſſe in obli-
uionem teſtibus, cùm poſt decem annos illa præſuma-
tur.l.peregre. ff.de acquir.poſſeſſ.l.furtum.§.fi.vbi glo.
5 ff.de vſucap. vel etiam ſit † arbitrarium,quãdo ſit præ-
ſumẽdus iſte memoriæ defectus. ſi Soci.credatur conſ.
2. col. 2. in fi.libr. 3. Cra. conſ. 241.in fi. Tiraquel. de
præſcr.§.1.gloſ.4.in fi. Mono. de arbi.libr. 2.centu. 1.
caſu 26. num.2 Præſertim, quia illi, qui depoſuerant,
erant ruſtici,qui obliuioſi eſſe ſolent, & ignari.l.ſi quis
id quod. vbi Iaſ.& Deci.ff.de iuriſ omni.iud. Quamuis
præterea ſit ſpeciale in hoc crimine, ne ita fiat, tamen
cùm adſit hic alia qualitas, quæ iudicis animum indu-
xit, ne facilè credat negantibus, poteſt recedere ab il-
la ordinaria diſpoſitione. l.1. ibi, idcirco cauſa cognita
liberum erit arbitrium ſtatuendi, ei qui cognoſcit. ff.
de effracto.Bar.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his
qui no.infa. vlterius doctrina. Bar. in d.l.2. ff.de custo.
reo.non caret ſuſpicione.& ea attenta nunquam debe-
ret reus fideiuſſoribus commendari. Nec ille triſtis
euentus eſt conſiderabilis atg.l.inter ſtipulantem.§.ſa-
cram. ff.de verb. obl. de Petra ſancta de his no. ſingul.
63. Hyp.conſ.16.Mono.de arb.lib. 2. centu.4. caſu.33.
nu.3.6.huius quoque fuit opinio.d.præſes vbi ſingulo-
rum opiniones præſciuit.

SVMMARIVM.

1 *Nati ex ſubſequenti matrimonio dicuntur legitimi ſine differen.*
2 *Matrimonium ab initio illicitum, non legitimat filios poſtea natos.*
3 *Qualitas natiuitatis filij,in diſpenſatione exprimenda.*
4 *Argumentũ de carnali matrimonio,ad ſpirituale validũ.*
5 *Sẽtentia declaratoria neceſſaria eſt,etiã quãdo ipſo iure.*
6 *c.tanta qui filij ſint legi. non habet locum in filijs ex monialibus natis.*
7 *c.1.quod me. cauſa. vtiliter declaratur.*

DECISIO VI.

An filius natus ex moniali in monaſterio degenti efficiatur legitimus per ſubſequens matri.mediante diſpenſatione contractuum in praiudicium ſubſtituti, caſus elegans.



NSTANTIBVS creditoribus Artis de
ſancto Romano capitur paterna domus,
ſe opponit Dominicos frater, dicens ex
paterna ſubſtitutione ſe eſſe vocatũ cùm
ille ſine liberis deceſſerit. Omniaq; alia
bona alienauerit præter domum. Creditores verò,non
ſine liberis deceſſiſſe, quia Franciſcum habuit natura-
lem & legitimum, quamuis fuerit ex Franceſia Beren-
garia tunc religioſa natus. tamẽ quia ille ingreſſus fuit
declaratus meticuloſus per delegatum ſummi Pontifi-
1 cis, & data licentia nubendi, ſubſecuto † matrimonio
factus eſt legitimus, & purgata omnis macula. c.tanta.
qui filij ſint legiti.l.cum quis.§.nuper. C.de natur.libe.
§. ſi quis igitur.in authen.quib.mod. natura.effi.ſui.gl.
in c.innotuit. in verb. coniugata. de electio. c. cum in
cunctis.eo.ti. Quæ volunt ita natos ſubſequuto poſtea
matrimonio,poſſe eligi,& vocari ad dignitates,ad quas
vocantur,qui legitimi nan ſunt, ſine vlla differentia.Et
excludere ſubſtitutos ſecũdum communem maiorum
noſtrorum opinio. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. vbi
de Rip.nu.47.ff.ad Trebel. de Afflic. dec. 195. num. 1.
Rui.conſ.92.4.& 13.15.16.lib.3.Boëri. deciſi. 159. nu.
5.& 20. Cachera.deciſ.154. quòd latiùs declarat. Rol.
à val.conſi.100.lib.2.

Quia illa legitimatio retrotrahitur ad tempus nati-
uitatis. l.fi.ff.de natali. reſtitu. docto. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. vbi Iaſ.num.84. Bar.in l.2.num.7.Ale-
xan. nu. 17. Iaſ.nu.20. Rip.nu.27.de vulga. Rui. conſi.
124.nu.8.lib.4.

2 At ſubſtitutus † negabat diſpoſitionem. d. c.tanta.
locum habere eo caſu, quo tempore natiuitatis matri-
monium inter partes contrahi non poterat. Niſi ſu-
per illo defectu, & macula fuiſſet ſpecialiter diſpenſa-
tum, propterea quod matrimonium ab initio illegiti-
mum, per ius ſuperueniens non validatur, neq; faciat
filios legitimos.l.Paulus.vbi Bart. ita notauit. ff.de sta-
tu.hom.& in l.2.ff. de concubi. Bald. conſ. 129.libr.3.
Moli.in addi. ad Alex.conſi.5. lib.7. Bero. in c. in præ-
3 ſentia. num. 340. de proba. Et † hic nullam eſſe fa-
ctam mentionem de iam natorum macula. Sed ſolùm
quod proles ſuſcipienda ſit legitima, quæ ad iam natos
non extenditur, quorum qualitas erat exprimenda, ſi
erant ſpurij, vel inceſtuoſi. Ancha.conſ.369. numer.4.
Bal.in l.eam quam. col. 12. verſi.C. de fideicom.Alex.
cõſ.195.num.5.6.lib.2.Felin.in c.poſtulaſti.nu.2.de re-
ſcrip. Iaſ.conſi.11.lib.3.Soci.conſi.47.nu.26.30.lib. 4.
Decius conſi.579.nu.4.Soci.iunior.conſi.99.no.38.lib.
2.Hypo.ſingula. 492. Ripa in d. §. ſi quis rogatus. nu.
3.Rolan. à Vale conſi. 89. nu.40.lib.1.Anto.Roſel. de
legitima.in Rub.de cauſa forma. legitima. Tariſ. conſi.
15.nu.55.lib.2.Mono.de arbi. lib.2. centu. 3. caſu 205.
nu.1.2.3.Cachera.deci.254.num.1.2.

4 Creditores, † qui ius pignoris proſequebãtur vole-
bant oſtendere, nulla fuiſſe opus expreſſione, attenta
ſententia.Et valere argumentũ de matrimonio carnali,
ad ſpirituale.c.inter corporalia. de transla. epiſ. c.ſicut.
21.q.2. Matrimonium autem carnale vi contractum eſt
ipſo iure nullum.l.Titia.ff.de verbo.obliga.l. ſi mulier.
§.ſi dos.ff.quo iur.cauſ.c.cum locum.de ſponſa. Glo.in
c.2.quod met. cauſ.Iaſ. in l. interpoſitas num. 2. C. de
tranſact. ſed delegatus iudex declarauit meticuloſum
ingreſſum,& ob id,non fuiſſe adſtrictam religioni, nec
in genere, nec in ſpecie. Et ideo perinde eſt, ac ſi non-
quam fuiſſet ingreſſa.l.4.§.condemnatum. ff.de re iudi.
Feli.in c.ex tenore.de reſcrip.Glo.in l.2.C.de hæreti.Et
ita iudicando,nihil noui ſtatuit, ſed quod ab initio fue-
rat detexit: quia qui declarat,nihil de nouo dat.l.hære-
des palam.§.ſi quis poſt.ff.de teſt.& ibi Bar. Et ad præ-

tertia tractatur declaratio. vt Bal. scribit in l. nõ dubium. nu. 3. C. de legib. Alexan. ad Bar. in l. omnes populi. nu. 39. ff. de iusti. & iure. Bero. in c. 2. num. 25. de constitut.

5 Sed † Dominicus dicebat, quamuis ingressus fuisset meticulosus, & ipso iure nullus. requirebat tamen sententiam declaratoriam. l. eius qui delatorem. ff. de iure fis. Ias. in l. si quis maior nu. 25. C. de transact. c. cùm secũdum leges de hęre. lib. 6. Deci. in §. Cornelio Felic. in verbo. & à fisco. Ideò omnia gesta per istam mulierem ante declarationem fuisse inhonesta, & turpia, quę propterea erant in rescripto exprimenda, quibus intellectis forsitan non concessisset princeps. c. super literis. de rescript. vt suprà, dictum fuit. Deinde ratione iuramenti in professione præstiti, quod cùm, non super re turpi præstitum esset. Et voluntas dicatur, licet coacta illa sit. l. si mulier. §. fi. ff. quod met. caus. Non poterat exire à monasterio nisi habita dispensatione. vt no. Glo. in c. ad aures. vbi Panor. in fi. Imo. nu. 7. quod met. caus. de Afflict. decis. 322. nu. 6. & decis. 393. nu. 11.

6 Tota † difficultas huius magnæ litis versatur. an d. c. tanta. locum habeat in filiis à monialib. & in monasterio degentibus natis, si per subsequẽs matri. legitimentur. Ego, nequaquam. Cùm videtur scandalosum propter loci dignitatem, & venerationem, titulo de his, qui ad ecclesias confugiunt, & de Immu. ecclesia. l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. quod ibi luxuriari, & adulterari non liceat. Et casum istum, cùm maioré contineat dubitationem, tanquam odiosum, fuisse expressione dignum. Et non licere nobis extendere illius. c. dispositionem, ad incestuosos, vel alios illegitimè natos. l. quod vero contra. ff. de legib. Bart. in l. 2. ff. de concubi. qui loquitur de filiis ex beneficiato natis, qui non legitimantur, quia eo tempore matrimonium esse non poterat. Ioan. Lup. in c. per vestras. §. 20. nu. 21. de donatio. inter virum & vxo.

7 Nec † obstat c. 1. quod me. caus. in quo aduocatus partis fundamentum sumebat. Nam in eo licuit mulieri, quæ per vim mariti monasterium fuerat ingressa, eo mortuo exire, & alium maritum desponsare, propter multa, quæ hic cessant: quia ante ingressum maritum habebat, & ex eo filium, non erat verisimile voluisse continere, fuerat etiam protestata coram episcopo timore mortis ingressum facere. Nimirum si cessante metu propter mortem mariti, exierit aliúmque acceperit. Et tamen episcopus vtrumque excommunicauit, quod sine causæ cognitione inconsultè egissent, & matri. contraxissent. Fuit conclusum relato D. Io. Valenriano. apertum fuisse fideicom. in personam Dominici. Cùm Attus sine liberis legitimis decesserit, & ob id pignorationes reuocandas.

S V M M A R I V M.

1 *Iurari an possit per procuratorem?*

2 *Iuramenti formam esse obseruandam.*

3 *Rotæ, non iuratur super reliquiis beati Antonij.*

4 *Consensus, quando pro solennitate præstari debet non præstatur per procuratorem.*

5 *Iuramenti formam arbitrio iudicis regulandam.*

DECISIO VII.

De iuramento secundum formam præstando, & super sanctorum reliquijs.


REGORIVS de Varesiis Auenionens. tãquam creditor summæ 350. Aureorum Petri de Matthæis, & Alienoræ Gaufridæ coniugum Carpentoraten. virtute publici instrumẽti bona debitorum titulo pignoris accepit, vt venderentur. Se opponunt debitores, & soluisse dicunt in diminutionem sortis 84. aureos, & velle stare iuramento a creditore præstando super reliquias beati Antonij, cum solennitate, & in propria, vel

1 referendum. Creditor se paratum iurare † per procuratorem. Et id fieri debere, autore Bar. in l. qui proprio. §. si alieno. nu. 14. 15. ff. de dam. infe. vbi ait, si pars petat dominum iurare, & ille mittat procuratorem bene instructum, hoc poterit facere. Idem Alex. in l. ad egregias. nu. 2. ff. de iureiur. Quia, ministerium tantum pręstat procurator, dominus autem actum perficit. l. qui autẽ. §. fi. cum l. seq. ff. de const. pecu. l. quod meo. §. procurator. ff. de procura. c. præsentium. eo. tit. lib. 6. c. qui per alium facit. de reg. iur.

2 Fuit † conclusum me relatore, iurandũ iuxta pręscriptam formã, & personaliter. l. ait prætor. §. iurari autem oportet vt delatum est. ff. eo. quia illa forma ex partium conuentione nascitur. l. iusiurandum quod ex conuentione. eo. ti. Et sicut contractus à conuentione legem accipit. l. contractus. ff. de reg. iur. Ideò formam esse obseruandam, maximè hanc, quam ius, vel cõsuetudo hactenus approbauit. l. generaliter. §. fi. ibi, vel super sacrosanctis oratoriis. C. eo. c. qua de causa. 2. q. 5. ibi, iuramento se purgauerit ante corpus sancti Apolinaris. Felin. in c. tuis. nu. 5. de testib. Purpu. in l. manifestè. num. 39. eo. Nec obstabat doctrina Bartol. qui nõ loquitur, quando pro forma peteretur vt in propria alius iuraret, sed quotiens de facto iurantis verteretur quæstio, vt sufficiat procuratorem bene instructum mittere, & iuret. c. fi. de iureiur. lib. 6.

3 Huic † accedit, quotiens consensus pro solennitate actus requiritur, vel verba legis, statuti, vel contrahentium in personam scripta sunt, per procuratorem expediri non potest, sed personaliter. l. post mortem. ff. de adopt. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæred. l. obligari. §. tutor. ff. de auctorit. tutor. §. tutor. Instit. eo. Bal. in titu. quo tempore miles. nu. 11. de vasallo quando personaliter iurare teneatur, & titulo de pace iuramen. firman. §. si quis verò. nu. 4. & 49. & de illo, qui positionibus debet respondere. c. fi. §. 1. de offi. delega. vbi Glo. in verbo personaliter, & in cle. 1. de vita, & honest. cleri. Bar. in l. iubemus. nu. 3. de erога. milita. anno. lib. 12. Cod. Alexand. consilio 189. num. 21. lib. 7. Deci. in cap. cum parati. nu. 4. 5. de appellation. Tiraquel. de leg. connubial. Glo. 6. num. 20. cum sequent. hic verò fuerat petitum, vt iuraretur solenniter, forsitã vt magis commoueretur aduersarius, quando ipsemet iurat, & sacra tangit, quasi electa fuerit ipsa persona iurantis, non alterius, vt Dynus ait. in c. qui per alium. nu. 5. de reg. iur. lib. 6. Cachera. decis. 113. nu. 3. 4. 5.

4 Cæterùm † dum ista proponimus fuit allegatum in curia Palatij non ita iurari secundum maiorum nostrorum cousuetudinẽ, sed solùm tactis sacrosanctis Euangeliis. Et super stilo factis à nobis informationibus (tametsi ex officio procedendo, non vocata parte id fieri poterat. vt latè per Alex. in l. vni. col. 1. C. vt quæ desunt aduo. par. iudex sup. & consi. 14. lib. 5. nu. 3. Bertrand. consil. 124. num. 4. lib. 2. examinatisq; qui iam à longo tempore negotia forensia tractauerant, apparuit ita fuisse obseruatum, quod vbi præsciuit aduersarius, nouam formam tradidit. Nempe iurandum per Euangelia posita super maiori altari ecclesiæ sancti Petri, præsente sacratis. Christi corpore, cum face ardenti sonante campana, vel referendum. Sed hoc similiter fuit denegatum: quia nihil refert quid ex æquipolentibus fiat. Et quod vna via prohibitum est, non debet alia permitti. l. fi. si mancip. ita veneat ne prostitua. c. cum quid vna via. de reg. Iur. in 6.

Et

5 Et † quia, arbitrarium est, qualiter iuretur. l. iusiurandũ. & ad pecunias. §. non semper. ff. eo. proinde, cum faciles sint nonnulli hominum ad iurandum, contemptu religionis. Alij perquã timidi, metu diuini numinis vsque ad superstitionem. l. quæ sub conditione. ff. de condi. Institu. Arnal. super constitu. Burdega. §. 17. in Glo. Ideò dixerunt Domini simpliciter in curia iurandum, tactis corporaliter sacrosanctis Dei Euangelijs.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus non restituitur, quando notoriè constat de non iure suo.*
2 *Attentatorum iudicium est magis priuilegiatum quam interdictum recuperandæ possess.*
3 *Attentata in beneficialibus non reuocantur, nisi prius constet de titulo, saltem colorato.*
4 *Attentata in profanis prius reuocanda, etiam si non constet de iure petentis, propter contemptum.*
4 *Obiectus testium in causa attentatorũ an admittantur?*
6 *Iudicijs in summarijs non admittuntur obiectus.*
7 *Matthæus de Afflictis diuersas refert curiæ ordinationes super obiectibus testium in materia attentatorum.*
8 *Obiectus in summarijs non admittuntur, in quibus leues probationes sufficiunt.*

DECISIO VIII.

Attentata an sint reuocanda, si constet de non iure petentis? Et an obiectus in hoc iudicio admittantur?


GEBAT Petrus du By contra Ægidium
de Cucurono, vt cogeretur redigere in
formam publicã venditionẽ, quam illi fecerat
de domo. Cùm iam partem pretij
1 recepisset, & claues tradidisset. Reus † di-
cebat non teneri, petens ante omnia attentata reuocari: quia lite pendente fuerat ab ipso domo (de qua agitur) spoliatus. c. non solùm. de appella. in 6. l. si ex stipulatione. ff. de acq. possess. l. extat. ff. quod me. caus. Alius instabat vt consequeretur suę emptionis instrumẽtum, præmissis non obstantibus. Quia, reuocatio attentatorum non habet locum, quoties notorius defectus iuris opponitur contra petentem. c. si constiterit. de accusa. vbi spoliatus presbyter beneficio non restituitur, si notorie cõstet de ipsius indignitate. c. ad decimas. de restit. spolia. lib. 6. vbi Geminia. nu. 10. Frãc. nu. 7. c. significasti. de diuortiis. Patet, quia recepit partem pretij, & tradidit claues, offerens residuum exsoluere. Et ita voluisse. DD. de Rota decis. 2. aliàs 55. ne lite pendente. in nouis. & decis. 2. aliàs 13. de restit. spolia. in nouis. de Rip. in §. nihil cõmune. nu. 70. per regulam dolo petis, quod restituturus es. l. dolo. ff. de excepr. doli. l. dolus. ff. mãd. & vt circuitus euitetur. l. singularia. ff. si certũ peta.

2 Ad hęc † respondebat reus, pręmissa locũ habere in interdicto recuperandæ, quod nõ est ita priuilegiatum, sicut remediũ attentatorũ, quę offendunt legẽ, iudiciũ, iudicẽ, & partẽ. l. non est singulis. ff. de reg. iur. c. ne lite pendente. Ideò notorius etiã defectus, non impedit istã reuocationẽ, quæ fit officio iudicis, sine libello, cle. 2. vt lite penden. Et sine tituli probatione, sufficitq; solum factũ probare, scilicet, lite penden. attentasse. Rota in præallega. decisio. Alexan. in termi. consi. 99. nu. 9. lib. 5.

3 Nec obstat † DD. de Rota voluisse notorium defectum iuris, impedire reuocationem, referente Lapo. in d. c. ad decimas. & ibi Fran. nu. 7. Siquidem loquitur in beneficialib. ne detur vitiosus ingressus. c. 1. de reg. iur. lib. 6. in quibus requiritur titulus, saltem coloratus, antequam spoliatus restituatur. vt scribit Gl. commu. approbata in cle. 1. de caus. pos. & propr. latius Rebuf. in tracta. de pacif. possess. nu. 32. Capel. Tholo. q. 15. Alex. consi. vlt. nu. 3. 4. 5. 6. Et hoc propter periculum animarum. quod in sacris administrandis timeri solet. c. ne pro defectu. de electio. c. cùm sit ars. de æta. & qualita. Oldra. consi. 1. nu. 3. Imo. in ca. bonæ. nu. 18. 19. de appel. de quibus non agitur hic, sed de profanis, de venditione domus, & eius spolio.

Ista causa videbatur dubia, siquidem multi præter nominatos voluerunt, etiam in profanis notorium defectum impedire reuocationem, vt Guid. Pap. q. 213. nu. 6. & consi. 4. nu. 3. & consi. 69. nu. 11. de Afflict. decis. 88. in fi. Aliqui, in hoc dubio, iudicem debere facere sequestrationem, & posteà de causa cognuscere, vt Cassado. decisio. 3. de restitu. spolia. de Afflict. decis. 252. Couar. practi. quæst. c. 24. nu. 4.

4 Fuit † conclusum, me relatore articulos attentatorum prius esse admittendos, secundum magis commu. opi. attestãte Alex. in d. consi. 99. & ibi Molinæus, Pan. in c. fi. nu. 5. 6. de ordine cogni. Ripa. in d. §. nihil commune. num. 159. In odium illius, qui contempsit iudicium lite pendente innouando. Rota decis. 2. de restit. spolia. in no. Lancel. de atten. 3. par. c. 24. q. 10. ou. 1.

Hinc alia nata est quæstio. sicut dici solet, lis litem serit. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. l. si quis. C. de iureiuran. quoniam examinatis tribus, aut quatuor testibus super attentatis, pars aduersa in productione fuit protestata (prout fieri pro more solet) de opponendo contra personas, & dicta c. præsentium. de testi. l. fi. C. eo.

5 Et † deinde produxit articulos obiectuum, petens ante aliorum testium publicationem terminũ ad probandum, vt instruit Pano. in c. ex parte nu. 8. & Feli. nu. 2. eo tit. Soci. reg. 129. Fallen. vlt. Mono. de arbi. libro 2. centu. 3. casu. 39. De Cucuruo verò, qui attentata prosequebatur repugnat, cùm istud sit summarium iudicium. Et portandum esse processum, vt prius super attentatis iudicetur. d. c. non solum. vbi Glo. ait reuocationem attentatorum, fieri solo iudicis officio. c. 1. ne lite pend. de pleno, & sine libello. vt ibi Fran. nu. 5. Rota decisio. 2. q. 3.

6 Et † in summarijs non admittantur probationes super obiectibus, vt docet Pan. in c. veniens. num. 10. Fel. nu. 13. de testi. Maximè, quia istud damnum reparari potest in alio plenario iudicio. l. in lege Aquilia si delectum. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. dux. & §. missum. ff. de Carbo. edicto. Bat. in l. 1. §. sed si sit aliqua. ff. de præto. stipula. & in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agnos. Alex. & Ias. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud.

Et prius de reparatione, & restitutione agendum est, alioquin aduersarius hoc colore, litem redderet immortalem, vt malitiis hominum obuietur. c. porro. de diuor. l. in fundo. ff. de rei vend.

7 Du By verò asserebat, testes, qui † deposuerant plures habere defectos, quibus detectis, nullam fidem facerent. Et hæc media, quæ defensionẽ respiciũt nõ esse denegãda, etiam in summarijs iudicijs. cle. sæpe. de verbo. signi. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. 1. C. vnde vi. Et si probentur obiectus non poterit dici attentatum. ff. de re iud. l. non putauit. §. non quæris. ff. de contra tabul.

8 Dubius † est iste articulus. hinc de Afflict. decisio. 351. refert curiam in simili causa denegasse terminum ad probandum obiectus. quia constabat de calumnia petentis. In alia verò causa habita relatione à curia Rotæ, contrarium fecit. fuit conclusum prius audiendos testes super obiectibus.

9 Nec † obstabat, quod in summarijs hoc non liceat, verum est, quando in ea causa, leuis & apparens probatio sufficeret, vt in terminis. l. fi. C. de edicto diui Adr. tol. vel, vt Galli dicunt in primo capite recredẽtiæ possess. vt per Rebuf. in regias ordi. de senten. executo. ar. 9. Glo. 1.

Glo.1.nu.2. Et titu. de materiis possess. ar.1. Glo.1. vel super primo interponendo decreto, quod non parit præiudicium.l.cognitio. §.fi.vbi Ias.& Deci.ff.de offic. eius.Decius in l.iubere cauere.num.13.ff. de iurisf. omnium iudi. Et ita intelligi debet Panor. cum aliis suprà alleg.vt declarat Mono.de arbi.lib.1.q.32. Adde, quod idem seruatur in Gallia referente Rebuf. de reprobat. testium.Glo.vni.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fornicator qua pœna puniatur.*
2 *Infamia, an repellat clericum à beneficio?*
3 *Clausula in fundatione posita non debet esse otiosa.*
4 *Reus qui possidet potest dare obiectus contra petentem ad effectum absolutionis, non adiudicationis.*
5 *Qualitas prouisi inspicitur, qualis fuerit tempore datæ.*

DECISIO IX.

Duobus super loco collegiali contendentibus præfertur, qui est de loco eligibili, licet fuerit posteà de fornicatione condemnatus.


GITVR inter duos presbyteros, super loco collegiali perpetuo, vnus à capitulo eligitur, qui non est de loco eligibili, habens etiam canonicatum cõtra tenorem
1 fundationis. Alius,† à Cardinali, qui est præscripti,& designati loci, verum lite pendente in domo claustrali cum meretrice repertus, tanquam fornicator condemnatus est, tribus annis à diuinis abstinere, vti docet Gl.in c.Maximia. 81. dist. & docto. in .. at si clerici.vbi Deci.nu.36.Bero.nu.165.de iudi. Bossi.ti.de damna.coitu.nu.10. Clar. in §.fornicatio. num.3. Fuit dubitatum (relatore D.Nicolao) quis istorum præferatur? Dicebam fornicatium repellendum. vt c.Episcopus.81.dist.ibi, ab ecclesia proiectus. c. presbyteri.82. distin.quem sententia infamauit.l. infamib.C.de digni. lib.12.l.2.§.miles.& l.ictus fustium. ff. de his,qui nota. infam. Et indignum esse loco, qui debetur digno, & bonis ornato moribus, vt luceat coram cæteris collegiatis secundum tenorem fundationis, quæ aliter gesta
2 irrita,& inutilia facit. Et † licet infamia non repellat clericum à beneficio.c.querelam.de iureiuran. Nisi in casibus quos Deci. colligit in d.c. at si cleri. nu. 39. Criménque quod nun induxit priuationem ipso iure, non inducat eneruationem collationis, vt per Felin. in d.c.querelam.num.5.

3 Tamen † quia (vt iam dictum est) fundatio expressent vt collegiatus perpetuus debeat esse bonorũ morum: videbatur omnino istum repellere vt vltra ius commune aliquid operetur, & ne sit superflua.c.si Papa.de priuileg.l.si quando.de lega.1.Et no.Bar.in l.4.§. prætor ait.nu.15.Alexã.nu.12.13. ff. de noui ope. nun. Panor.consi.42.nu.2.lib.2.Deci.in c.pastoralis.in princip.de appella.

4 Item, † cùm hæc exceptio lite pendente contigerit, potest reus, illo iure superuenienti gaudere, & vti. auctore Bart.in l.1.nu.9.ff.de excep. & in l.cogi. nu. 6. C.de petitio.hæredi.Imo.in l.si mulier.in princip.ff.solut.matri.Feli.in c.insinuante.nu.9.de offi.deleg. Et sic, quamuis alius non esset qualificatus, tamen, quia non constabat de iure actoris, poterat reus, qui possidebat dare obiectus contra personam alterius, ad effectum absolutionis, non adiudicationis obtinendæ, quod locum habet etiam in beneficialibus .insinuante.c. cum nostris.de conces.præbend.c.olim. de rescrip. Rota decis.4.aliàs.160.de re iudi.in no.propter commodũ possessionis.Rota.decis.1.aliàs.25.eo.ti.latè purpu.in l.qui accusare nu.16.C.de edend. Cæterùm, his non obstantibus. Fuit conclusum prouisum ab Illustrissimo Cardin.alteri præferendum.Quia, non cõstabat quod tem-
5 pore collationis fuisset fornicator. Et in his tẽpus collationis, siue datæ inspicitur.c.si eo tempore.vbi omnes amplis.notant.de rescrip.in 6. Et ea, quæ postea cõtingunt, non alterãt impetrationẽ.c.eam te.vbi Panor.nu. 5.Rip.nu.12.de rescrip. & in c.et cui.de præbẽ.in 6.cle. fi.de rescr.Rebuf.in forma mãd.apost. in verbo datum.

SVMMARIVM.

1 *L.1.C.quand.ciui.actio.vtilis declaratio.*
2 *L.pe.& fi.C.de ordi.iudicio.concordia necessaria.*
3 *Criminalis causa maior ciuili dicitur, etiam si minimam pœnam imponat.*
4 *Actiones præiudiciales quales sint?*
5 *Criminalis, quare prius intentanda? Fallit.nu.6.*

DECISIO X.

Quando ciuilis actio criminali præiudicat, & qua prius agi oporteat.


ENDENTE causa ciuili inter Martinum, & Isabellam incidit quæstio criminalis, attestationes per Isabellam productas esse falsas, fuit dubitatum relatore Domino Ioan. Valentiano an supersedendum sit à ciuili, donec terminetur criminalis? Decisio ab initio videbatur difficilis, propter iura inter se
1 pugnantia, si † quidem l.vni.C.quand.ciuilis actio. disponit, quotiens propter rem familiarem ciuilis, & criminalis actio cõpetit, licere vtraque experiri, siue prius ciuilis, siue prius criminalis moueatur, & vnam alteri non facere præiudicium, si me vi de possessione eieceris, possum agere recuperandæ, & lege Iulia. de vi publica,&c. Itaque ille tex.videtur permittere vna, vel altera experiri, quod tamẽ non licet, sed prius de vi agendum est.l.si à se fundum. C.ad l.Iul de vi. l. qui cætu.§. 1.ff.eo.Et vna peracta redire ad aliã.l.1. §. hoc interdicto.ff.vi bono.rapto.vt ibi docet Bart.in 1.& 2.opposi.

2 Cæterùm † dubium faciebat.l.pe.C.de ordi.iud.vbi potest iudex vtranque quæstionem sua sententia dirimere. Cui oppugnat l. fi. quæ vult prius pronuntian-
3 dum de criminali. Cum † ista dicatur præiudicialis, ratione maioritatis, vt minori (quæ ciuilis dicitur,) præferatur.d.l.fi. l. in seruorum, in fi.ibi, quia solus ictus fustiũ grauior est, quàm pecũniaria damnatio.ff.de pœnis.Bart.in l.1.in fi.ff.eo.Ias.in l.admonendi. num.221. Deci. in l. si quis id quod. num. 24. ff de iurisf.om iud. Gram.voto 17.Fallit, vt per Hypo. consi.101.num.20. Bossi.titu.de coniunc.nu.35.

Item, quia vna vtilitatem priuatorum, altera vigorem publicæ disciplinæ continet. l.locatio.§. quod illicitè.ff.de public.& vectiga.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aqui. Sicut etiam inter criminales, minor maiori criminali cedit.l.1.C.qui accusa.non pos.

4 Aliæ † verò dicuntur præiudiciales ciuiles, ratione etiam maioris præiudicij, vt cùm de statu personæ agitur, de quibus in c.tuam, vbi Pan. nu.6 de ordi.cogni. Bart.in l.fundum.versi.& debes scire quod præiudiciales dicuntur, tribus modis.ff.de exceptio.Ias.& alij in §. præiudiciales Inst. de actio. vnde, quod dicitur in d. l. pen.vna sententia vtranque terminandam, quando scilicet ciuilis, vel crimina. incidenter moueretur, vt incidens per se non terminetur, sed vna cum principali, nempe tacitè: veluti, si petam debitum ex instrumento, & allegetur falsum: iudex ordinãdo quod soluat, vtran-

que

que definiuit expressè ciuilem,& tacitè crimina.scilicet
instrumentũ non esse falsum,vel econtrario,si relaxaret
debitorē,falsum esse tacitè includeret,vt Paul. de Cast.
no.in d.l.pe. At lex fin. quãdo vtraq; principaliter mo-
ueretur, vt criminalis,tãquam maior alteri præferatur.
5 Ratione † maioritatis, & præiudicij. d.l.fi. Necnon
vt euitetur contrarieras, ne perplexitas contrarias sen-
tentias in duabus instantiis proferri contingat,forsitan
enim euentus causæ criminalis,dabit ciuili principium,
vel finem.c.si fortè.de electio.lib.6.Ancha.consi.61.
6 Limitatur † tamen d.l.fi.vt locum nõ habeat,quan-
do vtraque causa per se stare posset.& secum pati. tunc
enim super ciuili rectè prius ageretur. l. quod in diem.
§.1.ff.de compensa.l.sin autem. §.fi.ff. de nego.gest. &
ita volunt Bal. Pau.Saly.& alij in d.l.fi.de Afflict. decis.
229.num.3.In causa autem ista, quæstio ciuilis per se
decidi poterat circunductis attestationibus,quę patum
negotium principale tangebant, vt infra latiùs. Ideò
conclusum fuit ciuilem causam prius terminandam si-
ne alterius præiudicio, de his no. Bossi. titu. de foro
compet.nu.122.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Reintegrandæ beneficium, non datur contra titulo possi-
dentem.*
2 *Procurator prius debet videre mandatum suum ante-
quam contrahat.*
3 *Falsũ præsumitur ex rasuris,& in dubio nõ præsumitur.*
4 *Qui circa lites versantur omnia mala nouerunt.*
5 *Argumentum à solitis validum.*
6 *Confessio extraiudicialis geminata probat.*
7 *Singularitas testium cumulatiua an probet? nu 9.*
8 *Statutum non habet locum in casu iurati.*

DECISIO XI.

*De venditione irrita quæ sumpta fuerat per nota.
substitutum emptoris, non viso mandato, neque
recepto pretio, de qua non constabat nisi per con-
fessiones extraiudiciales.*

PETEBAT igitur Martinus reintegrari
in possessionẽ vineæ per Isabellam pos-
sessæ, tanquam hæredem Antonij eius
patris. Illa negabat: quia pater illã eme-
rat,& possederat, vt publico instrumen-
to constabat, & chirographo manu vtriusque subscri-
pto, de recepto per venditorem pretio. Patrem fuisse
1 laudatum & inuestitum: soluisse laudemia. Et † ob id
cessare remedium reintegrandæ.3.q.1. quod non datur
contra titulo possidentem. vt docent.Ang. Imo. & alij.
in l.rem quæ nobis.vbi de Rip.nu.25.ff.de acq. possess.
Alexan.cõsi.118.nu.1.& 7.lib.2.& consi.94.nu. 14. lib.
5.Bertrand.consi.324.nu.6.lib.2.de Afflict.decisio.361.
nu.3.&13.Mono.15.remedi.recuper.pos.nu.67.cũ seq.
Martinus autem ostendebat locasse fructus vineæ
Antonio,& finitum locationis tempus,& ob id nõ pos-
se refricare quæstionem dominij. l. si quis conductio.
C.loca.Nisi prius vinea restituta.l.conductores.C.eo.l.
non ab re.C.vnd.vi.Panor.& Feli.in c.uiter dilectos.de
fide instru. Etiam si conductor se habere hypothecam
contenderet.Cur.consi.122.nu.1.Soci.Iu.consi.56.nu.
8.lib.2.Alioqui dicitur dominum spoliare.l.litib. C. de
agri.& censi.lib.10.Bal.cõsi.168.nu.2.lib.4.Soci. consi.
287.nu.1. libr. 2. Mono.11. remedio recuperan. poss.
nu.35.cum sequen. Et nullam esse venditionem,si qui-
dem, ille, qui tanquam procurator Martini vineam
vendiderat,nõ viso mãdato, sed sola assertione empto-
2 ris rem distraxit. Quod † non potuit facere, nisi prius
viso mandato.l.diligenter.ff.mãda.c.cum dilecta. & ibi
Felin.Iaci.vt probat.l. si quis inficiatus. ibi, postquam
autem si cognouerit, cum eo agi poterit.ff.deposi. cle.
causam.de electio.Bar.in l.cùm vir. circa fi. ff. de vsuca.
vbi ait,eum esse in mala fide,qui contrahit cum procu-
ratore non viso mandato. Alex.consi. 35.num. 5.lib.7.
Craue.consi.260.nu.3.Tiraquel.de retract.consan.§. 1.
3 Gl.10.nu.100.& seq. Nullumque † recepisse pretium,
contra tenorem mandati,in quo dicebatur,pro pretio,
&c. & receptum confiteri fuisse erratum in extractione
mandati,& deesse illud verbum,& receptum confiteri,
quod postea in originali scriptum reperitur, vbi sunt
multæ rasuræ, & additiones quæ falsitatis suspicionem
inducunt. l. 1. ff. de his, quæ in testa. delentur. c. cùm
Ioan.de fide instru.Bart.in l.si librarius. ff.de reg.iur. &
consi.208.Ancha.consi.431.Cur.Iu. consi.45. nu.1. lib.
3.Mono.de arbi.lib.2.centu.2. casu.187. nu.40 cũ seq.
4 Et † agatur contra notarios, apud quos facilior est
scripturarum interuersio. Nam qui circa lites versan-
tur omnia mala nouerũt, inquit Glo.in l.ab Anastasio.
C.manda.Cur.senior cõsi.55.nu.11. Augetur suspicio,
quod fuerit sumptũ ad vendendũ mandatũ, per eũ,qui
tunc erat substitutus notarij emptoris, repugnante sta-
tuto ciuitatis,quo disponitur, nõ licere substitutis con-
tractus sumere in commodum dominorum:quia facilè
possent scripturas corrumpere,quas domi retinent.
5 Non † esse verisimile Martinum Auenioni cõmo-
rantem ibi fecisse mandatum ad vendendum vineam
suam. Cùm ipse meliùs poterat hoc facere, quam ex-
traneus, & sit mercator in publica statione sciẽs rerum
æstimationes,& pretia.Et à solitis valere argumentum.
l.nã ad ea.ff.de legib.Bar.in l.certi condictio.§. si num-
mos. Vbi Ias.nu.5.ff.si cer.peta.c.1 de cleri.nõ residen.
Glo.in l.neque natales.C.de proba.Bald.consi.70.nu.2.
lib.1.Craue.consi.40.nu.2. Panot.in c. quia verisimile.
nu.3.Feli.nu.4.Imo.nu.1.de præsump.Deci. cõsil.100.
nu.7.Craue.consi.134.nu.36.
Negabat rea falsum, imò Martinum recepisse pre-
tium venditionis,vt constabat chirographo,duplici te-
ste notato, quorum alter recognouerat suum. & alte-
rius subsignati (licet sit mortuus) signum. Ne præsu-
matur falsitas.l.merito.ff.pro soc.Hypoli. consi.51.nu.
33.Paris.consi.169.nu.58.lib.4.Cur. sen. consi.55.nu.
14.Mono.de arbi.lib.2.centu.4.casu 309.nu.8. faciebat
etiam fundamentum super dispositione multorum te-
stium,qui dicunt audiuisse à Martino qui dicebat ven-
didisse Antonio, & ab eo pretium recepisse, & per ge-
6 minatas † cõfessiones, quæ probant contra cõfitentem
autore Bart.in l.cùm scimus.C.de agri.& censi. lib.10.
& in l.admonendi.vbi Ias.nu.158.ff.de iureiu.Panor.in
c.si cautio. in fi. Feli.nu.39. de fide inst.Silua.consi.44.
7 nu.9. Quamuis † sint singulares, cùm sit cumulatiua
hæc singularitas,tendens ad eundem finem,& facta su-
per re principali. vt Alex. no.consi.53.nu.1.lib.1.Deci.
consi.150.nu.10.Cur.Iu.consi.168.nu.9.& 21. Craue.
consi.73.nu.34.decis.Perusi.9.nu.19.
Si attestationes fuissent compositæ à testibus omni
exceptione maioribus, multum negotij, & laboris at-
tulissent Martino, sed ferè omnes impugnabantur ali-
qua nota suspicionis. Imò verò non carebant falsi cri-
mine,quod perspicuis indicijs colligebatur.l. dolum.ff.
de dolo.cap. cùm Ioannes.de fide instr.Et inde dubius,
& incertus reddebatur iudicantis animus. vt attestatur
Bart.in l.scriptura.circa medium.C.de fide instr.Panor.
in c.quia verisimile.nu.3.Feli.nu.4.Imo.num.1.de prę-
sump.Craue.consi.134.nu.36.
Nec mouebat iudices responsio, quam faciebat ad
statutum, quod quando sumptum fuit mandatum non
fiebat

fiebat incommodum magistri, & poterat procurator
8 alteri vendere. Et † non habere locum in actu iurato. Alexan.consi.27.nu.5.9.lib.1.de Afflict. decis.111.nu. 13.& decis.307.nu.19.Cur.Iu.consi.47. Cùm iurauerit in mandato se ratum habiturum gestum per procuratorem. Nam licet procurator potuisset alteri vendere, tamen postea venditione facta domino, mandatum inficitur, & trahitur retro.l.si filiusfa.vbi Ias.nu.1.ff. de verb.ob.post Bal.si statutum prohibeat fieri contractus de bonis rebellium, & contractus fiat sub conditione, non valebit contractus, etiamsi conditio existat post rebannitionem. Ita, cùm mandatum haberet in se conditionem vt vinea alicui venderetur: si posteà domino substituti, qui mandatum sumpsit vendita fuerit, venditio trahit ad tempus mandati, vt non valeat propter statuti prohibitionem.

9 Vlterius,† procurator non poterat habere fidem de precio cõtra mãdati expressos fines. l.cuicúque.§. item si institor. ibi præsenti pecunia vendere. ff. de institor. Bart.in l.à diuo Pio. §. sed si emptor. vbi Ias.nu. 6.ff.de re iudi.Panor. in c.cùm olim.nu.4.5.de offic.deleg. Iuramentum etiam non potest tollere statuti prohibitionem, quæ ius publicum concernit, & tangit.l.non dubium.C.de legi.c.si diligenti.de foro comp.fuit conclusum actorem reintegrandum cum fructibus, à die finitæ locationis perceptis.cum expen.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia collegiata, est dignior parrochiali.*
2 *Restitutus ad gratiam reuocatam, non reuocat gratias medio tempore concessas.*
3 *Doctor restitutus non recuperat locũ ab alijs occupatũ.*
4 *Maior in ordine præfertur antiquiori in tempore.*
5 *Legitimatio posteà facta non præiudicat secundo genito ex prima vxore legitimè nato.*
6 *Fictio translatiua non habet locum, quando extremum à quo non est habile.*

DECISIO XII.

Antiquior Ecclesia parrochialis non præfertur iuniori collegiatæ, licet posteà illa efficiatur collegiata.


ECCLESIA beati G.est antiquior parrochia, quàm sit ecclesia sanctæ M.ista, à xv. annis erecta est in collegiatam, cum clausula, sine alterius præiudicio, posteà ecclesia beati G. similiter facta est collegiata. Fuit dubitatum relatore domino præside an debeat præcedere ecclesiam sanctæ M. Et videbatur debere: quia, alia facta fuit collegiata sine præiudicio alterius iuris, vnde cùm prior,& antiquior esset ecclesia beati G.nunc collegiata, videtur recuperare auctoritatem,& dignitatem quam habebat antequam alia efficeretur collegiata, quasi iure quodam postliminij.l. retro.ff. de captiuis & post. reuer. Et non soleat haberi ratio eorum, quæ medio tempore fiunt. §. in extraneis.Insti.de hær.quali.& diffe.l.sequitur.§.de illo.ff.de vsuca.

1 Contrarium † visum est dominis,solo domino præside repugnante. Quia collegiatæ digniores sunt parrochialibus.l.licet canon.& c. statutum. de electio. lib. 6.Boër.de auctori.magni consilij.nu. 83. Ideò cùm ecclesia sanctæ M. fuerit prius erecta in collegiatam, debet aliam præcedere, per regulam:qui prior est tempore,debet esse potior in iure. Et primò receptus, alteri posteà recepto præferendus.c.si duobus cap.si tibi,q.ri. de rescrip.lib.6. Idque generale est,vt antiquior iuniori præferatur.l.semper.ff.de iure immu.maiores nostri. in l.vinum.ff.si cer.pet.

2 Et † licet ecclesia beati G. facta fuerit similiter collegiata, tamen non potest tollere ius alteri medio tempore quæsitum. Sicut dicimus de illo,qui est restitutus ad gratiam reuocatam, vt nõ possit facere præiudicium gratiis, aliis medio tempore concessis. c. quamuis. de rescrip.lib.6.vbi Franc.nu.2.Geminia.num.5. Nisi poneretur claus. antefern, quam non solet princeps concedere. Ne alteri ius quæsitum tollat, vt illi dicunt. &

3 Bart.in l.2.ff.de decurio. vbi doctor restitutus † ad ius collegij,non censetur restitutus ad locum ab alis doctoribus occupatum, quibus propter absentiam, ius fuit illud acquisitum, huic seruit.l.si.ff.de pactis.si creditor debitori faciat pactum de non petendo, & posita debitor promittat soluere, non recuperabit creditor, ius quod habebat, ante prius initum pactum:quia alijs creditoribus ius quæsitum fuit. Ita dicendum est de

4 istis duabus ecclesijs, vt antiquior † in dignitate,alteri præferatur.c.statuimus de maio.& obedien.vbi Pan.ait quod maior in ordine præfertur antiquiori in tempore, id est, prærogatiua dignitatis, præfertur senectuti. vnde si primò recipereur subdiaconus, deinde alius diaconus, iste alteri præfertur,etiamsi posteà efficiatur diaconus cùm ius sit priùs quæsitum diacono.

5 Ad † hæc respicit decisio Io. An. in c. sine culpa. de reg.iur.si virtute consuetudinis primò genitus succedat in Baronia,& sit primò genitus ex concubina,secundò genitus ex legitima vxore, qua mortua contrahat pater matrimonium cum concubina: Illa legitimatio non præiudicabit secundò genito ex legitima vxore, cui iam fuerat ius acquisitum per regulam. d. c. quamuis. hinc bene dicitur factum legitime tetractari non debet,licet posteà casus eueneret à quo non potuerit inchoari. l. patre furioso.ff.de his, qui sunt sui,vel alie.iuris.l.adoptiuus.ff.de ritu nupt.c.factum legitimè. de reg.iur.lib. 6.Deci.consi.85.nu.8.Tiraquel. de primoge. quæst.34. nu.3.cum sequent.qui communem attestatur.

6 Non † obstat fundamentum R. D. præsidis, quod Ecclesia S. M. erecta fuerat in collegiatam sine præiudicio iuris alterius, hoc intelligitur, illius,quæ haberet similem dignitatem, vel priuilegium, vt Rebuf. ait in regula.de non tollen.iure quæs.Glos.6.nu 25. cum seq. Non vt retrotrahatur: quia extremum à quo non est habile. Et eo, quod nunc reperitur alia, quæ priùs talem occupauit dignitatem, quo casu cessat fictio translatiua.l.huic scripturæ.cum l.seq.ff.ad l. Aquil.Bart.in l. si is,qui pro emptore.col.3.versi.contra istud.ff.de vsucap.Tiraquel.vbi suprà.num.23.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitati permittitur obligare singulorum bona pro negotijs publi.& nu.2.*
3 *Reuocatio mandati intimari debet,etiãsi publicè facta sit.*
4 *Dominus qui petit vt rationes reddat tacitè mandatum ratificat.*
5 *Ratum quis habere non potest, quod suo nomine non est gestum.fallit.*

DECISIO XIII.

Ciues, qui nomine ciuitatis mutuò pecunias acceperunt, tenentur de his rationes reddere.


PETENTIBVS multis ciuitatis Cauallionis ciuibus, fuerat auctoritate commissarij à Cardinali missi,in domo communi coactum concilium, & ibi data potestas duobus accipiẽdi pecunias mutuò, vsque ad aureos mille, & obligandi singulorum bona,

bona, & communia ciuitatis, in necessarios vsus, &
statutorum obseruationem erogandos, & conuerten-
5 dos. Sicut † iure communi vnicuique ciuitati hoc face-
re permittitur. l. 1. ff. quod cuiusc. vniuer. nom. l. 1. & 2. ff.
de admi. rerum ad ciui. pertinen. l. quod. semel. ff. de de-
cret. ab ordi. faciend. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. part.
capi. c. cum omnes, vbi Bero. num. 77. de consti. l. 4. vbi
de Rip. num. 34. cum sequent. ff. de re indi.

Acceptis pecuniis petunt procuratores vt ciuitas
eos indemnes reddat erga creditores. Recusant consu-
les hoc colore, quod soli particulares congregati, siue
consulibus non poterant obligare ciuitatem. l. in tan-
tum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. & sine ordinato
consiliariorum numero: contra statuta ciuitatis. l. illa.
ff. de decret. ab ord. faciend. l. nulli. ff. quod. cu. vni.

2 Fuit † conclusum, propterea quòd auctoritate com-
missarij fuerat conuocatum concilium, tanquam legi-
timum etiam absentes ad hoc vocatos, efficaciter obli-
gasse, auctore Panor. in c. cum omnes. num. 13. de con-
stit. Cuius est commu. opin. vt per Bero. num. 93. Mar.
decisi. 785. Decium consi. 151. num. 16.

Opponebant secundò hos procuratores triplici de-
liberatione consilij fuisse reuocatos, & non debuisse
post reuocationem mutuò pecunias accipere. c. ex par-
te decani. vbi Glos. fi. de rescr. l. si mandassem. ff. manda.
Negant procuratores sciuisse reuocationem: quæ non
fuerat illis intimata, iuxta cle. vni. de renuntia.

3 Alij † dicunt, non fuisse opus intimatione: quia fuit
facta reuocatio in consilio præsentib. ciuib. & quæ pu-
blicè geruntur nota sunt omnib. c. quosdam. c. quanto.
de præsump. l. sed si pupillus. §. proscribere. ff. de instito.
& paria esse scire vel debere scire. l. nec supina. ff. de iu-
ris, & facti igno. c. cum inhibitio. de clandes. desponsa.
& facit in proposito. l. si procurator. ff. de condic. ob
caus. fuit dictum, ne præsumatur delictum in reuocato
procuratore post reuocationem gerente, necessariam
fuisse intimationem. d. cle. vni. & Fel. in d. c. ex parte de-
cani. num. 23. Et quia, non probatur fuisse præsentes in
consilio quando facta fuerit reuocatio. c. ignorantia. de
reg. iur. in 6.

4 Tertiò † inquiunt, illis fuisse expressè prohibitũ pe-
cunias mutuò accipere, respondent non accepisse post
inhibitiones, & ciuitatem tacitè ratificasse obligatio-
nes, petendo, vt ipsi de pecuniis receptis rationes red-
derent. l. 3. §. falsus. ff. rem ratam habe. dominus appel-
lando ratificat gesta per falsum procuratorem. Guid.
Pap. quæst. 320. Rota decis. 60. aliàs 429. de appel. in no.
l. post diem. ff. de lege commis. l. ad solutionem. C. de re
iudi. c. gratum. de off. deleg. Cra. consi. 137. per to. vnde
visis obligationib. per istos procuratores contractis,
apparuit nobis tres fuisse tam ciuitatis, quam quorun-
dam particularium nomine de quadringentis aureis,
5 quatuor, de quingentis, nomine priuatorum. Ideo † fuit
dubitatum an ciuitas censeretur omnes illas obligatio-
nes ratificasse petendo ab illis vt rationes redderent.
Circa illas, quæ nomine ciuitatis cõtractæ fuerant nul-
la erat dubitatio. l. Paulus. ff. rem ra. hab. Cepha. cons. 3.
nu. 85. lib. 1. sed de aliis, quæ solos priuatos obligabãt,
sic. Et quia, ratum quis habere nõ potest, quod suo no-
mine non fuit gestũ. c. ratum. de reg. iur. in 6. Aliqui ex
dominis dicebãt. Imo dominus potest ratificare, etiam
quod suo nomine non fuit gestum. l. si fundum. §. 1. ff.
de pign. vbi, si res aliena pignori data sit, quo caso non
valet. l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. ff. de pign. tamẽ si
dominus posteà approbauerit valet, & sibi præiudicat.
l. aliena. ff. de pig. actio. non vt acquirat actionem cõtra
dominum, sed ne dominus possit actũ infirmare vt de-
clarat Paul. de Cast. in l. vni. C. si in cõ. eadémque caus.
Decis. Rotæ Auenio.

resti. postu. Et sic videbatur istis priuatis ciuib. actionẽ
contra ciuitatem non competere, virtute illius tacitæ
ratificationis. Ideo dicimus, debere cõsules reddere in-
demnes hos particulares pro pecuniis, & summis no-
mine ciuitatis mutuò acceptis, & de illis istos rationem
reddituros. Et si redditis rationib. appareat etiam alias
summas in vtilitatem ciuitatis conuersas, æquum esse
vt ciuitas teneatur, arg. l. si me & titium. ff. si cert. pet.
Rui. consil. 19. nu. 2. lib. 4. Cepha. consi. 36. nu. 29. lib. 1.
Ne ciuitas locupletetur cum aliena iactura: & hanc
sententiam vtraque pars approbauit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus legando vxori mobilia, & domus vtensilia, an videatur etiam legasse fructus?*
2 *Mobilium appellatione, etiam fructus continentur.*
3 *Generi per speciem derogatur, non econtrario.*
4 *Verba generalia generaliter intelligenda, etiã in odiosis.*
5 *Copulatiua inter genus, & speciem non diuersificat dispositionem.*
6 *Legato generalis, non continentur merces.*
7 *Mercator nõ dicitur, qui suos vendit fructus superfluos.*

DECISIO XIIII.

Maritus legando vxori omnia mobilia, & domus vtensilia, censetur etiam legasse fructus domi existentes.

1 MARITVS † legauerat vxori suæ omnia,
& quæcunque mobilia, & domus vtensi-
lia, quæ reperirentur in eius domo tem-
pore mortis. Quæsitum fuit, (relatore d.
præside, qui dicebat casum istũ ad se mis-
sum à patria sua, vt per Rotam decideretur) an vinum,
oleum, triticum, quæ causa victus domi parata erãt, le-
gato continerentur, videbatur prima facie non conti-
2 neri. Quia, † licet mobilium appellatio tanquam genus,
fructus contineat. l. fin. ff. de requi. reis. l. fur. ff. de vsufr.
not. Spec. tit. de fruct. & interesse. §. 1. n. 5. Pau. de Cast.
cons. 132. lib. 1. Dec. cons. 472. nu. 5. tamen, illi generali-
3 tati derogasse creditur, per subsequentem † speciẽ, scili-
cet domus vtẽsilia. l. in toto iure. ff. de reg. iur. l. alimen-
ta. §. Basilicæ. de alimeot. & ciba. leg. legauerat testator
generaliter libertabus alimẽta, Basilicæ libertæ decem,
ei non debentur alimenta. Ita hic restrinxisse legatum
videtur ad sola domus supellectilia, quæ destinata sunt
vt ibi perpetuò maneant, & non ad fructus extendatur,
qui ad tempus manent, & de domo dici non possunt. l.
ex facto. §. rerum Italicarum. ff. de hæred. instit. l. fundi.
§. Labeo. ff. de actio. empt. Cor. consi. 14. circa fin. lib. 1.
vbi maritus legauit vxori res massaritias, & bona mo-
bilia, quæ erant in domo sua, non continentur mobilia
quæ parata erant vt extra domum portarentur, sed illa
sola, quæ pro seruitio domus. Maximè vt præsumatur,
quod testator minus voluerit suum grauare hæredem.
l. vnum ex familia. §. si rem. de lega. 2. §. non solum. Inst.
de lega. l. Publius. §. 1. de condit. & demonstr.

4 Contrarium † visum est iustiùs, propter legati gene-
ralitatem, dicendo omnia, & quæcunque mobilia, quæ
quidẽ generalitas verificari debet in omnibus suis spe-
ciebus. l. 1. §. generaliter. de leg. præstan. locutio enim
generalis nihil reliquit intactum. Bal. cons. 305. lib. 1. &
consequenter includit fructus domi existẽtes tempore
mortis. l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. l. si chorus.
de leg. 3. Alioqui essent superflua si sola domus vtensi-
lia cõtinerentur, sufficiebat dicere, lego domus vtensi-
lia. contra l. si quando. de legat. 1. c. si Papa. de priuileg.
Itaque verbum generale, generaliter intelligendum
est. Etiam si materia esset odiosa, veluti si super
renuntiatione ageretur, vt scribit Bartol. in leg.

quæsitum.nu.2.ff.si quis cautio.Are.consil.104.col.3. versic.hoc clarè patet.Ias.consil.98. lib.1.vel dispensatione,vt nostri maio.notant in l.si stipulatus fuero per te noo fieri.ff.de verbo.oblig. vbi Ias. num.23. Roma. consil.14. Calderi.consil. 6. in fin.vel alijs in similibus causis.c.solicite.de maiori. & obed. c. si Romanorum. 19.distinct.l.Iulian.de lega.3. In quibus ea omnia,quæ excogitari possunt salua ratione recti sermonis, continentur.l.in fideicommissi. § cum Polidius. ff.de vsu.l. cum virum.C.de fideicom.Socin.consil.26.lib.3.Alex. consi.30.num.14.15.16.17.lib.5.Crauet.consi.209.nu. 6.A fortiori in casu isto, vbi agitur de legato vxori relicto,cuius occasione fauorabile dicitur. l.aduersus. C. de crimi.expi.hæred.c.hæc imago.33.quæst.5.

5 Hoc † itaque legatum duo continet mobilia,& domus vtensilia,virtute copulæ,quæ requirit concursum vtriusque. l. si hæredi plures. ff.de condit. instit.l.duos reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.reis.l.vbi autem. §.fin. ff.de verbo.oblig. quamuis inter genus, & speciem sit posita,non diuersificat dispositionem.c.2. vbi cano. & Fel.num.21.de rescrip. nec excludit genus,vt probat l. si cum dotem.§.sin autẽ.ff.solut.mat. vbi maritus vxori infirmæ tenetur prętare alimenta,& medicinas,licet appellatione alimentorum illæ contineantur. l. verbo victus.ff.de verbo. signifi.l. legatis. de aliment.& ciba. lega.Et si species, post genus posita excluderet genus, maritus noo teneretur nisi ad medicinas,quod esset absurdum,vt aduertunt Alexand.Imo.& alij ibidem.Nec per hoc colligitur diuersitas enunciatorum. vt not. in Rub.C.de serui.& aqua.& ibi,dicite discipulis eius, & Petro.Nam illa specialitas enunciata non excludit alios discipulos, vel, quod non tractetur nisi de seruitute aquæ.Sed facit vt principaliter de illa specie tractãdum sit, quasi maiori annotatione digna de Rip. in c. inter cæteras.num.53.de rescript.& probat. c. cum longè.io verbo Hispaniæ,atque Galiciæ.63.dist. Ita,testator exprimendo domus vtensilia, videtur demonstrasse digniora cæteris mobilibus. In d.§.Basilicæ.vnigenus,& alteri species legabatur,ideo species generi derogat. secus,quando vnigenus.& species simul.l.quæsitum.§.fi. de fundo instruct.Decius in d.l.in toto.num.15.Craue. consi.28.num.1-.de Afflict.decis.106.circa fin.

6 Cor.autemq; in d.consi.14.loquitur de mercibus ibi ad vendendum repositis,quæ in legatu etiam generali non cõtinentur.l.si vxori.§.sed cum ita. de auro & arg. lega.l.generali.§.vxori.ff.de vsufruct. lega.l.vxorem.§. legauerat.de lega.3.Ias.in §. item seruiana.num.44.vsque ad 48.Instit.de actio.

7 Testator † autem de cuius legatu agimus non erat mercator, sed nobiliter viuens, tametsi annis singulis, partem suorum fructuum venderet superfluos, quos ex prædijs suis percipiebat.c.eiciens. 88. distin.l.semper.§.negotiatores.ff.de iure Immut.Bart. in Rubr.C. de n[illegible]uicula.lib.12.de Rip. in c.1.nu.[illegible]9. de ludi. Deci. consi.472.in fi.Rebuff.ad regias ordi.tit.de mercat.nu. 1.cum sequent.

Et postquam abundè de hac re inter nos disputatum fuit,inueni in p[illegible]opriis terminis consil.Bald.485.libr.4. quo viso adhuc magis quieuit animus dominorum.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio non datur, nisi prius data copia indiciorum,& deffensores,& num.10.*
2 *Confeßio facta in tormentis,non seruatis, seruandis, est ipso iure nulla.*
3 *Criminibus in grauioribus iura transgredi licet.*
4 *Quæstio non est repetenda,nisi ex nouis indicijs.*
5 *Defensionem nemo tollere potest,etiam princeps.*
6 *Aßaßinium punitur, etiam non sequuto effectu.*
7 *Diffamatus,an posit torqueri,si notoria sint crimina.& numero 9.11.*
8 *Confeßio in mortis articulo probat.& num.16.*
10 *Perire volens non auditur,ideo debet habere defensorẽ.*
12 *Fama,qualis esse debet,vt probet?*
13 *Testes debent deponere in præsentia accusati rei.*
14 *Confeßionem contra propriam,multa allegari possunt.*
15 *Confeßionibus nemo condemnandus, nisi præcedant indicia legitima.*
17 *Inordinatus processus vitiat sententiam.*
18 *Præsumptionibus nemo condemnandus, etiam si violentæ sint.*

DECISIO XV.

Reuocata fuit sententia vltimi supplicij contra confessum quòd sine exhibitione in præsentia testium, nullo dato deffensore & sine copia indiciorum lata fuerat.

PROPOSITA fuit in consilio per d. Alziatium de Cadeneto vna causa appellationis interpositæ a sententia vltimi supplicij lata per consilium Papale Carpentor. cõtra Antoniũ Chauselinũ loci de Bonilis. Qui accusabatur multa cõmisisse furta,fregisse carceres, quòd patruum proditoriè occiderat mediantibus duobus bobus sibi ab adultero vxoris patrui promissis. Quod ipse cum duobus alijs in ponte Iuliano illac transeuntem mercatorem occidisset, spoliasset, & cadauer in vetus moleudinum proiecisset:partemque spolij habuisset,& æqui pretium. Constabat de corpore mortuo, quod repertum fuit,& recognitum.Et huius socios hæc omnia confessos,tam in tormentis,quam extra,& in furca dum strangulabantur:quorum dicta iste omnia approbauerat, & repetita quæstione affirmabat, licet postea negauerit.Ideo bene iudicatum dicebat fiscus.

1 Procurator autem huius † miseri male. Quia nullis exhibitis in præsentia testibus, nec data copia indiciorum,sine deffensore contra eum iudicium à grauissimis tormẽtis cœptum est,omisso omni iudiciorum ordine contra l.1.in princi. ff.de quæst.l.milites,ibi non à tormentis iudicium sumere.C.eo.Bart.in l.fin.circa fin.ff. eo.Ang.in verbo fama publica.Gandi.de tormen.num. 14.Hypo.in d.l.1.num.18.

2 Ideo confessiones † nullas,cum inde sequutus.glos.& Bar.in l.penult.ff.eo.Hypo.in pract.§.nunc videndum. num.1.cum sequent.Bossius tit.de indicijs,& consider. ante tortu.num.74.Clar.in §.fin.quæst.55.num.13.14. Bertrand.consil.226.num.5.lib.5.

3 Respondebat † fiscus præmissa cessare in criminibus enormibus pro quorum euidentia, & coerctione non expedit communes obseruare formulas,& expediat ex causa iura transgredi,& præscriptos excedere limites.l. omnes.C.de deffens. ciui.c.fœlicis.§.cæterum de pœnis in 6.Hypo.consi.5.num.3.& consi.9.nu.13.auctore Bartol.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui not.infam.& in l.& si seuerior.C.eo. Adeo, vt ex solo processu informatiuo licuerit in istum quęstionem inferre,& repetere,attenta grauitate, & multitudine delictorum:vt voluit de Afflict.deci.391. circa fi.Brut.de indi.fol.9.ver.5.princip.Hyp.in d.l.1.num.3.de quæst.

4 Cæterum illa decis.de † Afflic.est localis vt in ea patet num.10.vt aduertit Gramm. voto 3.nu.24.& idem Hypo.& Brutius.quando hoc statutum diceret.

Con

Conquerebatur etiam reus de sæpius in eum repetita quæstione sine nouis indicijs, de quibus nullatenus apparebat. contra. l. repeti. vbi Hypo. num. 4. ff. eo & consil. 14. num. 24. Clar. in d. §. fin. quæst. 64. num. 46. Etiam si ageretur in crimine læsæ maiestatis. Hypol. singul. 157.

D. aduocatus fiscalis iterum volebat excusare iudices, quod illi impetrauerant à Cardinali, vt liceret illis procedere sola facti veritate inspecta, & ita potuisse ex solo processu informatiuo quæstiones inferre, eamque repetere per ea, quæ consuluit Alex. qui conatur ignorantem iudicem defendere, qui indebite torserat reum. consi. 65. lib. 1. per to. sed nihil ad propositum.

5 Deinde, quia † non potest princeps defensionem tollere, quæ est iuris naturalis. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paup. fecis. dica. clem. sæpe. de verbo. signifi. præsertim vbi agitur de vita hominis ad Dei similitudinem creati. c. hanc societatem de pœnit. distinct. 4. l. iustissimè. ff. de edi. edict. Quamuis iudex posset pro arbitrio procedere, facultas illa restricta est vsque ad iuris terminos. clem. pastoralis. vbi omnes not. de re iudi. c. quanto. c. veniens. de iure iur. consil. 65. in princ. libr. 1. per Alex. & Capel. consil. 65. versic. sed plus dico. Ang. in verbo fama publica. num. 37. Etiam si ageretur contra malefamatum. Hypo. in d. l. 1. num. 6. & in l. fin. num. 7. de quæstio. & consil. 187. num. 23. & consi. 12. nu. 7. consil. 18. num. 13. consi. 46. num. 5. Bertrand. consil. 187. lib. 1. doctor. in l. is apud quem. vbi de Rip. num. 8. 9. C. de edend. Non obstante pro libero arbitrio data facultate. Mono. de arbit. lib. 1. casu. 78. Botius titul. de iudicijs. num. 74. 77. 78. Quamuis etiam super atrocissimo scelere, vt ille ait num. 79. Clar. in d. §. fin. quæst. 49. in princip. & quæst. 64. nu. 28. Rol. à Val. consi. 12. num. 45. 59. lib. 3. veluti maiestatis, veneni, & similium. vt num. 70. Cæterum primi indices præproperantes, vix ceptum negotium factum voluerunt, imposito vltimo supplicio. contra vetus adagium, quo dictum est, non statim cum ipso initio apparere finem. & l. indices. C. de iudi. cum simi.

6 Vnus ex † nostris (qui fuerat præpositus vt sententiam tueretur) illa omnia cessant in casu huiusmodi, vbi de assassinio agitur, in quo cessant omnes communes iuris regulæ. c. 1. de homi. lib. 6. & probabilia argumenta sufficiunt ad condemnandum. Bassius tit. de comm. num. 55. vt puniatur affectus, licet non fuerit secutus effectus. Clar. in §. assassinium. num. 6. 7. Carre in §. homicidium. & §. circa igitur. num. 5.

7 Et contra † confessum, & publicę diffamatum, qui iuste torqueri potest, quando cum alijs fama concurrit. vt Bar. in d. l. fin. Alex. consi. 4. num. 4. lib. 6. quando vehemens illa est. vt Bart. consi. 191. Bald. consi. 131. libr. 2. Hypo. singu. 105. & in l. de minore. §. plurimum. nu. 32. de quæst. Clar. in d. §. fi. quæst. 21. Nostri maiores in l. admonendi. in c. qualiter, & quando. vbi Bero. nu. 78. Bertraud. consi. 126. num. 11. lib. 1. Cra. consil. 41. nu. 6.

8 Hic verò † præter famã videmus eius socios in furca existentes corã toto populo hunc suorum delictorum participem declarasse, quibus credendum videtur ne præsumantur in mortis articulo dixisse mendacium vel falso alterum accusasse, voluisseque proprias animas perdere, qua nihil charius esse potest. l. sanximus. C. de sacro. eccle. l. fin. C. ad l. Iul. repe. c. sedn'i. 38. dist. Cuius vnius perditio grauior est, quam mille corporũ vt inquit D. Aug. in c. si habes. vnde si vna anima 24. quæst. 3. Gloss. in c. illa. 22. q. 5. & esse verissimile hunc, ab illis accusatum pro exoneratione conscientiæ, vt plena eorum esset confessio, & ne tacendo verum, in alio seculo luerent pœnas. c. sanximus. 1. q. 7. not. dor. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. ff. ad Sillania. Hyp. in §. diligenter. nu. 117. & cons. 119. nu. 11. & 37. Carre. §. circa. nu. 3. 5. 6. Cacher. decis. 79. & hæc videns ille miserrimus non curauit se deffendere, nec petere duplum indiciorum. acquieuit decreto de torquendo. quia reatũ suum agnoscebat, nullas habẽs deffensiones frustra expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. l. aliquando. ff. ad Velleia. frustratus conatus, qui nihil inde affert lucri, illis, qui rem claram, obscuram conantur ostendere.
9 l. ille aut, ille. §. cum in verbis de lega. 3. Ideo † delicta huius esse clara, & manifesta, in quibus ordo iuris non requiritur. c. euidentia. de accusa. c. quia Lotharius. 2. q. 1. Bar. in. l. ictus fustiũ. ff. de his, qui not. infa. Bal. in l. ea quidem. C. de accus. cauo. in c. ad nostram. 3. de iureiur. & in c. fi. de cohab. cler. & mulierum. Ang. in verbo per modum notorij. Panor. in c. quanto. deã trsl. præl. Dec. consi. 544. n. 6. Nec solemnitates indiciorum obseruandas vt Ancha. air consi. 197. n. 1. Imo ordo est, non ordinem seruare inquit Bal. in d. c. ad nostram, cum notorium inducat plenam probationem. l. emptorem. ff. de actio. emp. Bal. etiam in l. 1. circa mediũ. C. quæ in frau. credit. Hyp. in Rub. de prob. n. 196. & magis curandum esse de iustitia, quam de modo. l. fi. §. fi. ff. quod me. caus. dummodo veritas pateat. l. cum seruos. ff. de verb. obli. l. 2. C. de alim. pupil. præs. l. fi. C. de dona. quæ sub mod. l. item veniunt. §. à quo. ff. de peti. hære. Et istos primos iudices ita iudicasse veritate inspecta, vt prouincia purgaretur malo homine isto. l. congruit. ff. de offi. præsid. solent prudentes aliter, cum alijs agere, Glaudius, aut asperius, pro qualitate delicti, & personarum delinquentium. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis.

10 Sed his nõ † obstantibus, alia præualuit opinio. Quia debebant illi iudices, etiam non petenti inditia, & deffensorem dare. ne audiatur perire volens. l. 1. §. si quis vltro. vbi Hyp. nu. 4. de q. per. l. & si non deffendantur. ff. de pœ. Bar. consi. 100. Hypo. in §. nunc videndum nu. 7. Rip. in l. 4. §. hoc autem. num. 77. de damno infect. Clar. in d. §. fin. quæst. 49. num. 13.

11 Decepti etiã † fuerunt illi iudices, quia, non erat probata illa delictorũ notorietas, pro vt requirebatur per sententiam declaratoriã, alioquin fieri non potest executio pro notorio allegato. vt docuit gloss. in d. c. euidentia. per. l. fi. C. de male. & mathem. doc. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. Hypo. late. in §. aggredior. num. 133. & in Rubri. C. de prob. Non constabat occidisse patruum nisi per leuem famam, quæ non probat. l. maritus vbi gloss. dicit, nisi pręcedant inditia. ff. de q. Hyp. in l. de minore. §. plurimum n. 31. eo.

12 Et nisi testes † dicant, à quibus audiuerunt, auctore Bart. in d. l. de minore. in fin. & vnde orta fuerit, & an à maiori parte populi. gloss. in l. 3. §. eiusdem. ff. de restib. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hæredi. Gram. consi. 26. nu. 12. 13. Hypol. in d. §. plurimum. nu 46. Clar. quæst. 6. nu. 11. vbi præsertim agitur de pœna. mortis. Alex. con. 140. n. 6. lib. 3. Hyp. cou. 105. n. 22. 23.

13 Errauerunt etiam † iudices, qui non adhibuerunt testes in præsentia delati, contra quos dare poterat obiectus. e. illa præpositorum. de accusa. l. si accusatoribus. C. eo. Non debebant nulla facta repetitione ex solis informationibus reũ torquere, & condẽnare quæ nullam faciunt, nisi vocato, vel præsente reo. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. si quando. C. de vest. c. in nomine. eo. tit. Sali. in l. fi. C. de q. Gram. con. cri. 15. nu. 2. Clar. q. 11. & q. 45. vbi ita obseruari cõmuniter attestatur. Hinc Festus dicebat. Nõ est Romanis cõsuetudo dãnare aliquẽ hominem, priusquam is, qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque deffendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiiciuntur. vt actuum. c. 25.

14 Præterea licet fuisset †cōfessus, poterat tamen multa contra propriam confessionem proponere, veluti, quod esset minor. processus nullus, vel iurisdictionis defectus, vel alia, quæ tradit Bartol. in dict. §. si quis vltro. & Hypo. num. 89. Gramm. consil. 69. Clar. quæst. 50. 54. num. 12.

15 Imò verò, non solet nocere† confessio, vbi legitima indicia non præcesserunt, licet in ea perseueraret. l. pen. ff. de quæstio. vbi gloss. not. Alex. consi. 5. nu. 1. & consi. 144. num. 5. lib. 2. & consi. 52. num. 2. lib. 3. Ang. in verbo fama publica num. 36. Bandi. consi. 77. num. 8. lib. 1. Mathés. singul. 55. Etiam si super grauissimo scelere esset quæstio. Grammat. decisio. 56. num. 5. voru. 6. num. 7. Neuisa. in silua lib. 2. num. 63. Lapus decis. 145. num. 3. Clar. quæst. 55. num. 14. & questio. 64. num. 9. Mono. de arbi. lib. 1. quæst. 84. Rolan. à Val. consi. 12. num. 31. & consil. 590. lib. 3. Calefa. inter consi. crimi. consi. 108. num. 3. & sequent. lib. 1. Hypo. Sonia. in commu. opin. in verbo confessio.

16 Nec excusabat indices, illa †cōfessio, quam fecerant illi duo latrones huius socij. si quidem sufficiebat ad detinendum, non ad condemnandum gloss. in c. literal. de præsum. vbi Feli. nu. 20. Cum sint infames, & velut mortui. Grammat. decis. 42. num. 9. & decis. 56. num. 16. Mono. de arb. lib. 2. centu. 1. casu. 89. nu. 30. Bossi. de indicus, & confes. aut torturam. num. 184. cum sequent.

17 Illud deniq; displicebat, quod sine † ordine erat iste processus, quæ debebant præcedere sequebantur. Sicut vulgo dicitur, Currus boues trahit. de re, quæ præposterè agitur. cōtra l. prolatam. C. de sen. l. 1. C. de execu. rei Iudi. & vbi non est ordo nascitur confusio. Bal. in c. 1. §. sacramenta. num. 12. de consue. veteri feud. Multa ad propositum Hypo. in §. secunda. in praxi. nu. 67. cū seq. 2. in l. qui eodem. à nu. 20. vsque ad 57. de sica. Et illi dicuntur ordinem delerere, sicut desertoris vocabulum apud militares ignominiosum erat. l. desertorem. ff. de re mili. cum si.

18 Et sicut actis apparebat, ex solis †præsumptionibus moti condemnauerant ad mortem, quod valde periculosum est. c. afferte. vbi Panor. & Feli. nu. 6. de præsum. Alex. cons. 15. nu. 1. 2. lib. 1. Ias. in l. 1. nu. 28. C. de seruis fugiti. inquiunt ex præsumptiua probatione non imponitur mors. Mathes. no. 119. Hyp. in §. diligenter. nu. 22. Etiam si essent indubitatæ præsumptiones. Hyp. in d. l. 1. C. de prob. n. 17. Deci. c 6l. 175. nu. 8. Gram. cons. 136. n. 12. Clar. q. 20. n. 5. 6. Nisi forte essent violentissimæ. l. sciant cūcti. C. de prob. l. 2. C. quo appel. nō recip. Fel. in d. c. afferte. n. 10. fuit conclusum male iudicatum. & hunc ad perpetuos triremes remittendum. pro delictis, de quibus sufficienter apparebat.

SVMMARIVM.

1 *Mobilium appellatione, an veniant seminata?*
2 *Legatum intelligitur secundum tempus testamenti.*
3 *Pauli Castrensis magna auctoritas.*
4 *Fructus seminati, cum sperentur fieri mobiles non sequuntur naturam prædiorum.*

DECISIO XVI.

Legatum mobilium continet etiam grana seminata in fundo testatoris.

1 DOMINVS Anthonius Parisius auditor Rotæ posuit in concilio. Maritum legasse vxori omnia bona sua mobilia. & in cæteris fratrem suum fecisse hæredem. Quærebatur, an sata in terris testatoris legato contineretur. Ab initio dicebamus non cōtineri. pendentésque fructus partem fundi esse. l. fructus. ff. de rei vendi. l. si. §. fructus. ff. quæ in fraud. credi. l. in lege falcidia. ff. ad l. falcid. l. in fideicommissariam. vbi de Rip. & ego. ff. ad Trebel.

2 Deinde, quia verba † legati intelliguntur secundum tempus testamēti. l. si ita. de auro, & arg. lega. l. vxorem. §. testamento. de lega. 3. Ideo, cum tempore testamenti, & mortis adhuc essent seminata in terris, & non à solo separata inter mobilia non videbantur cōtineri. l. si cognatis de reb. dubiis. Cæpol. Tholos. decis. 190. si testator legauerit omnibus suis filiolis, nō debebitur legatum illis, qui post testamētum geniti, facti sunt filioli.

3 Denique fructus accedunt † fundo tanquam accessorij fundi naturam sequuntur. l. quæ religiosis adhærent. ff. de rei vendi. c. accessorium. de reg. iuris. in 6. §. igitur. Instit. de pupil. sub l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. de dependentia. de dona. inter vir. & vxor. & coniunctorum idem debeat esse iudicium. l. eum actum. de nego. gestis. §. eum qui ædes. ff. de vsucap. l. fin. ff. de ff. calumn.

4 Tandem viso consilio †Paul. de Cast. 132. lib. 1. omnes cōtrarium iudicauimus propter eximiam tanti viri auctoritatem. quem extollit Hori. consi. 60. lib. 1. Bologni. ad consi. Ioan. de Anna. 6. Gram. consi. 201. num. 2.

Licet pugnare videantur iuris regulæ, quæ de coniunctis, & accessoriis loquuntur. tamē (inquit ille) quia in habitu sperantur, fiunt res mobiles, & ad hoc ordinati sunt vt à solo moueantur, & separentur, secundum propriam fructuum naturam, perinde ac si tempore testamenti essent mobiles. arg. l. fundi. §. fin. cūm. l. seq. ff. de actio. emp. si regulæ detractæ ad ædificio, vt reponantur, ædibus accedunt. Ita, quę sunt reposita vt deinde amoueantur, non debent dici esse fundi. arg. à contrario sensu. l. 1. §. 1. ff. de offi. eius.

Sed quid de oliuis, glandibus, & aliis fructibus arborum an veniant appellatione mobilium? Inspecta ratione Pauli deberent contineri. Quia, sperantur vt fiāt mobiles, & separentur à fundis. Quod non puto, cum nunquam fuerint mobiles. Nisi quando recolliguntur. perpetuoque deberentur, & ita inutilis esset proprietas istarum arborum. de quibus testator non cogitauit. seminata verò ab initio fuerunt mobilia, & destinata ad vnum vsum sine alia expectatione. quæ propterea pro recollectis habentur. l. & si non sint. §. quid ergo. de auro, & argent. legat.

Alia autem legata regulantur secundum tempus testamenti. Quia, testator legando argentum suum, vestes, vel domos suas non cogitauit se habiturum aliud argentum, vestes, vel domos. Nimirum si acquisita post testamentum non veniant. Rui. consi. 112. num. 13. lib. 2. At si testator tempore testamenti destinasset, vel cœpisset habere, illud quoque contineretur, quia habuit ortum à tempore legati, propter spem quam habebat, vt illud consequeretur. dict. §. quid ergo. Bartol. in l. cætera. §. fin. in vlt. im. oppo. de legat. 1. & in l. fin. ff. de requir. reis. Ita, similiter seminata destinatione patrisfam. inter mobilia censeri debent. vt latius per Castren.

SVMMARIVM.

1 *L. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadr. præs. vtiles declarationes.*
2 *Vicelegatus Auenionis, ea potest quæ legatus.*
3 *l. bene à Zenone. an habeat locum in venditione non solemniter facta, & contra ignorantem. & num. 4.*
5 *Fiscus, de euictione tenetur.*

DECISIO XVII.

Hic agitur de intelligentia l.omnes. & l. bene à Zenone.C.de quad.præscript.



NNO 1563. fiscus vendiderat Claudio de Bosio pratum, qnod fuerat vnius hæretici. Anno 1570. Titins creditor egit hypothecaria contra emptorem pro ducentis libris turonen. sibi ab hæretico debitis: & obtinuit. Nunc emptor agit contra fiscum, vt solutam pecuniam restituat. quærebatur me relatore, quid iuris? Putabam ab initio malè fuisse processnm.
1 Quia is, † qui emit à fisco rem singularem dicitur esse tutus, vt rei dominus, vel habens ius in re, contra eum, nullo pacto agere possit, sed debeat omnem actionem contra fiscum intentare infrà quadriennium, à die, quo scinit rem in alium fuisse translatam. vt l.omnes.l.bene à Zenone. C. de quad. præs. §. fin. Instit. de vsucapio. Quod speciale est vt Dominus priuetur re sua fisco alienante. Et quod contra fiscum dominus, vel creditor agat rei vendicatione, vel hypothecaria quamuis non possideat. contra l.in rem l.officium.ff.de rei vendic.§. omnium.Instit.de actio.

Denique speciale est, & nouum vt quadriénio elapso amplius non audiatur dominus, vel creditor. licet istæ personales, & reales actiones vsque ad triginta, vel quadraginta annos extédantur.l.omnes.l.sicut. C.de præs. 30.vel 40.annu. Sed hoc ita factú putamus, vt homines faciliùs impellantur ad contrahendum cum fisco, sintque securi, sine vlla inquietudine. arg. l. quod si sine.§. non semper. ff. de minori. Deinde, cum Dominus rei suæ preriú consequatur, quod loco rei succedit.l.si rem & prerium.ff.de pet. hæred. oon dicitur omnino re sua priuari, fauore fisci hoc à lege factú est l. si eum seruum. vbi Ias.num.4.ff si cer.pet.gloss.in l.Labeo, & Sabinus. ff. de verbo signifi. Tiraquel.latè in retrac.consan.§. 32. gloss.vni. num. 10. cum sequenti. tanquam in modico læsus.l.mater.C.de rei vendi.l.fin.C.de neg.gestis. Ratione etiam præambulæ posses. quæ fuit penes fiscum, quasi núc videator possidere, nec falsum dicatur: quod primordio præambulæ veritatis iuuatur.l.cum filius.§. hæres meus.de legat.2. Fel.in c.quæ in ecclesia.nu.35. Bero.num.156.de constit.vnde non debebat index post quadriennium emptorem à fisco, condemnare, cuius imperitia fisco nocere non debet l. si per imprudentiam.ff.de euict.c.fi.de contrah.empt.

2 Ad † hæc respoodebant domini, dictas ll.non habere locum, nisi quando alienatio fieret ab Imperatore vel eius procuratore habente speciale mádatum, vt voluit Alexan.consi.52.num.9.lib.7. Et hanc factam à vicelegato, qui non potuit hoc facere. Sed hæc solutio omnibus displicuit. Ex eo, quod domini vicelegati, easdem habent potestates, sicut ipsi legati de latere. quorú ipsi vices gerút, vt animaduertit Bertr.cósi.117.n.11.lib.4.

Ideo secundo loco, glos.in c.2.in verb.irrita.de rebus
3 eccle.nó alienan.asserit † dictas ll.iure canonico locum non habere, etiam inter laicos. quam multi sequuntur relan per Riminal.in §.1.num.21.Instit.quib.aliena.licet vel non. veruntamen, cum non reperiatur expressa correctio iuris, non debuit gloss. auctoritate propria has leges corrigere. Sicut si testudo eonaretur aquilam vincere, vt est in adagio. c. cum inferior. de maior. & obed.l.ille à quo.§.tempestinnm.ff.ad Trebel. At si ageretur de re ecclesiæ alienata per fiscum, posset persuaderi non nocere Ecclesiæ ante quadragenariam præscriptionem, iuxta terminos.c.de quarta.de præscrip.c. quicunque.12.quæst.2.vt glos.notauit in c.placuit.16. quæst.3.Panorm.in d.c.2.num.6.Anchar.Imo.& Bero. num.20.qui hanc communem asserit, Felin.in d.c.quæ in eccles.num.36. Balb.in tractat.præs. in 2.part.5.par. princip.quæstio.8.num.8.Benedic.in d.c.Raynutius.in verb. & vxorem nomine Adelasiam. uum. 946. quicquid dixerit Riminal. Cum commodius sit eam opinio. amplecti quæ distinctione iuuatur. gloss. & doct. in l. apud antiquos. C. de fur.Sylua. nupt.lib. 5.num.32.vt euitetur iurium correctio.c.cum expediat.de electio.in 6.l.vnic.Cod.de inoffi. don. Alio igitur modo responsum est, apparuisse nobis hunc creditorem fuisse incolam villæ insulæ, & absentem quando hic vendebatur fundus, qui propterea ignorauit decursa tempora. l.si hypothecas.C. de remiss. pignor.l.fin.C.si aduers.fis.c. cum in rua.qui ma.accus.poss. Ideo potuisse agere post quadriennium aduersus fiscum ex capite ignorantiæ. Socin.consil.46.lib.4. l.si ignorans. C. locati.tot.tit.de iuris, & facti ignor.

4 Et † quando præmissa cessarent non noceret creditori præscriptum tempus, quia non fuerat solenniter facta venditio iuxta terminos.l.1.C.de fide instrumentorum.& iure has.fis.lib.10.auctore Bald.in consi.363. num.3.lib.1.Socin.consil.36.num. 26.34.libr.4. Et vbi lex de venditione loqnitur, debet intelligi de vera, & legitima.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudicat.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contra tab.

5 Fuit † dictum fiscum condemnandum restituere emptori illas ducentas libras, ratione euictionis de qua tenetur fiscus.l.cum quidam.§. fiscus. ff. de vsur. l. 3.§.si posteriori.l.fiscus.ff.de iure fisc.l.procurator Cæsaris.ff. eo.l.2.C.ad l.Iul.de vi pub.Bart.& doct.in l.marito. ff. solut.matrim.& in l.1.vbi Bal.C.de hæredit. & action. vendit. Nam si iusta ignorantia excuset creditorem, vt possit agere, post quadriennium contra emptorem. Ita quoque emptor poterit experiri etiam post quadriennium contra fiscum. Cum in vno dispositum, ad alterum extendatur. l. fin. C.de indicta vidui.tollent.l.fin. Cod. de fructib. & litium expens. Concessóque vno, omnia censentur concessa, quæ ex illo sequuntur.l.2.ff. de iurisd.om.iud.l.ad rem mobilem. l. ad legatum.ff.de procurat.

SVMMARIVM.

1 *L.fi.C.de pac.conuent. & l.pen.ff.ad l.Falcid. vtiles declarationes.& num.7.*

2 *Bona, quæ constante matri.vxori contingunt, neque dotalia, neque parafernalia, sed tertiam speciem constituunt.*

3 *Maritus, præsumitur consumpsisse fructus voluntate vxoris.*

4 *Maritus non tenetur restituere fructus bonorum parafernalium.*

5 *Consuetudine generali maritus dicitur consumere fructus bonorum vxoris, in promiscuos vsus.*

6 *Maritus, teneretur restituere fructus, si extarent.*

8 *Bartol.malè intellexit l.penultim.ff. ad l. Falcidiam. & num. 14.*

9 *Gloss. opinio cæteras vincit, vbi non habet communem contra.*

10 *Donatio, in dubio non præsumitur.*

11 *Maritus tenetur restituere fructus, vbi factus est locupletior, & quando in promiscuos vsus.& num.12.*

13 *Exemplis non iudicandum.*

15 *Consuetudo, non nascitur ex diuersis actibus.*

16 *Decij opinio consil.521 improbatur.*

17 *Differentia inter fructus, & vsuras.*

18 *Steph.Bertrand.varius.*

DECISIO XVIII.

De fructibus ex bonis vxoris per maritum perceptis restituendis vxoris hæredibus, & varijs scribentium opinionibus. casus difficilis, & pulcher.



VERAT instituta lis inter Ioannem Peyronum mercatorem, maritum Ioannę Laureotæ, contra hæredes Guilhelmi Laureoti ciuis Aueniouis me relatore. propterea quod constante matrimonio dicti Laureoti, & Peyronæ Colinæ coniugum, paterna hæreditas fuerat deuoluta ab intestato ad eandem Colinam, cuius fructus longo tempore maritus perceperat: qui postea vxore mortua aliam filiam suam fecerat hæredem, modico relicto Ioannæ, vnde ipsa tanquam cohæres matris, vt soror vniuersalis hæres patris redderet rationes, & præstaret reliqua illorum fructuum agebat, & petebat. Alia verò negabat.

1 Præcipua † huius rei difficultas nascitur ex duabus legibus, quæ inuicem pugnare videntur. Nempe. l. pe. ff. ad l. Falcid. & l. fi. C. de pac. conuen. dicitur in d. l. pen. Maritum debere rationes reddere de rebus vxoris quas extra dotem percepit. Lex verò fi. licere marito actiones mouere rerum parafernalium. & vsuras, quas percepit, circa se, & vxorem expendere. gloss. ibi quærit, an idem erit de fructibus? & respondet, quod non. quia in exigendis vsuris labor est. Cynus infert ex ratione glo. idem esse in industrialibus cum in illis colligendis labore opus sit. Martianus (vt refert Bart. in d. l. pen.) concludit, si fructus extarent cuiuscunque generis mulierem posse eos repetere. l. si stipulata. §. 1. ff. de dona. inter virum & vxoré. consumptos, etiam, quando contra voluntatem mulieris percepisset. l. de his. C. de donat. inter virum & vxorem. Si verò ea volente, solos naturales restituendos, quam distinctionem sequitur Bart. Guid. Pap. quæst. 468. Decis. consil. 521. num. 4. Couarr. de contrac. coniuga. effectu. §. 7. num. 2. & commu. esse, post Alexand. in d. l. pen. Bald. autem in l. si viua matre. C. de bonis quæ liber. voluit esse restituendos, nisi essent consumpti in communes vsus. quem sequitur Ang. in d. l. pen.

2 Cæterum † præfati doctores non tetigerunt casum nostrum, in quo agitur de fructibus, non ex rebus parafernalibus: sed ex bonis, quæ constante matrim. mulieri contigerunt, quæ tertiam speciem constituunt. secundum Bart. Bald. Paul. Ias. in l. maritus. Cod. de procuratorib. Bald. consil. 178. lib. 5. Decium consil. 521. numero 2. Agimus etiam de fructibus per maritum tacente vxore perceptis, id est, neque expressè consentiente neque dissentiente. & iste casus a Mar. omissus est, licet sit cæteris frequentior.

3 Et † videretur vxorem non posse eos petere, nec æstimationem si consumpti illi fuerint, si Raphaeli Cumano credamus, quem refert & sequitur Ias. in d. l. maritus. in fi. Quia, vbi sumus in dubio, præsumendum est, volente muliere consumptos. vt de Afflic. Decis. 44.
4 num. 8. hoc idem, & tertio loco volui Bar. consil. 124. cum eadem sit r tio in fructibus, sicut in vsuris. d. l. fin. Et quia operæ seruorum fructibus æquiparantur. l. quæsitum. §. fi. ff. de acquir. rerum domi. & tamen illæ ab vxore non repetuntur. l. si id quod. §. si quid. ff. de dona. inter vir. & vxor. Nec obstat d. l. pen. quæ loquitur, de reddenda ratione sortis, & substantia bonorum, non de fructibus.

5 Quartò, † generali consuetudine, bona vxoris commissa sunt sub custodia mariti, vt consumat fructus in promiscuos vsus, attestante Aretino consilio 160. col. 2. versic. & profectò. Cui credendum est, tanquam doctori egregio, & excellenti. not. in l. de quibus. vbi Ias. num. 89. de legib.

6 Quinto † loco, Philip. Decius cons. 521. num. 7. in fi. mulierem posse petere solos naturales si supersint, alioqui secus. & quia eadem ratio gloss. militat in fructibus, præsertim industrialibus. & hanc partem sequitur Bertran. cons. 222. in fi. lib. 3.

7 Veruntamen † contrarium recte intuenti videbitur decidere. d. l. penul. in qua (vt prædicimus) maritus, qui res vxoris extra dotem constitutas administrauerat fuerat institutus, & rogatus ab vxore decem vncias communi filio restituere, quæsitum fuit an id quoque tenebitur restituere, quod apud eum resedisset ex administratione rerum. Respond. id in rationem quod debebat, venire hæreditati.

8 Et † quod loquatur de ratione bonorum, vt voluit Bart. in d. cons. 125. verba non patiuntur. ibi, quod ex administratione rerum apud eum resedisset. nam I. C. considerando administrationem rerum, videtur vtique intelligere de reddendis rationibus ipsius administrationis, quæ quidem administratio versatur circa fructus perceptos toto ti. de adm. tuto. vel cura. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. distra. vnde si teneatur reddere rationem, ergo, & reliqua præstare. l. Iulius. & l. cum seruus. de condi. & demonstra. Et quod Bar. male intellexerit d. l. pen. declarat Paul. de Castr. consil. 199. col. 2. versic. tertia opinio fuit. lib. 2. Cor. consil. 129. num. 3. lib. 4. Soci. consil. 83. num. 11. lib. 4. quæ dicit doctores communiter velle. l. pen. loqui de fructibus per maritum restituendis, hoc prius voluit gloss. in l. vbi adhuc. C. de iure do. quam Bal. & Ang. sequuntur. d. l. fin. quia vsuræ propter rem, fructus verò ex ipsa re immediate percipiuntur. l. vsura pecuniæ. ff. de verb. signifi.

9 Et † vt inquit Paul. in d. consi. 199. securius est inter diuersas doctorum opiniones sequi glos. in iudicando, & consulẽdo. propter magnam Accursij authoritatem, qui cæteros doctrina, atque ingenio facile superauit, vt canonist. not. in c. ne initaris. de constit. Bal. in l. hæreditas. C. deposi. dummodo communis opinio nõ sit contra eum. de Afflic. Decis. 384. & Decis. 21. num. 4. Accursium sequutus est etiam Alexand. in terminis. consi. 63. num. 5. cum sequen. lib. 2. & hanc opi. esse veram. & consi. 144. lib. 5. communem. Paul. de Castr. consi. 199. in princip. & in fi. prim. dubij. lib. 2. Bart. Soci. consi. 82. nu. 17. lib. 4. sæpiùsque consuluisse genitorem, & alios aduocatos consistoriales. hos sequitur Campeius in tract. de dote. in prima parte 9. quæst. Et in dubio cõtra voluntaté vxoris, cum sit auarissimũ genus. Bertr. idem in terminis. con. 235. n. 4. 5. lib. 1. Crauc. con. 25. nu. 15. Petrus de Ferra. in forma libel. quo vxor agit ad dotem. versic. tanquam bona. Ioan. Cop. Paris. in tract. de fruct. lib. 4. art. 7. Andreas Alpheus inter con. Bal. 366. num. 4. lib. 2. licet Bal. in sequenti cõsi. de cõsumptis dissentiat.

10 Hanc † partem videtur etiam probare l. fructus. ff. de vsuris. Maritus ex re sibi donata lucratur fructus industriales, non naturales, & tamen interuenerat vxoris consensus, quanto minus ergo, si non appareat de voluntate, cum donatio non præsumatur. l. cum de indebito. ff. de probat. & in muliere magis. l. si ego. vbi gloss. ff. ad Velleia. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. Adde, vt quando mulier donat cẽsetur velle repetere. l. si stipulata. §. si vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. Tiraquel. de legib. connubia. l. 9. num. 42. cum sequent. Et cum teneatur maritus vxorem alere. l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solut. matr. absurdum videretur si fructus bonorum vxoris vsurpare intenderet qui non sunt sui.

sui. Accedit, reuerentia quam marito præstare tenetur. c.hæc imago.c.est ordo.33.quæst.5. l.sicut. ff.de operis liberto. quæ eam retinet à petitione, ne maritum offendat, vel irritet. Cuius taciturnitas non præstat consensum.l. qui vas.§. vetare. ff.de fur.l. filiusfamil.§.fin. & l.inuitum.ff.de procurat.c.qui tacet.de reg.iur.lib.6. cum ibi no.

11 E acusatio † non iuuaret maritum, si dicat illos fructus in promiscuos consumpsisse vsus, nutriuisse familiam vel liberos, cum ipse hæc omnia ea suo teneatur facere. non ex substantia mulieris. l. si quis à liberis. §. si vel parens.ff.de liber.agnos.l.pro oneribus. C.de iure dot. hinc regula naturæ hoc suadet.l.nam,& natura. ff.de condic.indebi. Saly. in d.l. fin. Aret.d. consil.160.
12 Cor.consi.189.num.8.lib.4.Et † ne ex re, quæ sua non est commodum sentiat. d.l. si viua matre. l. in summa. §. in frumento.ff.de condic.indeb.Rui. consil. 222.nu. 5.lib.1.

Quibus in consilio propositis maior pars dominorum erat huius sententiæ. sed D. Parisius auditor contra, dicens hanc opi.multum nocituram maritis, & esse iniquam. Si quidem occasione familiaritatis, quæ est inter coniuges solent viri tradere vxoribus illos fructus, totos, vel partem. Et si quid superest consumere in reparationes fundorum. Nec esse vllam tã supinam, vel timidam, quæ non petat à marito totos suos fructus, vel saltem aliquam partem: cum semper pecuniis egeant ad emendum muliebria vel vt suis benefaciant. Bald.in consil.488.num.1.lib.5. Alioqui, singulis diebus oporteret contractus facere de receptis, & restitutis.quod vetat.l.1.ff.de donat.inter vi.& vxor. Sed hoc parum vrgebat, cum legi, etiam duræ parendum est.l. prospexit.ff.qui,& à quib.

13 Alij † dicebant magnam fidem adhibendam consilio Neapo. quod iudicauerit secundum opin. Bart. de Afflict.d. decis. 44. sed non sequitur, & exemplis non iudicamus, sed legib.l.nemo.C.de senten.Decius consi. 420. num. 4. quia ex facto ius oritur. l. si ea plagis. §. in cliuo.ff.ad l. Aquil.

14 Non † obstat consil. Bart. 125. cum sibi repugnet, siquidem in d.l.pe.approbat distinctionem Mat.facientis differentiam inter naturales, & industriales. & ibi eam confundit. Et non est probabile argumentum, quod ipse facit, de operis seruorum ad fructus. honestum est enim maritum debere vti ministerio seruorum vxoris. d.l. si id quod. cum eos nutriat. l. sed & si vir.§.fin.de donat.inter vi. & vxo. Essétque dedecus si soli vxori obsequia præstarent & operas, neglecto marito. Non sic in fructibus prædiorum, quos maritus collegit deductis expensis.l.si a non domino.§.fructus ff.de petit.hæred.

15 Quomodo † præterea esse potest, quod generali consuetudine seruetur contrarium. vt Areti. affirmauit in d. consil. 166. in tanta doctorum varietate? ex qua non facilè colligitur consuetudo.l.Seio §.medico.ff.de annu.lega.no. Bart.in l.2.in princip. ff. solut.ma. Deci. consil.8.num.4. & consil.11. num. 12. & consil. 129. num.2. Meritò ad ius commune redeundum est.l.quæsitum.§.si quis eodem.de fundo instruct.l.solet. §.non vero. vbi Bart.ff.de offi.proconf.Cra.consil.96.num.5. frustráque à nostris maioribus laboratum esset, si consuetudo hanc terminasset quæstionem.

16 Neque † Decius in d. consil.521. firmiter loquitur. Imo sibi ipsi repugnat, si quidem postquam quæsiuit, an teneatur fructus restituere, recitat opiniones, & nullam approbat. Nisi quod opinio Bart.in sua distinctione censeatur esse communis, & ille nullam facit differentiam inter naturales & industriales, & tamen concludit Decius quod saltem naturales possit mulier repetere, quatenus supersunt. cui repugnat d.l.fructus. ff.de vsur. vbi ex re donata marito, non lucratur naturales, quia non ex facto eius illi nascuntur, non dicit si
17 extent, vel consumpti sint, generaliter † loquendo. Idem quoque videretur dicendum de vsuris si extarẽt, & tamen.d.l.fin. vult eas maritum lucrari, nihil de fructibus disponendo, cum iste casus iam fuisset decisus per d.l.pen.

18 Bertrandus † etiam in d.consil.222.obiter loquitur, séque remittit ad ea, quæ Alex. notauit in d.l.pen.qui hanc nostram sequitur opin. vt dictum doctoris intelligatur secundum legem quam allegat.not.Bar.in l. non solum. §. liberationis. de lib. lega. Et præsertim quia Bertrand. maturius casum considerans contrarium affirmauit.consil.235.lib.1.

Paratis itaque nobis ad votandum, renunciatum est curiæ partes esse concordes. Et sicut ego præsentiebam maior pars volebat restituendos.

SVMMARIVM.

1 *Donatario an liceat virtute constit. rei donatæ poss. capere?*

2 *L. si quis in tantam & similes, non habent locum quando aliud constituit se nomine illius possidere.*

DECISIO XIX.

Potest donatarius propria auctoritate res donatæ poss. capere, virtute clausularum in donatio. appositarum.



AGITVR inter Thomam Pumeiam tanquam hæredem Ludouicæ Molinassæ vxoris suæ. Et Iacobum de Bria notarium, ex eo, quod iste propria autoritate, illa mortua ingressus fuerat posses.domus,& viridarij. Ideo inhibuisse illi, vt à turbis desisteret: de Bria asserit hoc sibi licuisse, & petit inhiberi alteri ne ipsum turbet in sua posses. Quia illa domus cum viridario fuerat sibi donata à Molinassa purè, & simpliciter, cum clausulis constituti, & precarij, fructuúmque retentione. & potuisse illa mortua suam cõtinuare possessionem.l.quod meo.ff.de acq.poss.l.certè.ff. de precario. Alius opponebat litem pendere super rescissione dictæ donationis, & interea non posse in litis præiudicium aliquid attentare & occupare. l.si ex stipulatione. ff.de acquir. posses.l.extat.ff.quod me.caus.l.si quis in tantam.Cod, vnde vi.Maximè cum illa donatio nulla sit omnino repugnante statuto,& cõsequenter omnes clausulæ, quæ sequuntur ex illa.l.non dubium. C. de legib. Alexand. in l.1.§.si vir vxori.num.4.Ias.num.18. de acquir. poss. Bald.in l.si absentis.num.11.C.si cert.pet.Alex. consil. 81.num.18.lib.3.vbi, si non valet contractus non valet garantigia. per l.fin. ff. de constit.pecun.c. fraternitatis.de hæret. si quidem contractus, est omnium clausularum caput. d.l. non dubium. ideo languescente capite, cætera corporis membra languescunt. c. sunt plurimi. 6.quæst.1.c.non decet a capite membra discedere. 12.distinctio. Alius dicebat, quando illa donauit se viduam affirmasse, mediante iuramentu.l.fin. C.si minor se maior. dixerit. credendum esse instrumento. c. cum olim.de censi.l. cum precib. C.de proba. & alia multa, quæ materiam principalem tangebant. & nihil commune habẽt cum hoc possessorio iudicio, de quo prius agendum est.c.cum ecclesia sutrina. de causa possess. & proprie.l.ordinarij. C.de rei vendit. l.incertu. C. de in-

2 terdic. Ideo † conclusum fuit relatore domino Parisio, dictum de Bria potuisse propria autoritate capere poss. rerum sibi donatarum virtute clausularũ precarij, constituti, retentionisque fructuum per quas, vtraque possess. & ciuilis, & naturalis in accipientem transfertur: Ita vt altera pars resistendo, vim facere dicatur, vel inferre l. cum secundum. l. qui possess. ff. de vi, & vi arma. l. clam possidere, §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss. Bart. in l. creditores. in 3. quæst. Sali. in col. 4. versi. sed quid si vltra. C. de pigno. Roma. & Ate. in d. l. si ex stipulatione. Alexand. consil 82. num. 8. lib. 2. Guid. Pap. quæst. 356. Tiraquel. de iure constitut. part. 1. num. 36. cum sequent. Dictásque leges. si ex stipulatione. si quis in tantam. & l. extat. non habere locum contra illas clausulas. Roman. in d. l. si ex stipul. Vita. de Camba in tract. clausula. in verb. constituit. col. 3. vers. & nota diligenter. Mono. in 5. remedio adipis. num. 39. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Delictum fuisse commissum, ante omnia constare debet.*
2 *Testes duo sufficiunt ad famæ probationem.*
3 *Lucrum facit, vt mala præsumptio oriatur contra lucrantem.*
4 *Occulta delicta lenioribus probationibus contenta.*
5 *Testi deponenti, de his quæ sunt propriæ artis, creditur.*
6 *Indicia, quæ sufficiant ad quæstionem, arbitrarium.*
7 *Senes semper infirmi dicuntur, & insanabiles.*
8 *Amicus, amico velle nocere, non præsumitur.*
9 *Consuetudo, non inducitur ex actibus difformibus.*
10 *Dispositio indifferens, potius in bonum, quàm in malum.*
11 *Venenum aliquando absque ministratione in corpore gignitur.*
12 *Testis non dicitur periurus, qui credit dicere veritatem.*
13 *Fama bona rei tollit indicia ad torturam.*
14 *Fama vt probet, quæ requirantur?*
15 *Delicta occulta non punienda, nisi probentur.*
16 *Quæstionis exhibitio an fieri possit non præcedentibus legitimis indicijs.*
17 *Metus tormentorum idem operatur quod ipsum tormentum.*

DECISIO XX.

De illo, qui accusabatur veneno occidisse hominem multis contra ipsum resultantibus præsumptionibus, tamen quia non constabat veneno mortuum, fuit absolutus à quæstione. Casus pulcherrimus.

PROPOSITA fuit querela fortis, & rigida, coram me commissario, & iudice, per Georgium Roset pupillum, filium quondam Franci[illegible] has le monde, iuncto secum [illegible] aduocato fiscali. Contra Petrum chirurgum, & Isabellam coniuges. Ob id, quod conquerebantur pupillus, & fiscus, istos subornasse defunctum patrem, vt eos hæredes faceret. Et ne posset ita facilè testamentum reuocare adhibuisse clausulas reuocatorias insolitas, & c[illegible]p[illegible]sas, salutationem euangelicam interuertend[illegible] [illegible]lum, Maria gratia aue plena, tecum Dom[illegible]us. tu [illegible] mu[illegible]ibus benedicta. Et nisi de verbo ad [illegible]erbum recitaretur, nullam in posterum quancunque testamenti reuocationem. legasse proprio filio adhuc in vte[illegible]o existenti, tantum quinque florenos. licet hæreditas mille aureos excedat. contra omnem pietatem, & parentum votum. Et (quod peius est) veneno occidisse parentem occasione bonorum. Fatentur coniuges testamentum, cætera negant. & se esse

1 absoluendos, quia non constat veneno mortuum, † pro vt ante omnia id liquere debebat. l. 1. §. illud. vbi Bart. ff. ad Syllania. & in l. fin. ff. de quæst. Hypo. in l. 1. nu. 5. eod. tit. & in pra. crimi. §. 1. num. 1. cum seq. Bossi. tit. de delic. per to. Clar. in §. fin. in princ.

Fiscus contra, quia licet ex inspectione corporis id videri non possit cum sit mortuus iam à quatuor mensibus, tamen per famam publicam illud esse notorium. quæ per quinque testes probatur.

2 Quamuis duo † ad famæ probationem sufficerent. vt scribit Bart. in l. de minore. §. plurimùm. num. 19. & ibi Hypol. num. 201. de quæst. Bart. in l. admonendi. & ibi Ias. num. 243. ff. de iureiuran. Idque generale est, vt quæcunque delicta possint per famam legitimè probari. Bart. in d. §. plurimum. num. 30. Maximè, quando sumit originem à legitimis præsumptionibus, vt ille dicit. & consil. 191. faciatque semiplenam probationem, vt gl. voluit. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. Grain. consil. 17. num. 20. & consil. 32. num. 7. quando ex causa probabili nascitur. vt Alexand. consil. 90. nu. 6. lib. 2. Capel. decis. 379. & seq.

3 Causæ autem hæ † sunt, Nempe vt lucrarentur bona. Lucrum enim facit, vt mala suspicio oriatur contra lucrantem. l. 1. §. furtum. ibi lucrandi animo. ff. de furt. Roman. consil. 304. num. 2. Deci. cons. 42. num. 6. Hyp. consil. 77. num. 7. & in l. si in rixa. num. 59. ff. de sica. Cui conuenit, quod D. Paulus ad Timoth. scribit c. fin. Omnium malorum cupiditatẽ radicem esse. Ita econtrario cessante lucro, mala omnis euanescit suspicio. Alexand. consil. 16. num. 6. Quod vulgo dicitur mundas habere manus. c. qui rectè. 12. quæst. 3. Craue. consi. 75. num. 17.

Quòd illum ad prandium inuitauerint sanum, & iocundum, & prandendo palidus, & tremens subitò deuenerit cum frequenti vomitu, & gutturis inflammatione, quæ sunt signa veneni. Bart. in l. fin. ff. de sica. Alexand. consil. 116. lib. 3. Bossi. tit. de delicto. nu. 6. & 7. Tertiò curauit hæres vt ille in camera surda euomeret. Iussitque vt cito vomita tollerentur, ne venenum detegeretur.

Mors repentina intra viginti quatuor horas à sumpto prandio. l. 3. §. si maritus. ff. ad Syllania. Boër. decis. 261. Non curauit hæres adhibere medicum infirmo. Non fecit aperire cadauer, vt cognosceretur causa huius repentinæ mortis, hinc lata eius culpa, errando in his, quæ sunt suæ propriæ artis. l. 1. ff. si mens. fal. mo. dixe. Deci. in l. in actionib. num. 19. ff. de in litem iuran. l. latæ culpæ.

His accedit, quod iusserit subito, adhuc calidum inhumari corpus.

Adduntur præmissis, istorum liberos non fuisse tunc pransos, cum suis parentibus, ne forsitan hac labe percuterentur. Et hæc indicia non leuia esse, sed ad delictum proxima. ex quibus hæc nata est illa contra eos mala fama. vnde iudex in isto crimine debet esse promptior ad torturam præcedentibus istis legitimis indicijs autore Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugi. Marthæus de Afflic. de malis me. & 4. di. num. 3.

Interrogatus respondet, fuisse apoplecticum, & ob id incurabilem. sed contrarium probatum fuit. Quia apoplexia est stupefactio neruorum totius corporis, cum priuatione sensus, & motus. vt inquiunt medici. Ille verò loquebatur, & ambulabat fateretúrque duxisse ad sesessum.

5 Vnus testis † pharmacopola dicit suo iudicio fuisse venenatum, secundum synthomata, quæ apparebant in corpore illo, Cui quidem testi, tanquam experto in arte credendum fuit. l. semel. C. de re milit. lib. 12. c. proposuisti.

posuisti. vbi Cano.de prob.Bart.in procemio.ff.& in l.1.§.1.ff.de ventre inspi. Decius consil.144.num.7.Et hæc omnia simul collecta ad quæstionem videbantur sufficere,vt Paris de puteo.de sindica.in verb.tortura de Afflic.vbi supra.Bald. in l.fratrem. C.quib.vt indig. vbi inquit aliqua esse delicta quæ, vix detegi possunt sine quæstione. vt in veneno, quod clanculum ministrari solet, pro quo detegendo lex côtenta est leuioribus probationib.Alex.consi.77.nu.5.lib.1. & consi.24.lib.3.ff.communiter accidentibus coniecturæ multum prosunt. Ias.in l.si quis ex argentariis. §.prætor ait.nu.18.vsque ad num.29.de eden. Cano. in c.veniens.2.de testib. Alcia. regul.1.præsumpt.47. in fin.cum addi. Ne veritas pereat,néve tantum facinus remaneat inultum. Bald. in l. si quando.C. vnde vi.Pau.de Cast.consil.343.lib.2.

Accedat præmissis, hunc emisse venenum paucis ante diebus à quodam pharmacopola, vt ille deponit, quod præsumitur ministrasse vetulo, vt in simili l.C.ait in l.fi.in fi.ff.de bonis damna.Cum sit grauius hominem veneno occidere, quàm gladio.l. 1. C.de male.& mathema.de Ana.in cap.1.de sortileg.de Afflic. de malis medi. num. 3. Et proditor dicatur qui ignorantem,& indefensum percutit,& iugulat. Bald. consil.210.lib.4.Bossi.tit. de homicid.num.14. Imò, emens venenum, licet non ministrauerit, punitur morte, teste Bart.in l.1.in fin.ff.de parri. Bossi.tit.de homicid.num.16.

6 Quibus simul † iunctis,& recollectis,videbantur quæstione digni,fisco instante, & requirente,cum in officio iudicis consistat, quales esse oporteat probationes vt inferatur quæstio.Bart.in l.fin.num.5.ff.eo. & in l.quæstionis modum.vbi Hypo. num.38.eo.tit. Deci. in l.magistratibus. num.20. ff. de iur. om. iud. Mono.de arb.lib.2.centu.3.casu 370.

Respondebant coniuges, hæc indicia longè à veneno separata, à delictóq; remota siquidem symthomata allegata cômunia sunt cum aliis infirmitatibus. veluti vomitus,gutturis inflâmatio, quod sanus ante prandium fuisset,& prandendo in infirmitatem ceciderit.l.senatus.ibi, siquidem tam domi quam militiæ multis generibus mortis periculum metui potest. ff. de dona.caus.mor.Paul.de Cast.consi.299.nu.2.vers. quidam.lib.2. hæc contingunt quotidie, etiam iuuenib.quanto magis huic homini,qui erat centenarius.

7 Et† senes semper dicûtur infirmi.l.ciuitatib.de lega.1.c.magnæ.de voto. vbi Panorm. ait statutum loquês de infirmo,haber locum in sene.Asten. in tract. statuto. in verbo infirmus. hinc Aristot. lib.5. de generatione.anima.senectutem per seipsam morbum esse naturalem, semper permanentem, & insanabilem. quæ omnium infirmitatum fermêtum quoddam,ad quod occurrunt omnia morborum genera. cap. 1. de cleri. ægro.lib.6.Hinc,si senex moriatur,præsumitur ex senectute decedere.l.si vt certo.§. quid verò senectuti. ff.commo.& ibi gl.& in l.is qui. ff.de fideicom.liber.Ludo.Gomes.super reg.de infir. resignan.quæst.8. num.1.cum seq.

Hæc vera essent,nisi probatû fuisset hunc sanum, & robustum hominem, & sine alia corporis infirmitate. Ideo mors repentina, iuncta enim aliis multis nocere potest accusatis,vt inquit Bart. in l.1.§.idem. vbi Hypo.num.3.de quæst. Ias.in d.l.admonendi. nu. 253.Alex.consil.77.lib.1.Hyp.in §.diligenter.nu.30. in praxi.

Illi dicunt, iniquam esse illationem, quod hoc fecerint, vt hæreditatem consequerentur. Cum delictum non præsumatur. Et maximè inter bene meritos,& magnos amicos. l.nec adiecit.ff.pro socio. fleuisse defunctum,vt probauerût testibus. Illæ lachrymæ,non solent mouere iudices.l.obseruandum. ff.de offi.præs.c.irrisor.de pœnit.dist.3. hinc dici solet,hæredis fletus,sub persona risus est.

Seruasse vomitus in disco, & vocasse medicum, qui vidit, vt ille deponit. Cui tanquam experto in arte credendum fuit. l.1. vbi glo. & Bar. ff.de ventre inspici.c.proposuisti.vbi Panorm.num.4. & seq.Feli. num.6.de proba.Ias.in d.l.admonendi. oum.237. Et quia, de facto proprio testificatur, cuius nemo alius meliorem notitiam habere potest, quàm ille, qui fecit.l.quæro, in fi.ff.de edili.edic.Deci.consil.150.nu. 9.Hypo.consi.116.num.20.Moli.ad consi. Alexand. 292.num.13.lib.6.Craue.consi.2.num.9. Et in simili Paul.de Cast.consi.299. nu.2. versi.mandauit seruari bacile,cum materia vomita vt ostenderetur medicis. lib.2.vnde,si de veneno fuisset culpabilis non crederetur illud voluisse exhibere.

Ille testis non est integer quia consobrinus,& non probat in hac tam graui, & capitali causa in fauorem parentis.l.parentes.l.eos.l.omnibus.C.de testib. io c. videtur.qui ma.accus.pos.Bart.in d.l.admonendi. vbi Ias. num. 183. Alexand. consil.13. num.16. lib.1. & consil.45.num.5.lib.2.Hypol. consil.31. num.14. & consil.76.num.27.

8 Quòd † neglexerit aperire cadauer(inquit)credebat non fore necessarium,& neminem male suspicari fuisse machinatum contra tam caducum hominem, & amicum sibi:sicut de amicitia côstat.Amicus enim amico velle nocere non præsumitur. glo. in l.1.C.ad l.Corn.de sicar.Cepol.consil.2. Gramm. consil.68. nu.1.Ita vt tantùm operetur amicitia, quantum sanguinis coniunctio. Hypol. consil. 26. num.3. & singula.351.

Aduerte qui amico nocuit,amicus quidem dicitur respectu præteriti temporis,non præsentis. quia,nocendo extinguitur amicitia.l.3.§.fin.ff.de adim. lega. Sicut dicitur de Iuda proditore. Cui Saluator noster osculanti dicit:amice ad quid venisti. & in Psalm.57. amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterunt. Et probat.c.1.de præsumpt. ibi, qui fraudulenter nocet amico suo. Ideo tota vis in eo consistit an nocuerit, & tunc verum esset quod dicitur,Amicitia,quæ desiit,nunquam vera fuit.


Respondebat vlterius non nocere sibi, quod voluerit vt cito inhumaretur.quia recusanti mulieri dixerit vt obseruaret, sicut in aliis corporibus facere consueuerat, vt illa deponit. Et ne lubricum linguæ facilè trahatur ad pœnam.l.famosi.ff.ad l.Iul.mag.

Ista responsio non placuit, cum per eum non steterit, quin cito testatur tegeretur humo, huic seruit cap.1.de præsumpt. vbi Imo.num.3.ait verba posteà subsecuta,non tollunt malam præcedentem præsumptionem. Sicut de illo dicitur qui cum fuerit deprehensus. dixit ludens feci.

Quo liberi in prandio non interfuerint,hoc ideo, quia eorum sequebantur præceptorem,& consueuerant in alia mensa prandere,vt probasse dicunt.

9 Si quotiens † defunctus comedebat apud coniuges liberi fuissent separati à mensa,responsio concluderet, sed sæpissimè visi sunt cum illo simul discumbentes, vnde incerta est probatio, quæ promiscuos continet vsus. l. Seyo.§.medico.ff. de annu. lega.c.in præsentia. vbi Deci.num.10.de proba. Sicut ex actibus difformibus consuetudo,non inducitur. l.quæsitum.§.si quis eodem. de fund. instruct. l. si certus annis. vbi Dec.nu.16.C.de pact. Bart.in l.2. in princ.ff.

solut.



folut.matrim.& in l.folent.§.non verò.ff.de off. proconf. & in l. de quibus. col.6.verfi.item quæro. ff.de legib.Bald. in c.1.§. fi quis per. 30. fi de feudo fuerit contro. inter domi.& agna. Deci.confil.11.num.12. & confil.215.oom.2.Alexand.confil.5.num.7. lib.5. Craue.confil.96.num.4.& confil.313.nom.3.

10 Et † has omnes præfumptiones effe ambiguas, quæ ad boourn, & ad malum poterant referri, ideo in ambigua voce,eam capiendam interprera. quæ vitio careat.l.in ambigua.ff.de legib.l. in interpretatione.ff.de pœnis.l.meritò.ff.pro focio. Craue.latè cõfi. 151.num.10.cum feq.Cache. decif.79.ou.27.Gram. voto.20.num.30.31.

Hoc verum effer(inquiunt domini)quotiés æqualis eft laus, & ambigui fumus. l. quotiens. ff.de reb. dub.l.femper in ambiguis.ff.de reg.ior.c.fi.de fenten. & re iudi. At vbi in altera lance maius pondus cernitur,cadere facit lancem,& aliam vincit.c.eftote mifericordes. vbi Panorm. num.5. de reg. iuris. & in c. cum dilecti.num.5.de accufa.

Et tunc,in deteriùs fit interpretatio.ca.1. de cleri. non refiden. Alciat.reg.3.præfumpt.10.num.5. Aduerfus illũ, qui depofuerat fynthomara probare venenationem,dicebant falfum effet teftem, & temerarium. Quia, illa erant communia ad alias infirmita-
11 tes. Et † fæpe in corporibus generatur venenom, abfq; quo fuerit miniftratum ex humorum malitia, vt inquiont medici.Gram.voto.32.num.21.Boffi.tit. de delicto.num.4.Clar.in §.fin.quæft.4. num.5. hinc illius malus animus, & periurium, qood teftem repellit.l.fi quis maior.C.de tranfact.c.ficot. & c. teftimonium.de teftib.c.literas de præfump.Hypo.confi. 40.num.23.& confil.78.num.34.

12 Sed † propterea periurus non dicitur, qui credit dicere veritatem,licet illa fit in contrarium. c.literis. ibi,vt credebant. vt not. Panorm. in 2. oota. de præfumpt.c.tertio loco. ibi, dixerunt fe pro certo credere.eod.tit.& ibi Bal.& in l.folam.num.4. C.de teftib. & in l.2.§. quod obferuati.num.1. C. de iura. calum. vbi inquit, quod vehemens credulitas vocatur quædam fcientia.l.2.§.idem Labeo.ff.de aqu.plu. arcend. quando fcilicet veritati confonaret, & haberet fundamentum ita credendi.l.fi qois extraneus.§.fin.eum l.fequent.vbi gl. & Bart. ff. de acquir. hæred.Hypol. confil.77.no.16.& fingula.205.Cra.confi.47.nu.16. Maximè quia, non defunt fundamenta, quibus ille poterat ita fibi perfuadere, & facilè credere. l. cum quidam.§.fine igitur potem. ff. de acquir. hæred.no. Bald.in l falfus.num.28.C.de fur.Alex.in l.1.num.4. 5.6.& ibi Iaf.num.2.23.24.ff.de eo,per quem factum erat.Et propter publicam famam,quæ indocit credulitatem. Bart. & alij in l. de pupillo. §. fed fi quis ipfi prætori.ff.de ope.no.nontia. Bertran. confil.100.ou. 25.lib.1.Bart.in d.l.cum quidam.§.quod dicitur.Bal. in l.fin.per illum text.ff.de hæred. inftit. Iaf. in d.l.1. num.23.de eo,per quem fac.erit.quibus adde Hypo. in rob.de proba.num.174.& fing.19.Tiraquel.de retract.confang.§.2.glo.2.num.10.12.

13 Dicunt † infuper,probaffe eorum bonam famam, per multos bonæ,& integræ opinionis viros.Et hanc probationem effe fortiorem, & aliam finiftram vincere,tefte Iafo.in l. .in fi.C.commu.de lega.Baffi.tit. de indiciis.nu.19. Et tollere indicia etiam fi ad quæftionem fufficerent.Alexand.confil.14 lib.3. Iaf. in l. iorамentum quod ex conuentione.§.fin.num.20. de iureiurand.Hypol.in d.§.plurimom. num. 99.Socin. confil. 139. column. fin. libr. 7. Gramm. decif. 60. num.12.Craue.confil.6.num.40.

14 Et † præfertim, quia mala fama non probat, nifi teftes dicant, fe ita audiuiffe à maiori parte populi, autore Bart.in d.§.plurimum.num.19.& à quibus,vt ibi Hypol.num.49.& confil.20.num.41.42.& confi. 44.num.15.& confil.72.num.19.& confil.76.nu.10. Panorm.in c.veniens.num.8.de teftib. Feli. io c.cum contingat. in verbo fama.de refcript.Alexand.confil. 72.num.9.lib.1.Cachera.decif.101.nu.17. Et hunc, falfom effe rumorem.l.fin.ff.de hæred. inftituend.

Aduerte quæfo, licet probaretur bona fama in genere,tamen probatio delicti in fpecie deberet vincere. Cum generi per fpeciem derogetur. c. generi. de regul.iur.lib.6. vt inquit Alexand. confil.77. num.6. lib.1. & confil.150. lib.5. Deci. confil.454. num. 10. Hypol.in d.§.plurimum.num.200. & in praxi.§.diligenter.oum.197. Cor.fenior.confil.55.num.15.Roma.confil.167.in fin.Boffi.in tit.de inquifitio.nu.35. Præfertim cum fit in arbitrio iudicis ex duabus probationibos contrariis, eligere quam velit. l.doo.ff.de re iudi.Bart.in l. Lucius. io fin. ff. de his qui no. infa. Gram.deci.34.num.46.47.Cor.Iu.confil.52. num.8. & confil.106.num.4.Mono.de arbitr. lib.2. centu.1. cafu 90.num.4.5. Necnon quantam fidem famæ adhibere debeat. Hypol.in l. quæftionis modum.num. 19.47.de quæftio. Cum omnes probationes in arbitrio iudicis confiftant.l.3.§. diuus.ff. de tefti.Neuifa. in Syloa.lib.5.in fin. Deci. confil.10. num. 1. Mono. vbi s̃.num.2. Ideo tota vis in fpeciali probatione delicti confiftit.

15 Ad † titulum criminis refponfio datur, licet fit occultum, difficilifque probationis, non tamen paffim torquendos effe homines. Nifi legitima præcedant indicia:vt alio in loco inquit ipfe Bald.in l.quicunque. col. 6. verf. octauo nota. C. de feruis fugiti. Hypol.confil.15. num.17. & in l.penult. num.23.de quæft.Bon.de iudi.Parif. confi.151.num.14.15.lib 4. Etiam fi data effet poteftas iudici, pro arbitrio iodicandi.Iaf.in l.milites.num.3.C.de teft. milit. propter tam graue, & irreparabile damnum. ff.de Afflict.decif.391.num.7.

16 Certum † eft, in occultis leuiores probationes poffe fatisfacere, quæ in aliis delictis non probarent, & hoc propter difficultatem probationis. cap. tertio loco.vbi Panor.num.5.de proba. Decius confil. 577. num.11.Gram.voto 30.notatur in l.2.C.de epif.aud. Dum modo tamen, iuris adminiculo iouentur. arg.l. 1.ibi,vt legi non offendatur.ff.de vfu.l.codicillis.§.fi. de lega.2.§.fideicom.§. quanquam.de lega.2. Roma. confil.376.Cachera. decif.79.no.56. Et perfonarum habeatur ratio,veluti,fi contra diffamatos, & malos homines ageretur, & criminofos. l. non omnes. §.à barbaris.ff.de re mili.c.fin.de præfumpt. c.femel malus.de reg.iur.Gram.voto.3. num. 13.24. 25. Hypol. fingula.74.Alciat.regul.1.præfumpt.7. Et in fumma hæc in arbitrio iudicis funt pofita. vt Carre. in praxi crimi. in princ.num.107. Mono de arbit.lib.1. q.77. Clar.in §. Simonia. in fin.Lndo. Carre.fol.86. verfi. circa quartum.num.19.cum.feq.

Poftremò refpondebat, licere fibi venena emere, & illis vti,quæ mixta aliis materiis nocendi naturam deponunt, & ex his antidota, & alia medicamenta conficere,fecundum præcepta fuæ chirurgicæ artis.l. quod fæpe. §. veneni. ff. de contra.empt. l.qui venenum.ff.de verb.fig.l.3.§.alio.ff.ad l.Cor.de ficar.

Non docuit in fpecie, cuius gratia, eo tunc fuiffet vfus veneno. Sed cataplafmata vulnerib. impofuiffe, eorum quos ipfe curabat. Ifta difputatio dubia eft, proinde etiam fi probaretur illis, & illis applicaffe infirmis,

infirmis, nō propterea tolleretur maleuolus animus, cum potuisset hoc, & illud facere. arg. l.non hoc.C. vnde legi.l.neque natales.C.de proba.c.in præsentia. eod.tit.

Sed quid dicendum ? causa huiusmodi plurimùm nos occupauit, & fatigauit, ter posita fuit in consilio, omnibus præsentibus, de cuius meritis bis Illustriss. Domino Cardinali relationem feci, qui cupiebat hęc intelligere. Cum pietate motus Georgium Pupillum in sacro fonte leuasset, scopus huius certaminis stat, quod non constat veneno mortuum, vt s̄. diximus. Aliqui dicebant, Cum facto ipsius hæredis, ille defectus accidisset occasione præcipitatæ inhumationis, & quod omiserit aperire cadauer. Ne commodum consequatur ex latissima culpa sua, perinde habendum, ac si verè constaret.arg.tit. de eo per quem factum erit, ne quis in iudi. sistat l.3. eod.tit.l. qui non facit.ff.de reg.iuris. Sicut de illo dicimus, qui tenetur de casu fortuito, si eius culpa casum præcedat. l. aduersus.C.de nauti.fœn. l.contractus. ff. de reg.iur.§. item is.Insti.quib.mod.re contrah.obl. Sed hoc non mouit iudices, quia semper manet incertitudo, & in dubio mitior pars est amplectenda, vt s̄.

Vnus dominorum proponebat pro aperienda veritatis via, quæstionem esse exhibendam vxori, ducendo illam ad locum tormentorum, & fingere velle dare. Ex his quæ not.Clar.in §.fin.quæst.64. num.3. vbi ait, senatum illum non habere nisi tres gradus torturæ. Primus est terrendo. Et hunc comprehendere, non solum minas, sed etiam ductionem ad locum, spoliationem, & ligaturam simplicem. Secundum, quando ponitur in tormentis. Et tertio, vbi percutitur aliquo ictu funis. Et iudices communiter obseruare primum modum. Ita vt confessio subsecuta non dicatur metu tormentorum extorta, vt latius probat. & seruit.cap.1. de accusa. lib.6. veruntamen, etiam hæc reiecta fuit opinio.

17 Cum † metus tormentorum sit species torturæ, vt scribit Bald.in l.interpositas.num.6.C.de transact. per l.nouissimè.§.1. ibi, aut metu ne compelleretur. ff.quod fals.tuto. Sicut terror armorum idem operatur, quod ipsa arma. l.1.§. idem Labeo.ff.de vi, & vi arma. Et metus futuri grauaminis in appellatione proponenda l.si quis prouocatione.C.de appella. Et idem de belli timore. Ancha.consil.88.de Rip.de peste.de priui.contract.num.34. Et ita, confessio, quæ subsequeretur, non præcedentibus legitimis indiciis, non præiudicaret confitenti. Alexand. consil.5.nu.1. lib.1.& consil.1.num.1.lib.3. Corse. singula.175.in verbo metus. Hypol. in §.expedita. in praxi. num.2. & sequent.

Etiam, si deinde in çonfessione perseueraret. Idem Hypol.in l.pen.nu.21.22.23.de quæst.Ang.in verbo. fama præcedente.num.36.& est communis omnium vox, præsertim considerata istorū qualitate, qui nulla alia hactenus fuerunt labefactati criminis nota, contra quos maturiùs proceditur. Gram.consil.37.nu.6. & 24. Secus ergo si in diffamatos, & malos homines de quæstione ageretur: vt de Afflict.lib.1. de homicid.cland.nu.31.Lud.Cat.in pr.vet.3.casus.nu.15. 16.quicquid dixerit Clarus, & eo iure non vtimur.

Cæterum omnes mirabātur quod tantam habuerit vim subornatio istorum, vt coegerit patrem (exhæredato posthumo) hoc totum illis relinquere. Et videre extraneos ex aliena arbore legere fructus. Dicitur, hos persuasisse testatori, non potuisse prægnantem reddere vxorem. Cum illa esset iuuenis, & ipse senex, verum quædam mulieres deposuerūt audiuisse ab illo, quod se virum erga vxorem ostēdebat, & cætera. Et illa mulier sę honestā probauit, sine vlla turpitudinis nota, vel suspicione. Fuit conclusum. Hos coniuges à quæstione, & carceribus relaxandis. cum promis.de se repræsentando totiens quotiens, cum expensis, cum habuerit pupillus iustam causam conquerendi.

SVMMARIVM.

1 *Indignus hæres dicitur qui infirmo medicum non adhibuit, vel malum.*
2 *Experto committens, culpa caret, si ille negligat præcepta artis.*
3 *Conditio habetur pro impleta, si is, qui eam debet adimplere fecit quod potuit.*
4 *Actus inutilis, vel nullus idem.*
5 *Testis consanguineus producentis non probat.*
6 *Hæres non tenetur reddere sanum testatorem sufficit, si illi adhibeat bonum medicum.*
7 *Legata debētur vbi indigno hæreditas aufertur, etiam si legatarius infirmo medicum non adhibuerit. & num.8.*
9 *Marito occidēte vxorem lucrum debetur venientibus ab intestato vxoris. Idem in aliis casibus.num.11.*
10 *Legatum quod aufertur, illi applicatur, cui voluit nocere.*
12 *Hæreditas quæ aufertur hæredi propter suum delictum, fisco potiùs quàm venientibus ab intestato debetur.*
13 *§.fin.l.si ab hostibus.ff.solut.mat.vtilis declaratio.*
14 *Spurii quod aufertur, fisco non acquiritur, nisi clàm fides ac commodetur.*
15 *Bart.opin.in l.fin.§.ff.de bonis damnat.reprobata.*

DECISIO XXI.

Hic agitur de auferenda hæreditate hæredi, tanquam indigno, quia infirmo non adhibuit medicum. Et eius culpam legatario non nocere. Et de applicanda hæreditate fisco, non venientibus ab intestato.



EX facto proposito, aliæ natæ fuerunt dubitationes. prima, an magister Petrus fuerit indignus hæreditate, ob id, quod debitam curam erga testatorē infirmum non adhibuerit ? Deinde, quid de eius vxore legataria ? Postremo, ad quem pertinebit hæreditas?

1 Circa † primam, præsuppono indignum esse hæredem qui infirmo testatori medicum non adhibuit. l. indignum. ibi si culpa, & negligentia hæredis moreretur.ff.quib.vt indig. glo.inquit, si medicum non adhibeat, vel malum. idem si ab hostibus.§. fin.ff.sol. matr.& in l.quod si nolit.§. si mancipium. ff. de edi. edicto.in l.si seruum Stichum.ff.de verb.oblig. Quia paria sunt occidere, vel infirmum sine medico relinquere, vt vtroque modo dicatur ingratus. Alex.consi. 23.num.1.& consil.136.num.2. lib.7. Ias. in d.l.si ab hostib.§.fi.nu.6.de Rip.in l.si.q.46. C. de reno.dona. & in tract.de peste.de priuileg.cōtract.nu.101. Sicut is quidem denegat alimēta.l.necesse videtur.ff.de lib. agnos.Bald.consil.26.lib.3.Hypol. consil.93.num.7.

Veruntamen videbatur hæredē vitium huiusmodi non incurrisse, qui vocatus ab vxore defuncti post illud famosum prandium, illico in domum illius fuit: adiuuauit infirmū propriis manibus ducendo illum, cum presbytero ad cathedram perforatā, fecit etiam,

vt ille

vt ille vomitus in diſco emitteret, vt deinde à medieo obſeruarentur. vocauit D.N. doctorem medicum. qui dicit viſitaſſe, ordinaſſe potum, ſed ægroto recu-
2 ſanti non fuiſſe adhibitum, vnde hæredi nihil † imputari poteſt, ſed magis medieo, ſi quid omiſſum fuerit, vel neglectum. Cum ſit doctor, & expertus artis. l. 1. ff. ſi menſor falſ. mo. dixe. l. Illicitas. §. ſicuti ff. de offi. præſid. l. medico. ff. de variis, & extra. cogni. cap. propoſuiſti. vbi Cano. de proba. Bart. in procem. ff. Rebuf. in l. vni. ſuper verb. ſubtilitatem. num. 18. cum ſeq. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inte. pro.

Excuſatur etiam medicus, ex depoſitione vnius teſtis per fiſcum productæ quæ dicit. *N'eſtoit poſſible qu'il print aucune choſe, pource, que le vomiſſement le prenoit tout incontinent, & le iettoit.* Et ita videbatur deſperata infirmitas, & inutilis medicina. Sicut de aduocàto, qui nõ debet præſtare patrocinium pro cauſa mala, & ſpe deſtitura. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iura calum. not. gl. in l. 1. §. diuus. ff. de variis, & ex-
3 tra. cogni. Et ita habere videtur † locum iuris regula, quæ diſponit conditionẽ haberi pro impleta, quotiens is, qui eam debet adimplere fecit quod potuit. l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris. vnde ſi hæres, in vindicanda morte diligentiam adhibeat, licet non fuerit vltus, non dicitur indignus. l. ſi ideo. & ibi gl. C. quib. vt indig. Et pro dato debetur, ſi is qui accipere debet, recuſauerit. l. fin. C. de condit. inſer. l. 3. §. fin. ff. de ſtatu liber. Poſtremò cum medicus referat fuiſſe apoplecticum. Ille morbus non erat medicabilis arte, & conſequenter fruſtra adhibita fuiſſet medicina. arg. cap. fin. de cleri. ægro. argum. l. aliquando. §. fin. ff ad Velleyanum.

Imo contra. Cum non appareat hunc hæredem aliquid feciſſe quo poſſet ſanare, vel ſuſtinere ægrotum. Sicut communiter nituntur homines erga ſuos vel illos, quibus deſiderant ſanitatem, vel vitam cupiunt. hinc illæ lachrymæ, vnus teſtis deponit, dum ille negotia ſua in cathedra perforata faciebat, prohibuiſſe petenti vinum miniſtrari, & ſubito amouiſſe vomitus. Quod medicus deponit fuiſſe vocatum, vidiſſe vomita, ordinaſſe potũ, hoc parùm hæredi prodeſt, cum illa viſitatio nullum produxerit effectum. argum. l. quotiens. ff. qui ſatiſ. cogan. c. fraternitatis. de
4 fugi. & male. Et actus † nullus, & inutilis æquiparentur. Iaſ. in d. l. ſi ab hoſtib. §. fin. num. 7. Deci. in l. fi. ff. de offic. eius. vt verba, cum effectu intelligantur. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vt exi. c. relatum. de cleri. nõ reſiden. l. 1. §. excuſantur, ibi, qui finxit auxilium ferre, vel dictis gratiam tulit, nihil ei hoc cõmentum proderit. ff. ad Syllania. Non credunt medici ægrotis. Imò ſæpius inuitis medicamenta tribuunt. not. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtitut. c. tua nos ibi, & peritus erat, omnémque ſtuduit, quam debuit diligentiam adhibere. de homicid. Sicut pater filio indiſciplinato medendo, cedendo, ligando, tenetur ſuccurrere. cap. ipſa pietas. in fi. nõ quæſt. 4. c. nõ omnis qui parcit amicus eſt. 5. quæſt. 5. hinc dici ſolet. deſtitutus ventris remos adhibe. c. qui emendat. 45. diſtinct. Rip. in tract. de peſte. de remed. ad curand. peſtem. num. 103. poſt Specula. tit. de ſala. §. fin. verſ. quid ſi infirmus prohibet. Culpa etiam in eo redarguitur, quod alios non vocauerit medicos. vt in ſimili arguit Bart. in d. l. ſi ab hoſtib. §. fi. num. 3. & in l. ſemel. C. de re milita. lib. 10. Fel. in d. cap. propoſuiſti. num. 7. iterum Bart. in d. l. ſi ſeruum. & ibi Imo. Cor. conſil. 316. num. 17. lib. 1.

5 Maximè † pro tollenda ſuſpicione, quæ naſcebatur contra illum medicum conſobrinum ſuum, qui vt ſuprà diximus, non eſt integer teſtis. Bar. in d. l. admonendi. vbi Iaſ. num. 179. Cum ex ſua depoſitione commodum ſentiat. l. omnibus. C. de teſti. Bertrand. conſi. 14. lib. 2. Prætereà, illa ordinatio poculi, reman-
5 ſit in puris terminis ordinationis, abſque eo, quod fuerit compoſita, vt pharmacopola atteſtatur. Minus excuſandus eſt, dicendo incurabilem, hoc hominibus incertum eſt. Quandiu enim anima eſt, ſpes eſt. vt dictitant medici. hinc extremis morbis extrema præſtanda ſunt remedia. Hippocr. lib. aphoriſ. primo. cap. 6. Non enim omnis, cui lætalis morb. eſt moritur. l. in ratione. 1. §. ſi ſeruus teſtamento. ff. ad l. Falc. l. 1. §. fin. ff. ad Syllania. l. quæ actio. §. ſed ſi quis. vbi aliud alij, vulnus mortiferum eſſe ſolet. ff. ad l. Aquil. Tiraquel. de retr. conſang. §. 15. glo. 2. num. 12. Et in his debent etiam auxilium pręſtare medici. Gale. aphoriſ. Hippo. 6. cap. 18. Feli. in cap. paſtoralis. num. 8. de iud. Rip. de remed. ad curand. peſt. num. 92.

6 Lex non † dicit, hæredem teneri ſanum reddere teſtatorem, ſed, vt id curet. d. l. indignum. ſicut euentus mortalitatis medico imputari non debet. l. Illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſid. vbi glo. Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger. & in d. c. tua nos. fueritque reprobata omnium medicorom iudicio, illa opinio, quod fuiſſet apoplecticus vt ſupra dictũ eſt. præmiſſis accedunt, illæ vehementes ſuſpiciones, quę de procurata morte animum iudicis inducebant ad quæſtionẽ, ſi conſtitiſſet veneno mortuum. Illa etiam inſolita, & interuerſa clauſula reuocatoria, pro deuoranda pupilli hæreditate. Aliæque ſiniſtræ præſumptiones effecerunt, vt illum indignum hæreditate iudicauerimus.

7 De vxore † autem legataria, non ita, vt legatum perdat. Quia lex tantum de hærede loquitur, de legatariis verò in lege nihil ſcriptum reperitur. l. ſi verò §. de viro. ff. ſolut. matr. Et cum ſit pœnalis ad legatarium non extenditur. l. quod verò contra. ff. de legib. l. in interpretatio. ff. de pœnis. Item, & vbi hæreditates auferuntur ab indignis, legata debentur. l. cũ fiſco. ff. ad Syllania. l. cum quidam in fi. ff. quibus vt indig. l. 3. §. cum ex cauſa. ff. de iure fiſ. Ne quis alterius odio prægrauetur. to. tit. ne vxor pro mari.

9 Sed quæſtionis eſt, an † hæc hæreditas, quæ hæredi indigno aufertur, filio, vel fiſco debeatur. Et videbatur, filio defuncti. d. l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ſi maritus vxorem occidat. lucrum, quod marito debebatur, ex pacto vel ex ſtatuto venientibus ab inteſtato ipſius mulieris, non fiſco debebitur. vt ibi omnes maiores noſtri annotauerunt poſt gloſſ. & Bald. conſil. 26. lib. 3. Deci. conſil. 126. num. 8. Hypolit. conſil. 93. Boëri. deciſ. 25. num. 8.

10 Idem, † ſi frater patrem occideret, alius frater ſuccederet, etiam in parte fratris occiſoris, non fiſcus autore Bart. in l. fin. §. fin. ff. de bonis damna. per l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. vbi factum fratris, fratri non nocet.

11 Similiter, quando † alicui aufertur hæreditas, vel legatum, illi applicari debet, cui ille voluit nocere. l. penult. C. de lega. idem in l. 2. in fin. ff. ad Tertull. Ita cum iſte hæres voluerit nocere pupillo, & illi auferre hæreditatem patris, videbatur potius pupillo debita, quàm fiſco.

12 Sed † veriùs contra, quotiens enim hæreditas aufertur ab hærede, propter ſuum delictum, cõcernens perſonam teſtatoris: fiſco debetur non venientibus ab inteſtato, veluti necem teſtatoris non vindicauerit. l. 1. C. quibus vt indig. Si teſtatorem occiderit. l. fi. ff. de bonis damna.

Et

Et si filius patrem occideret, nepotes ex illo excluduntur, si communem sequamur, contra Bald. attestante Boërio Decis. 25. num. 17. Cla. in §. homicidium. num. 22. vel quando ab ingrato aufertur hæreditas, vel legatum. vt in casu huiusmodi. l. 1. ff. quib. vt indig. Si falsum, vel inofficiosum testamentum dicetet. l. aufertur. l. post legatum. ff. eo. l. Papinia. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. hæc omnia, & similia respiciunt personam testatoris, cui iniuria facta est, per hæredem, vel legatarium. Ideo fiscus ab illis aufert, tanquam ab indignis. Si quidem aditione, vel acceptatione, acquisiuerat hæreditatem, vel legatū, quod venientibus ab intestato non debebatur. cum iam esset in patrimonio hæredis. l. 1. §. veteres. ff. de acqui. poss. à quibus, ne commodum ex ingratitudine consequantur, aufertur per principem, fiscóque applicatur, tanquam turpe lucrum. l. quod in hæredem. ff. de calum. Ita similiter propter neglectam testatoris sanitatem. d. l. indignum. quo posita est sub titulo, quibus vt indignis, in quo tractatur de auferendis hæredibus hæreditatibus, & fisco applicandis.

13 Nec obstat † d. l. si ab hostibus. §. fin. si quidem lucrum illud nūquam fuerat marito acquisitum à quo nō potest auferre fiscus. sed ipsa lex aufert. Et si fiscus vetetet ex persona mariti hoc non posset. Cum maritus nihil habuerit, fueritque à lege exclusus. Nimirum si venientes ab intestato vocentur. vt aduertit. Hypol. d. consf. 93. num. 12. & Bald. in d. l. hæreditas. num. 7. C. quib. vt indig.

14 Hinc, quod † relinquitur incapaci, spurio, vel deportato, fisco non defertur, qua ille adire non potest, vel sibi acquirere. l. si quis mihi bona. §. si quis plane. ff. de acquit. hæred. l. si in metallum. ff. de his, quæ pro non scrip. haben. Soci. consi. 22. num. 13. lib. pri. Clar. in verbo testamentum, quæst. 31. Nisi clam fides accommodaretur pro indigno restituenda hæreditate. l. eum qui. ff. quib. vt indig. Cla. in §. fi. quæst. 79. num. 7.

15 Quæ notauit † Bart. in d. l. fin. §. fin. ff. de bonis damna. communi omnium voto reprobata sunt, vt aduertit Bald. in l. hæreditas. circa fin. textus autem in d. §. fratris. intelligitur fratrem fratri non præiudicare in sua parte tantum. sed pars fratris qui occidit fisco applicatur. vt declarat Roma. singul. 461. Boëri. Deci. 25. num. 9.

Vltimò, non est considerabile hunc voluisse nocere pupillo, quoniam licebat patri hæreditatem suam alteri dare, reseruata filio legitima. l. parentibus. C. de inoff. test. Et hic inspicitur principaliter ingratitudo commissa in testatorem non in ipsum filium, cui non dicitur nocuisse. Cum semper saluam habeat legitimam, fuit conclusum ab hærede tanquam indigno auferendam hæreditatem, & fisco applicandam, salua legitima filij, quæ est tertia totius hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Auenionis de non obligandis minoribus, vtilis declaratio.*
2 *Statutum inducens formam, ea non obseruata, actum nullum reddit.*
3 *Ordo literæ in statuto obseruandus.*
4 *Tunc, dictio, temporis extremitatem significat.*
5 *Tunc, dictio limitat dispositionem ad casum expressum tantum.*
6 *Prius in dispositione nominati, cæteris præferuntur.*
7 *Minor dicens contractum nullum deficientibus consanguineis, debet probare, se tunc habuisse consanguineos.*
8 *Consanguineis plus fidendum, quàm extraneis.*
9 *Iudicis decretum eodem momento interpositum nullum fallit. num. 10.*
11 *Fideiussoris interest, ne semper remaneat obligatus.*

D. [illegible] Ro[illegible] Auenio.

DECISIO XXII.

Declaratur statutum Auenionis, quo cauetur minorem non posse obligari sine præsentia consanguineorum, vel curatoris, &c.

DELATA est in consilium per D. Valentianum causa huiuscemodi. Gaspard Droinus, cum esset debitor Gabrielis de monte alto olim pupilli occasione tutelæ malè administratæ, in multis pecuniarum summis, anno 1565. vendidit pratum Petro Ioanni. 505. aureis vt pretium in solutionem illius debiti conuerteretur.

Et quia erat minor creditor, fuit illi datus curator Clemens de Rampalo, eóque autore, eotam iudice soluta pecunia. Minórque se obligauit de euictione quoriens pratum ab emptore euinceretur. Et eodem instanti decretum super omnibus interpositum.

Postea cum bona vtriusque scilicet Droini, & de Monte alto posita fuissent in generali discutione, & euictum pratum, emptor prati agit contra bona de Monte alto pro euictione, vxor se opponit pro dote, dicens promissionem per maritum de euictione factam esse nullam, propter nō obseruatas † statuti solennitates, quo cauetur minorem non posse contrahere, nisi præsentibus duobus consanguineis, & illis deficientibus, tunc, cum curatoris legitimi autoritate, ad illum actum, per iudicem deputādi procedatur. Cuius meminit Bart. cum aliis à Ias. relatis in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. qui iurandum. num. 6. ff. de iureiuran. Roma. consi. 280. Soc. consi. 80. lib. 4. Alex. consi. 29. num. 12. lib. 3. Ias. & Deci. in l. pactum. C. de coll. & in l. transactioné. C. de transf. Craue. consf. 215. nu. 5. Tiraquel. de legib. connubia. gl. 6. num. 24. cum seq. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 3. casu. 211. nu. 1. cum

2 seq. Itaque statutum † nouiter introducendo, vt tales adhibeantur solennitates hoc fecisse videtur pro forma, & substantia obligationis, qua nō obseruata nulla sit obligatio. l. si vt proponis. ibi, cessante patris voluntate. C. de nup. l. 2. ff. de ritu nup. l. cum hi. §. si prætor. vbi Alex. ff. de transac. Ancha. consi. 242. in fin. & in terminis Deci. 532. nu. 1. 2. 3. 4.

Quia forma est, quæ dat esse rei, & conseruat rem in esse. l. Iulianus. ff. ad exhibend. d. §. si prætor. Bald. in l. omnes populi. num. 26. ff. de iust. & iure Decius consi. 466. num. 13. 14. Berttand. consf. 364. num. 1. lib. 2. & ea sublata, cessat formatum. e. cum cessante. de appella. l. sed & hæ. §. prætor. vbi Bart. ff. de procura. Cra. consi. 230. num. 3. Sed statutum requirit adhibendos esse duos consanguineos, & illis deficientibus curatorem. Ideo iudicem debuisse prius inquirere an haberet consanguineos, & constito, quod

3 non habebat curatorem dare. Et † statuti qualitas ante omnia obseruaretur, Et probatur. l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapt. Bart. in l. 1. ff. ne quid in flu. pub. Decius consil. 524. num. 1. 2. 3. & consil. 589. num. 7.

4 Ponderando vlterius † dictionem tunc consan-

guineis deficientibus. quæ significat temporis extremitatem.l.4.§.fi.de cond.& demonst.l. si ita stipulatus fuero si Titius consul.ff. de verb. oblig. l. vxori vsumfructum villæ.de vsufructu lega.Ias. in l. in substitutione.num.8.de vulga.

5 Limitatque † dispositionem ad casum formaliter expressum,licet enim vulgaris expressa contineat tacitam, pupillarem. & econtrario. l. Iam hoc iure. de vulga.l.quamuis.C.de impub. Tamen si dixerit pater si filius meus non sit hęres, tunc eidem substituo Titium,non continebitur pupillaris,vel contra. Ancha. consi.357.in fin.Roma.cons.131.nu.1.Dec. cons.63. num.2.3.& consi.327.nu.2.

6 Et vt † ordo in statuto designatus obseruetur. Cum illud generale sit,priùs nominatos posterioribus præferendos l.ff.quis ord.in bono.poss.serue.l. peto. §.fratre.de lega.2.l.1.ff.de albo scribend. l. cum ita. §. in fideicom.de lega.2.l. Publius. §.1. de condit.& demonstra.l.quandiu.ff.de acqui.hæredi.l. vt gradatim. ff.de mune.& hono.

Respondebat pars fuisse seruatam formam, Quia iudex deficientibus illis, curatorem dedit. Et si vxor dicat habuisse consanguineos probet, & deducat, vt in simili Pau.Castr.consi.124.in 2.dubio. lib. 1. Cor. consi.316.in 2.dub.lib.1.Cra.consi.8 .nu.14.hos refert Mono.de arbi.2.centu.3.casu.212.

7 Ego † dicebam,si minor vellet rescindere contractum,ex eo, quòd non fuissent adhibiti cõsanguinei, deberet probare illos habuisse tempore contractus, & habiles ad consentiendum.Nec sufficeret,si tunc se fuisse minorem probaret,vt illi dicunt.Hic verò aliud esse.Cum præscripta videatur forma per statutum,vt illis deficiẽtibus curator cõstituatur,& in hoc, id est, antequam curator constitueretur, cognitionẽ causæ esse necessariam.In casu verò Paul.& Cor.licebat minori contrahere si nullos habuisset cõsanguineos ad similitudinem filiifa.qui patre capto ab hostibus, vel si ita absit, vt ignoretur vbi sit,post triennium potest matrimonium contrahere.l.quotiens.ff.de pact.dota. l.si ita.ff.de ritu nup.Et nullam esse traditam formam in præmissis casibus.Hic verò secus, ex priori cõsan-

8 guineorum nominatione. Quasi † plus fidei sit apud consanguineos,quàm extraneos curatores. l. transactionem.vbi Bart.Bald.Paul.Ang.Saly. Albert. Alex. Ias.Deci.Cur.C.de transa.Bart.in l.fi.versi.item quæro.quæ actio.ff.si quis aliq.testa.prohib.Panor.& alij Cano.in c.causam matri.de offic o delega. Cum nemo odio habeat proprium sanguinem.l.1.ff. de bonis eorum,qui sibi mor.consci.l.4.ibi,contra sanguinem suum.ff.de inoffi.testa.Diuus Paul.ad Philip.cap.5.c. non satis.86.distin.Hinc,si statuto caueretur, vt alienata reuocẽtur per priores,& anc nos domu priùs priores,& post eos anciani quasi ma s dilecti qui ante nominantur.l quotiens.ff.de vsu ruct.c. cum dilecta.vbi cli.nu.4.de rescrip.l.generaliter. §. si quindecim.ff.de fid .liber.ibi,quis er o statuer ordinem scripturæ sequendum l si duas.ff. de x sa. tur quia ex ordine scripturæ, sequitur ordo intellectus.l. 1.§. quibus.C.de nouo Codi.faciend.Boer. de autoritate magni concilij.nu.141. Maximè quia statutum loquitur conditionaliter ibi, quibus deficientibus, qui sunt ablatiui absoluti conditionem importãtes.l.cuictis agris.ff.de acqui.ter.dom.l.a testatore,de cond.& demonstra.Ideò priùs conditionem adimplendam. l. qui hæredi,& l. Mæuius ff. de condit. & demonstra. Respondebant Domini,ex mente statuẽtium nullum hic seruandum ordinem, sed alterum sufficere.l. nec enim.ff.de solu.l.cum pater.§.fidei tuæ,ibi,ordo scripturæ non impedit causam iuris,& volũtatis. de leg. 2.l.quidam.de pecu.leg.Alex.consi.161.num. 3.lib.7. Nam statutum factum est ad obuiandum fraudibus ne decipiantur minores contrahendo.l. 1.ff.de mino. At vbi alterum adhibetur cessat ratio fraudis. Et quia curator datus sororius erat minoris de quo lex confidit.l.non facilè.§.affines.ff.de gradi.affi.l. si verò. §. hæc autem actio.ff.de his,qui deiecerunt, vel effude. l.ius familiarium.C.de religio.& sumpti.fu.

9 Mouebar † etiam, quòd decretum videbatur nullum.Cum eodem momento, super curatore dando, & promissione euictionis, fuisset interpositum, sine aliqua cognitione causæ, & temporis intercapedine, ex his quæ notat Bart. in l. prolatam. C. de senten. Ancha.consi.83.Cur.senior consi.46.nu.13.Ias.cons. 21.lib.1.& consi.44.in fin.lib.4. Hypo. per duas col. in §.nunc videndum.nu.32. & seq. in praxi. Alcia. 3. regul.præsum. 10.Paris.consi.98.nu.8.lib.1.Ias.in l.2. nu.5.ff.de offi.eius.& in l.sciendum.num.13.de verb. oblig.Deci.in authen.si quis in aliquo.num.36.C.de edend.& consi.510.nu.4.Mono. de arbi.lib.2. centu. 2.casu.171.num.23.

10 Respondebat † pars,generali consuetudine, iudices non obseruare illas temporum intercapedines, sed eodem instanti constito ordinare, & decernere. teste Alexand.consi.80.num.10.lib. 5. quod nõ probatur cum ipsemet alio in loco contrarium asserat. consil.218.lib. 2. Neque probari potest tanta præcipitatio quæ nouerca Iustitiæ vocatur. in clem.2. §. verum.de re iudi.Specula.titul. de iudice delega. §.8. versic.item quis suas.Et sit periculosa celeritas, hinc sapientis illud dictum.In nocte consilium: quia nox propter solitudinem, ac silentium maximè ad considerandum, consultandúmque de rebus grauibus est idonea,vt refert Eras.chilia.2.centu.2.c.43.

Ideo alio modo dissolutus est nodus, vtile fuisse minori illam facere promissionem, sine qua non recepisset pretium venditi prati, vnde quando clarum est,quod geritur in vtilitatem minoris cedere,non est opus longiori causæ cognitione, quia frustra fit plura,&c.l.1.ff.quod met. caus. & in claris non est opus coniecturis.l.continuus.§.1.ff.de verb. obliga. Mol. ad cons l. Alex. 8c.lib.5.Purpu.in Rub.de offic. asses. num. 144. Ias.in l. is cui bonis. num.3.6. ff. de verb. obliga.Tiraquel.de legib.connubia.Gloss.8.num.67. cum sequen.

11 E † si dicatur nõ fuisse vtile minori vt semper de euictione teneretur.c.fin.de fideius.Gl. in l.Lucius. in fin.ff.manda.§.si quid autem.Instit.de fideius. de Afflict.decis.241. Respondetur hanc esse euictionis naturam,vt perpetuò duret.l.eum debere columnam.ff. de serui.vrba.præd.l.empti actio.C.de euictio.

Fuit conclusum à maiori parte Petrum Ioan. emptorem prati tanquam anteriorem vxori Gabrielis præferendum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis dicitur, in qua de morte mentio fit.*

2 *Donatio facta fratri,& suis,pura dicitur, licet mortis faciat mentionem.*

3 *Prohibitio de non alienando,etiam sine causa ad tempus facta valet.*

4 *Alienare prohibitus extra familiam,poterit alienare his qui sunt de familia.*

5 *Donatio simpliciter facta,non continet futura.*

6 *Singulares probationes,quando simul coniungantur?*

7 *Iudex*

7 *Iudex, non potest esse testis in causa quam iudicauit.*
8 *Filij natiuitate non reuocatur donatio, quando non est vitalis.*
9 *Donatio propter bene merita non reuocatur filij natiuitate.*
10 *Donatio, vt remuneratoria dicatur an sufficiat exprimere merita in genere, vel in specie: casus pulcherri. vsque ad num. 15.*
13 *Confessio mariti, non præiudicat creditoribus.*
14 *Legitima non debetur super donationibus remuneratorijs.*
15 *Meritorum generalis expressio, videtur facta ad colorandum donationes.*
16 *Notarius censetur rogatus apponere omnes clausulas consuetas.*
17 *Filius, qui illico moritur non reuocat donationes.*
18 *Conditionem momento adimpleri sufficit.*
19 *L. posthumus. ff. de iniusto rup. test. declaratur vtiliter.*

DECISIO XXIII.

De donatione pura facta fratri reuocata natiuitate filiæ, licet illico decesserit, & multis alijs articulis remuneratoriam donationem concernentibus. casus subtilis, & vtilis.



OBILIS Antonius Fellonus Montiliensis, cum in militiam proficisceretur, in qua varia, & multa imminēt mortis pericula, cupiens ante decessum Guilielmo fratri suo, de se benemerito satisfacere, eidē donauit omnia bona sua, purè, & simpliciter retentis centum florenis, cum clausulis solitis iuramento firmatis. Reuersus petit à fratre, vt donata remittat, recusat, interea occiditur donatarius, relicto Thoma hærede pupillo. Super reuocatione compromittitur, fertur sententia reuocatoria, quam approbauit Antonius, & tutor, pupilli nomine, scilicet tacite, quia permisit alium bona remissa possidere. Antonius condidit testamentum, in quo prælegauit Catherinæ sorori, (quæ erat vxor tutoris pupilli) maiorem partem bonorum suorum. In cæteris eam cum nepote pupillo hæredem fecit. Mortuo testatore, & ab vtraque parte adita hæreditate. Amici, & pupilli proximi dolentes, quod bona donata Guilielmo ad extraneas venirent manus. Faciunt prouideri de curatore pupillo, vt eius nomine petat mitti in possess. bonorum Guilielmo patri donatorum, virtute clausularum in donatione positarū. Se opponit Catharina deducens multa contra donationem coram me iudice, & commissario, quæ omnia singulari terminata sunt examine.

1 Primò † siquidem, non fuisse puram donationē, sed causa mortis factam, & reuocabilem. Ibi, cupiens ad bellum proficisci, in quo varia imminent pericula. l. Seya. l. 3. ibi periculi propinquæ mortis. ff. de dona. caus. mor. hinc belli calamitas, & lachrymosum bellum. l. vni. in princ. & ibi Bald. 1. not. C. de cadu. toll. Dubij, incertique milites, quos semper sequitur vmbra mortis. Panor. in c. Pastoralis. §. præterea. nu. 3. de offi. ordina. Ideo eo reuerso, qui donauit, & sano, cessanteq́, periculo, reuocata debet esse donatio. l. senatus. ff. eo. Bart. in l. si aliena. ff. eo. tit. Et hoc, ex intentione donantis, quæ ante omnia attendenda est. l. in conuentionib. ff. de verb. sign. l. sed etiam. §. si fundus. ff. de contra. emp. l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poss. Cum esset tunc iuuenis ætatis decem, & septem annorum. Non præsumebatur velle irreuocabiliter donare, si a bello reuerteretur. Magisque se habere volebat, quàm eum cui donabat. l. 1. & l. senatus. ff. eo.

2 Cæterùm † fuit resolutum, hanc esse inter viuos donationem. l. vbi ita donatur ff. eo. ibi, vt nullo modo reuocari possit, licet mortis mentionem faciat, demonstratiuè quidem, non per modum causæ finalis. auctore Bal. in d. l. vbi ita donatur. & in l. 2. C. de iure do. Alex. consi. 78. nu. 1. lib. 4. Deci. in l. fi. nu. 21. C. de pact. Et quia, purè, & simpliciter donauit. Alex. consi. 14. nu. 1. 2. 3. lib. 1. fratri, & suis hæredib. Soc. consil. 5. nu. 1. & seq. lib. 1. Rui. consi. 51. nu. 4. 5. lib. 1. Et cum iuramento. Alex. d. consi. 78. Craue. consi. 214. nu. 18. Deinde, non fuerunt adhibiti quinque testes, sed tantùm tres. l. fi. C. de codicil. Bertrand. consi. 88. num. 2. lib. 2. de Ripa de reuocand. dona. resp. 9. num. 7.

Secūda impugnatio erat, quod pater in testamento prohibuerat suis liberis bonorum alienationem, & diuisionem, donec ad ætatem peruenissent viginti quinque annorum, & si ante fiat nulla dicitur. l. fi. C. de prohibi. commu. rer. aliena. sicut fecerat Antonius donando.

3 Respondebat † curator, nudam fuisse prohibitionē, quę nō obligauit hæredes. §. l. filiusfa. §. diui. de lega. 1. l. pater filiū. §. filius Agripa. & l. Lucius de lega. 3.

Replicabat Catherina prohibitionem temporalem etiam sine causa valere. Cum censeatur facta filiorum fauore, vt eorum imbecillitati consuleretur. l. Titio centum. in princ. de condit. & demonst. l. filius matrem. Vbi omnes no. C. de inoffi. testa. Aret. consi. 90. & Deci. in l. si emancipati. nu. 30. C. de colla. Ripa in d. §. diui. num. 28.

4 Concluditur, † non fuisse contrauentum paternæ prohibitioni per donationem alteri fratri factam. l. voluntas. C. de fideicom. l. cum pater §. quindecim. de lega. 3. Bar. in d. §. diui. nu. 9. de Rip. num. 64. Quia, facta est alienatio illi, qui erat de familia, contra quem prohibitio locum non habet. d. l. voluntas. & §. quindecim. & l. codicillis. §. instituto. de lega. 2. Alex. cons. 55. nu. 3. 4. & consi. 59. nu. 1. 14. 17. lib. 3. Decius cons. 23. nu. 2. 3. & consi. 38. nu. 1. Cur. senio. cons. 63. nu. 7. Rui. consi. 89. per to. lib. 2. Et probat adhuc magis. l. is qui cum plures. ibi, satis illum facturum si alteri reliquisset. de lega. 3. & l. vni. C. non licere habitato. Metrocomiæ. lib. 11. Ias. cons. 236. col. pen. versi. item si aliquis. lib. 2. & scribit Tiraquel. de retract. cōsang. §. 11. Gloss. 6. num. 11.

Tertiò fictam fuisse donationem, si quidem donatarius post illā omnes contractus nomine amborum, cum colonis, & inquilinis, & alijs secum contrahentibus semper fecerit, vt patet ex multiplici instrumentorum productione, quod passus non fuisset donatarius frater, si vera donatio diceretur. arg. l. cum de indeb. ff. de proba. l. id quod nostrum est. ff. de reg. iuris. Nam actus subsequens derogat primo, si cōtrarius illi sit. l. post diem. l. si fundus. 1. ff. de lege comm. l. Æmilius. ibi, pretium petendo recessisse à lege sua videretur. ff. de minori. Curator, hoc iure familiaritatis, & honoris causa à fratre factū, & ne videretur illum omnino excludere à negotiis domus. l. cum propria.

5 C. si quis alteri, vel sibi. Dixerunt † domini, hanc causam non esse sufficientem ad reuocandum donationem. d. l. id quod nostrum. Sed si quid fuisset acquisitum Antonio ex illis contractibus vtriusque nomine celebratis, iuxta l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duob. reis. no. Bar. Titium. & Mæuium. §. altero. ff. de admi. tuto. Roma. cons. 201. Guid. Pap. consi. 20. nu. 12. Bertrand. consi. 101. num. 9. lib. 2. Mediam partem ad Antonium pertinere.

Quia, illa portio nouiter acquisita, non continebatur

C 2

batur in donatione futurorum, quando scilicet do-
nator acquirit de consensu donatarij.arg.l. fin. C. de
remis.pigno.Alexan.in l. stipulatio ista.col.5.versi.&
fortificari potest.ff.de verbo.obliga. Rip. lib. 3. resp.
de reuocand.dona.Respon.14.num.16.

Quartò, donationem fuisse reuocatam per laudum
ab vtraque parte confirmatum, quod in rem iudica-
tam transiuerat.l.ingenuum.ff.de sta.homi. l. res iu-
dicata.ff.de reg.iur.Curator dicebat, pupillum posse
petere in integrum restitutionem,tanquam læsum. l.
1.C.si aduer.rē iudic.l.si ex causa iudicati.ff. de mino.
Cum ius donationis in filium trāsiuerit.l. veteris. C.
de contra.stipu.sitque eadem persona.l. hæredem. ff.
de reg. iur. Negabat aduersaria restitutionem com-
petere, quia causa cognita, fuerat reuocata donatio.
deinde, quòd à patre causa reuocationis originē tra-
xisset.d.l. Æmilius.ibi,quod pater eius,non ipsa con-
traxerat.l.quæ à patre.C.de restitu.mili.Bar.in l.etiā.
num.46.ff.de mino. Bald. in l.fin. nu.3.4.C.In quib.
caus. in integ. rest. non est neces.Balb. in tract. præs.
prima par.6.par.versic.vigesimus tertius.nu.30.Cor.
consil.219.num.16.lib.2.

6 Curator † testes, qui super reuocatione deposue-
rant fuisse singulares,& non probare.c. licet causam.
de prob.Alex.consi.108.nu.9.10.lib. 2. Et deponere
de extraiudicialibus confessionib. absente parte,quæ
non probant.l.cum de indebito.ff.de proba. Ias. in l.
admonendi.nu.149.

Cōstabat per duos testes omni exceptione maio-
res, *D'auoir ouy dire audit Guillaume, qu'il estoit content
de vendre son bien audit Antoine son frere.* Et per alium,
*d'auoir esté present, quand ledit Antoine demandoit son
bien audit Guillaume, à quoy il s'accordoit.*

Et ita per vnum testem constabat de confessione
parte præsente,quæ semiplenè probat.Bart.in d.l.ad-
monendi.vbi Ias.nu.158. Et iuncta cum alijs confes-
sionib.ad eundem finem tendentib. videbatur plenè
probatū.Cra.consil.267.per to.decis.Perusi.16. Rip.
in d.l.admonendi.num.105. 106. sed duo obstabant
7 † primùm,quod testes qui ita testificabantur,fuerant
illi,qui laudum tulerant,& ita non poterant depone-
re in causa per eos iudicata.cap. forus. §. in omni.de
verb.sig.l.fin.C.de assesso.Fel.in c.3.nu.10. de proba.
Deinde, quia, laudum repetitur pronuntiatum post
diē finiti compromissi.l.si cum dies. §. si intra.l.diem
proferre.ff.de arbi.c.de causis.de offi.delega.

Ideo quinto loco, dicebat Catherina, Antonium
post donationem habuisse filiam nomine Iudith, ex
matrimonio cum Francesia de bon redon contracto,
quæ donationem ipso iure reuocauerat.l.si vnquam.
8 C.de reuoc.don.Curator † verò, matrimoniū mense
Februario contractum, & mense Iulio natam secun-
dum instrumenti diem,& ita non fuisse vitalem, nec
numerandam inter liberos. l. 3. ibi, si viuus perfectè
natus sit.C.de libe.præteri. vel exhæreda. §. posthu-
morum.Insti.de exhæreda.libe. Neque rumpere do-
nationes antea factas.Ias.in l.quod dicitur. nu. 13. ff.
de libe.& posthu.de Afflict.decis.366.Bertran.consi.
217.nu.15.lib.1.Decius in l.posthumo.num.4.C. de
bono.pos.contra tab.Tiraq.in d.l.si vnquam,in verb.
susceperat liberos.num.205.Replicat alia,Antonium
habuisse familiaritatem cum Francesia, vt probauit
testibus,filiámque vixisse per viginti dies, quam pa-
ter pro sua habuit.l.filium.ff.de his, qui sunt sui, vel
alieni iuris.l.si vicinis.C.de nup.cap.Michaël.de filiis
presbyt.c.per tuas.de proba. Et soluisse salariū nutri-
cibus.Cor.cons.78.nu.3. lib.3. Hæc sentiens curator
aliam voluit quercum excutere,vt est in Adagio.

9 Dicendo † donationem factam Gulielmo propter
bene merita, quæ propterea natiuitate filiæ non fuit
reuocata.l.Attilius regulus, dici nō meram donatio-
nem esse,verum officium,quadam mercede remune-
ratum.ff.de dona. Et ita voluisse multos attestatur de
Ripa in d.l.si vnquam.num.24.25.Tiraq.in verb.do-
natione.nu.70.cum seq.quibus adde Alex.consil.40.
nu.14.lib.4.Bertrand.consil.135.lib.4.

10 Hinc † nata est dubitatio. An sufficiat generalis
meritorum expressio,vel specialis sit necessaria?etiam
inter personas non prohibitas,vt per Soc. cons. 295.
col.3.versi.tertius casus,& versi.quartus casus. lib. 2.
Ruin.consil.373.num.12.lib.1. Quia,illa generalitas
etiam in minimo verificari posset.l.quod in rerum.§.
1.de lega.1.l.fi.C.de anna.excep. Imò, illa verba ge-
neralia, quæ de meritis loquuntur potiùs dicūtur es-
se notarij,quam partium,ex stylo apposita,propterea
non probant,vt Molin.ad consil.Alex.14.lib.2. vt in
causa huiusmodi vbi vterque frater erat iuuenis, &
minor,quorum consilium, & merita leuia esse pote-
rant, & non tanta, vt donationem omnium bono-
rum mererētur,hinc visa sunt,quę sequuta sunt mala.

11 Alij † verò existimant generalem expressionē sa-
tisfacere,moti autoritate Bart.in l.si fortè.nu.5.ff. de
cas.pecu.Cum personę non sint prohibitæ,possintq;
liberè donare sine meritis. Et standum esse assertioni
instrumēti, quod de meritis affirmat inter ipsos con-
trahentes.l.optimam.C.de contra.stip.Et tantū ope-
rari generalem in genere, quantum specialem in sua
specie.l.si chorus.de lega.3.l. duo fratres.ff. de admi.
tuto. Et cum illa specifica meritorum mētio ad aliud
non tendat,nisi respectu probationis,partes posse di-
sponere vt stetur instrumento generaliter loquenti,
vt no.Gl.in l.vinum ff.si cert.peta.& volentibus nul-
lam fieri iniuriam.l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur. Ias. &
Deci.in l.si donatione.C.de colla. & hanc opi. multi
sequuntur,vt Ias. consil. 144. lib.2.Decius consil.20.
Rip.in d.l.si vnquam. nu. 32. qui respondet rationi-
bus Socin contrarium consulentis.

12 Videbatur † mihi,cum fauore liberorum donatio
rumpatur. d.l. si vnquam, nisi esset remunera. hanc
qualitatem,quæ donationem conseruat contra com-
munem legis dispositionem, tanquam regulæ exce-
ptionem specialem debere habere probationem:quia
generi per speciem derogatur non speciei per genus,
fatebar etiam rebus sic stantibus dici posse probata
merita, per generalem expressionem in donātis præ-
iudicium, & inter easdem partes : vt non competat
donatori reuocatio : quia donauit, (vt ipse dicit)suo
benemerito.Sed respectu liberorum,quibus fit præ-
iudicium,nequaquam.d.l.Attilius,cum Glos.Deci.in
d.l.donatione.nu.30.

13 Sicut † dicimus donationem mariti,vel confessio-
nem suis non præiudicare creditoribus. secundū Gl.
& Bart. in auth.sed iam necesse. C.de don.ante nup.
Paul.consi.383.col.2.versi.an autē præiudicet. lib.2.
Fingamus patrem, qui habet liberos donasse omnia,
vel maiorem partem bonorum benementis, crede-
rem generalem expressionem nō sufficere, cum aga-
tur de præiudicio liberorum.l.si totas. C. de inoffic.
14 dona.quibus legitima † non debetur super veris pro
meritis factis donationibus, vt nostri latè in l. in
quartam.vbi de Rip.nu.149.ff.ad l.Falc.Cur nō idem
in nato nouiter,cui simile fieret præiudicium.Et ma-
ximè,quia donatio sub cōditione pēdet,si donator li-
beros non habuerit,& ita mihi videbatur hęc opinio
verior,& æquior. quā multi alij tenuere, veluti Pau.
cōs.335.col.fi.lib.2.Bert.cōsi.135.nu.4.lib.4.Tiraq.in
d.l.si

d.l.si vnquam.in verb.donat.nu. 97. & videtur communior,& hic magis vbi dicitur se purè,& liberè donare,simpliciter, &c. quæ quidem verba faciunt donationem simplicem,non ob causam.Oldra.consil.5. Alex.consil.14.lib.1.& consil.40.lib.5. Socin. consil. 295.col.pen.versi.quintus casus.lib.2.

15 Et † si diligentius inspiciamus, videbimus assertionem meritorum factam potiùs ad colorandũ simplicem donationem, ne alioqui visa fuisset nuda, & pallida, quasi quodam figmento adhibito. l. quod dicitur.ff.de dolo.l.sciendum.ff.de edili. edic. sicut dici solet verho tenus,leniebat dictis, at mens diuersa parabat.Et licet de Rip. vbi suprà, contrarium teneat: quia illa verba purè,& simpliciter censentur apposita pro solo notarij stilo, vbi verò de meritis loquitur, tanquam à partibus instructus id exprimit,quod non

16 placet.Si quidem † censeatur rogatus,vt omnes clausulas consuetas in instrumento apponat. l. quod si nolit.§.quia assidua.ff.de edili.edict.Rip.in c.cum.M. num.44 de constit.& in l.Centurio.num.80.de vulg. Quare ergo magis censebitur de vna clausula rogatus, quàm de alia,fuit conclusum, donationem non fuisse remuneratoriam,sed simplicem, & potuisse reuocari filiæ natiuitate.

17 Aduersus † huiusmodi fundamentum proponebat curator, natiuitatem illam non venire in considerationem, vtpote cum illico mortua fuerit viuo adhuc patre, & ita reconualuisse donationem, & nata non dicitur,quæ cito decedit.c.nam,& ego.de verb.signi. factúmque non dicitur, quod non durat factum. l. si pro parte.§. versum. ff. de in rem ver. A cessante ratione,& voluntate donantis, qui si de liberis cogitasset non donauisset.Illis ergo subitò mortuis valere,& reconualescere.l.adire.§.quamuis.ff. de iure patro. & hanc commu.asserit Rubeus.in l.Titia. §. Imperator. de lega.2.Clar.in verb.donatio.num.22. vt probat. l. posthumus. ff. de iniust. rup. vbi licet posthumi natiuitate, rumpatur testamentum, tamen si illico decedat reconualescit. Deci.in l.precibus. num. 12. C. de Impub.

18 Alia † pars probabat multis legibus satis esse, si conditio etiam momento adimpleatur, licet non duret.l.hæredibus.l.ex facto.§.si quis autem.ff. ad Treb. l.quidam testamento.l.rogo.ff.de fideicom. liberta.l. placet.ff.de acq.hæredi.l.fi.C.de indicta vidui. toll. l. vxori.C.quando dies lega.ced.l. si quis hæredem. C. de instit.cum si.Quia,vbi res semel extinguitur,nunquam reuiuiscit.l.qui res.§.aream.ff. de solu. & probat. d.l.si vnquam.ibi,in arbitrio, & ditione mansurum, quod si in arbitrium & ditionem donantis redierit, sine facto suo ad alium transferri non potest.d. l. id quod nostrum.Maneréque dicitur quod perpetuò residet.l.1.§.1.ff.de stipu.seruo.l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.Et hanc partem tenuisse plurimos.veluti Bart.in d.§.Imperator.nu.10.& consi.235.Bald.in l.1.nu.18. C.de inoffi.dona. Quando apparet de voluntate donantis,circa reuocationem vt hic,& consi.167.nu. 3. lib.5.Imol.in c.fi.num.22.de dona. Petrus de ferra.in forma libelli. de donatio. in verbo irreuocabiliter. versi.sed circa hoc quæro.Cor.consi.176. nu. 20. lib. 2.& consil.134.eodem lib.Maximè,quádo de voluntate constat.Are.consi.93.col.3. versi.præterea. Soc. consi.226.circa fi.lib.2.Ias.in l.si quis. nu. 8. C. de institutio.Paul.in l 2.nu.9.C.de posthu.hæred. institut. vbi sequitur Bald.distinctio.Bertran.consi.157.lib.2. & consil.1 3.nu.4.lib.4.vbi dicit magis commu. Tiraq.in verbo susceperit liberos.num.204.

19 Nec obstat d.l. posthumus, quæ loquitur de testamento quod æquitate prætoris scripta, scilicet reconualescit.Non sic in tractibus in quibus illa æquitas scripta non repetitur,cum plenius in testamentis, quàm in contractib. voluntates interpretemur. l. in testamentis.ff.de reg. iur.c.cum dilecti.de dona.vt dicunt illi nostri venerandi patres.Fuit conclusum not. Catherinam de Feleone ab impetitionibus curatoris Thomæ relaxandam,expensis compensatis.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus promittendo de rato, si alius non ratificet agere non potest.*

2 *Dominus constituendo procuratorem videtur ratificare gesta alterius,qui prius agebat.*

3 *Domino permittitur appellare, si procurator non appellauerit.*

DECISIO XXIIII.

Coniunctus pro coniuncto agere potest, nisi promittat de rato, quo non ratificante non poterit agere. Constituénsque procuratorem ratificat gesta alterius.



RATER tam suo,quàm fratris nomine, pro quo promisit de rato cõstituerat procuratorem in curia.Fuit dubitatum an respectu fratris,qui non ratificauit, valeret iudicium?Et videbatur valere, cum coniunctus pro cõiuncto agere possit.l.sed & hæ.ff.de procura.Contrarium visum est. Quia coniunctus pro coniuncto ideo agere potest virtute generalis mandati, sibi à lege concessi, non tamen vt procurator verè dicatur.l. 3.§. 1. ibi procuratorem eum accipere debemus, cui mandatum est.ff.iudi.solui.vbi Bart. Ideo ratificatione opus est,vt verus ille sit.l. qui mihi donatum. vbi Bart.nu.3.4.ff.de dona.l.fideius.ff.de nego. gest. Feli. in c.sunt nõnulli.§.sunt & alij.de rescrip.Ias. in l.exigendi.num.10.C.de procura.Aret.consi.26.col. pen. versic.circa quartum. Cor.consil.104.col.peu.lib. 2. Alex.consil.40.in fin.lib.5.Rota decis.6.aliàs.142. de procura.in no.Tiraque.de retract.cons.§.1.Gloss. 20. num.97.Vantius de nulli.defectu manda. num. 229. Ideo ratificatione opus est.

2 Secundò † quærebatur, an frater, vel Dominus constituendo postea procuratorẽ lite pendente absque expressa ratificatione gestorum, videretur tacitè ratificasse quæ ab illo primo gesta fuerant?Respõsum videri,autore Gl.in l.qui mutuam. §. nõ ideo minus. in verb.restaurauerit.ff.mand.Roma.consil.76. nu.2. Alex.consi.112.nu.5.& consi.146.nu.14.& ibi Moli. lib.5.Vantius vbi suprà,in verb.procurator.

3 Tertiò,† lata sententia Dominus nõ appellauit, an licuerit Dño appellare:videbatur non posse.per l.1.in fi.ff.quand.appel.sit.ibi,quod liceat absenti prouocare sic accipimus, si nõ in causa per procuratorem defensus est.Nam si ille non prouocauerit, difficilè est, vt hic audiatur. Tamen quia, in certis casibus etiam Domino permittitur vt no.Gl.in d.l.1.§. si aduersus. præsertim vbi ex eisdẽ actis appareret procuratorem debuisse appellare.hoc poterit facere Dominus, dũmodo intra decem dies faciat.l.bonorũ.ibi, post centesimum diem rata haberi non potest. ff. rem ratam habe.de Afflict.decis.344 nu.2.Capi.decis. 139 nu.5. Deci.in c.fi.nu.3.de appella.Et eo tempore, quo adhuc in eadẽ causa sit, vt peti possit.d.l. bonorũ. Et vt subrogatus sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca locum habere incipit à die contractæ obligationis,non solutionis.*

2 *Dotis receptæ confessio post promissionem,probat numerationem,nocétque creditoribus.*

3 *Dotis receptæ confessio ante nuptias , marito non nocet , cum præsumatur facta vt potiatur vxore.*

4 *Dotibus non est fauendum in alterius iniuriam.*

5 *§. 1. l. in contractibus. C. de non numera.pecu.vtilis declaratio.*

6 *Dotis confessio constante matri. nocet mariti creditoribus.*

7 *Creditores semper possunt probare dotis receptæ simulationem.*

8 *Dolus,& collusio detegitur præsumptionibus.*

9 *Cessio simulata præsumitur, si cedens dicat antea pretium recepisse à cessionario.*

10 *Præsumptio mala oritur cõtra eum, qui solita omittit.*

11 *Confessio,non verisimilis,non probat.*

12 *Venditio omnium bonorum arguit fraudem.*

13 *Maritus nutriendo vxorem , præsumitur dotem recepisse.*

14 *Matthæi de Afflict.decisio 402.declaratur amplis.& num.9.*

15 *Pauper mulier,si amplam dotem promittat, cum marito colludere præsumitur, & velle decipere creditores.*

DECISIO XXV.

Maritus post promissam dotem , cum alÿs contrahenda,illis præiudicat , licet postea dotem confiteatur recepisse.

MARGARETA Grisola anoo 1556. constituerat in dotem Claudio Atuier marito 400. lib. turo. infra sex menses proximos exsoluẽdas. Ille donabat centũ aureos si prædecederet,& ipsa quinquaginta: coostante matrimonio maritus vendidit domum, vineam, & omnia alia bono sua: postea verò anno 1564. confitetur se recepisse ab vxore illas quadringentas libras , & recognouit in forma. Eo mortuo,& nullis repertis bonis , egit mulier cõtra tertios booorum possessores. Dubitatum fuit (me relatore) quid ioris? Iste articulus dubius est , & multum vtilis pro dote,& augmento.

1 Certum est enim † confessionem dotis receptæ referendam ad tempus contracti matrimonij, vt tunc hypotheca incipiat locum habere. l. ibi , oon vtique solutionis obseruanda esse tempora, sed dies contractæ obligationis,& l. potior. ff. qui potio. in pigno. habeant. Quia traditio noo facit dotem,sed eius constitutio matrimonio interueoiente. l. 3. l. tale. ff. de iure do. Negusan in tract. pig. in 2. memb. 5. par. num. 9. Bertra. consil. 304. lib. 1. Boeri. decis. 330. Bal. Nouel. de dote, parte 8. priuilegio 23.

2 Quod † autem talis confessio à marito facta noceat creditoribus, probétque nomerationem, allegatur. l. in contractibus. §. 1. C de non nomera. pecu. vbi si præcedat dotis promissio , deinde eius confessio, nulla penitus opponi potest non numeratæ dotis exceptio, nec à marito, nec eius hæredibus , intelligendo etiam generaliter, nec à mariti creditoribus. arg. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio. l. si seruum. §. non dicit prætor ff. de acqui. hæredi. Etiam, si adhuc elapsa non fuerint tempora ad opponẽdam non numeratæ dotis exceptionem, iuxta l. fin. cum auth. ibi posita. C. de dote cauta nõ numera. secundum proprietatem generalis sermonis , qui nihil intactum relinquit. l. 1. §. generaliter. de lega. præs. Bald. coosil. 305. lib. 1, Craue. consi. 133. nu. 5. Ad similitudinem depositi, quod nullam exceptionem admittit. l. pen. C. deposi. vt vna determinatio æqualiter determinet. l. Iam hoc iure, de vulga. Et æquiparatorum sit æquiparata ratio. l. eum actum. ff. de neg. gest. c. translato. de constitu. si quidem maritos confitente cõtracto iam matri. non videtur hoc facere spe futuræ numerationis cum vxorem sibi obligatam habeat,& illa gaudeat, vt Soci. ait. in d. l. 1. col. 3. versi. 3. limita. & col. 4. versi. 8. & vlt. qui allegat Rom. ita voluisse in l. si cõstante. io prin. & in l. si verò. §. de viro. eo. ti. & consi. 445. nu. 5.

3 Vbi † autem cõfitetur antequam vxorem habeat, præsumitur hoc fecisse, vt illa potiatur, & gaudeat, se liberalem ostendendo. Nimirum si suis postea vtatur exceptiooib. hinc dici solet, rebus peractis fit Prometheus, id est prudentior, extincto calore. Et hanc consulendo, & iudicando suadet Socinus sequendã opi.

Veruntamen alia est opinio eorum , qui putant confessionem marito quidem oocere, vel suis successoribus, creditoribus verò minimè. Ne res inter alios acta, aliis præiudicet. l. sæpe. ff. de re iud. Ne vt in facultate sit debitoris suis nocere creditoribus. l. debitotum pactionibus. C. de pact. vt auferatur etiam occasio decipiendi, & fraudandi. l. conuenire. C. de pact. dotali. posset enim maritos ab initio cum vxore colludere, vt egregiam promitteret dotem , deinde contracto matrimonio , & post conflatum magnum æs alienum, recepisse fateri, quod esset absurdum. l. oam absurdum. ff. de collat. bono. l. coouenticulam. C. de epis. & cleri.

4 Neque † dotibus fauendum est, vt aliquid contra iustitiam fiat. c. ouper. de dona. inter vir. & vxo. vel lędi homines ex dato à lege dotib. priuilegio permittendum non est §. illud quoque in authen. de æquali. dotis. arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Ideo dicunt d. §. 1. cõtra tertios ignorantes non esse referendum, vt ratione restringatur. l. cum pater. §. dulcis. de lega. 2. Deci. io l. in omnibus quidem. de reg. iuris. Crau. consil. 221. num. 2. 3.

5 Ego † autem specialiter respõdebam, in principio illius formatam esse regulam, post triẽnium eum, qui scripsit se debere, vel eius successorem , non posse vti exceptione non numeratæ pecuniæ. Nisi io tribus casibus, in deposito, in officiali, & in confessione dotis receptæ post dotalia iostrumenta. Ideo exceptionem huiosmodi debere intelligi secundum terminos regulæ. Deci. in l. 1. nu. 20. ff. de reg. iuris. Sed regula loquitur de opponente , vel eius hæredibus , non de tertiis, scilicet creditoribus, igitur ad illos non est ex-
6 tendenda exceptio. Cum † possint creditores , etiam negligente debitore, hanc exceptionem proponere. l. si cui. C. eod. vt videatur reseruasse ius tertij, cui in generali sermone non solet fieri præiudicium. d. §. si quis à principe. l. ex facto. de vulga. c. ex tuarũ. de vsu pal. c. ex parte. vbi Panor. nota. 2. de decimis. & not. in regula cancel. de non tollendo iure quæsito.

7 Nihilominus † tamen dicebant domini textum illum etiam includere creditores si communem sequamur, quam refert de Afflict. decis. 402. à qua non licet recedere, vt per Soci. in loco præallegato. Feli. in c. si cautio. nu. 82. de fide instr Roma. consi. 445. Nec obstat allegata fraus mariti , qui nõ debet vxori nocere. to. ti. ne vxor, pro mari. Et esse imputandum creditoribus, qui non fuerint diligentiores in perscrutanda conditione illius , cum quo contrahebant. l. qui cum alio. ff. de reg. iuris. l. inciuile. C. de fur. Itaque fuerunt

omnes

omnes opiniones (me excepto) condemnandos emptores ad dimittendum vacuam possess. bonorum emptorum Margaretę, donec eidem de dote, & augmento fuisset satisfactum.

8 Et † ne opinosissimus videat, aut sine ratione ab aliis discedere, mouebar, creditores etiam post lapsa tempora posse probare simulationem, teste Accur. in d.l. in contractibus. in princ. in verbo nullo modo. & in §.1. Instu. de litera. obliga. de Afflict. in d. decisio. nu. 12. Et fraudem detegere. authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. l. 1. §. si culpam. ff. ne quid in frand. patro. Non solùm expressè, sed etiam tacitè, coniecturis & præsumptionibus. l. dolum. C. de dolo. Ex qualitate personarum, ex his quæ ante, & posteà gesta fuerunt. Bald. consi. 311. in fi. lib. 5. Pari. consi. 54. nu. 22. lib. 1. Cra. cõsi. 156. nu. 14. Mono. de arbi. cẽtu. 3. casu. 247. Vnde, ista dos erat soluẽda post sex menses, & hic soluitur post octo annos, postquam scilicet magnum æs alienum conflauerat maritus, & omnia sua vendiderat, hinc fraus dignoscitur, vt exitus acta probat. l. iam tamen. §. in hac. 2. iudica. sol. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. l. rem non nouam. C. de iudi.

9 Sicut † cessionem simulatam dicimus, quando cedens dicit se anteà recepisse pretium. Bart. in l. per diuersas. nu. 11. 12. C. manda. videbam etiam Grisolam obligatam soluere dotem per publicum instrumen-
10 tum. Et maritum † confitentem se anteà recepisse illas summas ab eadem vxore sua. Mirùm videbatur, quod sine notorio illas summas exsoluerit, contra solitam contrahentium, consuetudinem. l. si quis per publicum. & ibi Bart. & l. 2. C. de cursu publi. lib. 12. l. qui fiscales. vbi Bart. de nauic. lib. 11. l. non solùm. ff. de excusa. tuto. Ripa in tract. de peste. de præserua. remed. nu. 79. Cepol. de simula. contract. præsump. 9. Glo. in l. si quis sub cõditione. ff. de cond. Institu. quibus canetur insolita fraudis suspicionem inducere. c. super his. de fide instru. Et ea, quæ non sunt verisimilia vultum falsitatis ostendũt. Ias. in l. si extraneus. nu. 18. ff. de cond. ob caus. Deci. consi. 94. nu. 2. in fi. Præsertim confessio, quæ caret verisimilitudine ficta creditur, vt voluit Deci. consi. 644. numer. 4. Tiraquel. in præfa. l. si vnquam. nu. 37. cum seq. Attenta qualitate istius mulieris, quæ tunc erat ætatis 40. anno. ab alio relicta viro, sagax, & astuta ex Aluernia nata. Parùm timens, aut diligens virum, vt probatum est testibus, illo absente subtraxisse mobilia, ex genere auarissimo. l. si ego. vbi Glos. ff. ad Velleia.

12 Quibus † accedit, illa mala præsumptio, quæ oritur ex eo quod, post venditionem omnium bonorum suorum maritus confessionem receptæ dotis fecerit. l. Lucius. ibi, quia creditores habere se scit, & omnia bona alienauerit, intelligendũ est fraudandorum creditorũ consiliũ habuisse. ff. quæ in fraud. credi. quę locum habet, etiamsi maiorem partẽ alienaret, auctore Glo. in l. nomen. §. filio. de lega. 3. ibi Bart. Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 3. Gome. nu. 20. Inst. de actio. Bal. Nouel. de dote. par. 10. versi. 7. Fallit.

13 Vlterius, † vbi maritus liberè, & absque rumore vxorem nutrit, & sine vlla de dote soluenda quęstione, dos soluta præsumitur, & econtrario vt scribit Bal. in l. 1. nu. 7. C. de priui. dotis, & consi. 122. nu. 7. lib. 3. Pan. consi. 73. num. 5. lib. 2. Deci. consi. 136. nu. 10. Soci. in d.l. 1. col. 12. versic. quinto limita. Mono. de arbi. centu. 2. casu 134. nu. 5. Tiraquel. in d.l. si vnquam, in verbo. donatione. num. 141. Sed hic probarum videmus quotidianas fuisse inter coniuges super dote non soluta quæstiones, &c.

14 Nec † me mouebat illa de Afflict. decisio, quia de fratre loquitur, qui sororem dotauerat. Cra. idem. in d. consi. 40. Nos de muliere, inter quos magna differentia est, quoniam vbi confessio fit vxori, præsumitur facta causa donationis, & sic in fraudem. l. codicillis. §. Titia. de lega. 2. l. si fortè. vbi Bar. ff. de Castr. Peculio. Ias. in §. fuerat. numer. 84. Zazius nu. 260. de actio. Alexandri. consi. 119. Capella. decis. 339. & 217. Non sic in fratre, vel socero, vt Rui. declarat consi. 183. nu. 5. lib. 1.

15 Posttemò † nobis apparebat hanc mulierem esse pauperem, quæ non credebatur tantas pecunias erogasse viro, vel magna fecisse. arg. l. si defunctus. C. arb. tutel. & paupertas ad turpia cogat. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & suspicionem fraudis inducat. l. si creditores. ff. de priui. cred. latius Lucas de Pẽna. in l. fi. C. qui propter pauper. lib. 10. his nõ obstantibus domini in eorũ opinionibus permanserunt, dicentes has suspiciones, vel præsumptiones necessariò non concludere.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium non solutum an teneatur restituere, qui rem venditam ab emptore recuperat?*

2 *Emptor lucrum, quod ex re empta fecit retrahenti tenetur restituere.*

3 *Clericus, qui ex priuilegio non soluit, non poterit non solutum repetere à retrahente.*

DECISIO XXVI.

Si priuilegiatus Laudemium non soluit, non poterit illud à retrahente recuperare.



FACTA liberatione domus, quæ posita fuerat in publica licitatione, promisit emptor domino domus, si intra annum pretium restituat, & alia exposita, res esset inempta. Iste interpellauit dominum directum, vt pro more laudaret, & inuestiret, ille re-
1 cusat, tandẽ lapsis quadraginta diebus, emptor † Laudemium lucratus est, veniente termino retractus, emptor petit etiam Laudemium à retrahente, ac si fuisset solutum. Cum facto suo illud acquisiuerit. l. si hæres. ff. ad l. Fal. Si hæres institutus, eam hæreditatem quæ soluendo non est, vendiderit, legatariis nihil debebitur: quia magis ex stultitia emptoris habere videtur, quàm ex bonis defuncti. Idem in l. debitor. §. fin. ff ad Trebel. l. venditor ex hæreditate. ff. de hæredi. vel actio. vendi. Nam quod quis ex persona sua consequitur, hoc extraneus habere non debet. l. is enim. ff. de fur l. non putauit. §. sed si exhæredatus. ff. de contratab. Alexand. in l. si patroni. num. 4. cum seq. ff. ad Trebel. Quandoque enim quis consequitur, non tanquam ipse, sed tanquam alius. l. si paterfa. §. qui duos. vbi Glo. amplis. ff. de adoptio. Et hãc sententiam firmauit Cy. in l. neq; per se. C. de hæred. Insti. & ibi Alberi. & in prima pat. statu. quæst. 94. Idem probat. l. Aristo. ibi, sæpe enim quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere potest. ff. quæ res pigno. obliga. pos.

2 Contrariũ † probat. l. cùm autem. §. fi. cum l. seq. ff. de edilic. edicto. Si seruus redhibeatur, quicquid extra rem emptoris per seruum acquisitum est, id iustum reddi oportere. Ideò, si nihil emptor exsoluerit petere non potest. ad idem. in l. fi. C. de fruc. & litium expen. victus victori in expensis condemnatur, non in his, quæ ex priuilegio fuerunt remissæ. & hanc partem sequitur Bal. in d.l. neque. & in tracta. prothomis.

col.4.versi. sed pone quòd res Cagn.in l.2.num.236. C.de pac. inter empto. Boër. in consuet. Biturig §.4. col 3.versi.sed quid si clericus emit. Moli.super consuetud.Parisi.tit.1.§.15.nu.5. Tiraq.de retrac.consanguin.§.29.Glo 4.num.2.

5 Ideò, † si clericus vel alius,qui habet priuilegium non soluendi, non poterit repetere nō solutum à retrahente : quia sua non interest , cùm non soluerit. l. damnū.ff.de dam.infect. At si Dominus directus donaret,vel is qui ius exigendi haber remitteret , posset posteà illud petere: quia illi remanet ad antidota obligatus suo,scilicet benefactori.l. sed si lege. §. consuluit.ff de peti. hæred. Illúdque abesse emptori diceretur , si sibi non satisfieret. l. si quis mandato. ff. de neg.gestis.l.plane.§.quod rem.de lega.1.

Fuit conclusum retrahentem non teneri ad laudemij solutionem. Nec obstant contraria , quæ loquuntur in lege Falcidię ratione,in qua consideratur valor patrimonij,quantus fuerit tempore mortis, respectu legatariorum,vel fideicom.l.in ratione. ff.ad l. Falcid.§.quantitas.Insti. de lege Falci. hic secus. cùm nihil de suo emptor exsoluerit , & extra rem acciderit.d.l.cùm autem.in fi.cùm l.sequen.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretum dicitur indiuiduum.*
2 *§ hæc verba.l.1.ff.ne vis fiat ei,notan.& vtilis declaratio.*
3 *Decretum super bonis in parte obligatis , & in parte non obligatis, super obligatis valebit.*
4 *Condemnatus in 50. pro vulnere manus. & in 50. pro vulnere pedis, nō erit condemnatus in centum.*
5 *Tenuta super pluribus capitib.obiēta, valebit in vero.*
6 *§.Si centum.l.si non sortem pulchra,& no.declaratio.*
7 *Matthæi de Afflict.decis.218.& 358. excusantur à contrarietate.*
8 *Inhibitiones comparente parte reducuntur in vim simplicis citationis.*

DECISIO XXVII.

Creditor fecit debitorem pignorari pro duabus summis,quarum vna erat præscripta,altera non,deciditur valere pignorationem pro verè debita.

EVERAT pignoratus debitor ad instantiam Samuelis de Roqua Iudæi pro summa cētum aureorum ab vna parte,& aliorum centum ab altera Sicut publicis instrumentis constabat,& viginti vsitarum nomine.Se opponit debitor dicens alterum esse præscriptum decem annis,secundum Bullam. Creditor , se paratum auferre præscriptum , in cæteris continuandā pignorationem. Quia tot sunt decreta, quot res petitæ. l. scire debemus.ff.de verb.oblig.l.etiā.§.1. ff. de mino. Et ne vtile,ab inutili vitietur,quando ab illo est separabile.l.certi cōdictio.§.quoniā.ff.si cer.peta.Debitor
1 cōtra, scilicet totū esse reuocandū , cùm † iudicis decretum sit inseparabile atque indiuiduū vt pro parte valeat.& pro parte nō valeat. l.in hoc iudicio.ff.fami. hercis. l.si non sortem.§ si centum. ff. de cōd.indebi.

Ista quæstio est pulchra, & subtilis, quæ me huius relatorem aliquantulum occupauit,propter pugnantes inter se rationes.Si quidem apparebat creditorem leuasse literas pignoratitias iudicis decreto executas, pro maiori debito,occasione præscriptionis.

2 Ideo † videbatur decretum nullum vt dictum est, & probat.l.1.§ hæc verba.ff.ne vis fiat ei , qui in poss. mis.est. Si ob falsam petitionem in possess. missus est, vel si exceptione summoueri potuit , nihil ei debet prodesse hoc edictum : quia propter nullam causam in posse. missus est , hic autem falsa fuit petitio , cùm tota non deberetur summa,sed tantū pars. Ideò oratio , quæ ex vniuerso sumitur , si in aliqua parte falsa sit,tota falsa redditur.l.si is,qui 200. §.vtrū. ff.de reb. dub.Deci.in l.non potest videri ff.de reg. iur. Pan. in c.1.de plus petitio. Et tamen pro toto fuit pignoratus,ideò ei non debet prodesse,non solùm in excessu, sed etiam in toto,alioquin prodesset edictum,contra tex.qui dicit nihil, omnia negando , vt titu.nihil nouari appel.pendente.docto.in l 1.§. si stipulanti , vbi Alcia.48.Cro.col.fi.ff.de verbo.obliga.Bart. in d.§. si centum.num.6.Bal.in d.§ quoniam.col.3. versi.extra nota quosdam casus. Alex. in l. à diuo Pio. §. si pignora.nu.26.ff.de re iud.

3 De Afflict.† decis.218.tenet decretum interpositum super bonis in parte obligatis , & in parte non obligatis esse omnino nullum.Et idem,quando adiudicatio pignoris fieret plus debito. decis.358. num.7. prout hic factum videmus , quibus tamen repugnat d.l.scire debemus. cùm sint diuersæ summæ,ex diuersis obligationibus descendentes. Ideò pignoratio deberet valere super debitis,quæ ab indebitis sunt separabiles,vt probat l.vbi fideiussor,cum Glos ff.de solu. quæ vult vt decem,& decem non sint viginti.

4 Hinc † Bart.in l.Lucius.§.qui habebat. ff.ad Treb. si iudex condemnauerit Titium in 50.pro vulnere illato in pedē,& in 50.pro vulnere illato in brachium, non erit condemnatus in cētum, considerando summas singulariter,non in cumulo : quia pluralitas resoluitur in singularitates. l. falsa.§. fi. de cond. & demōst.l.si quis separatim.§.1.ff. de appel.sequitur.Alexan.in d.l.scire debemus.num. 2. & d. §.qui habebat
5 Are.in d.§.quoniā nu.22. versi. aut sunt diuersa † capitula.inquit,si creditor accipiat tenutam auctoritate iudicis pro vna summa,quę resultet ex pluribus capitulis,valebit in vero capitulo:quia tot sūt petitiones, quot summæ,vt voluit Bart.per text.in d.§ si cētum.

6 Vbi † verò species daretur in solutum pro maiori quantitate,quàm verè deberetur, tota species reperitur,quia nemo inuitus ad communionem cōpellitur, ager autem retinebitur , donec debita pecunia soluatur,siue à parte, siue à iudice fieret in solutum datio, etiam si in minimo non sit debitum , vt Bart. docuit in d.§.si centum,& ibi Ias.nu.2.Roma. consi. 450. & consi.454.num. 8.dubitantē itaq; me reddebat.decis. d.§.si centum:quia,si pro vero debito possit res in solutum data retineri , vt declarat Cremen. singula.92. quomodo dici potest non valere ? cùm ex actu nullo nihil inde boni sequi potest.l.non dubiū. C.de legi.l. verbis ciuilibus,de vulga.Rip.l.centurio.nu.70.co.ti.

Responden in solutum dationem non valere in totū,vbi scilicet pro quantitate daretur species,ne quis ad communionem cogatur. At vbi quantitas, pro quantitate , fit confusio vsque ad concurrentem , & residuū repetitur,vt ibi dicitur.Et cùm species ad creditorē peruenit , sine eius vitio voluit lex vt retineri possit.arg.§.interdū. Insti. de rerū diuis.l.1.C.etiā ob chiro.pecu.pig.re.pos. Idē in tenuta,quæ si nulla fuerit,retinetur res iure pignoris , si alias erat obligata. Bart.in l.3.in fi.ff.de acquirend. possess. Deci. consilio 449.in fi.fuit decretum omnium calculo,pignorationem pro summa verè debita continuandam , pro indebita reuocandam,cum expensis respectiuè factis.

7 Non † obstant decis. de Afflict. siquidem ipse loquitur

quitur de adiudicatione facta per iudicem super bonis, quorum aliqua erant obligata, alia non: præcedente processu, & causa cognita, sequutáque æstimatione, cum decreti interpositione. Ideò nullum omnino fuit, quod diuidi non potuit. d. l. in hoc iudicio. Aretinus verò, de tenuta, quæ conceditur virtute pacti executiui, & quæ sustineri potest in vero debito. vt probat. l. 1. §. si duæ. ff. quo lega. legatum enim paratam executionem habet. l. si minor. 25. cui fideicom. ff. de mino. l. à Titio. ff. de fur. Si igitur duæ res legatæ sint, altera ex voluntate testatoris occupata, altera non ex voluntate. Eueniet vt altera reuocari possit, altera non possit. Vnde, cùm agatur super instrumento, quod paratam executionem habet. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. si fuerit executō super indebitis, super debitis sustineri debet. Et hāc distinctio. docet Are. in d. l. 1. §. sed si mihi. col. 3. versi. ex isto tex. ff. de verbo. oblig. & in d. §. si centū. nu. 2. in fi.

Illud etiam in considerationem veniebat, pignorationes huiusmodi, sine vlla causæ cognitione laxari, haberéque vim citationis. Si quidem captis pignoribus se opponit debitor, & deducit causas reuocationis. Ideò vix est vt decretum dicatur, quod causæ cognitionem requirit. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsu. merito cessat ratio vt indiuiduum sit.

8 Hinc † dicimus inhibitiones comparente parte reflecti in vim simplicis citationis, nostri maio. in l. de pupillo. §. meminisse. vbi de Ripa. num. 23. ff. de noui ope. nuntia. Cano. in c. 1. de causa pos. & propric. Bertrand. consi. 28. nu. 3. & consi. 34. nu. 14. lib. 1. Ideò sequitur si causa cognita ordinaretur pignorādum pro omnibus illis summis vna falsa, totum corrumperet decretum, & locum haberent D. Matthæi decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus retinendo, extinguit hypothecas. fallit. numer. 2.*
3 *Venditione facta si dominus laudare voluerit, eo recusante nulla est venditio.*
4 *Vendere non alteri, qui promisit vendendo nihil agit.*
5 *Dominus recipiendo pensionem. tacitè remittit caducitatem, vel si eo tacente facta sit venditio, & si sciat. num. 6. 7.*
8 *Scientia præsumitur, quando ignorantia non est verisimilis.*

DECISIO XXVIII.

De venditore, qui non potest agere contra tertium, reuocatione precary. Cùm propter non adimpletam conditionem Dominium rei venditæ penes ipsum remanserit. Ideò reali tanquam dominus, vel quasi agere debet.

GVino de Summana vendidit Iacobo viridarium pretio quinquaginta aureorum, sub cōditione, si dominus directus laudare voluerit, & non aliter. Iacobus emptor vendit simili pretio eidem Guidoni vnam pensionem trium aureorum, quam imposuit super omnibus bonis suis, & viridario, fuit conuentum Iacobum non posse vendere Viridarium, nisi reseruata pensione. Hoc non obstante Iacobus post annos quinque vendidit simpliciter viridarium Vinardo, Vinardus requirit dominum directum vt inuestiat, Ille retinet iure prælationis: Illudq; in emphyteosim concessit Parrelo Carpentoraten. Guido primus venditor propter non solutam pensionem agit contra Parrelum reuocatione precarij coram d. Iudice Cameræ. qui condemnauit Parrelum vt possessionem viridarij dimitteret donec solueretur Guidoni pensio. A qua sententia appellauit Parrel. Et causa commissa. d. de Cadeneto, coram quo dicebat appellans malè Iudicatum.

1 Primò, cùm habuerit à † domino directo viridarium in emphyteosim per retentionem extinctas esse hypothecas, seruitutes, & pensiones. l. lex vectiga. ff. de pign. Bald. in l. 3. in 3. no. C. de seruit. Alex. cons. 38. nu. 4. lib. 2. Guid. Pap. q. 384. Bertran. consi. 4. num.
2 58. lib. 3. Boëri. decisio. 181. nu. 3. Quando, † scilicet iure dominij, & speciali res ad ipsum reuertitur, per retentionem, vel commissum, secus si alio modo, vt si emeret, vel ex legato, successionéve rem illam consequeretur. vt Guid. Pap. q. 535. Benedic. in c. Raynutius. in verbo. & vxorem. nu. 561. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 3. Glo. vni. nu. 11. Ioan. Papo. *des droicts seigneuriaux*. Arrest. 8. Et in hoc casu extinctum fuisse precarium, pensiones, & Hypothecas. l. voluntate. C. quib. mod. pig. vel hypo. solui. l. qui res. §. aream. ff. de solu. Ista ratio non concludit: quia venditio non tenuit propter pactum, vt infrà videbitur.

Igitur secundò dicebat Parrelus, Guido primus venditor, vendidit Iacobo si dominus laudare voluerit, non subsequuta laudatione, nulla fuit venditio:
3 deficiente conditione, quæ impedit † dominij translationem. l. bouem. §. si sub conditione. ibi, ante conditionem inutiliter agitur. ff. de ædilic. edi. l. non solum. ff. de actio. & obliga. l. sub conditione. l. qui promittit. ff. de cond. indeb. Bal. consi. 9. nu. 3. lib. 1. Cur. senior. consi. 8. Guid. Pap. cōsi. 58. & quæst. 47. & 411. Tiraquel. de retract. consan. §. 1. Glos. 2. nu. 21. cū seq.

Adeò, vt ex illa agi non possit ante implementum conditionis, nec competat ius prælationis, neq; commissi. l. hæc conditio. ff. de contra. emp. Tiraquel. vbi suprà. Glo. 10. num. 46. vnde, cùm dominus non laudauerit, non potuit Guido dicere se habere pignus, vel precarium super viridario, cùm semper remanserit suum. l. neque pignus. de reg. iur.

4 Respondebat † Guido appellatus, in contractu venditionis pensionis Iacobum promisisse alteri non vendere nisi reseruata pēsione: & ob id venditionem per Iacobum factam sine reseruatione esse nullam. l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pigno. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & ibi Ias. nu. 20. l. ea lege. C. de condic. ob caus. Roland. à Vale. consi. 62. nu. 32. 34. 35. 36. lib. 1. Nata. cōsi. 474. & consi. 531. Propter pactum iuratum, specialémque hypothecam, vt iura præallegata testantur, & consequenter iustè petere, vt liceat sibi viridarium possidere donec soluta fuerit pensio. Nec obstat quod dominus non laudauerit: quia licet hoc expressè non fecerit: tacitè tamen laudasse videtur retinendo ex secunda venditione, & tradendo in emphyteosim. arg. l. post diem. ff. de lege
5 commis. Sicut † dicitur caducitatem remittere, quando pensionem recipit, vt scribit Ias. in l. 2. nu. 124. C. de iure emphyteu. huic seruit l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procura. Cùm ille actus traditionis, sine antecedenti approbationis esse non possit. l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procura. l. si homo mortuus. vbi Ias. ff. de verb. obliga. Soci. consi. 25. nu. 10. lib. 1. Crauet. consi. 186. num. 7. Alioqui videretur velle facere actum inutilem, contra l. 3. ff. de milit. testa.

6 Hinc † si vasallus domino patiente alienet feudum

valet

valet alienatio, tãquam eo volente facta.l.qui agros.
C.de omni agro deser.lib.11.vt voluit Glo. in titu.de
prohibi.feudi aliena.per Lotha.Iaſ.in l.quæ dotis.nu.
88.ff.ſo. matri. Et maximè quia vltra taciturnitatem
interuenit actus positiuus tenendo ex secunda ven-
ditione.c.1.de procura. lib.6.l. filiusfa. vbi Bart.ff. ad
Maced.Iaſ.in d.l.quæ dotis.nu.90. Dicebat d.relator,
hæc vera quãdo constaret dominum sciuisse primam
7 venditionem, † secus si ignorauerit, vt Iaſ. in d. l.2.
nu.125. Hypoli.in l.si ignorans.nu.19.ff.ad l. Cor.de
sica. & in l. qui falsam.num.99.ff.de fals. Tiraquel.de
retra.consang.§.1.Glo.10.nu.22. Bal.in d.c.1.de pro-
hi.feud.aliena.per Lotha.nu.4. Quia, qui errat non
consentit, nec ratificat.l.mater decedẽs. C.de inoffic.
testa.præsumatúrque ignorantia, nisi scientia probe-
tur.l.2.in fi.ff.pro suo.l.in bello.§.factæ.ff. de captu.c.
ignorantia.de reg.iuris lib.6. Nec obstaret actus re-
tentionis, cùm nõ esset ordinatus ad primã venditio-
nem, sed separatus ab illa.l.fi. ff.de calum. Ego verò,
dominum tacitè sciuisse. Quia Iacobus emptor viri-
darij per septem annos possederat sine controuersia.
Et si dominus fuerit negligens, in perquirẽdo quo
iure alius suum possideret agrum, illa negligentia pro
scientia accipitur. Cum paria sint scire, vel debere
8 scire. l.quod te.ff.si cer.pet. Cùm † præsertim scien-
tia præsumenda sit, quando ignorantia non est veri-
similis.l.semper.§. hoc interd. ff. quod vi, aut clam.
Rota.decis.19.aliàs 444.nu.3.de sequestra.pos.& fru-
ctu.Hypo.in d.l.qui falsam.nu.100.
Fuit conclusum malè iudicatum, & Partelum ab-
soluendum, contra quem non poterat agere hypo-
thecaria Guido, sed reali actione, tanquam Dominus,
vel quasi ob id, quòd prima venditio fuerat nulla,
propter defectum conditionis, scilicet laudationis
non subsequutæ à Domino directo, & venditor re-
manserat Dominus venditi fundi.

SVMMARIVM.

1 *Damni occasionem dans, damnum dedisse videtur.*
2 *Lapides proijcere non licet, furiosorum more.*
3 *Lapidem proijciens, si alium sine dolo occidat, non te-
netur lege Cornelia. sed l. Aquil. & nu.4.*
5 *Arbitraria pœna punitus relaxari potest datis fideiu.*

DECISIO XXIX.

*Pœnâ arbitraria punitur, qui proiecit lapidem non
animo occidendi, licet fuerit subsequuta mors.*


TITVS scholasticus, & minor, Cùm
in collegium sancti Nicolai, quidam
armati horis nocturnis venissent, &
contra collegiatos Sabaudos turpia
quædam verba protulissent, & illis iam
à collegio recedẽtibus lapides proiecit, quibus com-
moti aggressores retrocedentes vnum collegiatum
Sabaudum occiderunt, quæsitum est (relatore D.
Ioan.Valentiano) qua pœna sit iste puniendus? Et
1 † videbatur lege Cor. de sicariis: quia qui mortis oc-
casionem dedit, mortem dedisse videtur. l.qui occi-
dit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.l.nihil interest, an quis oc-
cidat, vel mortis causam præbeat.ff.ad l. Cor.de sica.
vbi Hypo.nu.6.cum seq. Fueritque auctor, vt ille in-
nocens circumueniretur, & percuteretur, lætali vul-
nere. Ideò simili pœna puniri debet. l.3.§.item.ff.eo.
l.videamus.§.fi.ff loca.
2 Iste † præterea, dum partes prouincialium tuere-
tur, fecit vt Sabaudis noceretur, dando operam rei
illicitæ iactando lapides, quod est prohibitum furio-
sorum more.c.exhibita, de homicid. vnde subsequuto
casu, de illo obnoxius dicitur.l.ludus.ff. ad l.Aquil.c.
1.de præsump.c.clerici.50. distinctio. Et quia ille ia-
ctus non nisi dolosè fieri poterat, & malo animo ad
nocendũ.l.1.§.1.ff.de dolo. Lex autẽ Cornelia dolum
requirit.l.in lege Cornelia.ff.eo.Glo.in l.qui cum te-
lo.C.eo.& in l.in actionibus.ff.de in litem iurand.
3 His † accedit, quod Ang.Bal.Paul.notant.in l.& si
seuerior. C.de his qui no.infa. liberasse vnum à mor-
te: qui sine dolo lapidem proiecerat, hominémq; oc-
ciderat, licet statutum diceret, qui occidit, occidatur.
4 sequitur Hypo.consi.91.nu.12.13. Ideò † si dolosè
missa saxa fuerint, cessare debet excusatio.l.scientiam.
§.si cum defendendo ff.ad l.Aquil. vbi si lapidem de-
fendendi gratia in aduersarium misero, & non eũ, sed
transeuntẽ occidero, lege Aquilia tenebor. Ecce ibi,
non fuisse animũ occidendi sicut hic. Quia omne de-
lictum prauè præsumitur actũ.Gl.& docto.in ca.1.de
præsump.Ioan.de Copis Carpen in l.si pater.nu.160.
C.de institu.de Ripa.in l.fin.q.41.C.de reuoca.dona.
Concluditur, hunc relaxandũ data cautione. Cum
arbitraria pœna teneretur. vt no. omnes. in l.1. ff. de
custo.reorum. Gilhand. de relaxa.reorum. Mono.de
arbi lib.2.centu 4.casu.303.nu.39. ium, quia minor.
Gram.decis.23.nu.10.11.12.13.14.Deci.cõsi.9.Boer.
decis.83.nu.10.Mono.vbi suprà, casu.324. de his, qui
lapides mittendo aliis nocuerunt, hinc vulgò dicitur
proiectum retrahere lapidem esse impossibile, sicut
emissum verbum reuocare. Gl.in §.1.Insti. de obliga.

SVMMARIVM.

1 *Signa probant rei Dominium.*
2 *Ballæ mercatorum præsumuntur ad eum pertinere, cu-
ius signo signatæ fuerunt.*
3 *Mala fides emptoris ex multis detegitur*
4 *Hæreticis non licet dare, nec cum illis contrahere.*
5 *L.mulier. ff.de capti.vtilis declaratio, & nu.6.*
7 *Emens à fure, an possit pretium à domino repetere.*

DECISIO XXX.

*De emente furtiuos libros, an recuperet pretium à
domino, qui illos vendicauit?*


CVM Bernardinus Martinus mercator
Auenio. Lugdunum proficiscẽs, captus
fuisset ab Huguenotis in loco Liuroni,
Ioannes eius frater obtenta publica fide
à Cardinali illuc se contulit, vt fratrem
redimeret, facta redemptione emit ab illis sex sarcinas
librorum sexaginta aureis quas illi rapuerant in iti-
nere, missas à Raphaële Iuncto mercatore Lugdu-
nensi Massiliam, vt illic in Italiam veherentur.
1 Et Auenionem delatis comparuit librorũ † domi-
nus, eos petens, & vendicans, dicens fuisse furatos in
itinere ab illis impiis fidei Catholicæ hostibus, docet
suos esse per literas vecturę, facta comparatione cum
signis in coopertuтis librorum positis, & inuentario
similiter subsignato, quæ solent probare rei posses.
authen.dos data, in verbo signaculo.C.de dona. ante
nup.l. quid si neque ibi, videri debet trabes traditas,
quas emptor signasset.ff.de peri.& com. rei vend.
2 Hinc † Ioan.de Platea.in l.stigmata.C.de fabri.lib.
12. dicit, quòd ballæ mercatorum præsumuntur eo-
rum esse, quorũ sint signacula. Cùm sit inter merca-
tores

tores prohibitum, ne quis alterius signo vtatur, vt ibi no. Bar. & in tracta. de duo fra. nu. 20. Pan. in c. dilecta. nu. 3. 4. de excess. præla. Rebuf. de mercato. in inu. vend. ar. 1. Glo. 2. numer. 26. ad regias ordina. Itaque ex signo, signatum dignoscitur Ioan. de Ana. in c. nonnullis. nu. 1. de Iudæis, & ibi Feli. de Rip. in l. 1. nu. 74. ff. si cert. pet. hinc Diuus Matthæus 22. c. Cuius est hæc Imago, &c. Lucas de Penna. in d. l. stigmata. Cachera. decis. 40. nu. 2. 3.

3 Et † hinc esse in mala fide emendo, qui sciebat furtiuos ex qualitate personarum, rerum, loci & temporis. Si quidem non solent libri Catholici hoc tumultuoso tempore, in loco Liutoni à rebellibus occupato, vendi communiter, & hanc esse extraneam mercem, & separatam ab illorum cõsortio, & negotiatione. arg. l. cùm sciret. ff. pro empto. Bart. in l. inciuile. in fi. & Bal. in. 3. no. C. de fur. Bal. in tracta. præs. in 2. par. 3. par. q. 1. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 3. casu. 21.

Fiscus, etiam hunc duplici ratione puniendũ, primo, quòd non vocato inquisitore sanctæ fidei vt illos videret, vt discerneret, exposuisset venales contra

4 præscriptas ciuitatis ordinationes, deinde † cùm sit prohibitum, cum istis negotiari, & contrahere. c. excommunicamus. §. credentes. de hæreti. hostibus pecunias dare, præstaréque auxilium. l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. l. 1. C. de litto. & itine. custodia. lib. 11. Ideò arbitraria pœna puniendum. l. fin. ff. de extra. crimi. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publica.

5 Respondebat † reus, hunc (etiam si verus esset dominus) nõ posse libros repetere, nisi prius soluto pretio. l. mulier, vbi est casus. ff. de captiuis. Et maximè, quia, isti sunt hostes: quibus diui nostri principes bellum indixerunt. l. hostes, vbi Bart. nu. 11. ff. eo. Et foret iniquum, si redemptori pretium non solueretur: quia dominus non poterat ab illis rus suum aliqua actione consequi. Nisi mediante redemptione, & ita limitatur. d. l. inciuile, per Alcia. reg. 3. præs. 29. habuisse à principe facultatem, vt illinc proficisceretur, pro suo charo redimendo fratre, nulla pœna dignum, substitutum inquisitoris vidisse libros, & approbasse, vt attestatione constabat. Ideò à fisci impetitione debere relaxari.

6 Cardo † huius decisionis pendebat super illa l. mulier. mulier ad opus salinarium condemnata fuerat, capta fuit ab hostibus, vel latrunculis exteræ gentis, deinde vendita Coccino, dicitur fiscum teneri Coccino pretium restituere, si mulierem petat. Ita dominus librorum, si eos habere velit, debet hoc facere. Respondebar D. præses hos latrunculatores, qui pretium habuerant, non esse exteræ gentis, sed eiusdem prouin. & regni. Ideò capta per eos non esse capienttum. l. qui à latrunculis. ff. de testa. l. 1. & ibi omnes no & Rip. nu. 5. & 65. ff. de acquir. pos. Alius ex Dominis, verba exteræ gentis fuisse ibi posita, sine aliquo iuris ministério, quia ita de facto contigerat. Non quod restringant decisio. legis, quæ fundatur super negotio vtiliter gesto per redemptorem, vt ibi Glo. no. & illa ratio militat à quocúque capta fuisset, & postea redempta. Ergo dicebat relator, illa verba exteræ gentis erunt superflua, quòd non est dicendum. l. 1. ff. quod me. caus. l. 1. in fi. ff. ad municip. Cùm singula verba legis debent habere aliquid ponderis, vt ad aliquem trahantur effectum. l. item veniunt. §. aptanda est igitur nobis singulis verbis senatusconsulti interpretatio. ff. de peti. hæredi. Craue. cons. 84. nu. 12. Quid † ad me (inquit Martinus) extera, vel propria sit illa gens, quæ bellum gerebat: Cum omni modo non poterat Dominus suum recuperare nisi mediante redemptione, ideò si contrarium dicat non debet audiri. arg. l. pe. C. de solu. Hinc, vbi eodẽ modo res esset peritura penes creditorem, si apud debitorem pereat non tenebitur debitor. l. si plures. §. fi. ff. deposi. quia æquum est naturalem interitũ ad actorem pertinere. l. si is. ff. de iure dotium. l. cùm res. §. fi. de leg. 1. no. Decius post Glo. & Bart. in l. quod te. nu. 50. ff. si cer. peta. Æquum est etiam vt ad illud teneatur, quod sine me illis præstare tenebatur. Hoc negabat actor, & male fecisse reum emendo, cum illi militibus libri essent inutiles. Nec venire in considerationem, quod vtile fuit Domino fuisse redemptos: quia sequeretur, nunquam, aut rarò scientet emens à fure pretium perderet, dicendo quod poterat fur rem peregre deferre, cõsumere, vel perdere, & tamen his non obstantibus contrarium lex determinauit, ne mala fides emptoris maneat inulta. d. l. inciuile. C. de fur. l. Imperialis. & ibi Gl. in verbo pretio. de prohibi. feudi aliena. per Lotba. Bart. in l. 1. in fi. ff. de euictio. de Afflict. deci. 278. nu. 3. 4. Postremò allegabat Hostien. in sum. titu. de pœnis. §. fi. qui vult eũ, qui scienter emit ab excõmunicato, vel illo, cum quo prohibitum est contrahere, perdere pretiũ. Tádem, cùm ageretur de forensi mercatore, Il. Cardinalis in Rotam veniens facta per me relatione, ordinauit libros Domino restituendos, solutis triginta aureis, qoos constabat mercatorem obtulisse ante redemptionem hostibus. Et à fisci petitionibus reum relaxauit.

SVMMARIVM.

1 *Socius solus, non potest imponere seruitutem communi prædio.*
2 *L. si ff. commu. præd. amplissi. declaratur.*
3 *Regula, quod ab initio, non habet locum, quando nouus consensus interponitur ab illo, qui poterat actum infringere.*
4 *Creditor non potest allegare pignus non esse debitoris.*

DECISIO XXXI.

Hic quæritur, an Socius possit seruitutem imponere communi prædio, & si alius, qui non ratificauit moriatur relicto hærede, sufficiat si hæres ratificet vel requiratur vt primus iterum seruitutem confirmet.

PETEBAT Dominus directus, ab egregio Domino Nicolao Tartulio legum doctore, vt recognosceret quandam terram, sibi tanquam creditori (adiudicatam) Spiritus Chaberti debitoris, producendo instrumentum recognitionis, Ille se op-

1 ponit, dicens Spiritũ non potuisse † imponere seruitutem communi prædio, inscio Gabriele altero fratre, & socio. l. 2. ff. de seruι. l. fundum. & l. vnus. ff. de seruι. rusti. prædio. Nam in his, quæ sunt communia pluribus, vt singulis requiritur singulorum consensus. c. quod omnes tangit. de reg. iuris. in 6. venerandi partes. in c. cùm omnes. vbi Feli. num. 15. de constitu. Ita, vt tractu temporis non conualescat quod ab vno factũ esset, sine altero, vt notat Deci. in l. quod ab ini-

2 tio. ff. de reg. iur. Actor † dicit, heredes Gabrielis ratificasse. l. si. in versi. Ergo ex diuerso. ff. cõmu. præd. vbi, primus imposuerat seruitutẽ cõmuni prædio. secundus, antequã ratificaret cessit partem suam Titio, vel Titium fecit hæredem. Titius ratum habuit, quod à primo

primo factum fuerat, an valebit? Respondit, non valere. Nisi iterum primus concedat. Et donec concesserit in pendenti manet quod ipse fecit. Ideò, per illam retractam concessionem factam à primo confirmatur confessio facta per Titium, nouum dominum. Sed quomodo hæc stare possunt? Cùm sit licitum etiam diuersis temporibus constituere seruitutem ab vno, & posteà per alium approbare, hic autem requiritur vt noua concessio iterum à primo fiat, quæ videtur superflua, & sine causa. Respondet, diuersitas temporum non vitiat constitutionem dúmodo omnia sint integra, id est sine mutatione conditionis sociorum. Itaque non potest vna, cum altera confirmatione coniungi propter defectum extremorum, licet hæres repræsentet personam defuncti. Et subrogatus in cuius locum subrogatur, & contractus perpetuo duret. l. eum, debere columnam. ff. de serui. vrba. præd. Tamen lex requirit iteratam a primo concessionem, si mutetur persona illius, qui non consentit: quia morte ipsius, vel cessione videtur omnino extincta illa prima concessio, quo casu nunquam remmiseeret, nisi ex integro renouaretur. arg. l. si res. §. aream. ff. de solu. Ita in proposito, cũ dictus Spiritus solus imposuisset seruitutem, altero inscio, & postea relicto hærede oportuit hæredem ratificare, necnõ & ipsum Spiritum, sicut ita factum apparebat, & declarat Pau. de Cas. in d. l. fi. nu. 2. ibi, in textu ex integro.

3 Non † obstat d. l. quod ab initio, quæ limitatur, quando nouus consensus socij interuenisset, auctore Dyno in regula, non firmatur. nu. 1 . Dec. in d. l. quod ab initio. nu. 9. Ancha. consi. 122. circa fi.

4 Vlterius † ego dicebam constare ex relatione seruientis terram, pro pignore captam fuisse Spiritus. Et dominum Tartulium habere ius ab illo, & in eius locum succedere. Ideò non debebat allegare Spiritum non potuisse commune prędium reddere emphyteoticatium, illius factum probare teneretur. l. in venditione. §. 1. ff. de bonis auctori iud. possid. Ibi si iam à debitore locatus sit seruabit prætor locationem à debitore factam. Hinc nõ potest creditor dicere rem, quam tenet non fuisse debitoris, l. nec creditoris, vbi Glos. & Paul. de Cast. in princip. C. de pign. actio. Cum ius creditoris causetur ex dominio debitoris, vt inquit Bal. ibi. nu 3. resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectiga. ff. de pigno. Tiraquel. de retraen. §. 1. glo viii. nu. 8.

Fuit conclusum d. Tartulium debere recognoscere & alia præstare, quæ emphyteota domino tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Legatũ ab illo relictũ, qui difficulter loquebatur, validũ.*
2 *Legata, & alia gesta in vltimo vitæ spiritu valent.*

DECISIO XXXII.

De legato relicto ab illo, qui difficulter loquebatur firmo & valido.

MARTA Raynauda petit ab hæredibus Ioannis habere centum aureos sibi ab eodem Ioanne auunculo in codicillis legatos, hęrede, non valere legatum ab eo relictum, qui propter infirmitatis grauitatem loqui non poterat, saltem articulatè. l. Iubemus. vbi Glo. Bar. Odof. Albe. Bal. Saly. Ang. Rom. & Ias. C. de test. Dec. consi. 489. nu 4.

1 Testes † dicunt audiuisse defunctum respondendo interrogationi, dixisse, *ouy*, licet cum difficultate loqueretur. Alij annuisse capite. Ideò inquit neptis, cum legata, & fideicom. etiam ex cõiecturis inducantur. l. cùm proponeretur. de lega. 2. l. outu. de lega. 3. in his magis intuendam esse mentem, quam verba. l. vbi §. te rogo. ff. ad Treb. l. pœnales. §. fi. ad l. Falcid. l. 2. C. commu. de lega. Hæredes autem, voluntatem hominis non satis posse explicari, per responsiones ita explicitè factas, præsertim ab eo, qui tanta infirmitate pressus penes se non erat, & priuatus loquela, vt voluit Iacob. de Are. in l. hæredes palam. ff. de test. Nico. de Matth. in l. hac consultissima. C. de testa. Alber. Papi. relatus à Ioan. And. in addi. ad Spec. tit. de testa. §. sub nu. 1 . Cor. consi. 46. nu. 12. & consi. 103. nu. 15. 16. 17. lib. 1. Solent enim (vt illi inquiunt) infirmi applaudere consanguineis interrogãtibus & respõdere, quod sic, mortis cogitatione turbati. d. l. hac cõsultiss. Senatus censuit deberi legatum, sequutus comm. opi. quando testator respondet quod sic, de Afflict. decis. 143. nu. 3. Clar. in verb. testamentum. q. 37. quãdo apparet infirmũ mẽte sanũ. vt Rui. consi. 9. nu. 12. lib. 2. & consi. 8. nu. 7. lib. 3. Meno. de arbi. lib. 2. centu. 2. ca-
2 su 97. Quamuis † illicò decesserit: quia, etiam in vltimo vitæ spiritu relicta, & gesta valeant. l. sanum. C. de transact. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syllania. Bal. consi. 319. in prin. l b. 4. de Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 48. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicens se non fuisse examinatum, reddit depositionem falsam.*
2 *Instrumẽti pars falsa, reddit totũ instrumentũ falsum.*
3 *Testis non dicitur singularis, si dicat, se non fuisse examinatum.*
4 *Testis, qui est vnius nominis, si dicat se non fuisse examinatum. an probandum sit, quod in eo loco, non sit alius, qui vocetur illo nomine?*
5 *Pluralitas personarum non præsumitur*
6 *Instrumento an magis credendum sit, quàm testibus?*
7 *Procuratoris factu, Domino non præiudicat ignorãti.*
8 *Ignorantia affectata non excusat.*
9 *Nominis diuersitas, arguit diuersitatem rei.*
10 *Compater, num sit idoneus testis?*
11 *Testis dicendo non recordari non reddit instrumentum falsum.*
12 *Testis, quando possit se corrigere, arbitrarium.*
13 *Testi vario an credendum, & cui depositioni?*
14 *Testis approbatus, an possit reprobari?*
15 *Testi an creditur sine iuramento? vbi ex officio examinatur?*
16 *Obliuio post decem annos præsumitur.*
17 *Testes an debeant se subscribere depositionibus?*
18 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*
19 *Testibus affirmantibus magis creditur, & quid in causis criminalibus. nu. 20.*
21 *Habitare, quid significet?*
22 *Probationes omnes arbitrariæ.*
23 *Temporis longi coarctatio, non debet fieri: quia obliuio præsumitur.*
24 *Testis dicens se semper vidisse Titium possidere, est suspectus.*
25 *Temporis diuturnitas, facit vacillare testes.*

DECISIO XXXIII.

De testibus dicentibus, post decem, & octo annos, se non fuisse examinatos, an reddant falsas attestationes, & varia super hoc altercatio.

MARGA

ARGARETA Maiorica ista vulgaris
fœmina, multos occupasse iudices, & fa-
tigasse hactenos visa est, in diuersis in-
stātiis, & tribunalib. super suis spōsalib. &
matrimoniis inter plures viros contractis. Tandem
pendente causa appellationis coram R. D. episcopo
Carpen. credens suam causam meliorem reddere, in
hac curia nouiter iuncto fisco egit contra Merulum,
& Durandum super falsitate quarundam attestatio-
num quas Merulus sumpserat, & Durandus illis fue-
rat vsus.
1 Dicens † ex sex testib. per Merulum descriptis tres
adhuc superstites, videlicet Petrum Borrel, Sifredum
Girandum, & Claudium Corason, in noua rerum re-
petitione, negasse se fuisse productos, & examinatos.
Ideo falsas esse tabolas. l. 1. §. si quis neget. ff. quemad.
testa. aperian. c. tam literis, de testibus. Etiam si alij es-
sent mortui, vel nihil dicerent. c. cum Ioānes, de fide
instru. Quia scriba, qui asserit falsum super duobus,
vel tribus viuentibos, præsumitur idem fecisse de
2 mortuis, vel absentibus, falsarius † in vna parte in-
strumenti, pręsumitur falsus in toto c. quanto, de his,
quæ fiunt à præla. sine consen. capi. c. fraternitatis, de
hæreti. l. si ex falsis. C. de transac. Omnes testes simul,
& semel producti leguntur in eodē iudicio, qui pro-
pterea vnum actum iudiciarium faciunt. c. quoniam
contra falsam, de probano. si auferantur tres ab illo
actu, falsum erit dicere fuisse sex testes productos, vt
aduertit Alex. consi. 17. n. 4. lib. 3. Fel. in c. cum Ioan-
nes. nu. 47. de fide instru. Boeri. decis. 11. num. 19. 20.
hinc dici solet, qui in vno errauerit factus omnium
reus. c. defleat. de regul. iur. c. non licet de cōsecra. dist.
3. c. pura. 3. quæst. 9. huic conuenit, quod Virgilius
scribit.

Et crimine ab vno disce omnes.

3 Multiplici † defensionis clipeo vtebantur rei, vt
hoc durum euitarent iaculum. Nempe non esse cre-
dendum istis testibus, tanquam singularibus. Cum
quilibet de sua tantùm absentia deponat. l. iurisiuran-
di. C. de testib. Bar. in l. admonendi, & ibi Ias. nu. 255.
& Rip. nu. 205. visum est consilio, hos testes non esse
singulares, illa singularitate quæ non probat, quoniā
ista negatiua, non deposui, videtur indirectè probata,
vt declarat Panor. in c. tertio loco. per illum tex. ou.
3. de proba. Cum, quilibet reddat rationem de suo
proprio sensu, dicendo, non deposuisse, vt inquit Bar.
in d. §. si quis neget. nu. 6. Et dicitur illa negatiua quæ-
dam abstractio sensus, quæ non potest abstrahere,
nisi singulariter. Nam illud de quo testificor non est
appropriatum tuo sensui. Ideo solus probo illud fa-
ctum meum, quod non fuerim testificatus, vt Feli. ait
in d. c. cum Ioan. num. 49. Imo. nu. 21. Lanfran. in d. c.
quoniam contra. in verbo. instrumētum. col. 10. versi.
quæro nunquid. Et si isti tres testes non fuerint pro-
ducti, vnus alium nominare non potest in cōtestem,
quia non entis nullæ sunt qualitates, ita Bal. consi.
228. lib. 2. Soci. consi. 28. nu. 3. lib. 3. Bertran. qui dicit
commu. consi. 220. nu. 3. lib. 5. Illa verò singularitas,
quæ cadit super factis affirmatiuis, quæ in sensum si-
militer aliorum cadere possunt. Nisi habeat conte-
stes, non probat regulariter, quia vox vnius, vox nul-
lius. d. l. iurisiurandi. Craue. consi. 267.
4 Euersa † illa solutione, aliam proposuerunt. Istos,
qui dicunt non deposuisse, non esse illos, qui coram
Merulo deposuerunt. Cum possint esse alij eiusdem
nominis. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. vt potius
instrumento credatur, & faueatur. c. ad audientiam.
de præsump. & euitetur delictum. l. merito. ff. pro so-

cio. Ideo aduersariam debuisse probare, nullos alios
esse in eo loco, qui vocarentur illo nomine, vt scribit
Pan. in d. c. cum Ioan. nu. 16. Deci. cōsi. 101. columna
1. vers. bene facit quod dominus Cardinalis Neusa.
consi. 60. hinc Bart. in l. 1. C. si vnus ex plur. appellat.
dat cautelam vt probetur identitas corporis, & in l.
demonstratio. nu. 20. de condit. & demonstr. Idem de
equo. Alexan. cons. 118. nu. 4. & consi. 116. nu. 3. lib. 1.
5 Vnus † ex dominis putabat, cum actis nō probare-
tur, alios homines in eodem loco fuisse eiusdem no-
minis, non esse standum simplici dicto reorum, quia,
non præsumitur pluralitas personarum. c. in præsen-
tia, vbi Deci. nu. 10. & in d. c. cum Ioan. Bal. consi. 70.
lib. 4. Felin. in dicto c. cum Ioan. num. 9. in fin. Socin.
consil. 36. num. 6. libr. 3. Sed obstat quod dictum est
suprà. Et adhuc magis quid dicit Cardina. in dicto
capit. cum Ioan. in vna magni ponderis lite, fuisse
productum instrumētum testamēti per hæredem. Et
aduersarium in illius reprobationē produxisse testes,
qui erant nominati in illo, negātes interfuisse: tamen
quia non erat probatum fuisse illos licet essent eius-
dem nominis, validum remansisse Instrumētum. Ne
liceat solennia instrumenti ita leuiter labefactare, &
rumpere. c. tertio loco. vbi Gl. de proba. l. cum preci-
6 bus. C. eo. vt Latius inferius apparebit. Dicunt † etiā
rei, hanc fœminam distulisse impugnationem harum
attestationum post tam longa tempora, decem, &
octo annorum, & mortuis testib. vt facilius posset il-
las euertere, ne sua adulteria detegerentur. Ideo po-
tiùs standū esse instrumento, quod verè scriptū legi-
tur quàm incertis testiū assertionib. l. in lege. ibi qui
testes non possunt esse eo tempore, quo conditio
extiterit. ff. ad l. Aquil. l. fi. ibi. si rem dissimulatione
differat. C. de vsuris pupilla. Bal. consi. 37. num. 5. 6.
lib. 1. vbi dicit pro instrumento publico vehementer
præsumendum & in factis antiquis, magis quam te-
stib. l. census. ff. de proba. Fulg. consi. 78. violētam re-
sultare præsumptionem contra eum, qui viuentibus
testibus tacuit. l. fi. C. de his, qui à non domi. manu.
ibi qui in perniciē suā gesta taciturnitate affirmauit.
Are. coosi. 42. In factis antiquis, magis quàm testi-
bus, secūdum Glo. in d. c. tertio loco. ita limitat Boer.
decis. 118. num. 21. Mono. de arbit. lib. 2. centu. 1. casu
105. num. 30. saltem post decennium. qood obliuio-
nem inducit. l. peregre. ff. de acqu. pos. l. furtum. §. fin.
ff. de vsucapio.
7 Illa † replicat ignorasse attestationes, licet super il-
lis lata fuisset sententia cootra suum procuratorem,
cuius factum sibi ignoranti præiudicare non potuit.
l. ignorantis. ff. de procur. de Afflict. decis. 129. nu. 11.
8 12. Bertran. cōsi. 220. lib. 3. Aduerte, † quod ista igno-
rantia non videbatur probabilis. Cum ageretur de
statu huius mulieris, satis astutæ, & calidæ, verisimile
est fuisse certioratam à suo procuratore de informa-
tionibus super primo matrimónio sumptis, & dein-
de, lata sententia. l. qui cootra. ibi errore noo affecta-
to, dissimulatove. C. de incestis nup. vbi Bal. not. eum
haberi pro sciente qui scire non vult. c. cum inhibi-
tio. ibi, affectatores ignorantiæ. de Clandes. desponsa.
Tiraq. de retract. consang. §. 35. Glos. 4. num. 27. hinc
vulgò dicitur, surdiorem neminem illo, qui artificio-
sa dissimulatione non vult audire, præsertim vbi agi-
tur de facto notabili, cuius ignorantia non præsumi-
tur. l. quod te. ff. si cer. peta. Cap. decis. 69. nu. 15. Cra-
9 ue. consi. 148. nu. 5. Quartò † dicunt rei Petrū Borrel
nouiter examinatum, qui negat deposuisse non esse
Petrum Borrigues, qui per Merulū auditus est. Nam
ex diuersitate nominis, dignoscitur diuersitas rei. l. si

idem.C.de codicil.Bal.consi.84.lib.3.Gomes.de anna.posses.q.30.& 31. Concluditur, hunc alium esse hominem, qui reis non præiudicat, licet in syllaba sit differentia.l.qui habebat.ff.de manu.testa. quia constabat ibi, de corpore, & fauore libertatis. Quintò,
10 †Claudium Corason, qui negat deposuisse, esse compatrem Maioricę, & ita non esse idoneum testem deponendo pro illa.l.si quis alumnam.10 fi. C.de nupt. Sicut carnalis cognatio testem repellit.l.parentes.C. de testib. Et hæc, quæ alia fortior dicitur. auctore Glos.in c.qui dormierit.28.q.2. Aliqui dicebant, iura non prohibere compatrum testimonia, & edictum de testibus esse prohibitorium. l. 1. ff.eo. Et qui expressè non prohibentur admittendos. Alexan.consil. 42.nu.18.libr.3.Roma. Alexan.Iaso.in l.generaliter. ff.de in ius vocand.Bertran.consil.300. num.6.lib.2. Crauet.consil.169.num.1.& 2.Dicunt Domini non esse omni exceptione maiorem, & minus illi credendum, sicut amico, qui à testimonio amici repellitur. cap.quatuor. vndecima quæstione tertia, c. repellantur.de accusa. Alexan.consilio 237.num.9.lib.6. Decius in c.cum speciali.num.6.de appella.vbi dicit esse arbitrarium.de Rip.in l.admonendi.num.181. Cum modicus defectus repellat testem.Mono.de arbit.lib. 2.centu.1.casu,100.

11 Sexta†reorum proponebatur exceptio. Siffredum Girandum vnum ex illis tribus negantibus, dixisse coram D. Nicolao huius causæ commissario cum ex officio examinaretur. Nunquam deposuisse. *Et qu'il ne se souuient point d'auoir iamais entendu le contenu de ladite deposition.*

Ecce quia dicit non recordari, quo casu non redditur instrumentum suspectum. Bart. in d. §. si quis neget.num. 9. Alexand. consil.33. num.22.libr.2.& consi.88.num.3.libr.4. pract. Papi. in forma opposi. contra instrumentum.in Glos. dignosci.num.3.Zaz. lib.2.respons.23.num.11.Mono.de arbi.lib.2.centu. 2.casu.105.num.31.

Et quia, vtrunque stare potest, testem non recordari, & valere instrumentum. Capi.decis.19. num.6.
12 Ponderando illa†verba, *qu'il ne se souuient point*, quæ videntur declarare præcedentia, scilicet *ne se souuenir d'auoir deposé.*

Alioqui essent superflua, quando enim sequentia declarant significatum præcedentium toleratur correctio.l.hæres meus, de leg.3.Si testator, qui habebat sex statuas marmoreas, duas Titio legauerit, & deinde omne marmor, duæ solæ debebuntur. Nam sequentia omne marmor, declarant significationem præcedentium, vt solum duas statuas voluerit legare, cum omni alio marmore nō elaborato.l. 1.§.1.de auro, & arg. legat. Oldra.cons.8.nu.6.3. Alex.cons.167. num.15.lib.7.& vt præcedentia magis declarentur. l.4.§.Cato.vbi Ias.num.17.ff.de verbo.obliga.secundum iudicis arbitrium, Panor.in c.præterea.circa fin. de testi.Soci.consi.97.num.23.lib.4.

13 Vlterius † apparere hunc duas fecisse depositiones, & hanc vltimam non valere, sed primam, quæ parte vocata facta est. Bartol. in l. eos. ff. de fals. In secunda præsumitur corruptus, & loquutus cum parte. vt Felin. ait in d. cap. præterea. num. 11.

Sed contra Bart. crebrior est opinio, quando prima depositio non valeret, puta, sine iuramento, vel parte absente facta, statut secundæ validæ, auctore Gloss.in c.per tuas.de probat.quam ibi sequitur Pan. num.11.cum aliis multis per Felin. allega. in c. cum in tua.num.7.de testi. Alexand. consi.74.nu.7.lib.1.

Capel.q.281.Alcia.regul.2.præsump.29.Hyp.in d.l. eos. nu. 20. Mono. de arbit.lib.2.centur.3.casu 312.

14 Replicabat†Maiorica aduersarios non posse hunc testem reprobare, quem virum esse probum confessi fuerût.l.si quis testibus.C.eo.l.Pomponius.ff.de nego.gest.Sed hoc non impedit quin possit pars contra illius dictum opponere vt Saly. voluit in d. l. si quis testibus.Hypo.singula.92.Capi.decisi.62.num.6. Et quia etiam iudicis interest vt sententiam ferat secundum legitimas probationes.Boëri. decisi. 321. nu.4. huic seruit.c.causam quæ, vbi Pan.num.3.de iudi. Et ita expedita est prima falsitatis suspicio.

15 Et † notandum est, Iudicem ex officio examinasse vnum alium ex illis testibus, qui similiter negauit, verum quia eius depositio, & parte absente, & sine iuramento facta reperiatur: nulla de ea habita est ratio, etiam quando ex officio examinaretur. c.significauit, de testi. quod latius explicat Hypo. in l.de vno quoque.num.64.65.de re iudica.Et hoc propter graue periculum quod inde nasceretur cōtra notarium, si falsarius allegaretur.de Rip.in l.4.§.hoc autem iudicium.num.76.ff.de dam.infect.Hypo.singula.214. Mono.de arbit.lib.1.quæst.26.

16 Interrogatus†Merulus vbi andiuerat istos testes? Respondet Rupismauræ. Et tamen constat Auenioni examinatos, se excusat, hæc errando dixisse. Cum si sit senex, & propter temporis intercapedinem 18. annorum, hæc falsitatis præsumptio visa est leuis, quia obliuio præsumitur lapso decennio. Gloss. in l. furtum.§.fi.ff.de vsuca.& in l.1. C.de seruit. vt communiter tenetur Socino attestante. consi.2.num.22. lib.3. Craue.consi.28.num.4.

Inspecta etiam qualitate huius hominis, qui excedit 64.annos. Solentque esse obliuiosi senes. Mono. de arbit.lib.2.centu.1.casu 26.num.5.

Et supinè egit, quia debebat se actis referre, vt docet Bart.in d.l.eos.num.6.& Hypo.num.4. Alexand. consi.56.num.6.lib.2.

17 Instat † vlterius hæc terribilis mulier, hunc fuisse in dolo, vt qui non curauerit vt testes se subscriberet depositionibus, vel signū in pede relinquerent prout requiritur.c.post cessionem. vbi Panor.nu.4.de probat.Chassa.consi.44.num.20.Et ita obseruare solent testium examinatores. not.in c.quàm graui.de crimi. falsi. Deci.in c.2.in 3.nota.de rescript. & in c. ad nostram.in 3.nota de confirmat.vtili.Sed cum expresso iure id nō reperiatur dispositum. Et eo tempore non erant statuta condita, visum est hāc omissionem non nocuisse examinatori.vt aduertit Pau.de Cast.consi. 325.num.2.lib.1.Capi.decisi.29.num.1.

Quartò, vt euertat dicta illorum testium, qui dicebant vidisse Maioricam, & Pascalem simul habitare tanquam cōiuges Rupismauræ, illa dicit contrarium probari per decem testes, qui deponunt Pascalem annò 1546. pro crimine carceratum fuisse Rupismauræ, fregisse carceres, fugisse, non habitasse in loco, & territorio per 20.annos. Et hoc ampliùs, si habitasset vidissent, propter loci angustiam, & quia vicini, & incolæ.
18 Negatiuam†coarctando: quę coarctata probat.l.magnam.C.de contra.stipul. quando opposita affirmatiua nō potest esse testi oculata auctore Bar.in l.nō aliter.C.de aduo.diuer.iudi.Rip.in c.cum ecclesia.nu.81.86.de causa pos.& proprie.Et vicini, præsumantur scire facta vicini.c.quasto. de præsump. Bar.in l.1.vbi Deci.n.16.17.ff.si cer.peta.Roma.cōsi. 245.nu.6.Alex.consi.82.n.19.lib.3.Nimirum ergo si
19 falsi dicātur illi primi testes. Accusari, †magis credēdum affirmātibus dicēdo habitasse, quàm negantib.

secundum

ſecundum Gl.in l.diem profetre.ff.de atbı.Bar.ıu l.1. ff.de ventre inſpicieu.& in l.hæredes Palam.iu princip.ff.de teſta.Alexan.conſi.169.lib.5.Soci.conſi.96. num.11.lib.1.& conſi.54.num.20.lib.4.Deci.conſil. 534.num.19.& conſi.649.num.13.

20 Replicat† fiſcus, magis credendum negantibus in cauſa criminali,quàm affirmantibus.Alex.ad Batt.in d.l.diem proferre. & eſt commu.opi.vt per Gabriel. lib. 1. de teſte. conclu.4.num.9.Cauſa autem matrimonialis æquiparatur cauſæ criminali.c.fi.de procur. lib.6.Deci.conſi.311.in princip.Parıſ.conſi.15.num. 10.lib.2.Mono.de arbi.lib.2.centu.3.caſu. 205.num. 7.Soci.iu.conſi.86.num.6. lib.2.vt ſcilicet matrimonium poſtea cum Clemente contractum præſumatur validum,& hinc manet falſitas priorum, qui di-
21 cūt ſimul habitaſſe.Habitare† enim pro maiori parte anni intelligitur.l.1. §. habitare.ff.de hi1,qui deiece. vel effude.Bal.iu l.1.ff.de ſta.homi.Nec ſufficit ſi rarò ibi adeſſet,vel aliquo tēporis momento, ſed opus eſt,vt cum vxore,& liberis reſidear.l.ſi quis ita legauerit cum vxo.de condit.& demonſtrat.Bart.conſil. 75.lib.2.de Afflict.deciſio.384.num.11.

22 Tota† huius quæſtionis virtus conſiſtit, an habitauerint,nec ne:quia ſi habitaſſe probētur,veræ ſuur Meruli atteſtationes. Alioqui falſæ. Et an magis credendum ſit negantibus,quàm affirmantibus arbitrio iudicis remittitur.Batt.in l.Lucius.in fin.ff.de his qui not. infa.Gram.deciſ.34.num.46.47.Mono.de arbit. lib.2.centu.1. caſu 90. Et quando veriſimilia deponunt,pro qualitate perſonarum, loci,& temporis. l. quæſitum.ff.de teſt.l.3.§.eiuſdem.eo.tit.Bertr.conſi. 249.num.3.libr.1. & probat tex.in c.licet cauſam.de proba. Alexan.conſi.141.num.11.lib.1.Craue.conſi. 145.num.10.Igitur venit in conſiderationem, quod licet negantes pro conſeruando matrimonio deponant, tamen eadem cauſa fauoris in contrario militat, vt euitetur peccatum valeátque primum matrimonium inter eam,& Paſcalem contractū.c.veniens. de ſponſa. Illud etiam mouere debet iudices, teſtes Maioricæ deponere de tempore 22. annorum. non vidiſſe Paſcalem habitare, quo modo hoc eſſe poteſt vt illi de his recordentur,& tā ſecurè deponant? Cum vt dictum eſt poſt decennium præſumatur oblinio.

23 Doctores, † qui de coarctione temporis loquuntur,intelligunt de breui,& facili,vt ſcribit Alex.conſ. 108.num.10.libr.2.Deinde coarctare non ſolum locum,ſed & totum territoriū quod lanùs patet. l. pupillus.§.territorium.ff.de verbo.ſignif.l.fin. ff.de iur. omni.iud.videtur quaſi impoſſibile,quod per viginti duos annos,teſtis,qui de hoc non curabat, de cuius intereſſe non agebatur,fuerit ita curioſus,& diligens animaduertere,& obſeruare an Paſcalis in loco,
24 & territorio habitaret. Hinc† Batt.l.1.§.hoc interdicto.ff.de itinere actúque pri.inquit teſtem non carerē ſuſpicione falſitatis, qui dicit vidiſſe ſemper Tinū per longum tempus poſſidere.Cor.conſil.105.num. 10.11.12.lib.3. Item,quo modo probatur hos teſtes per continuos 22.annos in loco,& territorio ſemper manſiſſe,quod non facilè præſumitur à communiter accidētibus,vnde Iudex non deberet iſtis à tam longè petitis argumentis,notarium de falſo condemnarē,de cuius bona fide,& opinione probatur,vt in ferè terminis noſtris,voluit Bal.conſi.281.lib.2. Bero. in c.quoniam contra.num.39.de probat.

25 Et † vbi de antiquis agitur probandis rebus, vel actionibus teſtes ſolent ſub dubio deponere,propter obliuionem.l. .§.duæ.ff.de Carbo.edict. Bal.conſil. 57.n.1.5.6.lib.1. Craue.conſ.54.n.15.Illi autē,ſecurè & audacter,quaſi de re heſterna die geſta deponunt.

Tandem in tanta diuerſitate viſum eſt,vt priùs inquireretur de qualitate illorum teſtium negantium depoſitiones, etſi erant alij, qui vocarentur eiſdem nominibus. Quibus geſtis,iterum poſita in conſilio, miſſiſque in vrnam calculis, vnus ſolus repertus eſt niger,& ita abſoluti fuerunt rei.

SVMMARIVM.

1 *Promittens alteri abſenti cum iuramento obligatur.*
2 *Mandatum cum vna perſona,ad alias non extenditur.*
3 *Suis verbis,an extendatur ad particulares ſucceſſores?*
4 *Rota iudicare ſolet de bono, & æquo omiſſo iuris rigore.*

DECISIO XXXIIII.

Procurator ad tranſigendum cum creditore conſtituentis, non poteſt obligare dominum erga alium creditorem creditoris.



VIDAM Iudæi debitores nobilis Gratiæ Tiburtinæ, cedunt eidem nomen quod habebāt contra Diodorum Fortunatum eorum debitorem. Iſte nulla adhuc facta ſibi intimatione conſtituit procuratorem ad tranſigendum cum dictis Iudæis, ſuis creditoribus, aut ſuis. Procurator paciſcitur, quod Fortunatus tenebitur ſoluere dominæ Gratiæ 400.fl.quos ille debebat Iudæis,cum obligationibus conſuetis,domina Gratia virtute dictæ tranſactionis obtinuit pignorari Fortunatū pro illis 400. florenis.

Quæſitum eſt relatore D.Alziario de Cadeneto, quid iuris?

Aſſerebat Fortunatus ſe male pignoratū: quia fecit mandatum ad tranſigendum cum Iudæis, de domina Gratia Tiburtina verbum nullum.Ideo procuratorem non potuiſſe illi actionem acquirere, nec dominum vltra mādati fines obligare.l.2.ff.de actio. & obligat.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo. oblig. l.diligenter.ff.manda. quod alio nomine dici poteſt, vltra ſepta tranſilire.In illos,qui præſcriptos ſibi terminos tranſeunt. mandatū enim quaſi foſſis,& cancellis circunſcribitur,quod ab eis non licet recedere.

1 Alia,† faciebat fundamentū ſuper iuramento præſtito per Fortunatum in mandato. Quia ſicut alteri promittens iuramento obligatur,auctore Gloſſ.in c. quotiens cordis oculus, 1.q.7.Cum ſit Deo præſtitum,qui ſemper eſt præſens.l.properandum.§.ſin autem reus.C.de Iudicus.c.2.de arb.lib.6.Iaſ.in d.§. alteri.num. 4. Ita Fortunatus iurando in mandato habere ratum, quod à ſuo procuratore gereretur,videtur obligatus ſoluere illi,cui procurator ſoluendum conuenit.Cuius factum domini eſſe dicitur. l. 1. §.ſi procurator,vbi Iaſ.ff.ſi quis ius dicen.non optempera.l.1.§.vſus.ff.de procurat.l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius cui mandat.eſt iuriſ.

2 Reus † verò iuramentum non eſſe extendendum ad alios caſus,quàm in mandato expreſſos.l.fin.C.de non numera.pecu.l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de operis liber.arg.l.fi.ff.de calum.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff. de pact.Bart.in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fi.ff.ſi quis cautio.Ang.conſi.315.num.1.Ne plus extendatur iuramentum quàm virtus promiſſis.c. quintaualis.de iureiurando.Decius conſ.408.nu.8.9. Et ne ad incognita,& non cogitata trahatur.c.breui. eo.titul. Bald.conſi.312.lib.2.Craue.conſil.192.num.6.toto.

tit.C.res inter alios acta. Alexan.consil.63.num.13.lib.4.de Afflict.decis.129.

4 Etiam † si generale mandatum habuisset, quod restringitur pro natura negotij principaliter commissi, not.Bart.in l.procurator cui generaliter libera. ff. de procura.Bal.in l.si procurator.C.de procura.Ias.in d.l.1.§.si procurator.num.20. ff. si quis ius dicen. non obtemper.Bertran.consi. 320.num.2.lib.1.

3 Pro † domina Gratia faciebant illa verba in mandato posita (vel suis) Cum ipsa singulariter succedat in illo debito sibi cesso, videbatur contineri suorum appellatione.l.fluminum.ff.de dam. infect. qui promittit de damno infecto obligat successores, non solum vniuersales, sed & eũ, qui in eius rei Dominium succedit.idem in l.1.§.illud.ff.quo.leg.c.constitutus. de in integ. restit. ius retrahendi datur etiam contra singularem successorem, in quẽ translata est res vendita, vt in simili Paul.consil.335.num.5.lib.1.Latius explicat Tiraq.de retract.§.12. Glos.1.nu.3. Alioqui viderentur superflua.contra c.si Papa.de priuileg.l.si quando.de lega.1.Alexan.consi.193.nu. 12.13.lib.2. Sed istud fundamentum est debile: quia regulariter appellatione successorum veniunt vniuersales. l.emptorem.C.loca.l.1.§.si hæres.ff.ad Treb.l.si.§.fi.ff.de contra.empt.Alex.& Ias.in l. quædã.§.nihil interest. ff. de eden. intelligendo verba in potentiore significatione.l.1.§.1.ff.si ager vectig.Nisi quando particularis in rei vitium succederet: quod rem sequitur.d.l. fluminum.& §.illud.§.adiicitur. & d.c.cõstitutus, vel etiam vt possit ea exceptione vti, quæ competebat actori.l.etiam.ff.de interur.l.fin. ff.de except.rei iudi. At in personalibus actionibus (sicut est ista) non continetur particularis, auctore Bart. in l. si tertius.§.si quis primus.nu. 6.7.ff.de aqua plu.arcen. Nec etiam ex intentione constituentis cui vtilius erat Iudæis debere personis vilissimis, quàm Dominæ Tiburtinæ potentiori.C.ne liceat potentio.& tit.de aliena.iudi. mutan.caus.facien. Nec erant superflua, si forsitan illi creditores decessissent relictis hæredibus, vt cum illis transigeret.

Aduocatus hæc intelligens, aliud genus suscepit defensionis non debere iudices ita strictè agere, sed neglecto iuris rigore, & sola facti veritate inspecta
4 iudicare, sicut solet Rota † communiter facere, secundum eius primam institutionem, & sine strepitu, & figura iudicij, vt solùm obseruet quæ iure gentium, vel naturali ratione, ordinata sunt, & introducta.cle. sæpe.de verbo.signi.cle.dispendiosam.de iudi.Bar.in authen.ad reprimendum.in verbo, summariè.Oldra. consi.215.in fin.Bal.in c.1.§.inuestitura.nu.3.de noua for.fidelita.Aret.consil.84. col.3.versic.præterea. Roma.cons.20.circa fi. Quasi manu regia, vbi de veritate constat. Alexan.cons.6.num.1.lib.3.& cons.32. num.9.lib.4.Decius consil.449.num.20. Natta.in d. clem.sæpe.in verb.sine figura.& in princ.Imò, quando vna causa in petitione exprimeretur, & alia probaretur posset reus huius occasione condemnari. Alexan.in l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.vbi Ias.nu. 33.ff.de verbo.oblig.Decius in c.dilecti.num.3.in fi. de iudi.& latè Cachera.decis.1.num.15.cum sequen. Vnde, cum hic appareat Iudæos cessisse Dominæ Gratiæ nomen contra Fortunatum, & ita verus sit eius debitor, nulla illi fit iniuria, si debitum cogatur soluere, licet eius procurator mãdatum ad eum obligandum Gratiæ non habuerit, constat eum esse debitorem, hæc contentio magis verbalis videri potest quæ non iuuat debitorem.l.si seruus.in fin.vbi Glos. ff.de pigno.actio. Et quia nullum habet interesse, si illi, vel alteri soluat.arg.leg.prima, ff.de appel.recip. Veruntamen istæ suasiones non mouerunt iudices: quia priuilegium Rotæ locum habere posset circa solennitates, quæ figuram, vel ordinem iudiciorum respicerent.d.cle.sæpe, cũ simi. Non vt liceat ineptam proponere actionem.c.examinata.de Iudi.& nota.in d.clem.sæpè in verbo.citatio, vel etiam vt permittatur, auferre defensiones. l. vt vim. ff. de Iust.& iure. Nam virtute cessionis, quam fecit procurator, condemnatur dominus: ferretur sententia contra dominum inauditum, & indefensum, & præter ipsius consensum, contra ea, quæ iurisgentium sunt.d.clem.pastoralis.de re iudica. §. sed naturalia.Instit. de rerum diuis.de Afflict.decis.391.num.2.fuit itaque conclusum inspecta veritate, & omissa nimia iuris subtilitate continuãdam pignorationem, me tamen excepto.

SVMMARIVM.

1 *Relatũ est in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*
2 *Generalis relatio non refertur ad prius specificata.*
3 *Sententia refertur ad acta probatoria, vel assertoria.*
4 *Expensa à quo soluenda, quando plus petitur?*
5 *Debitor in decem potest totum negare, si viginti petantur. num.6.*
7 *Petens centum non videtur petere quinquaginta.*
8 *Petere plus dicitur, etiamsi modicus sit excessus.*
9 *Expensa litis soluuntur propter temeritatem litigantis, etiam sine dolo.*
10 *L.vni.C de plus petitio.necessaria, & vtilis declaratio.*
11 *Bart. à contrarietate defenditur, quando plus petere quis dicatur.*
12 *Appellationis dies qualiter computandi?*

DECISIO XXXV.

Quando plus re petitum est, quis debet expensas soluere. Et si debitor non fateatur partem à quo totum petitum est? casus subtilis, & vtilis.

BARTHOLOMAEVS Pascalis promiserat soluere dominis Præposito, & canonicis ecclesiæ Auenion. viginti aureos, duos florenos, alios centum, & viginti florenos demptis quinque florenis, pro literis executorialibus, quæ non fuerunt leuatæ. Quod si non soluerit in terminis, licebit creditoribus leuare literas, totámque summam vno contextu petere. Illo non soluente petierunt totum coram d.vicegerente, qui iudicauit in fauorem capituli, à qua sententia cum pars appellasset, dicebat malè indicatum: quia plus peti erant quinque floreni, nec apparebat leuatas esse literas.

Appellari contra, & non petiisse illos quinque florenos, secundum tenorem libelli, in quo fit mentio promissionis, & pacti in obligatione contenti, & sic facta relatione ad illud solùm quod verè debebatur. Cum relatum sit in referente. l. asse toto. ff. de hæred. instituen. l. in testamento. de condit. & demonstra. Et cum suis qualitatibus. Bar.in l.1.ff.de recepta.Dec.cõsi.532.nu.4.& cons.434.nu.5.tanquam pars referentis, Alex.consil.35. nu.8.lib.4. Item, quia iudex dicit in sententia donec de dictis summis debitis fuerit satisfactũ, & sic tacitè excludebat non debitas, secundum tenorem actorũ, ad quæ solet sentẽtia referri, & ab illis regulari. l. ait prætor.§.qui iudicari. ff.de re iudica.l.vbi autem.§.fin.ff. de verbo.obligat.

l.hæc sententia.C.de senten. quæ sine cer.quan.proferunt.Deci.consil.449.num.3.cum sequent.

Hoc negat appellans, & replicat actorem expressisse summas in suo libello singulariter, & deinde generaliter,per hæc verba prout in instrumēto con-
2 tinetur cum clausulis,&c.Ideo illa generalis†clausula non debet referri,ad ea, quæ prius fuerant specialiter expressa.l.cohæredi.§.qui patrem , de vulga.testator patrem,& filium in certa quota instituerat, & inuicem substituerat , deinde alijs institutis completo asse,dicit,hos omnes substituo,hæc generalis substitutio ad specialem patris,& filij non refertur.Idem in l.stipulationes commodissimum.ff.de verb.oblig. l.doli clausula.vbi Ias.num.3.4.dicit commu.eo.tit.l. Titia.§.qui Marco.de annu.lega. Sententia autem ad acta refertur,vbi sunt liquida probatoria,vel assertoria.d.l.hæc sententia,vbi ita Bart.& omnes notant.& l.in summa.ibi , si is qui petit certam summā expresserit.ff.de re iudica. At hic,instrumentum sub conditione loquebatur,si leuarentur literæ.Nulláque facta declaratione incertum erat iudici , an illi quinque floreni deberentur,vt inquit Bart.in l.ait prætor.§.si iudex.vbi de Rip.num.12. ff.de re iudica.Ias.in §.curare debet.num.36.Instit. de actio. de Rip. in l.edita actio.nu.36. C.de edend. dicunt Domini,plus fuisse petitum.

3 Sed † tractatū est,quis expensas huius litis debeat persoluere,quæ longè excedunt sortem? quibusdam placebat,compensandas. Quia,vbi plus petitur,reus dicitur in parte condemnatus, & in parte absolutus, vterque victor,& victus, & quasi mixtum iudicium, vt refert Ias. ita voluisse multos.in l.properandum.§. sin autem.num.15.C.de iudi.Igitur capitulum deberet vincere pro tota summa exceptis quinque florenis,qui sunt modici : respectu, quod ducentos excedit.Imò verò considerata tam modica quantitate deberet reus omnes exsoluere,teste Im.in l. qui solidū. num.1.de lega.2. Deinde,quia requiritur , vt dolosè fuerit petitum. l. vni. ibi,per dolum, & machinationem.C.de plus petitio.Ias.in §.sed hæc.num.5. Insti. de actio. Capitulum autem in nullo fuit dolo,cui liberum erat,reo non soluente leuare literas,videmus etiam eum,qui debet decem,si ab eo petantur viginti,non posse negare decem,auctore Bar.in l.1.§.si stipulanti.vbi Ias.num.10.ff.de verbo.obliga.Nam qui negat totum,& partem negare videtur:quia in maiori summa minor inest.d.§.si stipulanti.& in toto pars continetur.l.si quis cum totum.ff. de except.rei iudi. Cano.in c.nam & concupiscentiam. de constit. Couarr.lib.1.variat.resolut.c.2.

4 Veruntamen†Bart.in d.l.qui solidum.in princ.videtur dicere aduersus ea,quæ docuerat.in d. §. si stipulanti.siquidem(inquit ille)si peto plus debito,reus habet iustam causam denegandi totum, & petens in expensis percutitur: & hanc cōmunem asserit Alcia. in d.§.si stipulanti. & Galiaul.in fin. Cagno.in l.non potest videri.nu.6.ff. de reg.iur.Gloss.in c.2.vbi Ge-
5 mi.nu.18.Franc.nu.14.de confess.lib.6.Licet†in toto pars contineatur,& minus in maiori,tamen cum illa pars,& summa minor totum,vel totam summam integret,& perficiat,illa pars minor de per se nō censetur petita,vel denegata , vt ait idem Bart.in l. scire debemus. in princ. ff. de verb. oblig. Si mihi debeas centum, non possum petere quinquaginta , licet sub generalitate includantur.Similiter,negando positionem de centum , non censetur negare de quinquaginta.Cum illud totū integrale dicatur. l. cum quæstio.C.de legat.Decius in d.l.non potest.num. 4. Et qui petit centum videtur petere vnita, non separata. l.Titia quæ testamentum. §.1.de lega.2.l.de pupillo. §.qui nunciat.ff.de noui ope.nun.Decius,& Alcia.in d.§.si stipulanti.num.49.

6 Licet†de quinque florenis solùm ageretur,tamen negari non potest,quin plus fuerit petitum.Cum lex generaliter loquatur ne liceat plus petere. l. si proprietarius ibi , etiam si minimum damnum detur. ff. de damno infecto , c.de appellationibus vbi Decius, num.2.de appella. Et habenda sit ratio minimorum, quando iure communi competunt. l. quandiu. C.de distract.pigno. vbi Bal.deficiente vno nummo summam non esse integram.Deci.vbi suprà,num.6.

7 Etiam † si sine dolo malo peteretur , quia lex solùm considerauit temerariam petitionem , & inconsultam.l.eum quem temere.ff.de iudi. §.fin.Instit.de pœna temerè litig.Rebuff.tit.de expens.ar.3.Gl.vni. num.17.& 18.ad regi. ord. vt priùs ille debeat apud se diligenter inspicere quid sibi debeatur , & postea petere.l.1.C.de eden.arg.l.qui cum alio contrahit.ff. de reg.iuris. l. 1. ibi,veniat instructus ad agendum.ff. de eden.

Hinc,inquit Terentius,vide ne quid temerè agas, periculosa siquidem esse solet temeritas , quæ sine consilio producitur, & illius vituperanda cogitatio, qui lites perquirit.l.item si res.§.fin.ff.de aliena.iudi. mutan.caus.facta.

8 Nec † obstat. d. l. vni. de plus peti.quæ loquitur, quando dolosè exigeretur cautio vltra verum debitum,vt animaduertit Ias.in d.§.sed hae quidem.num. 11.Instit.de actio.

Sed quid dicendum?& de Bar.qui eodem ore flare, & sorbere videtur, & contraria dicere ? Et de nostris alijs maioribus,qui vtráque opinionem communem attestantur ? quod esse non potest,vt videre licet per Ias.in d.§.si stipulanti.num.10.Alcia.num.47.Imo.in c.dilecti.de maior.& obe.n.10.Cagn.verò in d.l.non potest,dicit Bartol.in d.§.si stipulanti,loqui respectu periurij,non expensarum,vel moræ.nu.49.quod mirum videtur,si periurus sit & expensas non soluat.l.si quis maior.C.de transact.In d.authen.l.qui solidum, vult generaliter plus petentem ad expensas condemnandum:licet reus partem debitam non offerat.

9 Pan.†in c.1.n.15.de plus petitio.alio modo conatur cōcordem reddere Bar.Nempè,vt in d.§.si stipulanti proponat regulam, eum à quo plus petitur,debere partem debitam fateri : alioquin calumniosum esse, & periurum , & consequenter in expensis condemnandum,veluti debes 50. petuntur centum, negas,& totum,& partem, tunc condemnaberis in expensis. Si respondeas te tantum 50.debere , & actor non petat vt illa 50.sibi tradantur,tunc legitimè litigabit reus super toto , & alius condemnabitur in expensis,licet reus non offerat illa 50.soluere.Quia,iusta credulitate excusari potest:quòd actor nolit partem accipere,qui totú petiit.l.tutor.§.Lucius.de vsu. Et licet Bart.hoc expresſè non dicat , tamen,quia in præcedentibus de his mentionē fecerat.Et de actore, qui debet dicere,da mihi partem quę non est in controuersia,vt proximis copulata iungantur. Néve sit contrarius sibi.Bertr.consi.283.num.3.lib.6.

Sed quam sequemur opin. cum vtraque dicatur communis ? iste videtur Herculeus nodus. Ideo inuenta fuit illa clausula, quæ in libellis inseritur , tam coniunctim,quam diuisim, &c.Sed multi putant illa non obstante,reū teneri respondere de parte,vt Gloss. voluit.in c.2.in verb.absq; rationabili causa, de confess. quam sequitur Gulielm. Durand. magnus iudi-

ciorum Speculator, titulo de positio. §. 7. quæst. 11. Bal. in l. precibus. in princip. C. de Impub. & in l. 1. §. quod obseruati, num. 22. C. de Iura. calum. Franc. in d. c. 2. num. 15. licet Alcia. in d. §. si stipulanti. num. 53. contrarium dicat.

Ego autem iustius esse puto, & humanius, vt teneatur reus de parte fateri, cum verè eam debeat, quæ sublata de tota lite illius vires diminoet, & paululum refrigescet animos ad litem paratos. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. peta. c. 1. de treuga, & pace. Sicut vulgò dicitur, auferre ligna Foco, vel ignem igni adimere, vt extingatur, huic pertinet. l. pupillus. §. fin. ff. de verbo signifi. Qui iurat suum esse debet adiicere, neque commune esse. l. qui seruum. §. in iure. ff. de interrog. actio. Interrogatus an fundum possideat, quæro, an respondere cogendus sit, & quota ex parte fundum possideat? Respond. Cogendum. Et dicere (vt multi credunt) fuisse interrogatum de parte, hoc non dicit lex.

Sed an fundum possideat? & cogendum & quota ex parte possideat. (&) ampliat casum. l. ea tameo adiectio. de legat. 3. l. continuus. §. illud, & ibi doc. ff. de verbor. obligat. Bar. in l. suus quoque. ff. de hæred. instit. capit. 3. de rescrip. vbi de Rip. & alij. Et minus esset dubium, si de parte interrogatus teneretur de eadem respondere. Cum responsio ad interrogata referenda sit. §. prætereà. Iostit. de inuti. stipul. In causa autem damni infecti propter eminês periculum solet interrogati de toto. & parte. l. non est nouum. ff. de interrog. actio. quibus adiungitur. l. si seruus. §. boue. ff. de condic. fur. Si dominus corium bouis fuerit consequutus, & bouem petat, detracto pretio corij exceptione submouebitur. Nec obstat. d. l. qui solidum, à contrario sensu, si quidem non tenebatur hæres offerre partem propter incertitudinem legis Falcidiæ, & quanta esset portio, quæ legatario deberetur, vt aduertit Bart. in d. l. non potest. ratione cuius incertitudinis licebat reo totum denegare. d. l. in fideicomm. Vel quando peteretur diuersum ratione qualitatis, vt sub conditione debitum, purè quis peteret Bart. in d. . si stipulanti. in fin. quem omnes sequuntur, vt Alcia. ibi asserit. num. 53 Alex. cons. 183. num. 8. lib. 5. Fel. in c. nam concupiscentiam. io fin. de costit. Io Gallia autem debitor, qui nô obtulit partem, ad omnes cōdemnatur expensas, ex generali regni consuetudine. vt Rebuff. attestatur in procemio constit. Glos. 5. num. 53. Moli. in addit. ad Decium. in d. l. non potest.

In casu autem nostro, reus non negaoit simpliciter sed se retulit instrumento, vt solent facere cauti aduocati. Fel. in c. cum venerabilis. num. 23. de exceptio. de Rip. in c. cum M. nu. 79. de constit. Denique debebat iudex pro indebitis relaxare. l. 1. ibi, quod condemnatione, vel absolutione conting t. ff. de re iudica. concluditur capitulum in expensis condemnandum.

10 Aliud † dubium exortum est, apparebat latâ fuisse sententiam hora nona, decim s xta Septembris, & hora nona appellatum 26. Septemb. Et ita videbatur deserta. Cum tempus dec dierū currat de momēto in momentum. l. 1. §. dies. vbi Glos. & Bart. ff. quand. appel. sit. l. pater. ibi, & ipse sexagesimus dies est. ff. de adul. Sed quibusdam contrarium placebat, Cum dies termini non computetur in termino, & de proximo intelligatur. l. eum qui calendis. ff. de verbo. obligat. Guid. Pap. decisi. a . Et ne quis viuus diei lapsu, à suo debito excludatur. arg. l. 1. de neg. gestis. Deci. in c. super eo nu. 16. 17. de appellat. Nobis autem videbatur si recto calculo computemus desertam, siquidem dies sententię fuit 16. audita nona. & ita 17. dies vsque ad horam nonam exclusiuè erit vnus dies integer, & naturalis. l. more Romano. ff. de feriis. Et si includeretur totus horæ nonæ terminus diei sequentis vsque ad decimam, dies haberet viginti quinque horas, vt aduertit Anna. consil. 93. num. 6. Spec. tit. de appell. quando, & intra quod temp. num. 3. Alexand. consil. 87. nu. 1. lib. 7. Verum quia apparebat seruientem assignasse partem ad sententiam horam 9. spectando 1 . dixerunt domini non esse desertam.

SVMMARIVM.

1 *Hæc verba* (ce n'est pas luy que l'on cerchoit) *quid importent? & num. 2. 6. 8.*
3 *Lingua lubricum non facilè trahitur ad pœnam.*
4 *Fama bona tollit indicia ad quæstionem.*
5 *Probatio specialis vincit generalem.*
7 *Occidens alium, quàm illum, quem volebat occidere, eadem pœna punitur.*
8 *Argumentum à contrario sensu, non habet locum in dictis testium.*
9 *Verba, secundum intentionem loquentis intelligenda.*
10 *Variatio, quando sufficiens est ad quæstionem?*
11 *Reo absoluto, quis debet expensas soluere?*
12 *Fiscus non solet expensas soluere. Nisi calumniosè procurator fiscalis ageret, & tunc proprio nomine.*

DECISIO XXXVI.

Argumentum à contrario sensu non sumitur contra accusatum vbi delictum colligeretur, vel à dictis testium.

VPER homicidio perpetrato in personam Petri du Pin collegiati collegij S. Nicolai Auenionis, variæ sumptæ fuerût informationes contra suspectos, & inter cæteros impingebatur Stephanus de la Mota collegiatus, dixisse, *ie suis mari de la mort dudit du Pin,* † *ce n'est pas luy que l'on cerchoit.* Ergo dicebat fiscus, tu sciebas *que l'on cerchoit vn autre,* qui negat vnum, de alio affirmare videtur. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonnunė, de præsump. Et cognito vno de contrariis cognoscitur, & reliquum. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris, posito vno, aliud cessat. l. quotiens. §. si quis ita dixerit. ff. de hæred. instit. c. cum renuntiatur. 32. quæst. 1. & ibi Glos. his adiungitur vnus testis, qui de minis deponit contra Sabaudos prolatis, sitque solitus minas executioni demandare, vt multis constabat exemplis in medium positis, de quo dici solet. Et meum telum cuspidem habet. & Ouid. & mihi sunt vires, & mea tela nocent. Ideo concludebat torquendum, ex his, quæ colligit Hypo. in §. diligenter. num. 85. & consil. 72. vt fateretur qui sunt illi, quos ipsi quærebant occidere.

2 Respondebat † reus, hæc indicia leuia esse & ad quæstionem non sufficere. Nullúmq; delictum commisisse, licet illud dixerit, quod magis in bonam partem accipi debet, & interpretari. l. mcrito. ff. pro socio. Alexan. cons. 30. nu. 8. lib. 7. Cur. senior. cons. 20. n. 47. Alcia. reg. 3. præsump. 1. Craue. cons. 151. n. 18. 3 Et † ne lubricum linguæ trahatur ad pœnā. l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. cano. in c. auditis. de præscr. c. estote misericordes. de regul. iur. Alexand. consi. 15. num. 8. lib. 3. seruit. l. vni. C. si quis Impera. maledi. Negando minas, & alia, quæ à maleuolis dicta fuere, & esse singulares, qui non probant hæc tam remota indicia

indicia, autore Glo. in l. fin. C. fami. hercis. Hypo. in §. diligenter. num. 177. Roland. à Vale consil. 7. num. 3. lib. 1. Clar. in §. fi. quæst. 22. num. 2. Et probasse suam bonam famam per multos egregins, & nobiles testes.
4 Cuius † probatio tollit indicia inferendæ quęstionis, vt aduertit Alexand. consil. 14. num. 9. lib. 3. Hypo. in l. de minore. §. plurimum. num. 99. ff. de quæst. Clar. in §. fin. quæst. 60. num. 23. vbi dicit communem esse patrum opinio. probationem bonæ famæ tollere indicia cõtra reum vrgentia, vt Gandi. tit. de præsumpt. primo. num. 15.

5 Fiscus † contra, & leuem esse huiusmodi attestationem quæ eliditur per contrariam probationem in specie quę solet generali derogare. l. in toto. ff. de reg. iuris, vtpotè cum de minis appareat, minarúmq; executionibus. Et quod consuetus est similia facere. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. c. semel malus, de reg. iuris, lib. 6. Roma. consil. 167. in fin. Alexand. consilio 77. num. 9. lib. 1. & consil. 148. lib. 2. Decius consi. 454. num. 10. Hypol. in dict. §. plurimum. num. 100. Quo casu bona fama non iuuat, quando vltra famam aliud superest indicium super delicto, vt aduertunt præfati scribentes, vt Hypo. ibidem num. 30. Clar. dicta quæst. 60. numero 23. & quæst. 21. num. 1. versi. cæterum.

Et cum dominus Valentianus huiusmodi casum in consilio retulisset, dixerunt domini totam difficultatem consistere in illis verbis, *ce n'est pas luy que l'on*
6 *cerchoit*. Circa † minas minimè cum non probentur. Quæ etiam non semper faciunt indicium: quia plerunque homines minus faciunt, qui magna minantur. Bertrand. consil. 61. num. 1. lib. 2. Imo. in l. fin. num. 10. ff. de hære. insti. glo. in l. si quando, num. 883. C. vnde vi. Bossi. tit. de iudiciis. num. 44. Clar. in §. fin. quæst. 21. num. 37. quemadmodum illa Thais Terentiana sæuas, & Gloriosas Thrasonis minas pro nihilo ducebat. Et quia illa bilis amara, & calida tempore refrigescit. c. si quis iratus. 2. quæst. 3. Hypol. consi. 72. num. 6. Craue. de his minis loquutus est consil. 35. num. 1. 2. 3. 4. vbi dicit tribus concurrentibus videlicet odio, minis, & delicto incontinenti subsequuto reum posse torqueri, ex his quæ docuit Ias. in l. 1. in quinta limitatione. C. de seruis fugit. quæ hic cessant, vt infrà latiùs.

Et dicendo, *Ie m'en vengeray*, debet intelligi iustitia mediante. l. furti. §. mandatum, ibi condemnabo, id est, condemnari faciam. ff. de his, qui not. infa. Bert. consil. 61. num. 2. lib. 2.

Ego verò, hæc verbá, *ce n'est pas luy*, &c. non posse referri ad commissum iam homicidium. Sed solùm ostendere super alio conspirasse. Et cum alius hodie non reperiatur offensus, illum affectum, tanquam puros cogitationis terminos non egredientem, nullam mereri condemnationem quia, non punitur affectus. l. cogitationis. ff. de pœnis.

7 Dicebant † Domini, aduerte, quia agimus de illo insultu, in quo du Pin occisus est, ideo licet tûc alium decreuissent occidere, tamen cum du Pin occiderint, loco alterius eadem dignus est pœna, autore Bart. in l. respiciendû. §. delinquunt. in fin. ff. de pœnis. Gram. consil. 5. num. 4. Gand. tit. de homi. num. 12. circa medium. quamuis aliqui repugnent. vt refert Placa. lib. 1. delicto. cap. 27. num. 1. Clar. in §. homicidium. nu. 6. & in §. fin. quæstio. 77. num. 8. tamen omni casu dignus quæstione videretur, vt dicat qui erant illi, quos volebant occidere.

Replicabam, aggressionem illam non fuisse deliberatam, cum appareat intrasse collegium cum fascibus, & lumine. arg. cap. si perfodiens. de homi. l. non minorem. vbi Ias. nu. 4. C. de transact. Et voluisse recedere sine offensione, Nisi ille iactus lapidum fecisset retrocedere, vt s. decis. 29.

8 Nec † obstabat arg. à contrario sensu, quod alios quærebant, si quidem illa arguendi formula non habet locum in dictis testium, quotiens argueretur falsitas à contrario, vt not. Ias. in l. 1. num. 43. ff. de offic. eius. vel quando delictum in persona loquentis colligeretur. Alex. consil. 150. num. 20. lib. 5. Deinde, quia ita arguendo resultaret affirmatio, quod esse non potest, cum verba ad negandum prolata, non debent affirmare. l. ex facto etiam. ff. de hæred. institut. Ne contrarium operentur effectum. l. cum tale. §. fin. de conditio. & demonstrat. l. legata inutiliter. de adi. legat. Cur. Senior. consil. 16. num. 15. Si filius meus in patriam non venerit ipsum non instituo. non sequitur, si veniat videatur institutus. cap. quod dicitur antequam conueuirent. de verb. signif.

Ex propositione negatiua nihil sequitur, Nec aliquid ponitur in esse. Cacheta. decis. 79. num. 28. Et vt verba secundum intentionem loquentis intelligantur. l. Labeo. de suppel. lega. cap. intelligentia de verb. signific. Craue. consil. 151. num. 18. vt delictum excludatur. l. absentem. C. de pœnis. latè Decius, consilio 459. num. 2. 3. 4. & consil. 469. num. 7. 8. Et ideo potuit illa verba proferre absque malo nocendi animo, vel cõsiderando qualitatem occisi, qui erat quietus, & amabilis, existimabat alios noluisse sibi nocere, & ita verum est quod ipse dicit, *ce n'est pas luy que l'on cerchoit.*

9 Et † in summa hæc omnia ab ipsius dependent animo, cuius declarationi stare cogimur. Gloss. no. in §. sed istæ Instit. de actio. & in l. Nesennius. ff. de neg. gestis. Bartol. in l. Celsus. columna secunda, versi. & si dicatur qualiter probabis. & ibi Bald. num. 50. ff. de vsucapio. Roma. consil. 398. num. 5. Feli. in cap. significasti. 1. de homicid. Hypol. in §. diligenter. num. 44. & singula. 635. Ripa in l. admonendi. num. 122. Tiraquel. de retract. consil. §. 4. Glo. 1. nu. 5. Mono. de arb. lib. 2. centu. 1. casu 86. num. 5.

10 Vlterius † fiscus arguebat hunc respondendo variasse, quod dixerit fuisse in domo Croseti, & deinde negauerit, propter quam variationem dicebat quæstione dignum. autore Bart. in l. fin. ff. de quæstio. & in l. de minore. §. plurimum. vbi Hypol. num. 27. co. & in praxi. §. diligenter. num. 74. Sed cum hæc variatio longe à delicto existat, & ibi esse poterat sine malo. Sitque arbitrarium qualis variatio ad quæstionem trahat, vt aduertit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 21. nu. 31. visum est omnibus absoluendum reum.

Sola difficultas remanebat, quis deberet expensas persoluere? Collegium enim prosequebatur vindictam iuncto fisco contra accusatos, ideo videbatur condemnandum. l. fin. C. de fruct. & litium expens. c. finem litibus, vbi Panor. num. 24. de dolo, & contu. Bart. in l. 1. in princip. circa fin. ff. ad Turpil. & in l. si postulauerit. in princip. & in §. fin. ff. de adulte. & in l. non ignorat. vbi Bald. C. de fructi. & litium expens. Ang. in verb. & ad querelam. num. 73. Hypol. in l. patre, vel marito. num. 18. de quæst. & in pract. §. superest. num. 1. cum seq.

Et si in ciuilibus causis victus victori condemnetur. l. eum quem temere. ff. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. eod. Multo magis in criminalibus, vbi agitur de longè grauiori pręiudicio. l. in seruorum. ff. de pœnis. Et de illo, cuius honor, & vitæ integritas accusatione, & carceratione læditur, cui

propterea condigna satisfactio præstari non potest.l. iusta.ff.de manu.vind.l.isti quidem.ff. quod me.caus. & hanc communem esse nostri opinantur in locis præallega. & Socin.Iunior.consil.36.num.14.lib.2. Gram.consil.97.num.1.lib.1. Ne alteri per alterum iniquitas fiat.

12 Veruntamen † fiscus licet succumbat non solet expensas soluere.de Anna.in c. accedens. num.11.de accusa.Cardi.Alexand.in cap.in primis. §. de episc.in fin.2.quæst.1.Clar.in §.fi.quæst.62.num.4. Cum ius publicum prosequatur.l.locatio.§. quod illicitè.ff.de publica.l.ita vulnera.ff.ad l.Aquil.c.vt famæ. de sent. excomm. Et non soleat dare, sed accipere magis. l. cum quidam.§.fiscus.ff.de vsu.

Et idem de iudice, quando fama præcedente inquisiuit, vel carcerauit, qui ex necessitate officij hoc tenebatur facere.l.2. C. qui accusa. non poss. cap. ab arbitris.de offi.delega.lib.6.de quibus lex confidit,vt recta pro officio gerant.l.1.C.de offi.ciui.iudi.l.1. C. de pondera.lib.10.l.hærennius.§.Caia. ff. de euictio. Fallit quando manifesta calumnia detegeretur in fiscali procuratore, vel iudice: tunc proprio nomine condemnarentur ad damna, & interesse innocentis. l.3.C.de aduoca.fisca.c. administratores, ibi, quod si Dei timorem præ oculis non habeant.23.quæst.5. & §.1.in authen.vt differen.iudi.l.si filiusfam.ibi,si euidens eius arguatur iniquitas,inimicitia, vel sordes.ff. de iudi c.cum æterni. de re iudic. lib.6. Bart. & Bald. in l.1.C.quom.& quand.iud. & in l.fin.ff.de varus & extraordin.cognit.& in quæst. Iudex qui per impertiam. Hypol. in §. superest.num.8. Paris de Puteo de sindica.in verbo,quidam iudex.fol.35. Craue.consil. 168. num.10. vbi verò pars probabili ratione moneretur, licet postea absolueretur reus, propter defectum integræ probationis, ab expensis excusaretur. argum.l.qui cum maior. §. si libertus. ibi, ignoscendum est ei, si voluit se vlcisci prouocatus.ff.de bonis liberto.l.2.C. qui accus. non possunt. Sicut in causis ciuilibus ita fieri consuetum est. d. §. sin autem alterutra. Hypol.in d.§.patre.num.21. & singula.137.& 485. Tiraquel.de retract.conuentio.§.1. Glo.2.num. 58.Couarru.pract.quæstio.cap.27.num.3.Et ne metu huius condemnationis retrahatur ab accusando, delictáque impunita remaneant. Quæ autem dicatur iusta causa? in arbitrio iudicis consistit.l.qui solidum. §. etiam. ibi, si ratio litigandi non fuerit, de lega. 2. Alexand.in d.§.sin autem.num.17.Ias. num.8. Ruin. consil.1.num.24.lib.3.Decius, & Cagno. in l.qui in alterius,de reg.iur.Mono.de arbit.lib.2.centu.2. casu 177.num.3.

In causa autem huiusmodi habebat collegium iustam occasionem accusandi, & hunc non carere suspicione. Ideo voluerunt domini expensas compensandas.

SVMMARIVM.

1 *Suos collectiuum an referatur ad testatorem, vel grauatos hæredes.*

2 *Verba in dubio magis ad testatorem, quàm hæredem referenda.*

3 *Fideicommisso familiæ relicto, an proximitas consideranda sit respectu primi testatoris, an illius, qui debet fideicommissum restituere.*

4 *§.fideicom.l.cum ita.de lega.1.vera declaratio.contra Couarru.*

5 *Fideicommiss. iniunctum filijs, an in filios filiorum extendatur.*

6 *Primo gradu vocatus, vlteriores excludit.*

7 *Ordine scripturæ colligitur, prius nominatum magis dilectum.*

8 *Testator censetur conformare voluntatem suam, cum dispositione iuris.*

9 *Fideicommissa seruant ordinem succedendi, sicut ab intestato.*

10 *Copula, æqualiter copulat.*

11 *Verba, & suos, copulant præcedentia, vnumq́ gradum faciunt.*

12 *Nepos simul succedit cum patruo ad aui & patrui hæreditatem. & num.14.*

13 *Glo.in §.in fideicomm.l.cum ita. de lega. 2.declaratur. 17.& 18.*

14 *c. Raynutius. noua, & vtiles declarationes. 16. 17. 19.22.23.*

15 *L.Titius.ff.de suis, & legi. non habet locũ in fideicom.*

16 *Successio, quæ defertur ex dispositione hominis est magis priuilegiata illa, quæ ex dispositione legis. & quæ sit ratio? defenditur commu. contra Tiraquel. & Couarru.*

20 *Nomine proprio vocati præferuntur illis, qui appellatiuo.*

21 *Hæc verba dictos suos liberos, an importent expressionem nominum propriorum, in præcedentibus expressorum.*

DECISIO XXXVII.

Si aliquis filiorum meorum sine liberis decesserit, substituo superuenientes, & suos moriente vno sine liberis, relicto fratre, & nepotibus ex altero fratre, an simul ad fideicom. admittantur? casus subtilis, & difficilis.



O. Bartholæmeus de Nouarinis Auenio.institutis suis filiis hæredibus, Antonio Iacobo, Balthesare, Ludouico, & Francisco, Ita substituit. Si contingat aliquem ex suis prædictis liberis sic institutis decedere sine liberis quandocunque, tũc & in eum casum substituit sic decedenti dictos suos liberos sic institutos, superstites, & tunc viuentes, æquis partibus, & portionibus, ac suos. Mortuo Antonio sine liberis, relicto domino Iacobo legum comite fratre, necnon liberis Balthesaris prædefuncti fratris: quæsitum fuit an solus Iacobus ad fideicom. admitteretur exclusis nepotibus, an simul cum illis? Et quia alta est quæstio, visum est priùs quædam dubia, tanquam primordia rerum dissoluere.

1 Primò, an † collectiuum (& suos) referatur ad testatorem vel ad grauatos hæredes? Si ad hæredes, nepos non esset ita proximus patruo, sicut est frater, qui alium vno gradu præcedit.l.1.§.2. gradu. & §.3. gradu.ff.de gradi.affini.& id voluit Cor. consil.295. nu. 10.& sequent.& Bertrand.consil.145.num.4.libro 2. Sed alia præualuit opinio ad testatorem, scilicet referendum, qui de suis intellexit, non suorum hæredum. l.ex facto. in princip. ibi vt hæreditatem suam restituat.ff.ad Trebel.vbi glo.exponit suam, id est rogantis.l.Gallus.§.& quid si tantum.ibi post mortẽ suam. ff.de liber. & posthum. l. debitor.ibi, filiæ suæ id est,

2 rogantis.ff.ad Trebel. Idque † generale est, vt quotiens verba ad testatorem, vel hæredem referri possunt, potiùs testatori ascribantur. l.filiusfamil.§.diui. vbi de Ripa.nu.31.de lega.1. & in d. l.ex facto.nu.5. Alexand.consil.20.num.4.5.lib.2. Curt.Iu. consil.5. num. 4. 5. Quia maiorem gerit affectum erga suos,

quàm

quàm alterius.l.Lucius.in fin. ff. de hæred. institut.l. cum auus. de condit. & demonst. Nec obstat consil. Cor.si quidem subiecta materia suadebat, vt illa verba,sibi substituit : filiam, & auiam respicerent , ne in dispositione esset superfluitas. Bertrand.etiam loquitur de duplici dispositione,vna filiorum, & in ea veniunt sui testatoris,in altera, vxoris vocatæ deficientibus liberis primò institutis. Ideo verbum suis,vxorem respicit,vt ad proxima relatio fiat.l.si seruus plurimum.§.fin.de lega.1. Et hanc nostri maiores communem attestantur. vt Ruin.consil.15.num.19.lib.3. Parif.consi.88.num.36.lib.2. Roland. à Valle consil. 70.nu.78.lib.3.& nouiss.d.Francisc.Manti.lib.8.tit.14. num.20.

3 Secundò † ardua inter nostros vertitur disceptatio,quando fideicommissum familiæ relinquitur, vel per alia verba collectiua,quibus proximiores vocantur primis deficientibus, an proximitas considetanda sit respectu primi testatoris,an verò illius vltimi, qui fideicommiss.debet restituere? veluti, pater ex prima vxore habet liberos,ex secunda,alios, grauauit vnum si sine liberis decesserit,suis restituere,an frater vtrinque coniunctus , præferatur alteri ex vno latere tantum ? præferretur quidem,si personam grauati inspiciamus,secus si personam testatoris,cui omnes sui liberi pari gradu coniunguntur , vt scribit Bart. in l. re coniuncti. nu.62.de lega.3. & in l. Lucius.nu.21.vbi de Rip.num.43. de vulga. Cra. consil.43. Vel finge, Titium ita grauatum,decedere relictis patruo, & fratribus patruelibus ex altero patruo,patruus est Titio in tertio gradu, patrueles in quarto , respectu autem testatoris filij intrant in locum patris. §. cum autem. & §.cum filius.Instit.de hæredit.quę ab intestato deferun. Alexand.consil.36. num.6. vel si testator plures habeat fratres germanos , vel vtrinque coniunctos.& fratrem grauauerit restituere fratrib.&c.iuxta auth.itaque.C.commu.de success.& auth.cessante & authent.post fratres. C.de legi. hæred. de qua loquitur Paul.de Cast.in l.fi.C.de verb.signific. Si stantib. masculis fœminæ non succedant patri,& patruus instituat nepotem,& post mortem eius liberos,an filiæ succedent simul cum masculis. succederent quidem si habeatur ratio ad personam primi testatoris , non vltimi. vt scribit Socin. consil.73.num.13.14.15.16. libro 4.

Huius quæstionis difficilis est resolutio , propter tantas nostrorum varietates,& inconstantias. Maior (vt mihi videtur)& sanior ea est opinio,inspiciendam esse proximitatem grauati , & non grauantis.argum. l.cum auus.ff.de condit.& demonstrat.& cap.primo. de natura successio. feudi. Et quia fideicommissa transeunt de successoribus in successores. l.2.§. legitima.ff.de suis,& legi.l.in annalibus. C.de lega. hanc molti sequuntur,veluti Bartol.Socin.in l.si cognatis. num.40.de rebus dub.& in l.hæredes mei.§.cum ita. num.16.ad Trebel.& consil. 249. num.20. cum seq. lib.2.& consil.51.num.31. & consil.73. num.13.14. 15.lib.4.Ruin.consil.159.num.6.lib.2.& consil.166. num.5.& consil.sequent.num.6.& consil.171.num. 18.& consil.191.num.7.& consil.203.nom.20.lib.2. & consil.35.num.10.lib.4. Alciat. consil.32. num.8. lib.9.Socin.Iuni.consil.126.num.21.lib.1. Roland.à Valle confi.fin.lib.1.Cephal.consil.45.num.20. cum seq.Deci.consil.25.& consil.100.num.5. lib.3. Cum multis aliis quos refert dominus Francisc.Manti.lib.8. tit.12.num.3.vt sit communis.

Alij verò non minoris auctoritatis iuris professores cōtrarium opinati sunt, illúdque esse magis commune. Quia in fideicommissis testatori succeditur, non eius hæredi.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulga. Et actus attribuatur ordinanti , non ei qui exequetur.l. patet ex prouincia.§.fio.ff.de manu. vindic. l.item.§. si decuriones.ff.quod cuius.vniuer.no.parui enim refert an ipse ordo elegerit , an is cui ordo negotium dedit. huic seruit vulgata regula , qui per alium facit. & ea nostra dicimus quibus auctoritatē impartimur. l.2.§.ea nostra. C.de vete. iure enuclean. huic similis est text.in l.si hæres testamento. ff. de actio. empt.vt dicantur scilicet bona primi testatoris. Paul. de Cast. consil.441.num.2.lib.1.Socin.consil.114.c.fin.lib.3. Craue.consil.154. num. 1.2. Et hanc sequitur Alex. consil.13.num.3.lib.2.cum multis aliis in addi. positis.& in l.cohæredib.§.qui discretas.de vulga.Bald.in l.in testamento.C.de milit.testa. Et quia grauatus in bonis sibi relictis , magis fuit dilectus, tanquam magis proximus testatori. eadem ergo ratione(defuncto grauato) debet præferri qui testatori est proximior, vt ab origine argumentum valeat.l.vnum ex familia. §.si de falcidia.& §.sed si duos.vbi glo. de lega.2. l.1. ff.de orig.Iuris.& à capite sumatur.l.argentarius.§.1. de eden.vt Rui.consuluit consil.142.num.16. & seq. qui respondet argum.Bart.Socin.lib.3. Rubeus.consil.126.num.2.Decius consil.1.num.2.3.4.Ias.consil. 215.num.2.lib.2.dicens magis communem.& consi. 159.num.1.lib.4. Nata consil.675.num.24. Alciat.in l.cum ita.§.in fideicommiss.num.7. de lega.2. qui dicit , eos qui contrarium sentiunt esse leuis armaturæ milites. & consil. 102. num.7. & 8.lib. 9. Roland. à Valle.consil.70.num.78.lib.3.Tota ista controuersia ab illo solo §.in fideicommissi. resoluitur, cuius verba sunt hæc.

4 In fideicommisso, † quod familiæ relinquitur , hi ad petitionem eius admitti possunt , qui nominati sunt , aut post omnes extinctos , qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore , quo testator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati sunt. Nisi specialiter defunctus ad vlteriores voluntatem suam extenderint.

Dubium manet, super illis verbis. (Et qui ex his) Soci.intelligit grauatus, vt post omnes extinctos nominatos ad petitionem fideicomm. admittantur, qui proximo gradu ex his grauatis sunt procreati.

Alij referunt ad proximiores testatoris vt aduertit Couarru.practi. quæst. cap.37. num.3. dicens per illom text. proximitatem esse considerandam respectu testatoris non hæredis grauati , cum ibi dicatur post nominatis extinctos admittendos,qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur ecce quod vocat prius eos , qui sunt de nomine testatoris,& eos,qui ex his scilicet proximioribus, & ex nomine testatoris existētibus proximo grado sunt procreati. quod adiuuatur , ex eo quod ante illa verba (& qui ex his) loquutus fuerit qui ex oomine defuncti fuerant , de quibus etiam censetur loqui , ibidem continuare propositum vt ad proxima relatio fiat,& ne videretur superflua illa copulatiua si nō repeteret illos, qui ex nomine testatoris fuerant, addit vt non passim omnes admittantur,nisi qui proximo gradu procreati sunt. iuxta.l. pero.§. fratre. de leg.2. huic seruit. l. ea tamen adiectio. de lega. 3. copulatiuam scilicet aliquando ampliare dispositionem. not. de Rip.in cap.2.num.47. & declarare præcedentia,vt docet Bart.in l. 1. C. de summa trinit. & in l. omnes populi.ff.de iusti.& iure.Paul.de Cast.in d.§.in fideicom. num.4. hæc adducimus pro adiuuanda & sustinenda D. Didaci opinione sed & si magnopere eius

ratio,

ratio, & auctoritas nos moueat, nō tamen à communi dissentiendum putamus.

Si quidem nomen in textu positum pro familia accipitur, secundum glo. ibi communiter receptam. & probat l. cum pater. §. ab instituto. de lega. 2. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. signif. Alexand. in l. 1. ff. de iure immu. Bened. in cap. Raynuntius. num. 47. cum seq. hinc seruit. l. cum filius. §. pater. ibi, in honorem nominis mei. de lega. 2. Decius consil. 273. hinc Ouid. 2. fasto.

At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
Nomina, per titulos ingredimúrque tuos.

Ideo sequentes, & proximi eorum qui extincti sunt æquè de nomine, & familia testatoris esse dicuntur, alioquin non admitterentur ad legatum, vnde hoc præsentiens glo. ibi dicit, post nominatos non esse admittendos præcedentes, vt fratres defuncti, & patrui, sed sequentes, & textum denotare ordinem successionis, non graduum. Nam si nominatus filius relinqueret nepotes (qui sunt pronepotes respectu patris nominati) excluderentur à fratre defuncti testatoris, vel patruo eum isti sint testatoris proximiores, vel deinceps. quod esset absurdum, & contra defuncti mentem, qui præsumitur in perpetuum voluisse familiam suam per descendentes extendere. l. liberorum. ff. de verb. signif. & habuisse affectionem in posteros suorum hæredum. d. l. cum auus. & d. §. fere. hinc dici solet, amorem descendere, non ascendere. vt Aristot. ethicor. lib. 8. l. isti quidem. ff. quod me. causa. Benedict. in cap. Raynuntius. in verbo de Cleta. in fin. Chassa. in consuetu. Burgund. in verbo, *des Filies, & droictz d'icelles.* Rub. 1. num. 34. Ideo commodius est, vt proximitas ad descendentes potius referatur. Et licet in fideicommiss. primo testatori succedatur, & in illius bonis. d. §. cum filiæ. hoc ideo quia adita hæreditate nō amplius dicitur hæreditas testatoris: sed patrimonium hæredis. l. 1. §. veteres. vbi glo. & l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. Ideo in his grauamen vlterius extenditur, & testatoris persona inspicitur. l. 1. in princip. ibi quo magis in reliquum confirmentur supremę defunctorum voluntates. ff. ad Trebel. Et Instit. eo. in princip. not. Ias. in d. §. veteres. num. 19. Non ita in ordine successionis, qui debet regulari ab illo, à quo fideicommissum accipitur, quia ipse est qui tunc tradit, & transfert iura & actiones, non testator. §. sed quia stipulationes. Insti. de fideicom. hæred. l. 1. §. sed quotiens. l. restituta. ff. ad Trebel. Alexand. consil. 82. num. 3. lib. 2. Decius consil. 243. num. 3. & consil. 424. num. 15. sed de his satis.

5 Tertia † dubitatio inter nos orta est, an fideicom. in filios filiorum extenderetur, velutí, si liberi domini Iacobi sine liberis decederent, an censerentur grauati ad inuicem restituere? & deinceps: quod videbatur per l. peto. §. fratre de lega. 2. ibi, Ne tamē sequentium causa propter superiores in postetum lædi debet. Eaque sit collectiui natura vt plures gradus sequentes respiciat. l. fin. C. de verb. signif. Cot. consil. 152. num. 2. lib. 3. contrarium opinati sunt omnes. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Oldra. consilio 21. num. 1. 2. 3. & consil. 40. Deci. consil. 63. num. 2. & consil. 93. col. 4. versi. quarta & vltima. & consil. 211. nu. 5. Ne liceat grauamina extendere de personis ad personas, de quibus non fuit loquutus. l. 1. & C. condit. inser. l. hæredibus. C. ad Trebel. l. vxori. C. quand. dies lega. ced. Cra. consil. 67. num. 9. Manti. lib. 6. tit. 14. num. 22. Nisi grauamen respiceret familiam vel agnatio. tunc proximus admissis & deficientibus sequentes proximiores admittuntur. d. §. fratre. & §. in fideicom. Ancha. consil. 27. col. 3. versi. præterea. Soc. consil. 113. num. 6. libro 1. Deci. consil. 516. num. 16. Cra. consil. 161. num. 9.

6 Quibus † expeditis, dicebat D. Iacobus patrem duos fecisse substitutionis gradus, in primo solos vocasse superstites filios. In secundo filiorum suorum, id est, descendentes. Et vbi primus gradus locum habere potest, secundus non admittitur. l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. l. publius. de condit. & demonstrat. l.

7 hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. vt ordinem † scripturæ sequamur, qui demonstrat prius nominatos magis fuisse dilectos. l. generaliter. §. si quidem. ff. de fideicomm. hæredi. l. quotiens. ff. de vsufruct. l. qui soluendo. 2. ff. de hæred. Inst. Felin. c. cum dilecta. nu. 4. de rescript. Craue. consil. 147. num. 2.

8 Et † filios præferēdos esse nepotibus. §. intestatorum. Insti. de hæred. quæ ab intesta. deferun. l. Iurisconsul. §. 1. gradu. ff. de gradi. affi. Ex ordine charitatis. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. §. si plures. Instu. de legiti. agna. success. l. 3. §. si duo. ibi, post filium tunc nepotem. ff. de legi. tuto. d. l. hæredes mei. §. fin. Iasin d. §. quidem recte. num. 26. Ang. consil. 38. num. 3. Alexand. consil. 25. num. 2. libro 4. Bero. in d. cap. Raynutius. num. 49. Tiraquel. de retract. consil. §. 11. glossa 4. num. 1. & 2. vbi, in retrahendo, & aliis delatis iuribus, priores gradu remotiores excludunt. l. 1. §. si intra. ff. de success. edicto. l. 1. §. proximus. ff. vnde cogna. cap. ne pro defectu. de electio. Hinc bene dicitur, nullus est amor qui vincat paternum, non dicit auitum. l. fin. § fin. C. de cura. furio. l. nec in ea. ff. de adulte. l. diuus. ff. de p̄rri. l. 3. ff. de patria potes. Quia filium vidit, amauit, & dulci illius familiaritate vsus est. Non idem in nepotibus. l. Titius. ff. de suis, & legiti l. si cognatis. de reb. dub. Portius consil. 54. Deci. consil. 217. in fi. succeditur. Alex. consil. 27. num. 15. lib. 3. aliqui dicunt. d. l. Titius. loqui, quando ab intestato, sed verius est vt eū quando ex testamento & dispositione substitutionis collata est in tempus alicuius incerti euentus, vt satis sit esse in rerum natura tempore quo euenit casus substitut. Suc. in l. si cognatis. col. 14. versi. quarta & vltima cōclus. & consi. 10. num. 12. lib. 3. Rube. consil. 6. num. 1. Maria. Socin. consi. 135. lib. 1. Et ita ius commune disponit, quod velle obseruare testator præsumitur in suis dispositionibus. l. si duo. ff. de acquir. hæred. l. nemo potest. de leg. 1. Batt. in l. hæredes mei. §. edita. vbi de Rip. num. 75. 76. & in d. l. nemo potest. nu. 2. cum sequent. Cra. consil. 225. num. 9.

9 His † accedit, quod in fideicommissis seruatur similis ordo successionis, & graduum: sicut obseruari solet, quando hæreditas ab intestato defertur, vt scribit Bart. in l. fin. ff. ad Trebel. Socin. in d. l. si cognatis. col. fi. versi. sexta, & vltima. Dy. in l. cohæredi. §. qui discretas. Paul. de Cast. in l. fin. num. 6. Ias. num. 25. C. de verbor. signific. Cor. consil. 22. num. 14. lib. 2. Soci. consil. 51. num. 20. lib. 4. & consil. 49. num. 1. libro 1. Decius consil. 153. num. 4. & consil. 155. num. 3. & consil. 199. num. 7. Ruin. consil. 107. num. 8. & consi. 150. num. 9. & consil. 165. num. 9. lib. 2. Manti. lib. 8. cap. 13. num. 2. Ab intestato autem prius vocantur filii, & deinde nepotes. §. intestatorum. Institu. de hæredi. quæ ab intesta. defer. authen. in successione. C. de suis & legi. Ideo ipse deber nepotes excludere.

10 Illi † verò se simul fuisse vocatos ab auo in stirpes eo casu, quo aliquis filiorum suorum sine liberis decederet, per illa verba substituit superuiuentes, & suos, per copulam, vnū tantum substitutionis gradum faciendo,

faciendo,& æqualiter.l.vni. §. his ita. Cod.de caduc. tollend.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duobus reis.l.re coniuncti.de legat.3.l.1. Cod. si plures vna sentent. canon. in cap.2. vbi de Rip. numero 40. de rescript.

11 Ad † cuius veritatem requiritur vtriusque cõcursus. l.si hæredi plures.ff.de condit.instit. §. penult. Instit. de hæred. instit. Et si solos succederet natura copolatiuæ corrumperetur, quod non præsumitur voluisse testator.l.non aliter.de legatis tertio.l.Labeo. ff.de suppelect.legat.cap.1.requiris.de appellat.Cra.consi. 35.num.6.& consil.62.numero 13.Caehera.deci.81. num.1.2.

12 Deinde, † quia iure communi,nepos simul succedit cum patruo in patrui hæreditate. authent.cessante.C.de legi.hæredi.in stirpes cum fratre defuncti. §. sin autem defuncto. in authen. de hæredi. ab intesta. venien.

Et idem vbi agitur de auita hæred.§.cum filius.Institut.de hæredit.quæ ab intesta. defer. æquum enim esse videtur (inquit) nepotes in locum eorum patris succedere.

13 Et † ita voluit gloss. in d. §. in fideicommiss. quæ dicit nepotes simul cum patruis ad fideicommissum familiæ relictum debere succedere,licet sint in dispari gradu.d. §.cum filius. Cuius dictum videtur communiter approbatum, si Alexand. credamus consilio 88.num.2.lib.1.& consil.26.num.11.lib.3. & consil. 124.num.2.lib.7. Aretinus consil.162. Socin. consil. 292.num.17.lib.2. & consil.51.num.19.lib.4. Crau. consil.67.num.5. Manti.lib.8.tit.9.num.2.adde Molinæ. in consil.Alexand.26.num.13.lib.3. Fortius ergo sunt admittendi nepotes in fideicommisso huiusmodi,in quo ab auo cum filiis expressè vocantur,per verbum:& suos.l. ille aut ille.§. cum in verbis. de legatis 3.l.continuus.§.1. ff. de verborum oblig. Alex. consil.121.num.13.lib.2.

Possunt etiam in medium afferri, alia multa iura, & consilia diuersorum autorum: quibus probatur, nepotes non solùm in fideicommissis, sed in aliis facultatibus in locum eorum patris simul cum patruis succedere,paritérque vocari. vt Aretin.consilio 164. col.fin.versic.venio ad quartum. Alexand. consil.68. lib.1.& consi.26.num.13.lib.3.& consil.124.num.3. lib.7.Cot.consilio 97.num.6. lib.1. & consil.37.nu. 7.8.9.eo.lib.Deci.consil.87.in fin. & consil. 443. nu. 9. Alexand.consil.82.num.2.3.Bertrand. consil.301. num.1.lib.1.& consil.105.num.37.lib.2.Tiraquel.de primoge.q.40.num.192.quibus adde Decium consi. 217.num.1.

14 Allegabam † etiam in fauorem nepotum. ca.Raynutius.in quo adiecta fuerat substituta Alteroqua,& soboles, quam gestabat in vtero,si sine liberis decessisset,mortua illa sine liberis, vterque mater, & filius ad fideicommissum admittitur.

Et nisi fuisset filio debitum summus Pontifex non confirmasset sententiam iudicis à quo fuerat appellatum.l.Herennius.§.Caia.ff.de euic.

Neque videbantur impedire nepotes rationes à patruo allegatæ.si quidem d.l.hæredes mei.§. si. cum sim. quæ disponũt prius admittendos filios,loquuntur alternatiuè. Nos de copolatiuè vocatis, in quibus requiritur omnium concursus,vt dictum est, & l. vbi autem.§.qui illud,aut illud.ff.de verborum obligat.l. sæpe.ff.de verborum significatione. cap.in alternatiuis.de regulis iuris, & scribit Alexand.consil.30. nu. 3.4.5.libro 2. Idem in l.cum pater.§.pero. de legat.2. Bart.in l.cum quidam.in 3.oppo. C. de verborum significatione. Et vbi nepos succedit cum patruo, voluntas testatoris non posset esse magis cõformis cum dispositione iuris communis ita dicentis in d.authen. cessante.& d.§.cum filius. Et cum omnes copulatiuè vocauerit sub vna verborum constructione colligitur æqualis dilectio.l.vni.§.his ita.C.de cado.toll.

15 Nec † etiam illis obstabat d. l. Titius. quæ locum non habet in fideicomm.quæ extenduntur in infinitum,& ad eos,quos nunquam testator viderat.l.cum pater.§.hæreditatem. de legat.2. Alexand. consil.26. num.14.lib.6.Deci.consi.217.in fine. quos licet non viderit, per eos tamen diuturnitatis memoriam sibi relinquit. l.liberorum. in fin.ff. de verborum significatione.ibi,Nec enim dulci nomine possumus nepotes nostros, quàm filij appellare. & j.decis.84. Nec similiter solus charitatis ordo considerandus est, nisi adsit necessitas instituendi vt præferatur filius nepoti.d.§.quidam rectè.vbi Ias.num.21.Rubeus numero 19.hic autem nulla fuit instituẽdi necessitas cum iam finita fuisset vulgaris.l.post aditam.C.de impube.

16 Tandem † huius quæstionis scopus eo reducitur, an verum sit nepotes in fideicommissis patris personam repræsentare, vt simul cum patruo succedant? Succederent quidem si glo.in d.§.in fideicommis. sequeremur, licet illi in dispari sint gradu. Bald. ibi repræhendit.gloss.quod nimium generaliter loquatur. Cum solùm locum habeat in illa successione, quæ à lege introducitur, de qua loquitur d.authen.cessante.& d.§.cum filios. Secus verò vbi ageretur de successione hominis, veluti, de fideicommissis, quia lex non ita moderatur dispositionem testatoris, sicut facit suam.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.iuncta.l.generaliter.§.cum autem.C.de institu. hinc dici solet,lex suum,non tibi tuum denegat auxilium. glo. in l.assiduis,C.qui potior.in pigno. habean. Ideo in legalibus successionibus nepotes simul admittit, vbi autem de fideicõmissis agitur, magis sequimur mentem testatoris, qui præsumitur plus diligere filium, quàm nepotem.

Et vt propriè verba intelligantur, quibus constat filium proximiorem esse nepote,qui venit per repræsentationem,& sic fictè,& impropriè, vt scribit Bald. in d.authen.cessante.col. fin. hinc in successione statutoria, quæ vocaret proximiores veniret nepos simul cum patruo.Alex.consil.88.num.2.lib.1.Decius consil.484.num.67.Couar.pract.quæst.c.38.num.4. vers.3.Cum lex dicatur municipalis.l.omnes populi. ff.de iust.& iure.

Veruntamen differentia quæ fit inter dispositionem legis, & hominis circa deferendas successiones non videbatur probabilis, propterea quod hominis etiam dispositio secundum ius commune intelligenda est, & restringenda. d.l.nemo potest, vnde videmus fideicommissum familiæ relictum à lege interpretatur vt priùs proximioribus debeatur. d. §. in fideicom.d.l.fin.C.de verb.sign.d.§.fratre.l.1. C.de secund. nupt. cum si. Ideo eadem ratione deberet intrare nepos in locum patris etiam in fideicommissis, vt voluit Tiraquel. in tracta. primogenio. quæst.40. num.187. quem sequitur Couar. vbi s. vers. ex quibus infertur. Cæterum,cum Bald. auctoritas non sit leuis. Imò veneranda, vt aduertit Paul. de Cast.consilio 152.col.fin.lib.2.& nullum ignorauerit textum, teste Ias.in l.lecta.ff.si cert.pet. Craue.consil.166.nu. 4. habeátque secum multos comites, & socios,veluti Alexand.in d.consil.88.num.2. lib.2. Ias. in l. qui liberis.§.hæc verba.& in l. si pater impuberes. de vulga.Deci.in d.consil.1. col.2. versic.3. non obstat. vbi dicit commu.Alexand.consil.36.num.8. & consi.37. num.4.

num. 4. 5. & consil. cum multis aliis non putamus à Baldi doctrina recedere.

Nec obstat quod à modernis, viris quidẽ doctissimis opponitur, etiam fideicommissa capere latas, & necessarias à iure communi interpretationes, & ob id non debere dici magis hominum dispositiones.

Respondetur, tametsi hæc differentia expresso iure non reperiatur, nihilominus ratione non caret, quod potius fideicommissum dicatur dispositio hominis, quam legis. Cum totum à mente hominis voluntate reguletur, & interpretetur. l. in conditionib. primum locum. de condit. & demonstra. vbi apertè dicitur in conditionibus, id est, fideicom. primum locum defuncti voluntas obtinet, eásque exigit conditiones. l. 5. C. de liber. præteri. l. 2. C. commu. de lega. Et coniecturis formatur, non sulum expressis verbis. l. cum proponeretur. de leg. 2. Sed & nutu. l. nutu. de lega. 3. l. & eo modo. de lega. 1. Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de doo. Et licet à lege regulentur, non sequitur. Cum etiam contractus, iudicia, rescripta, statuta, & quæuis alia à legibus moderationem recipiant, & interpretationem, ne alioqui irregularia dicantur, & illegitima. l. leges. C. de legib. l. legitima conuentio. ff. de pact. secundum quam legem, omnes viuere decet, cum sit commune præceptum, & regula iustorum, & iniustorum. l. 1. & 2. ff. de legib. Ideo vt ab speciali nomine, quam generico demonstrationem acciperent. l. nominatim. ff. de libe. & posthum. & propter illam, quam habet hominis voluntas in fideicommissis dominationem voluit Baldus fideicommiss. hominum dispositiones vocare. arg. l. quæritur. ff. de stat. homi. hinc dicimus præualere, & esse anteponendum illud, quod plus esse dicitur. l. sanximus. §. ne autem. C. de dona. l. & si non sint. §. fin. de auro, & arg. lega. Gemmæ vasis aureis, vel argenteis positæ vasis cedunt, quoniam hoc spectamus quæ res, cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita: non quæ sit pretiosior. Ita magis inspicienda est voluntas in fideicom. quàm legis interpretatio, licet sit dignior, & pretiosior, cum facta sit fideicommissi ornandi gratia, & inuenta, his adiungitur. c. 2. de conuers. infidelium, cum si.

17 Præterea † illa glo. nihil ad casum de quo est quæstio facere videtur, quæ loquitur quando fideicomm. familiæ relinqueretur, vt tũc nepos cum patruo concurrat, vt aduertit Soci. in consil. 51. lib. 4. Couar. vbi s. versi. 9. Nos de substitut. facta sine liberis, quæ vo-
18 cant liberos superstites & suos. Imò † si diligentius inspiciamus videbimus glo. plures habere contradictores, quàm defensores, & vltra suprà nominatos, pugnat contra eam Cuma. consi. 18. num. 3. Alex. sibi contrarius consil. 114. num. 6. lib. 2. consil. 4. num. 19. lib. 4. consil. 129. nu. 2. 3. lib. 5. Ias. & Deci. in l. si auia. num. 6. C. de success. edict. Decius consil. 1. num. 4. 5. Alex. consil. 37. num. 5. Cur. Iu. consi. 154. nu. 6. Paris. consil. 40. num. 24. & 37. & consil. 37. num. 69. lib. 2. Nata consi. 679. nu. 20. Cum aliis quos allegat. Manti. lib. 8. tit. 9. num. 2. cum seq.

19 Veruntamen † adhuc non quiescebat iudicãtium animus, ex eo quod nepotes erãt expresse vocati cum superstitibus filiis per copulatiuam & suos, ad cuius veritatem requiritur omnium concursus, vt suprà diximus.

Respondebat D. Iacobus testatorem nomine proprio vocasse filios, nepotes verò appellatiuo, & præferendos, qui nomine proprio vocantur. d. §. in fideicommiss. ibi, si ad petitionem eius admitti possunt qui nominati sunt. & d. §. fratre, quod comprobat Bald. in consi. 492. lib. 2. vbi testator instituit Colam, & suos, prius Colam. & deinde descendentes. Alex. d. consil. 30. lib. 2. Guid. Pap. consi. 155. & consi. 122. Rui. consil. 152. num. 4. in quarto casu. lib. 5. Collegium Bononien. vt scribit Beroius in c. Raynutius. num. 122. Quia verba collectiua, veluti descendentes, liberos, suos, familia, nomen, agnatio, genus, domus, & similia in infinitum extenduntur, continéntque multos personarum gradus. d. l. fin. C. de verborum signifi. & l. liberorum. & d. §. fratre. & veluti incerta, & dubia nõ tantum operari debent sicut propria nomina, quę singulariter personas demonstrant, vt illi dicunt, ex tacita mente testatoris, qui præsumitur magis dilige-
20 re proprio nomine vocatos. Et † si dicatur filios non fuisse in substitutione proprio nomine vocatos, sed appellatiuo. Dicendo sic decedenti substituit suos liberos superstites, & suos. Respondetur, perinde esse, ac si propriis nominibus vocarentur, quia eos prius
21 proprio nomine in institutione designauerat. Et † paria sunt aliquid per se certum esse, vel per relationem ad aliud. l. certum. ff. si certum petatur. hoc voluit Bart. in l. qui liberus. §. hęc verba. de vulga. Ruin. consil. 154. num. 23. lib. 2. Maria. Soci. consil. 63. nu. 9. 10. lib. 2. Alex. consil. 40. nu. 6. Cur. Iun. consil. 161. nu. 7. & in l. 2. num. 13. C. de success. edict. Paris. consil. 18. num. 66. 72. lib. 2. Manti. lib. 8. tit. 9. num. 8.

22 Et cum † omnes iactare aleam essent parati vna sola difficultas, quæ in mentem venerat nos retardauit, & retinuit. ex d. cap. Raynutius orta. vbi, Altero-qua proprio nomine vocata est: eius autem filius appellatiuo per sobolem, & tamen vterque æqualiter admittitur, quamuis vocatio de sobole sit incerta, & dubia. l. verum. ff. de rebus dubiis. l. si pater. ibi, nam Aristoteles scripsit, quinque nasci posse: quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere possunt. ff. de sulu. l. antiqui. ff. si pars hæred. petat.

Variæ dantur solutiones, quod ita facto contigit, non iure, volentéque matre: quæ gaudebat filium
4 fieri participem huius noui cõtingentis boni vt animosius litem prosequeretur cõtra aduersarios. Deinde eum principalis quæstio non verteretur an filius rectè cum matre peteret: sed circa quartarum detractiones non curauit summus pontifex de his in sententia mentionem facere. Hæc tametsi vera esse possint, & contigisse, tamen cogitata magis dicuntur, & diuinata, alij pro sententia præsumendum. l. Hærennius. §. Caia. ff. de euic. cap. fin. de sentent. & re iudica. ita nostri maiores. in dict. §. quidam rectè. vt Socin. colum. 2. versi. circa secundum, & ibi, sed contra Bart. Bero. in d. cap. Raynutius. numero 84. & Deci. consilio 253. numero tertio. Cuius contrarium voluit
23 ipsemet consil. 248. numero 2. Tandem † visum fuit non obstare, licet soboles sit collectiuum cum fuerit restricta ad eam solam, quam tunc in vtero gestabat. Secundum naturam huius pronominis (quam) quod solet dispositionem restringere. l. ea tamen adiectio. de lega. 3. l. 1. vbi Bart. C. de summa trinitate, ibi suam amisit proprietatem cum vno solo gradu comprehendatur, & contineatur. Non sic est in veris collectiuis, quæ in futurum, & sine præfinitione extenduntur, vt s. diximus, fuit conclusum solum patruum ad fideicomm. vocatum exclusis nepotibus neutram partium in expensis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius præsumitur contractus, quando duo continet, læsionem, & pactum retrouenditionis. Imo tertium*

tertium requiritur vt sit solitus emptor fœnerari, & num. 2.

3 *Delictum in dubio non præsumitur.*

4 *Contractus sequens est pars primi, & ab eo dependet.*

5 *Contractus ex interuallo initus suspicionem arguit.*

DECISIO XXXVIII.

De pacto retro venditionis, modico constituto pretio, cum retentione directi dominij, nullo, & reprobato.



ANTONIUS Flachaire, & Catharina Moniona coniuges, & rustici de Paternis, vendiderunt Domino Petro legum doctori, & aduocato Carpen. mediam partem vnius ruris cum terris nouem salmatarum, pretio centum florenorum. Eodémque die aliam partem nobili Ioanni eius fratri simili pretio. Post quatuordecim dies emptores concedunt in emphyteosim venditoribus rus, & terras apposito censu trium salmatarum tritici annis singulis. Et quotiens vendirores restituerent emptoribus illos ducentos florenos, & vndecim pro media parte laudemij reduceretur census ad vnum modium tritici, remanente directo dominio. Soluto cēsu trium salmatarum per annos quatuordecim: Rustici dispensati à iuramento agunt rescissione contractus, vel quod suppleretur iustum pretium, iuxta terminos l.2.C.de rescind.vendi.probando valuisse quingentis florenis. D. de Cadeneto primus iudex condemnauerat emptores soluere coniugibus tricenos florenos, aut restituere rus recepto pretio, iuxta legis terminos, & causa appellationis mihi commissa videbatur male iudicatum. Ex eo, quod ille cōtractus enormissimam læsionem continens, cum pacto retrouenditionis nullus ipso iure dicitur, si gl.credamus. in c. conquestus. de vsuris. & in c.ad nostram.vbi Panor. num.6. de emp.& vendi.& communem vocitar Alex.consil. 54.nu.1.lib 6.& sequendam cum faueat animæ arg. c.iuuenis de sponsa.Bert.consi.184.num.1.lib.1. Larius consi.219.lib.2.& consi.235.& consi.287.lib. 2. Albe. Bald. Paul. in l.emptione.C. plus valere quod agi.cum multis allega.per Deci.consi.692. Natā consi. 198.deinde veniebat in considerationem tres salmatas tritici eo tempore fuisse valoris triginta florenorum, & aliquando quadraginta, & nunc vendatur viginti. & sic pro singulis centenis vigesimos lucrabaotur fructus, quod iure non permittitur.

Et qualiter vterque emptor tradidit venditoribus octo sarcinas tritici loco pretij æstimati ad nouem florenos, & ita in primo anno cōsequuti sunt viginti septem, pro ducentis, in sequentibus verò vltra quadraginta ita aucto tritici pretio. Deniq; facta redemptione, res vendita semper seruilis remanebat cum onere vnius modij annui tritici & directo dominio, quod poterat æstimari centum florenis.

Et sic reprobatum esse, quando vltra sortem aliquid percipitur. c. quicquid. 14. quæst. 3. gloss. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. Decisan casu non dissimili consil. 167.

Appellati bene iudicatum licet factum fuerit pactum & læsio interuenerit, cum tertium adhuc requiratur, scilicet ementes fuisse solitos fœnerari, quod hactenus non fuerat auditum, cum sint viri egregij, & nobiles, & vasalli principis, optimæ vocis, & opinionis. vt voluerunt multi magnæ autoritatis viri, quos recitat Cepol.de simula.contract.c.26.versic.6. casu.Rol.à Val.consi.96.nu.19.lib.2.

Et hanc seruari in practica, & magis commu. attestatur Alex.consi.109.in fin.lib. 4. Ioan.And.in c. illo vos.de pigno.Aret.& Cardi.in d.c.ad nostram.Zaba. in cle.1.§.fin.num.28.de vsur. Quia pacta, quæ fiunt venditoribus pro redemptione rerum venditarū sunt honesta, & licita, & sine vllo conscientiæ scrupulo. vnde emptores licitè lucrantur fructus medio tempore perceptos. l. 2. C. de pact. inter emp. & vendi. Nec illis obesse poterat d.c. ad nostram. in quo concurrebant & aliæ multæ fraudis suspiciones, quæ hic cessant. Nec c.illo vos.in quo ex conuentione fructus in sortem computabantur contra naturam venditionis. At vbi contra fœneratorem ageretur: haberetur præsumptio continuatæ, & solitæ simulationis. l. Iulianus.§.idem Papi.ff.de actio.emp.l.non omnes. §. à barbaris.ff.de re milita.c.fin.de præsump.c. semel. de reg.iuris.lib.6.Socin.consi.248.num.1.lib.2. Non sic in homine probo, & integro, qui non præsumitur sinistros inire contractus.c.pen.de præsumpt.hinc dici solet, bonos viros omnia decent: cui simile est bona arbor nescit malos fructus producere. quando probaretur bona fama emptoris illa duo non sufficerēt. Soc.consi.248.in fin.lib.2.Crā.consi.145.nu.24.

Et in dubio præsumpta opinione contractus credendus est legitimus, non vsurarius. l. rogasti. §. si tibi, vbi Ias.num.7.ff. si cer.peta.l.quamuis.& ibi Bald. C. si quis alteri, vel sib.Craue.consi.156.num.1.hanc opi.sequitur Cagno.in d.l.2.num.56. Ad lucrom directi dominij, dicunt, & super imposito censu, licuisse hoc facere, cùm fuerint effecti domini per cōtractum emptionis, & de re propria liberè disponere. l. in re mandata.C.manda. Et non statim ita conuenisse, sed post quatuordecim dies.l.4.§.si ab ignoto.ibi, ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fieret venditio. ff.de manumis.Bart.& docto.in l.pacta nouissima. C. de pact. Alexand.consi.28.nu.3.lib.5.Panor.consi. 69. col.2. versic.tertio me mouet interuallum temporis. lib.2.Cor.consil.133.& consil.241.lib.1. Ias. in l.nemo potest.num.50.de lega.1.Molin consi.Alexand. 28.lib.5.

Ego autem absque alia longiori verborum contentione dicebam, hanc in emphyteosim dationem dependere ex prima ruris venditione.l.1.§.quæ onerandæ.ff. quarum rer. actio non detur. gloss. & Bart. in l.si venter.§.fin.ff.de pri.credito.cap.officij. de electio.Et partem illius esse.l.fundi partem.ff.de contra. emp.Bart.in l.Titium, aut Mæuium.§.altero.ff.de admi.tuto. Et factam occasione præcedentis cōtractus. Alexand.consil.43.lib.1.Craue.consil.284.nu.6.venditores semper in possessione remansisse, ex qua colligitur nescio quid, contra emptores.l.sicuti.§. superuacuum.ff.quib.mo.pig.vel hypo.solui.Bart.in l.post contractum.versic. tertio præsumitur. ff. de dona. & consil.65. col.2.versi. circa tertium. Calca.consil.27. nu.3.& consil.seq.Craue.consi. 156.num. 10. deinde videbā pactum redemptiuum factum post quatuordecim dies, quod apud me generabat maiorem simulationis præsumptionem, quasi pro maiori cautela, vt aduertit Paul.de Cast.consi.337.nu.4.& consi.343. num.3.lib.1. Alexand.consil.51. lib.4. & consil.191 num.5.& consil.120.eo.lib.4.quod in arbitrio iudicis consistit.Craue.consi.156.nu.18.Mnno.de arbi.lib.2. centu.1. casu. 13. qui arbitrabitur semper, ita ab initio fuisse inter partes conuentum.l.lecta. §. dicebam. ff.si cer.peta.Alberi.in l.si tibi pecuniam.ff.eod.Bald. consil.493.num.4.lib.4.Ancha.consil.434. Tiraq. de retract.

retract.conf.§.32.gl.vni. nu. 24. ex quibus videbatur suspecta à doctissimis collegis meis lata sententia. deinde quia illa opinio, quæ doo tantum requirit sanior videatur, & magis fauens animæ quàm vltra citatos, sequitur Chassa. in consue. Burg. tit. *des rentes vendues à rachept*. qui dicit ita iudicatum ab illo integro Parisien. senatu. Et de Afflic. per senatum Neapoli. Decis.95. Gram. Decis.76. nu.27.28. Thomas Ferra. Cautel.17. Cra. consi.156. nu.4. Titaq. de retract. conuen. in præfa. nu.3. cum seq. Cachera. decis.42. num.9. hie autem præter illa duo, adest & aliud scilicet quod facta redemptione emptores lucrabantur directū dominium, sub annuo censo vnius modij tritici perpetuis temporibus super ture, & terris, sine tamen causa, & pretio hinc malum, vt scribit Calca. conf.25. nu. 7.8.9. de Afflict. Decis.40. nu.19. Et hanc partem sequebantur multi ex dominis, sed tandem me autore facta est concordia, & ius restitutum actoribus, soluto pretio, cum decursis pensionibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Executio instrumenti quæ fit pro summis illiquidis non valet.*

2 *Statutum Auenionis, quo cauetur lite pendente liquidationem fieri posse, quo modo intelligatur.*

3 *Interesse licet non sit liquidum lite pendente liquidari potest.*

DECISIO XXXIX.

Executio instrumenti super rebus illiquidis valet, si pendente lite liquidentur.

MAGISTER Io. de Ruffo, tanquá auus maternus Magdalenæ Gauteriæ, obtinuit pignorationē contra bona quondam Philiberti Gauterij sui generi, tam pro dote Alizetæ de Ruffo etiam defunctæ, quàm aliis summis debitis in quibus ille reperiebatur obligatus. Captis bonis lite pendente, arbitri liquidauerunt alimenta coniugibus per patrem præstita ad sex centum florenos. Petit ille vt continuetur pignoratio, etiam pro summa liquidata, dicēs ex pacto matrimoniali fuisse obligatum præstare alimenta genero, & familiæ. generúmque recognouisse quandocunque liqoidarentur. & hæc paratam habere executionem, sicut vera summa in instrumento contenta, tanquam ipsius dotis pars, & accessoria.

1 Hæredes contra. Cum † tempore executionis illa essent incerta, & illiquida. l. hæc autem. §. non defendi. ff. ex quib. caus. in pos. ea. in illis verbis, hoc autem constare debet. Bald. consil.178. num.3. lib.4. vbi ait, iudicem cui nihil liquet, nihil posse. Cra. cons. 164. num.2. hinc si statutum prohibeat oppositionem contra instrumentum, intelligitur de illa quæ eneruaret, non quæ ad liquidandum proponeretur. Bart. in l. creditores. num.14.15. C. de pigno. Bald. in l. si causam. nu.7.8. C. de executio. rei iudi. Soc. cons.51. num.6.7. lib.1.

2 Aduocatus † creditoris allegabat statutū Auenio. lib.2. Rub.17. ar.1. quo cauetur, licere creditori facta executione probare media pro illius conseruatione, sed non est ad propositum, quia loquitur de facienda probatione qualitatis ipsius agentis, vel illius contra quem agitur, veluti, si tanquam hæres, vel cessionarius creditoris egerit, vel contra hæredem debitoris: hæc, & similia, facta executione liquidare permittit, licet repugnet iuris regula in l. postulante. ff. ad Treb. Et quia, in instrumento nominati non sunt, quibus actiuè, vel passiuè non datur actio. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Ias. in §. fuerat. num. 61. de actio. Hypo. singula.26. Boëri. Decis.10. nu.1.2. tamen hoc statutum permittit.

3 Cæterum ea † fuit omnium (me relatore) sentētia continuandam executionem, etiam pro summis ex alimentis debitis, autore Bart. in l. 1. ff. de eden. vbi inquit, si promiseris damna, & interesse, possum petere executionem instrumēti, quamuis interesse non fuerit liquidum: satis est si postea in processu liquidetur. Bart. seqoûtur doct. communi calculo, vt Bald. Fulgo. Paul Roma. Alexan. testantur licet Ias. ibidem num.30. à communi recedat. Idem Bart. in l. 2. C. de senten. quæ sine cer. quan. gl. & Bar. in l. 1. num. 17. & ibi Alex. de lega.2. Antho. Mossa. de literis in forma Came. tit. de liquidatione.

Postquam enim promissum fuit in instrumento, de illo iudicandum est, sicut de summa principali etiam respecto executionis faciendæ, & tanquam de instrumenti parte. Ias. in §. fuerat. num. 62. de actio. Dec. consil.389. num.11. vbi qui promittit interesse, verè, & propriè, promittit illam quantitatem, quæ probabitur habita relatione ad executionem. no. Doct. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. Cachera. decis.126. num.19. cum sequent.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus Auenionis an sit supremus princeps locorum, Castrinoui, & Biturrita? vt ab eo non appelletur.*

2 *Nomen supremi principis in instrumentis præponendum.*

3 *Dominus loci, an possit vetare granorum extractionem?*

4 *Annona regulanda, ne fame pereat ciuitas.*

5 *Præscriptio, contra ea, quæ sunt iuris communis requirit titulum.*

6 *Sententia super competentia fori habet vim diffinitiuæ.*

7 *Feliciano Capitono mortuo confertur archiepiscopatus Auenionis à Papa proprio motu D. Cardinali de Armagnaco.*

DECISIO XL.

De his qui granorum extractionem vetare possunt, & contraria præscriptione.

REVERENDIS. D. Felicianus Capitonus Archiepiscopus Auenionis, tanquam princeps Biturritarum generali proclamatione prohibuit ciuibus extrahere grana sine sua licentia. A qua ordinatione eum fuisset ad summū Pontificem appellatum, & causa illust. Cardinali collegæ delegata, vocatus declinauit iudicium, neminémque recognoscere, suspectum habere legatum. Cum illius intersit, si de sententiis per archiepiscopum latis nō cognosceret. Alioqui appellauit ad Papam. Papa in rescripto dicit se ægrè ferre quod audeat declinare iudicium sanctæ apostolicæ sedis delegari. Cum illa habeat in eo loci supremum imperium, secundum Adriano tertio soper donatione facta per Federicum declarationem. Ideo rectius facturum, si interea ad vlteriora procedat, sine vllo iuris sui præiudicio. Archiepiscopus dicit obreptitium, quia à sententiis archiepi

archiepiſcopi non licet appellare. Et cum delegatus ſe iudicem competentem pronuntiaſſet admittendo articulos, iterum appellauit, & iter Romam arripuit, audiuntur teſtes in contumacia, qui dicunt à 30. 40. 50. & 60. annis vidiſſe, & audiuiſſe licere ciuibus, & extraneis deferre grana Biturritas, & illinc poſtea extrahere, non obſtantibus prohibitionibus, in comitatu, vel alibi, tres ex illis addunt ab archiepiſcopo, vel eius vicariis factis.

1 Hæc cauſa † in conſilium delata fuit per R.D. præſidem. Et omiſſa illa quæſtione an ſupremum imperium ſuper locis Caſtrinoui, & Biturritarum ad archiepiſcopum pertineat. Licet hactenus in ea poſſeſſione viſus fuerit. Et nunquam ab eo appellatum audiuerim, vt qui per viginti tres annos cõſiliarius fuerim archiepiſcopatus, illius iura videndo, & ſecreta domus. Item quia apparebat inſtrumento concilij generalis loci à ſindicis producto notario atteſtante, Anno tali regnante R.D. Feliciano Capitono Archiepiſcopo Aueniotus ſupremo Biturritarum principe.

2 Et † per alia inſtrumenta antiqua, & noua, in quibus præponebatur nomen Archiepiſcopi ſicut fieri ſolet in aliis ſummi pontificis, vel Imperatoris terris, vt in authen. vt præpoſita. not. Impera. in princip. Cano. in procemio Decre. Panor. conſi. 53. num. 1. lib. 2. Coua. practic. quæſtio. de autoritate publici Inſtrum. c. 20. num. 1.

Tamen conſtabat de clara domini noſtri voluntate, vt delegatus cognoſceret, & veluti inter ſacrum, & ſaxum politi vt eſt in adagio, voluimus de meritis cauſæ cognoſcere ſecurius agendo. An neſcis longas reges habere manus.

3 Ideo † quæſitũ fuit an licuerit illi prohibere granorum extractionem. Aliqui dicebant non licuiſſe, quia hæc ſunt Iurisgentium, quo libera omnibus data eſt, rerum ſuarum adminiſtratio. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, l. nemo. C. de Iudęis. de Affli. tit. de locatio. domanij. quę eſt Rub. 85. num. 5. 6. vbi dicit hęc noua vectigalia ad ſupremum principem ſpectare, vel foreſtas vel vetum facere. l. 1. C. noua vectiga. Boſſi. tit. de rega. num. 36.

4 Alij † contra, cum cura carnis, annonæ, & victualium ad præfectum vrbis pertineat. l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præfe. vrb. l. annonam. ff. de var. & extr. cog. poſſitque Dardanarios (qui annonam cumulant vt charior fiat) corrigere. Bart. in d. l. annonam, capita ciuium deſcribere, & granorum vires: ne ciuitas pereat fame. l. ſi quis poſt. C. de ædifi. priua. l. cotem ferro. ff. de publica. l. 1. 2. C. quæ res exportta. poſſ. de Rip. in tracta. de peſte. de remediis præſerua. num. 191. & §. venio modo ad modum. num. 40. cum ſequent. Cum liceat ex cauſa à iure gentium recedere, & illud moderari. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. not. omnes in l. nec emere. C. de Iure delib. de Afflic. in proœ. conſti. quæſt. 3. num. 5.

His non obſtantibus, videbatur ſufficienter probata extrahendi libertas, virtute præſcriptionis triginta, vel quadraginta annorum. Imò quinquaginta, vel ſexaginta.

Et contra eccleſiam duo ſufficiant, bona fides, & quadragenarius annorum numerus. c. de quarta. c. ad aures. c. ſi diligenti. vbi gl. & doct. de præſcr. c. 1. eod. tit. lib. 6. Couaru. §. 2. ſecundæ par. relectio. nu. 2. 3. 4.

5 Verum † ſi præſupponamus licere Archiepiſcopo facere huiuſmodi prohibitiones, ius commune reſiſteret contra præſcribentes, quo caſu, vltra præmiſſa requireretur titulus, ſaltem coloratus: qui poſſeſſoribus cauſam tribueret præſcribendi. d. c. 1. & Panor. in d. c. de quarta col. 1. verſic. nota 2. & col. 3. verſi. & ſi præſcriptio eſt contra ius. & in cap. 1. num. 10. ne lite penden. Felin. in d. c. ſi diligenti. in nona reſtrictione. Alex. conſ. 106. nu. 7. lib. 2. Balb. in tractat. præſ. in 2. par. 3. par. num. 14. Cachera decíſ. 116. num. 11.

Vel immemorialis poſſeſſio, quæ vim conſtituti, & tituli habet. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignifi. De qua nobis non conſtat. Cepo. de ſerui. vrb. præd. c. 19. qui dicit huius terminum eſſe cẽtum annorum. & Bertran. conſil. 184. num. 4. lib. 2. Licet Felin. in d. c. ad audientiam. in 5. limita. præſcriptionem immemorialem (dicat) longius tempus requirere, ſed communis centenarium obſeruare ſolet, vt ſcribit Alex. conſi. 60. per to. lib. 1. quamuis inter centenariam, & immemorialem multæ ſint differentiæ, quas colligit Couaru. in c. poſſeſſor §. 3. num. 6.

6 Veruntamen † dum hæc diſcutimus, apparet fuiſſe appellatum à pronuntiatione competentiæ fori, quæ vim diffinitiuę obtinet. c. ſignificantibus. de offi. delega. Bart. in l. quod iuſſit. num. 9. ff. de re iudica. & in l. quidam conſulebant. eo. tit. de Ferra. ſuper libel. incompe. iudi. Et regulatur ad inſtar diffinitiuæ. de Rip. in d. l. quod iuſſit. nu. 27 Hypo. in l. ſi quis. nu. 21. ff. de quæſtio.

7 Fuit † dictum, integrum negotium ſummo Pontifici remittendum. Poſtea relatum eſt nobis D. Archiepiſcopum deceſſiſſe Italiæ 27. Decemb. huius anni 1577. Ille ſi quidem excellens erat in bene dicẽdo, & prædicando verbũ Dei, ita vt ſuo dulci, vehementique eloquio ſiluas, & ſaxa moueret, ad Orphei ſimilitudinem: vnde Gregorius 13. Pontifex Opt. Max. motu proprio, & ignoranti, contulit Archiepiſc. Illuſt. D. Georgio Cardinali de Armagnaco collegato Auenio. cum magna omnium ciuium lætitia, & gaudio incredibili, & ita illius morte omnino ſopita eſt quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Aliud, pro alio ſolui non poteſt.*
2 *Solutione, omnis tollitur obligatio.*
3 *Pecunia pro auro ſoluitur, ſecundum generalem conſuetudinem.*

DECISIO XLI.

De illo, qui vult vt ſolutio de florenis per eum facta conuertatur in extinctionem ſcutorum pro rata, & valore temporis.



ANNO 1556. Michaël Vitulus obligatur nobili Clemẽti de Peruſiis domino de Caluis montibus in centum triginta ſeptem aureis, ſiue ſcutis ſolis, qui erant valoris quinquaginta ſolidorum, lapſo termino ſolutionis anno 1568. & aucto aureorum valore ad quinquaginta duos ſolidos. Creditor, confitetur ſe recepiſſe ducentos florenos in diminutionem maioris debiti, & viginti ſcutos. Anno 1571. alios centum florenos, quo tempore erant valoris 54. ſolidorum. Anno 1574. ſimiles centum florenos, & tunc valebant quinquaginta ſex ſolidos. Nunc etiam aucto valore ad 66. ſolidos. petit creditor reſtantẽ ſummam, deductis quadringentis florenis, & viginti ſcutis. Facta æſtimatione deductis 400. fl. ſecundum valorem ſcutorum de præſenti faciunt ſolum ſcutos ſeptuaginta duos, & 48. ſolidos. Et ſic reſtarẽt quadraginta quatuor ſcuti, decem, & octo ſolidi.

Debitor dicit solum debere viginti septem scutos, & viginti duos solidos. Quia ann. 1568. soluit ducentos florenos in diminutionem scutorum, & illo tempore poterat habere quadraginta sex scutos cū octo solidis pro illis ducentis florenis, similiter anno 1571. pro 100. fl. 22. scut. cum 12. solidis. Et anno 1574. pro 100. fl. 21. scut. cū 24. solidis. & ita se soluisse 89. scut. cum 44. Et paratum soluere restantes 27. aureos, cum duobus solidis, & non amplius.

Hæc quæstio in consilio posita diuersimodè trahebatur, aliqui dicebant scutos esse in obligatione, non florenos, qui non potuerunt scutos extinguere, siue diminuere, & quia non fuerunt soluti scuti, sed
1 floreni. Et aliud † pro aliu non soluitur inuito creditore. l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. l. Paulus. ff. de solu. l. cum à quo. C. de solu. & Bart. & omnes alij in d. l. 2. §. mutui datio. vbi Cur. Iu. num. 35. Et qualiter semper integra remansit obligatio, quæ de scutis loquebatur, creditorem posse eos petere, secūdum propriam naturam mutui, quod in eodem genere reddendum est. d. §. mutui datio. & propter motam. l. quod te. ff. eod. vbi Bart. & omnes volunt augmētum monetæ cedere in damnum morosi debitoris, & ibi Dec. nu. 8. Deinde cum tutauerit se soluturum scutos debere in forma specifica seruare promissa. l. cū pater. §. filius matrem. de leg. 2. c. debitores. c. ad nostram. de iureiuran. gl. in l. si pecuniam. vbi latè Ias. de condic. ob caus. Alexan. cons. 37. num. 26. lib. 2. Neque mutetur valor florenorum, sed semper duodecim solidos continet. Scutorum verò passim pro arbitrio, & principis volūtate, quod vertitur in odium illius, qui tenebatur soluere, vt dictum est. Bald. cons. 213. lib. 5. Aret. cons. 11. Alber. Bon. in tracta. moue. de augmento, & dimi. cano. in c. quanto. de iureiurand.

2 Ego † verò contra: mouebar, quod volente creditore facta fuerat solutio de florenis, in diminutionem maioris debiti, quod erat scutorum. vnde sequitur extinctam fuisse pro parte obligatiouem, solutione eius quod debebatur. §. 1. Instit. quibus mod. tol. obliga. Ita vt tunc partes videantur considerasse valorem scutorum pro soluta quantitate, alioqui nō videretur solutum in diminutionem maioris debiti, sed remansisset in suspenso illa particularis solutio, quod non permittitur. l. actus legitimi. ff. de reg. iuris.

Nec obstat scutos esse in obligatione: verum est pro parte non soluta, non pro tota summa quæ non diceretur diminuta, si solida præstaretur Bald. in l. si qua. n. 1. C. ad Tertu. Et cuius semel extincta est pars, non potest postea reuiuiscere. l. qui res. §. aream. ff. de solu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi.

3 His † accedit, quod secundum generalem consuetudinem creditor cogitur pro auro monetam accipere, auctore gl. in l. si quis argentum. C. de dona. Bar. in l. Paulus. nu. 3. ff. de solu. communem affirmant Pan. in d. c. quanto. nu. 12. Soc. Iun. cons. 145. nu. 94. lib. 1. Cur. Iun. in l. cum quid. nu. 25. de Afft. decis. 90. nu. 2. Couar. in tract. numis. §. 1. num. 1. Quandoque enim creditor cogitur aliud pro alio accipere vbi eius non interest. no. Bar. in d. l. 2. §. 1. & Decius. nu. 7. Cur. Iun. in d. l. cum quid. nu. 24. Quanto ergo magis vbi creditor liberè, & sponte monetam accepit in diminutionem debiti. Ista siquidem est numismatum natura, vt maiora, per minora æstimentur. Et in hanc partem maior pars consilij inclinabat, licet postea partes concordauerint.

SVMMARIVM.

1 † *Possidens, licet cesset prima causa possidendi, potest ex noua causa possidere.*

2 *Incestuosus potest sibi acquirere ab amicis, & alijs præterquam à patre.*

3 *Spurius, (cessante fraude) potest institui ab hærede patris, & in paternis bonis.*

4 *Princeps legitimando an tollat omnino spurietatem?*

DECISIO XLII.

De spurijs, & incestuosis qui possunt omnibus succedere & non patri, nisi à principe legitimarentur.



NOBILIS Bartholomæus. N. volens suo filio Philippo relinquere quinquagesies millia libratum turonen. easdem legauit nobilibus Ioanni, Marco, Ægidio, & Andreæ, charissimis suis restituendas dum esset legitimæ ætatis: tres ex illis fideicommissi promissam fidem obseruauerunt: solo Andrea recusante. Tandem fauore principis Salernitani transactione inita octo mille libras cum quarta parte domus Philippo similiter remisit. Quo mortuo, & relicta hærede vxore: & postquam illa cum principe secundas contraxisset nuptias, & in hæresim cecidisset. Fiscus domum Auenioni existentem occupauerat, & quam possidebat. Illa verò petit domū, secundum formam edicti generalis regij: quo permittitur huius nouæ religionis sectatoribus bona, etiā à fiscu occupata repetere, quod à nostro summo fuit confirmatum principe.

1 Respondebat † fiscus, domum tunc propter hæresim occupasse iustè quidem, nondum edicto promulgato, sed cum post eius editionem noua causa superuenerit debere in sua possessione confirmari, vt scribit Alex. in l. 3. §. genera. & Ias. in §. pluribus. num. 10. 11. ff. de acq. poss. Deci. in l. nemo ex his. ff. de reg. iuris. Ancha. consil. 229. nu. 1. Craue. consi. 171. num. 1. Noua autem causa dicitur, quia indigno, & incapaci fuerat domus restituta, per illos, qui tacitam fidem accommodauerant. l. 1. l. non intelligitur. ff. de iure fisci. l. 1. C. de his, qui se non defe. lib. 10.

2 Hæc † causa cum proposita fuisset in consilio per R. D. præsidem videbatur definita respectu quartæ partis domus, quam Philippus transactione ab Andræa acquisiuerat vt nullum ius fiscus habeat. Quia licuit etiam incestuoso ab amicis, & alijs sibi acquirere: solum à patre prohibetur. authen. ex complexu. C. de incestis nup. c. cum haberet, de eo, qui duxit in matri. quam pollu. per adult. & ibi Panor. num. 13. gl. in c. fin. in Authen. quib. mo. natu. effi. sui. Et sic transigēdo habuit ex sua propria dispositione, & non ex facto patris, & cessabat fraudis suspicio. l. edicto. §. sed hæredem. ff. de aliena. iudi. mu. caus. fact. Bart. in l.
3 † si is, qui ex bonis. ff. de vulga. vbi ait institutum à patre posse instituere spurium testatoris præmortui, etiam in bonis à defuncto habitis, cessante fraude. l. qui Titij testamentum. ff. quib. vt indig. Qui Titij testamentum falsum dicit, nec obtinuit hæredi eius hæres existere prohibendus non est. Quia non principaliter Titij hæreditatem prosequitur. Idem Imo. Bald. Paul. in d. l. si is qui. vbi Ias. num. 10. Bal. in l. eam quam. col. pen. & fin. C. de fideicom. Alex. cons. 51. nu. 3. lib. 2. Cæterum hæc inter se dissimilia sunt. Cum appareat hos quatuor fuisse rogatos incapaci restituere. Nascaiúrque transactio ex illa præcedenti promissione, vt aduertunt Bald. Imo. Alex. Ias. in d. l. si is qui. Et sic ex radice infecta, maloq; initio, vnde omnia

mala

mala nascuntur.c.cum Paulus. 1.quæst. 1. c. quod ab initio.ff.de reg.iur. Cæterùm D.principissa (vt ita loquar) hæc intelligens produxit gratiam quam olim R.D.vice legatus anno 1550. fideicommissariis concesserat, vt possent liberè fideicom. restituere. Item aliam ab eodem I. D. legato. 1554. vt non obstante defectu natalium posset ille patri, & matri sine vlla differentia succedere.l.quæris.ff.de nata.restit.l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu.nupt. Princeps enim legitimando tollit spurietatem, quæ iure ciuili inducta est, cum primæuo tempore omnes homines legitimi nascerentur.§.liceat.in auth.quib.mo.na. effi. legi. §. natura.§.si quis ergo.in Authen quib.mo. natu. effi. sui.Bart.in l.1.in 3.quæst.ff.de acqui. hæred. Alex. in Lex facto.num. 12.de vulga.Rum.conf.67.nu.15.16. lib.3.Imò posset pater plus illi relinquere,quàm aliis suis legitimis filiis.vt Rui.consi.75.nu.21.lib.3. sunt tamen qui dicant non esse verè legitimum, sed fictè, cum illa macula iure diuino impingatur, quam non potest princeps omnino delere, vt latè Ias. disserit in l.si is qui pro emptore,à nu.227.vsque ad nu.309.ff. de vsucapio.Cacheta.Decis.119.num.3. sed hæc non sunt præsentis speculationis. Fuit itaque dictũ fiscum debere domum restituere, sicut hæc misera tempora ferunt:sed dabit Dominus his quoque finem.

SVMMARIVM.

1 *Morte mandantis expirat mandatum.*
2 *Regula,de verisimili notitia obitus, & in ordinario locum habet.*
3 *Collatio per mortem valere non potest, quæ per resignationem non tenet.*

DECISIO XLIII.

Resignante ante collationem mortuo, collatio valet per mortem,si fuerit derogatum regula de verisimili notitia obitus.

DOMINVS Datarius legationis petiit à Rota huius incidentis dubitationis resolutionem, de quodam canonico Narbonen.qui in infirmitate constitutus fecerat mandatum ad resignandum,& antequam fuisset admissa resignatio mortuus fuerat:an per resignationem, vel per mortem bullæ essent expediendæ?dubium faciebat,quod per resignationem non poterat, quia morte † mãdantis expirat mandatum.C.eo.§.rectè Instit.eo.c.gratum.cap.relatum.de offi.dele.c.gratiosè.de rescrip.lib.6.cano.in c. quoniam abbas.de offic. delega. Rebuf. in forma vicaria archiep.num.216.

1 (margin mark for "non poterat" line)

2 Nec † etiam per mortem obstante regula de verisimili notitia obitus, quæ locum similiter habet in ordinario.Deci.consi.393.nu.3.Gomes in eadem regul.quæst.1.Rebuf.in praxi benefi.ibidem gloss.5. Si quidem procurator hora septima diei Lunæ impetrauerat per resignationem.Et die Martis relatum est resignantem mortuum fuisse hora nona die dominico.Ideo fieri non potuit,vt notitia obitus à Narbona Auenionem intra decem horas perueneri. Etiam si expressè dispensaretur cum non valeat dispensatio naturæ repugnante,& arte.§.minorem.Insti de adop. Panor.in c.debitum in 2.no.de baptis. sitque impossibile,quempiam venisse ad locum sine tempore.l. 2. ff.de verb.signi.l.continuus.§.1.ff.de verbo.oblig. Et quæ non sunt verisimilia, credibilia non sunt.l. cum de indebito. §.1.ff.de proba.l.Mæuius de lega. 3.

3 Fuit † conclusum,si Illust.per obitum conferendo derogauerit regulæ,de verisimili no. obi. valere collationem,cum iusta fuerit itineris arreptio ante mortem cum mandato ad resignandum:quia tunc cessant huius regulæ rationes,quippe ambitionis, & cupiditatis, quibus introducta fuit prohibitio. l. cum pater. §. dulcissimis.de legat.2.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. Et virtute clausulæ & alias quouis modo, quæ comprehendit omnẽ aliam vacationis speciem. gloss.in c.susceptum.de rescrip.lib.6. & ibi Ioan.Mo. Gemi.Franc.& alij Soc.cons 32.col.4. versi. nec obstat si diceretur.lib.1.Craue.cõs.88.nu.9. qui dicit ita obseruari in Gallia,sicut & nos illo vtimur iure.

SVMMARIVM.

1 *Decennali præscriptione an sufficiat tetigisse de vltimo die?*
2 *Iudæi iure Romanorum vtuntur.*
3 *Intimatio pignorationis debet fieri ipsi debitori.*
4 *Seruienti fecisse diligentias de reperiendo debitorem, creditur.*
5 *Reo comparente purgatur nullitas citationis.*
6 *Indebiti condictio non datur soluenti post præscriptionem.*
7 *Decennales præscriptiones odiosæ, licet sint contra Iudæos.*
8 *Paria esse intimatum fuisse debitori, vel quod ad eius notitiam peruenerit,si coniectura probetur.*
9 *Scientia præsumitur in eos,qui habitant simul.*

DECISIO XLIIII.

Debitor, qui post completam præscriptionem maiorem partem debiti persoluerat,tenetur residuum soluere.



QVIDAM Carpentoracten. instante Iudæo creditore fuit pignoratus in centum aureis, qui fuerunt repositi in manibus fratris debitoris,eidemq; die fit intimatio filiæ illius, qui debebat. His itaque gestis debitor sine vlla istorum mentione soluit suo creditori summas debitas, exceptis decem, & septem aureis, quos cum Iudæus ab illo repeteret se opponit dicẽs non debere: & totum debitum fuisse præscriptum:secundum bullam,agendo condictione indebiti ad repetitionem, quæstium fuit me relatore, quid iuris? Ideo prius videre oportet an esset præscriptum,deinde si repeti possit.

1 Inquit † debitor, diem pignorationis fuisse vltimũ diem decennalis præscriptionis, & sicut in vsucapionib.sufficit tetigisse de vltimo,vt perfecta dicatur vsucapio.l.in vsucapionibus.ff. eo. dicẽque cœpta pro completa habeatur.l.in vsucapionib. ff. de diuer. & temp.præscrip. & in hac decennali dicendum est. Cum sit introducta in fauorem Christianorum, & odium Iudæorum fœneratorum, contra quos omnis rigor obseruandus est.c.2.vbi glos.& doct.de Iudæis. Ias.in l.si insulam.nu.5.ff.de verb.oblig. fintque infames.l.fi.C.de Iudæ.&c.Crau.consi.73.num.6.

2 Veruntamen, † cum illi iure Romanorum vtantur. l. Iudæi.l. nemo.C.eod. dicanturque de populo, & corpore ciuitatis c.Iudæi.eo.tit. Soc.conf.62.lib.1. Adeo,vt si minor ille sit, in integrum restitui possit, quamuis restitutio ex æquitate descendat. l. quod si minor. §. restitutio.ff. de min.Cor. consil.260.lib.3.

Gaudeat similiter immunitatibus, quæ ciuibus concederentur. Alex. consi. 75. nu. 9. lib. 5. & cons. 99. nu. 1. 2. 3. 14. lib. 6. Hypol. consi. 101. per 10. Cra. consi. 73. nu. 26. Visum est consilio, diem cœptam non haberi pro completa, curràtque tempus de momento, in momentum. l. in omnibus ff. de iudi. gloss. in l. 4. ff. de muio. Cum odiosa illa sit. l. cum notissimi. l. sicut. C. de præs. 30. vel 40. an.

3 Vnde dicebat † debitor non obstare sibi illam pignorationem vltimo die factam. Cum nulla fuerit, ex eo quod debebat sibi intimari, non filiæ suæ. l. vt perfectius. C. de ann. præscrip. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. cap. cumana. de electio. Bart. in l. de pupillo. §. morte. col. pen. vers. cui fieri debeat. ff. de noui oper. nuntia. Guid. Pap. singul. 419. Tiraq. de retract. cons. §. 9. versi. *à son domicile*. gl. 1. num. 8. Balb. in tract. præs. in 3. par. 6. par. princip. nu. 4. 6. 11.

4 Iste † obiectus multiplici solutione tullitur, executorem fecisse diligentias de reperiendo debitorem, quod sufficit. l. Labeo scribit si bibliothecam. §. fin. ff. de verb. oblig. Alex. consi. 49. nu. 2. lib. 1. Hæc responsio satisfaceret, si ita ab executore attestaretur. l. hæc venditio. ff. de contra. empt. Bart. in l. si tamen. in fin. de lega. 2. & in l. 1. §. permittitur. in 2. not. ff. de lib. agnos. Decius in c. cum parati. nu. 14. de appella. Alcia. 3. regul. præsump. 9. sed de his verbum nullum.

5 Deinde, † purgatam fuisse nullitatem comparente debitore, tacito videlicet consensu l. licet. C. de iudi. l. fin. C. ad Macedo. Feli. in c. illud. num. 8. de præscrip. & probat. l. 1. vbi Bald. Alex. Ias. ff. de feriis. Alex. cons. 123. nu. 3. lib. 2. Deci. cons. 187. nu. 3. de Afflict. decis. 2. num. 7. Vantius de nulli. quib. modis senten. nulla repare. num. 101.

Pertinenter respóderet, si debitor simpliciter comparuisset, ipse autem comparendo allegauit vitium indebitæ executionis, & citationis, quo casu non solet nocere comparitio, vt gl. in d. l. 1. ff. de fer. Rip. in c. 1. nu. 90. de Iudi. Neque interrumpit præscriptionem. l. aor qui aliter. ff. quod vi aut clam. l. sed & si. §. proscribere. ff. de instito. Alex. consi. 89. col. fin. lib. 5. Tiraq. de retract. cons. §. 36. nu. 32. cum seq.

6 Et † ideo cum debitum præscriptum exsoluerit (dicebat) repetitionem sibi cópetere. l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. Bart. in l. fin. §. 1. ff. rem ratam hab. Imo. in c. fi. num. 17. de præscrip. Balb. de præs. in prima par. vers. 6. quæro. Alcia. in Rub. de præs. nu. 44. 45. 46. præsertim virtute huius decemnalis, quę iustis de causis Christianis conceditor cótra pessimos Iudęos fœneratores, per pios, & summos nostros Pontifices, sine vlla conscientiæ læsione, vt docet Imo. in l. quibus. §. dominus. de condi. & demonstra. Felin. in c. fin. in 3. solutione. de præscrip.

Et cum ipse soluit, errauit, credens incompletam fuisse præscriptionem, & propterea nullú sibi parasse præiudicium, vt est casus in l. fi. C. de cond. indeb.

Hebræus negabat repetitionem competere: cum sit odiosa hæc præscriptio, quæ contra iuramentum introducta est, & promissam fidem. l. 1. ff. de constit. pecu. l. 1. ff. de pact. Fel. in c. ad aures. num. 5. & Paris. num. 7. de præs. Feli. in c. fi. in d. c. fi. col. 5. ver. 4. declaratio. vbi Paris. nu. 6. in 6. limita.

7 Tandem † hæc fuit concilij resolutio, cessare scilicet soluti repetitionem. Quia, licet ista decemnalis sit valida, & excuset debitores. c. qui peccat. 23. q. 4. Bart. in l. 2. §. si rem. ff pro empto. & in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc. & in l. omnes populi. num. 24. Balb. in prima par. princip. quæst. 6. & in 2. par. 3. par. q. 14. Non tamé dicitur fauorabilis. Imò odiosa quæ æquiparatur præscripi. 30. vel 40. ann. in earúmque subrogatur locum, vt scribit Fel. in d. c. illud. 2. nota. Itaque cum illæ odiosæ sunt, & à naturali æquitate exorbitantes. l. nam & natura. ff. de condict. indeb. & §. 1. ibi, Ne iniquis hominibus impium remaneat præsidium, & tutus peccandi locus, etiam scientibus relinquatur. in auth. vt eccles. Roma. cen. anno. gaudeat præs. Bart. in l. fi. C de edic. D. Adria. toll. Crane. consi. 201. nu. 37. Ita, & ista, quæ naturalem non potest obligationem extinguere, & ob id cum semper remaneat naturalis soluti repetitio cessat. l. naturaliter. ff. de condi. indeb. Fel. in d. c fi. nu. 2. 3. Paris. nu. 22. Paul. de Cast. in l. fi. ff. rem ra. haberi. Balb. in 3. par. 6. par. prin. nu. 4. 9. 12. 13. Alcia. in Rubr. nu. 47. 60.

Sed super decem & decem aureis nó solutis, quid dicendum? Aliqui putabant soluendos, cum fere totam summam iam exsoluisset, videbatur etiam restantem velle soluere, & tacitè promittere. l. fin. C. ad l. Falcid. Alij contra, quia si totum debitum fuerit præscriptum, ergo, & eius pars. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. Et ne præsumatur donatio. l. cum de indebito. ff. de proba. Istorum ego sequerer partes, si expedita fuisset causa pręscriptionis, in qua adhuc remanebat scrupulus, debi-
8 toré scilicet sciuisse interpellationem vel † scire potuisse, quod idem significat. l. quod te. ff. si certum pet. cle. causam. de electio. Roma. consil. 410. num. 3. Fel. in d. c. illud, vt dicatur in mala fide constitutus, etiam si solis coniecturis probaretur scientia. Panor. in d. c. illud. num. 15. 16. Balb. in 3. par. 6. par. num. 28. Quod erat verisimile, scilicet vbi ille intellexit creditorem velle scrutari domum, & capere pignora, præsumitur dedisse fratri illos centum aureos: vt impediret illam ignominiosam distractionem, à solutis arguendo. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. & quia de alio deponente non constat, præsumimus, ab illo cuius magis interest. l. magnam. C. de contra. stip. Deinde, solemus inspicere cuius contemplatione actus fieri solet. l. seruo legato. §. si testator. de legatis 1. l. fideicommissa. §. interdum. & l. plerunque. de legatis tertio Et eum, qui maius interesse habet. l. 3. §. si plures. ff. de sepul. viola. l. si plures. ff. de accusation. Filia
9 † etiam præsumitur retulisse patri, quæ ab executore audiuerat, cum in eadem paterna moraretur domo. l. consensu. §. serui. C. de repudiis. Bald. consi. 295. num. 2. lib. 3. Socin. consil 264. num. 10. lib. 2. Ruin. consil. 168. num. 7. lib. 1. Crau. consil. 26. num. 3. quilibet enim præsumitur scire, quod ad eius domum quam inhabitat est denuntiandum. teste Gloss. in l. si tutor. & ibi Bart. & Bald. C. de peri. tuto. & Bart. in l. quidam decedens. §. fin. ff. de admi. tut. per renuntiationem factam à domesticis, & familiaribus, vt voluit Gloss. in l. si legibus. C. de episc. aud. & latè de his disserit Tiraq. de retract. consang. §. 9. Gloss. 2. nu. 40. cum sequenti. huic conueniet quod Socrates dicere solebat, ædibus in nostris quæ praua, aut recta gerantur, vt scilicet eorum notitiam magis habere videamur, quàm externorum. Cuius meminit Eras. chilia. prima. centu. 6. fuit conclusum pignorationem continuandam pro decem, & septem aureis, & consequenter absolutus est reus, super indebiti repetitione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adeundo confundit actiones suas pro portione hæreditaria.*

2 *Hæres grauatus, non confundit actiones suas.*

3 *Debitor instituendo creditorem, an hoc fecerit animo compensandi.*
4 *Restitutio facta de vna re hæreditaria, an videatur facta de toto.*
5 *Reseruatio conseruat, non tamen ampliat agentis ius.*
6 *Fructus, an in debitum compensentur per grauatum? & num.8.*
7 *§.cùm proponeretur. l. mulier. ff.ad Trebel.& §.quod amus.l.quod de bonis ff.ad l.Falc. vtiles declara. & num.9.*
10 *Auth. vxor mortua. C.de secun, nup.necessaria intelligentia.*
11 *Donatio propter nuptias, qualis illa sit?*
12 *Patre, & filio dotem confitentibus ad quem præsumatur peruenisse?*
13 *Craueta fallitur super §.transgrediamur.*
14 *Fortè, aduerbium dubitatiuum, non assertiuum.*
15 *Codicillis non datur, neque admittur hæreditas.*
16 *Clausulæ Codicil. repetit legata ab intestato.*
17 *Rationes priùs reddere tenetur, qui alterius bona administrauit.*
18 *Authen. sacramenta puberum, locum etiam habet in distractibus.*
19 *Redditæ non dicuntur rationes, quæ in sole, non visis, lectis redderentur.*

DECISIO XLV.

De multis exceptionibus propositis contra petentem iura materna à cohæredibus, singulariter discußis, casus pulcherri. & subtilis.



ATHARINA Guiarda villæ insulæ tanquam cohæres, & legataria Antonetæ Armandæ matris petebat à Reynetio fratre, & Iacomino nepote hæredibus vniuersalibus Simoneti patris, dotem maternam, & summas per Simonetum maritum recognitas in publicis instrumentis. Contra quam multa opposita sunt, & me relatore discussa.

1 In † primis itaque dicunt rei, Simonetem patrem instituisse Armádam vxorem, cum Michaële, & Reynerio filiis suis, & adiuisse hæreditatem, & propterea confusas esse actiones pro tertia scilicet parte. l.debitori.C.de pac.l.licet. C. ad l. Falcid. l. si adulta. C.de hæredi.actio. Cùm nemo possit esse creditor, & debitor sui ipsius.l.si vxor.vbi Bal.1.no. C.de bonis auctori.iudi. possi. Et tanquam opposita inter se differant, sicut agere, vel pati.l.pe.ff.de arbi.l.neq; pignus. ff.de reg.iur.c.debitum, de baptis.c.fi.de institu. Ideò non posse ex persona matris petere.

2 Alia † respondebat præmissa locum habere in hærede purè instituto: non in grauato restituere hæreditatem, prout fuerat mater.l.debitor. §.fi.ff.ad Treb. l.3.§.si debitor. ff. ad l. Falcid.Paul.de Cast. cons. 77. nu.2.& cons.186.col.2.& consi.188.col.2.vers.interdum quærimus.lib.2.Ang.consi. 64. in fi.Ro. consil. 276.Alex.cons.124.nu.7.lib.7.Soc.consi.44.lib.1.

Sunt qui dicant, in grauatis hæredibus adita hæreditate etiam actionum fieri confusionem, licet illis permissa sit retentio, teste Ang. in l.deducta in princ. ad Treb.Decio in d.l.debitori.num.4. Ideò Armandã debuisse retinere quod sibi debebatur ante fideic. restitutionem, quod si non fecerit agẽdum erat condictione indebiti ad repetitionem. l. irritum. ff. ad l. Falcid.Bal.consi.421.lib.5.Soci.consi.44. nu.1. lib.3. Crau.consi.144.nu.5. Et ita videbatur egisse inutiliter nisi clausula ius dici, &c. saluasset libellum, cuius virtute super facto proposito potest iudex suam formare sententiam neglecta inutili actione.l.contra negantem, & ibi Bal.nu.5.C.ad l.Aquil.Panor.in c.cùm dilectus.nu.52.de ord.cogn.& in c.fi.in fi. de iureiur. Capi.deci.10.nu.22.23.Alex.consi.121.num.3.4.10. lib.1.Ias.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.nu. 15.cum seq. ff. de iureiurand. & cons.112.in fi.lib.4. Bellamera decisi.733.Rui.cons.32.no.13.14.lib.1. Et consi.19.nu.6.lib.1.Præsertim cùm iste senatus iudicare soleat sola facti veritate inspecta, omissis scrupulosis iuris subtilitatibus, iuxta l.si mulier.§.ex asse.vbi Glo. ff.de iure doti.l.si seruum.§.sequitur. vbi Ias.nu. 4. ff. de verb.obliga.& Cachera.decis.1.

3 Secundò † maritum compensandi animo vxorem fecisse cohæredem, & ob id non posse petere dotem matris, nec alias summas per maritum recognitas. l. si compensandi.C.de hær.instit.d. l. si adulta. Cæterùm, etiã ista obiectio coram non placuit. Ex eo, quod in dubio, vel simpliciter instituendo non videtur testator facere animo compẽsandi.l.si ab eo. C. de neg. gest.Ias.in d.l.si cõpensandi.in princi.Alex. cons.134. lib.2. Nisi aliud coniecturis colligeretur, vt si dicat nihil aliud petere possit, volo contentam, vel pro omni iure quod sibi posset competere. & si.Paul. de Cast.cons.193.nu.3.lib.2.Panor.consi.81. nu.2.lib.1. Dec. in auth. præterea. num.10.C. vnde vir, & vxor. Cra.consi.131.nu.17.& consi.149.nu.3.

4 Tertiò † obstabat, quod Armanda mater nõdum restituerat partem hæreditatis, de qua grauata fuerat suis liberis saltem respectu mobilium. Ideò priùs ex persona matris debere fideicõmissum restituere. authen.hoc amplius. C.de fideicõ. Illa dicebat matrem restituisse molendinum quod in eius partem peruenerat, & facta restitutione vnius rei omnia alia censeantur restituta. Gl.in l.restituta.ff.ad Treb. hoc verum dicit Bart.ibi, quando esset facta translatio iuris, secus in translatione facti, vel possessionis, quæ nisi corporaliter apprehendatur ad nos non pertinet. l. cùm hæredes.ff. de acq.posses.l.3.in princ.eo.ti.deinde considerandum fuit, quæ, & qualia erant illa mobilia, de quibus erat incertum. Ideò actrix potuit interea agere, & petere iura materna, reseruato iure partis offerendo, vel compensare, vel soluere loco, &
5 tempore si ita in fine causæ iudicaretur. Quia † hæc est natura, & virtus huius reseruationis, vt omne præiudiciũ tollat.l.at si quis.§. plerique. ff.de religio. l.3.§.1.ff.qui.mo.pig.vel hypo.solui.l.3.§. pe. ff.de libero homi.exhibend. l. penul, sine præiudicio. ff. de aqua quotid.& æsti.l.idem fiet. ibi sine vllo, &c.ff.de testa.tutel.l.fi. §.idem si prædixerit. ff. nautæ caup. c. pontifices.9.quæst.1. c. nihil cum scandalo. de præscrip.c.cumana.c.ecclesia.de electio.Bar.& doc.in l.si quis legauerit.per illum tex.de lega.1.

Et vnicuique conseruet quod suum est, sine augmento, vel diminutione iuris quod ab initio competebat, vt scribit Ang. in l. scripturas. C.qui potio. in pigno.hab.Veronen.cons.25.col.pe. Oldr. cons.214. nu.3.Soci.cons.287.nu.2.lib.2.Deci.cons.516.nu.19. Craue.consi.70.nu.6.

6 Quartò † opponebant fructus per matrẽ perceptos ex bonis fideicõmisso subiectis in debitũ compẽsandos.per l.mulier.§.cũ proponeretur.ff.ad Treb. vbi pater, qui tenebatur dotare filiã instituit hæredẽ, & grauauit si sine liberis decederet Titio restituere hæreditatẽ. Illa, mortuo patre marito dotẽ constituit, deinde sine liberis moriens maritum hæredem fecit, quærebatur, an maritus in restitutione fideicommissi teneretur etiam dotẽ restituere? videbatur nõ teneri,

cum illa ad grauatũ pertineret, & in fideicõmiſſo non veniant niſi bona grauantis. Reſpondeo, ſi tãtos fructus mulier perceperit, quibus doti fuerit ſatisfactum, dotem non poſſe retinere. Et ita fit compenſatio fructuum cum debito quod ad grauatum pertinebat. ad
7 † idem in l, quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. falcid. Auus, qui erat debitor nepoti ex cauſa tutelæ, illum inſtituerat hæredem, & ſi ante xxv. annum vita decederet ſine liberis, rogauit, vt & ſuam, & nepoti hæreditatem reſtitueret Titio. Ante illam ætatem hæres nepotis in debitũ cõpenſare tenebitur fructus, quos medio tempore nepos perceperat. Itaque multi grauiſſimi viri voluerunt iſtorum iurũ auctoritate grauatum debere compenſare, quod ſibi à teſtatore debebatur, cum fructibus ex fideicommiſſi bonis pendente conditione perceptis. Idque cenſuit poſt alios de Ripa in l. in fideicommiſſariam. nu. 19. & 35. ff. ad Trebel. Hercula. in d. §. cùm proponeretur. 4. nota. Mono. de arbi. lib. 2. cẽtu. 3. caſu 256. nu. 21. qui etiam dicit me ita voluiſſe in d. l. in fideicom. Idem voluit in dote conſumpta fructibus. Marian. Soc. Iun. conſi. 57. num. 13. lib. 3. dicens hanc commu. eſſe opinio. & ferè omnes doct. ita tenere, & propterea in iudicando ſequendam. Boër deciſ. 44. nu. 16. circa fi.

8 Veruntamen † hoc nimis durũ videtur. Siquidem inſtitutio, quę in fauorem hęredis fieri ſolet. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. in eius magis verteretur damnũ generaretq; proprij debiti amiſſionem. contra l. quod fauore. C. de legib. c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. hinc dici ſolet gratia gratiam parit. hic odium generat, & triſtem reddit amicum, qui credit ab initio auxiſſe patrimonium ex noua inſtitutione, ſed tandem diminuiſſe cognoſcit. contra regulam. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. patet, cùm creditor poſſit vno contextu debitum petere, & recuperare minutatim dotem vel debitum recipere cogeretur, per ſingulos annos, vel menſes fructus percipiendo, quod damnoſum eſſe ſolet creditoribus particulares recipere ſolutiones. l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de trãſact. l. 3. ff. famil. herciſc. l. 3. ff. de alimẽ. lega. & ita ignorãs deciperetur occaſione latẽtis periculi, quod lege non permittitur. l. ſi §. ſi C. de bonis, quæ lib. his accedit, quod dici ſolet hæréditatem cõtinere in ſe occultas, & inuolutas obligationes, & curas. l. minor. 6. ff. de mino. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Itaque hæres, qui liquidũ debitum habebat, confuſum redderet ſi illud cum fructibus compenſaret, qui incertam continent æſtimationem pro tempore variam, & mutabilem. l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & non ſoleat fieri compenſatio niſi de liquido, ad liquidum. l. fi. C. de compenſa. Illud etiam me retinet, quod ęs alienum ſoluendum ſit per hæredem, & eum, cui reſtituenda eſt hæreditas pro rata portionum. l. 1. & 2. C. ad Trebel. l. 1. C. ſi cer. pet. l. ſi pro fratre. C. de neg. geſt. Ro. conſ. 276. nu. 7. Bert. conſ. 389. no. 7. & 8. lib. 1. hic nihil ſolueret fideicommiſſarius, ſed ſolus hæres. Quis negabit hæredẽ poſſe deducere, & petere ius ſuum à fideicommiſſario, & retinere quod ſibi debetur. l. cùm hæreditas ex fideicom. l. poſtulante. l. ita tamen. §. cùm ex Trebel. ff. ad Trebel. l. 2. §. cùm quis. ff. de hæred. vel actio. vend. Quia bona grauati non veniunt in reſtitutionem. l. cohæredi. l. cùm filiæ. ff. de vulga. l. debitor. ff. ad Treb. Etiamſi non faceret inuentariũ, quamuis eo caſu teneatur creditoribus, & legatariis, & vltrà vires hæreditatis. § ſi verò non fecerint, in Authen. de hære. & falci. l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan. proprium tamen debitum non confundit. d. l. debitor. Paul. de Caſt. in l. ab omnibus. §. fi. in fi. de lega. 1. & conſi. 77. num. 1. 2. lib. 2. Alex. in d. l. ita tamen. §. ſi ex Treb. num. 3. & conſi. 124. nu. 7. lib. 7. Soci. conſi. 44. num. 1. lib 3.

Dico etiam hypothecam ſemper remanere ſuper tota hæreditate donec debito ſatisfiat. d. l. debitor. l. quamdiu. ff. de diſtr. pig. Ro. conſ. 276. nu. 2. 3. Ang. conſ. 44. in 2. dubio. Pariſ. conſ. 25. nu. 64. lib. 4. Neguſan. de pign. in 2. memb. 6. par. nu. 6. & probat etiam l. ex ſextante. §. latinus. vbi Gl. ff. de excep. rei iud. Bar. in l. 2. C. de luitio. pig. Rui. conſil. 17. num. 16. libr. 1. Quomodo ergo fieri poterit iſta extinctio debiti per illos perceptos fructus, quos lex etiã vult vt in Trebellianicam imputentur, & reliquis lucretur hæres? d. l. in fideicommiſ.

Si denique maritus vxori vſumfructum relinquat, illa habeat vtrũque, & dotem, & fructus? Sicut quando illi legatum facit, ſine vllo animo compenſandi? l. vn. §. ſciendum. C. de rei vxo. actio. no. in auth. quod locum. C. ſi ſecun. nup. mu. & in auth. pręterea. C. vnde vir, & vxor. Paul. de Caſt. conſ. 224. per to. libro 2. Bart. in l. Titia cum teſtamento. & ibi Picus. de legat. 2. Cur diuerſum vbi inſtituitur hæres? & grauatur reſtituere hæreditatem?

Iſte nodus difficilè diſſoluitur, vnde multi alij etiam grauiſſimi viri, ſimul & doctiſ. partem negatiuam ſequũtur: veluti Bart. in d. ff. cùm proponeretur, poſt Iaco. de Are. Alberi. idem col. 1. verſ. ſed opponitur. Imo. col. fi. verſ. nec obſtat Alex. nu. 14. Rom. cõſ. 276. nu. 4. Rui. conſ. 112. no. 18. & conſ. 115. num. 13. lib. 2. Pariſ. conſ. 25 nu. 65. lib. 2. Roland. à Val. conſi. 65. nullam fieri debiti confuſionem, neque compenſationem cum fructibus, communémque atteſtatur. Ferra. in forma libel. quo agitur de ſobſti. in verbo. ac per fideicum. col. 3. verſ. fallit in liberis. Et magis placuit dominis, cùm ſit dulcior, & æquior, vt plenius in teſtamentis voluntates teſtantium interpretemur. l. qui cõcubinã. §. qui hortos. de lega. 3. cùm ſi. Et quia hic, teſtator inſtituerat vxorem donec vidualiter vixiſſet, & deinde grauauerat poſt mortem reſtituere, cuius ipſa voluntatem adimpleuit, minus videbatur in debitum ſuum fructus compenſare. l. Titia. §. qui in vita. de lega. 1. Et quia de compenſatione non fuerat loquutus. l. ſi ſeruum. §. non dicit prætor. ff. de acqu. hæred.

9 Sola † remanet cura in tollendis alterius opinionis fundamentis, poſitis ſuper illis duobus §. §. Cæterum conſtabat in §. quod auus teſtatorẽ voluiſſe fieri compenſationem de fructibus in tutelæ debitum, vt ſcribunt Paul. & Alex. ibi tu dicas non expreſsè, ſed tacitè. Nempe, ſi voluit grauare nepotem vt tam hæreditaria, quã propria reſtitueret, videtur fortiùs voluiſſe compenſationem, cauſa plenioris reſtitutionis, oſtẽdens plus habere affectionis erga fideic. quàm ad hæredem ſi conditio exiſteret. Eſtq; ille caſus ſpecialis in hoc, & præter communes iuris regulas. l. quod vero contra. ff. de legib. Ad §. cùm proponeretur, dico filiam non verè, & propriè eſſe creditricem dotis, cùm illa officio iudicis debeatur. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iur. do. l. fi. C. de do. promiſ. quod nullã præſupponit obligationem. l. qui per colluſionem. ff. de acti. emp. vt ibi aduertit Alber. col. 1. verſ. ſed opponitur. Imo. col. fi. ver. nec obſtat. Bart. autem intelligit fructus fuiſſe extantes, & non conſumptos. quem ſequitur Imo. col. 1. ver. & adde.

10 Quintò † allegabant auth. vxore mortua. C. de ſecũd. nup. ad hoc vt materna dos, ſimul cum donatione vxori per maritum facta diuidantur communiter inter omnes liberos. Sed viſum eſt non eſſe ad propoſitum

positum: quia loquitur de lucro dotis: quod maritus tenetur reseruare liberis, in quo & ipse participat pro virili: idem, & in donatione propter nuptias si eam lucraretur vxor. vt Gl. declarat. & Albe. & Sali. ibi. hic verò non agitur de donationibus propter nuptias. Sed de reciprocis quæ inter coniuges fieri consueuerunt.

11 Donatio autẽ † propter nuptias illa dicitur quam facit maritus, vel eius pater dotis assecurandæ gratia. l.fi.C.de dona.ante nup.§. est & aliud.Insti. de dona. Quæ mariti manus non egreditur.Io.Lup.in Rub.de dona.§.17.nu.2. Et quamuis reciprocas instrumenta propter nuptias nominent, non à sono verborum, sed ab effectu contractus intelligimus.l.in sulam.ff.de præs.verb. Bart. in l.2. C. commo. Crauet.in terminis cons.85.nu.4.5.Bertrand.cons.135.nu.7.& cons.346. nu.1.2.lib.1.

12 Sextò † apparebat matrem recepisse dotes quę ab vxoribus filiorum fuerant constitutæ, & simul cum filiis recognouisse. Ideò Catherinam tanquam matris hæredem debere ea restituere integraliter: proptereà quod mortuo marito sola mater negotia domus gerebat, & redditus percipiebat, vt probatum est testibus. sicut de patre, & filio simul dotem confitentibus, vt præsumatur solus pater recepisse, quando totius familiæ curam habet.vt scribunt doct.in l. si cùm dotem.§.transgrediamur. ff. solu.ma. secundum Cyni opinio. Idem igitur in filio si solus gerat, teste Ang.in §.est & aliud. col. 2. vers. & aduertas.Insti.de donat.Chassa.in consue.Burg. Rub.6.§. 2. versi *mais luy demeure sauloe*.nu.4.Cra.cons.91.in fi.qui commu. affirmat.

Alia non teneri, nisi pro dimidia: secundum naturam copulæ, quæ æqualiter diuidit copulatos. l. reos. cum in tabulis.ff.de duo.reis. vt voluerunt Bal. Ang. Imo.in d.§.transgredia. Boër. decisi.33. num.10. qui dicit cõmu.contra Cy.Capicius de do.in 3.par.quæs. 169.Bald.Nouel.par.7.quæst.39. Ioan. Lup. in c. per vestras.5.nor.ou.11.Rui.consi.187.num. 2.lib.1.Tiraquel.de retract. consangui. §.31. Glos.vni. num.4. Cachera.decis.43.num.1.2.

13 Nec obstat † quod Cra.aliam communem vocet: Quia (salua illius pace) fallitur, si quidem solum allegat Cy. cũ dicto Alex. in addi.ad Bart.in l.duobus.§. vbi duo.ff.de duo.reis.qui loci ait, fortè præsumptio erit totam pecuniam ad patrem peruenisse. Et licet (inquit Crauetta) Alexáder loquatur per verbum fortè, tamen affirmat, cùm sit assertiuum veritatis. & ad hoc allegat Soci.& alios, veruntamen veriùs est Alexandrum ibi fuisse dubitatiuè loquutum: ne videretur sibi contrarius, & corrigere voluisse, quæ dixerat in

14 d.§.transgredia. Et quia dictio † fortè, secundum propriam ipsius naturam, & significationem dubitationem continet: nisi à legislatore proferatur.l. si duo.§. 1.ff.de arbi.l.si fortè.ff.de cas.peculio. Feli. in c. accedens.nu.10.vt lite non contest. Ideò fuit conclusum, matrem pro sola dimidia fuisse obligatam.

Sextò Catharina asserebat in suis articulis matrem fecisse testamentum, instituisse hæredes Reynerium, Iacominum & ipsam Catharinam, quæ ideò petebat pro tertia parte diuisionem hæreditatis. Et virtute legati in codicillis relicti omnia nomina.

15 Illi dicebant † agentem in se esse contrariam, siquidem mater prius facto testamento, dicit postea se facere codicillos, & in his adimit hæreditatem Reynerio, & Iacomino adhibitis septem testibus. Ideò inquit lex non codicillos, sed testamentum auiam tuam facere voluisse, institutio, & exhæredatio probãt euidenter. C.de testa. quáuis aliter dixerit, auctore Paul. de Cas.in l.fi.nu.2.C.de codicil. Alex.cons.194 nu.1. lib.7. vnde reuocatum fuit prius testamentum. Ne liceat cum duobus testamentis decedere.l.quærebatur. ff.de test.mili.l.vnum.ff.de testamen.l.3 §. duobus. ff. de secund.tabul. Et ita ex illo non potuit se cohæredem dicere, cùm fuerit reuocatum. Nec virtute posterioris credens esse codicillos, quod erat testamentum nesciẽs, quo iure, vel titulo possit acquirere: quo casu audiri non debere.l.sed & si de sua.l. cùm falsum l.cùm quidam.§.fi.ff.de acq.hæred.l.multum interest. C.si quis alte.vel si l.vbi repugnantia. ff.de reg.Iur.l. 1.C.de fur.

Illa replicabat, constare de clara matris voluntate quæ legauit sibi nomina. Ideò siue ex testamento, siue ex codicillis nihil ad eos. cùm verè debeantur. l.si mater.C.de iusti.& sub.Re non verbis agendum.l.pe. §.docere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est. c. relatum.de cleri.non residen.

16 Et † multa alia, quibus persuadebat curiã nostram solam facti veritatem inspicere debere, &c. Sed nascebatur difficultas, quomodo posset deberi legatũ non adita hæreditate? l.si nemo.ff.de reg. iur.l.eam quam. C.de fidei.vbi glo.ponit fallentias. Et si virtute clausulæ codicillaris iuxta. l.1.2. ff. de iure codicil. Deci. consi.77.num.4. conseruarentur legata quæ repetita censentur à venientibus ab intestato, expresse, vel tacitè.l.conficiuntur.ff.eo. Tamen requiritur aditio, per eos, qui possunt succedere, alioqui non possunt conueniri ad legati solutionem teste Accurs.in l.qui filio. §.1.& ibi Bart.ff.de acqui.hæredi.Ias.in d. l. eã quam. nu.13.& in auth.ex causa.in fi.C. de libe. præteri.vel exhæreda. & in l.nemo potest. nu.23. de leg.1.& ibi Alex.nu.10.Couar.in c.Raynaldus.§.3.nu.8. Tãdem hæc intelligens Catharina ita consulta declarauit, se esse hæredem, & matri velle succedere in solidũ. Sed latebat anguis in herba. Si quidem petitũ ab illa fuit vt tanquam hæres matris redderet rationes, & reliqua præstaret pro tutela filiorum, quam mater admi-

17 nistrauerat. Sicut † tenentur facere omnes illi, qui aliena negotia gerunt. l. aduersus l.rationes.C.de admi.tuto.l.2.ff.de nego.ges.Roma. consi. 414. Siue sit mater, siue sit frater qui gessit. Roma. consi.148. Panor.consi.12.in 6.dubio.lib.1. Alioqui, tenentur ad interesse.l.3.§.hęc actio.ff.de nego.ges.l.tutelæ.l.omnes.C.arbi.tutel.Deci.consi.100. num.7. Apparebat actis curię insulanæ olim Armandam cõuenisse Reynerium vt ille arbitrum eligeret, & ab vtraque parte fuisse electos viros, sed nihil amplius. & lapsos 32. annos, præscriptámque actionem.l.omnes.l.sicut C. de præs.30.vel 40.anno. Et Armandam matrem rationibus fuisse liberatam à Michaële patre Iacomini virtute iuramenti in liberatione positi vt scribit glo. in l.3.§.contrarium.ff.de contra.iudi.tutel. Quæ vult

18 † auth.sacramenta puberum, locũ etiã habere in liberationibus, & distractibus, à puberibus celebratis. vt ibi Bart.no.& Bal. Corse. super effectibus iura priuilegio 18.Cur.in d.auth.nu.42.Deci. consi. 639. Rui. consi.137.lib.4.Tiraquel.de legib.connu.gl.5.nu.7.

19 Impugnabatur hæc liberatio, quòd facta fuerat auiæ nullis per eam redditis rationibus. Cùm debuisset non in sole, sed legendas offerre priùs. librúmque rationum exhibere, accepta, & data conferre. l. cùm seruus.de condi.& demons.Soci.consi.190.nu.2.3.4. 5.lib.2.Bertran.consi.31.nu.10. cum sequen. libro 2. Alioqui dolosa præsumitur liberatio. l.cùm affirmes. ff.de dolo.l.Aurelio. §.Caius.vbi Bart.ff.de libera.lega. & in l.quidam decedens. ff. de admi. tuto. Quæ quidem

quidem liberatio ita simpliciter facta quocunq; tempore retractari potest.l.quæsitum.vbi gl.magna.in fi. ff.quando actio de pecu. est anna.non obstante iuramento,& iudicis decreto.Paul.de Cast.consi.63.lib.2. Deci. consi.110.num. 9. fuit conclusum Catharinam tanquam matris hæredem debere priùs tutelæ rationes reddere saluis suis iuribus.

SVMMARIVM.

Statutum Aueuionis de duobus cursoribus tradentibus tiletum, declaratur vt habeatur pro confesso qui tenebatur respondere.

DECISIO XLVI.

STATVTO huius ciuitatis cauetur titulo de actore, & reo comparentibus. art.4.lib.2. Si reus differat articulis respondere, duo cursores tradant illi tiletum continentem ista:& in eius contumaciam articuli pro confessis habeantur. iuxtà l. de ætate.§.qui tacuit.ff de interro. actio.l.locum.§.condemnario.ff.de tabu.exhib.l.generaliter.§.hisdem.C. de iureiurand.c.1.de postu.præla.vbi Deci.nu.10.c.si post præstitum.de confes.lib.6.Craue.de simili statuto post tertiam dilationem.consi.254.nu.3.

Duo cursores retulerunt citasse partem, & alias egisse prout habebant in mandatis,dubitatum fuit an per hoc probetur tradidisse tiletum? dictum fuit minimè, quia pro forma statutum requirit tileti traditionem, & cùm multis aliis modis fieri possit executio, debebant de huiusmodi traditione tileti expressam mentionem facere. Bella. Deci. 200.de re iudic. Vestrius in praxi iudicia. lib. 4. titu.de execu. cita. ad par.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Princeps,an possit dare gratiam non satisfacta parte? numero 2.*
3 *Iudex non debet reum relaxare, nisi prius satisfacta parte,vel re furtiua domino restituta.*
4 *Subreptio non obstat,quando apparet principem velle gratiam concedere.*
5 *Princeps non censetur velle vti plenitudine potestatis.*
6 *Gratia in vinculis verificanda,& probanda.*

DECISIO XLVII.

PAVLVS de Guinutiis eques auratus ciuita. Caualionis narrat in suis oblatis precibus. occidisse Ioan. regium occasione maledicti in ipsum prolati verbi. sed dolere de casu, voluisse cum patre defuncti reconsiliari, & soluere interesse, patrem recusare, & nolle recipere. Et cùm facta pro infectis haberi non possint,petit gratiam.Se esse nepotem illius magni Cardinalis de Guinutiis, & alterius Episcopi Caualicen.virorum illustrium,de sancta Romana ecclesia bene meritorum. pugnasse pro fide Catholica propriis stipendiis, & totis viribus laudabiliter vixisse à teneris huc vsque annis. Nemini alteri nocuisse. nuper occisum Hieronymum eius fratrem pugnando contra hostes, & rebelles Minerbiæ, &c. Ill.Cardi.istis rationibus motus, rogatúsque à multis viris grauissimis, & in solatium matris, quæ alterum filium in bello amiserat concedit gratiam, saluo interesse partis,pars impugnat, vultque docere de obreptione prius carcerato reo, quæsitum est relatore R. D.præside,quid iuris?

1 Ista † quæstio est difficilis habétque varios, & diuersos inter se pugnãtes casus,siquidẽ appareat nobis multos delictorum reos,gauisos fuisse similibus principum indulgentiis, etiã nulla facta satisfactione læsis. Econtrario verò multos cum suis gratiis in collo pendentibus mortis luisse pœnas, secundum occurrentes casus,teste Bossio tit. de remedio, & sola clemen.princip.nu.23 cum seq.clar.in §.fi.quæst. 59.nu. 2.cum sequent. Alij dicunt principem ita indulgere posse. Cum necis,& vitæ apud illum potestas sit.l.1. de consti. princip. nullisque iuris regulis limitetur. l. princeps.ff.de legib. Etiam si sine causa hoc faceret, quia quęlibet ratio,pro causa habetur.ibi,quod principi placuit legis habet vigorẽ.Bal.in l.2. col.7. versi. item nota quod si Papa.C.de seruit.& aqua & in l.rescripta.col. fi.versi.item quærunt docto. C.de precib. Impera.offe.& consequenter auferre potecit particularibus rerum suarum dominationem.l.Lucius. ff. de euic.l.item si verberatum.§.1.ff.de rei vendi.Cano.in c.quæ in ecclesiarum.vbi Deci.num.24. de consti. de qua re latiùs inferius tractamus.

2 Multi contrarium † putant quia licet hoc possit summo iure, generali tamen consuetudine non solet, nisi damna læsis ante omnia restituantur, secundum meram iuris naturalis æquitatem, quæ docet neminem alterius odio debere prægrauari. c. nemo debet. & c.peccatum.de reg.Iuris lib.6. And. de Iser. titulo, quæ sint rega.in verbo. bona committẽtium crimen. gl.no.in l.2. C.de in ius vocan. Paris de puteo.de sindi.in verbo.compositio.nu.22.Gram.consi.35. num. 15.votu.35.num.8.Cla.vbi suprà, ne iniuriarũ nascatur occasio,vnde iura nascuntur.l.meminerint.C.vnde vi.l.digna vox.C. de legi. c.nos si incompetenter. 2.quæst.7.præsumatúrque ea iubere,& velle,quæ sua iura disponunt.§.omnes.in Authen.de Iudici.Bart.& Ang. in l. Antiochensium. ff.de priui.credito. Et ne vnius misericordia, sit alterius iniustitia. Calca. cons. 2.nu.54.55.Craue.consi. 168.nu.9.

3 Hinc Bart.in † l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.licet inquit latrunculatoris restricta sit iurisdictio ad solam criminis pœnam.l.solemus.§. latruncularor.ff. de iudi. potest tamen cognoscere de ciuili ex eodem crimine descendente, scilicet interesse partis.§.oportet. vt iudices sine quoquo suf. §. illud. circa fi. in Auth. vt liceat ma.& auiæ.vbi captus ex furto nõ debet relaxari, nisi priùs restituta re furtiua domino. Imo. Alexan.nu. 8.in l.diuus.ff. de re iudica. Si testis falsum deposuisse probetur, ille cuius interest potest petere priùs retractari sententiam prætextu illius falsitatis latam.Bal.consi.497.lib.2.Soci.consi.60. nu.2. lib.4. Quando scilicet ex actis causæ criminalis constat de damno partis, non debet relaxari reus donec satisfecerit læso cui fieret iniuria, si cogeretur alium processum incipere.Cra.consi.14.n.6.Hinc princeps, etiam remittendo pœnam fiscalem tantum remittere intelligitur non illam,quæ læsum tangit. gl. in d.l. 2. vbi Ias.nu.10.C.de in ius vocand. l.2.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco pub.l. ex facto. ff. de vulga. & probat titulus. pœnis fiscalibus creditores præferri. C.li.10.dict.in §.Cor.felici in verb.se ante pœnã esse.

Ex alia etiam se læsum dicebat pater, quod ab initio habebat fiscum secum, nunc solus remaneat prosequitor, tacente fisco, qui agendo terrebat, maiori priuilegio donatus & fauore:vt patet in titulis de Iure fis. & priui. fis. vt scribit Bal.in l.1. C. de hæred.& act.

act.vend.& in l.1.C.de priuil.fis. Et cùm virtus vnita sit fortior dispersa.ca.1.de treuga,& pace. Non debebat fiscus suam actionem remittere, ante totius causæ diffinitionem.ro.ti. ad Turpil. Cùm illa tenderet ad vigorem publicæ disciplinæ.l.locatio. §. quod illicitè. ff. de publi. & vectiga. & ne tam crudele delictum remaneret inultũ.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.

Sed nostrum non est liberales principis ligare manus.d.l.1.hæc sunt iura regum.vt reg.1.c.8. dummodo non tollat quod tuum est, quid ad te. l. sacrilegij. C.de crimi. sacri. Et quando princeps vtitur plenitudine potestatis ei non potest dici, cur ita facis. Rol. à Valle.consi.3.nu.127.lib.1.deci.consi.390.nu.6.

4 His † non obstantibus volebat ille probare obreptionem, & fuisse mendaces preces. vnus ex nostris dicebat quando constat de mente principis, vitiũ obreptionis non vitiat gratiam:vt no. Cano.in c.postulasti.de rescrip.Ancha.consi.195. Bellame.cõs.14.Soci.cons.63.nu.10.lib.3.Cra. cons.2. nu.14.Beto. in c. quæ in ecclesiarũ.ou.140.de constitu.puta, si de gratia die Veneris sancta concessa ageretur. vel propter felicem aduentum, natiuitatem filij, obtentam victoriam,vel si quę vera sint,non potest dici obreptio.Sicut hic verè constat, de causis principẽ mouentibus, quod eius frater pugnando pro fide occubuerit. In solatium desolatæ matris. quod militauerit,&c. Cæterum quãuis illæ causæ essent veræ possent esse alię, quæ gratiá facilè labefactarent,quas pars læsa,& non contenta allegaret,& probaret.Quid si diceretur hũc attentasse vxoris defuncti pudicitiã, maritum prohibuisse domum,& ob id occiderit? hæc & similia redderent principem difficilem:imò fortè inexorabilem. d.l.rescriptum.l.meminerint.Craue. cons.137.nu.10.

5 Et quia in dubio † princeps non censetur vti plenitudine potestatis.d.l.digna vox.c. innotuit. vbi Inno.& alij de electio.Alexan.in l.quãquam.C.de mili.test.Bart.in l.diuus.ff.de adi.leg. Deci. in d. c. quæ in ecclesiarum.nu.27.28.Cra.consi.172. num.3. & seq. Rol.à Valle.cõsi. 86.nu.58.lib.1.Præterea,docto.qui loquuntur de plenitudine potestatis, ponunt exemplũ in Papa,vel Imperatore.vt scribit Deci.vbi suprà, nu.24.licet in facultatibus Legatis Auenio. concessis hæc omnia contineãtur. vt patet rescripto diui Leonis decimi. Ibi,pœnas pro quibuscunque criminibus etiam enormibus incursas remittendi, &c. Imò Papa illa plenitudine vti videtur,quando per suos vicarios facit.l.& si prætor.ff.de offi.eius.l.vnum. §.1. de lega. 2.Bal.consi.277.nu.14.15.lib.1.& consi.457. num.3. lib.5.& consi.359.nu.1.2.lib.3. Craue.consi.135.nu. 4. Et per alia multa contra gratiam clamabat pater.

Alius dicebat hanc esse principis voluntatẽ, se paratum soluere interesse,patrem recusare. Ideò conditionem haberi pro impleta.c.cùm non stat.de reg.Iuris.in 6.l.in iure ciuili.ff.eo.l.1.C.de insti.& substi.

Verum diceret, si solum verteretur quæstio super interesse soluẽdo. Sed alius dicit mendacio obtinuisse gratiam,velle probare obreptionem, & falsas preces eo detento,& carcerato, vt tandem puniatur in corpore,propter tacitas in supplicatione causas.

Reus paratum se offerebat eas audire, & se defendere extra carceres, insequendo principis derogationem in precibus appositam. Pater verò cum defuncti fratribus, nihil minus esse prohibitum in publicis criminibus habere procuratorem.l.pe.§.ad crimen.ff. de publicandi.l.1.in fi.ff.de requi.reis. Boẽri. Deci.65. nu.10.deferentes gratias debere eas in vinculis comprobare, cum possent aufugere veritate detecta.Bald. in Rub.C.de procura.col.fi.versi.procurator in capituli causa.& notaui in §.Cornelio felici.in deci.num. 60. Fuit conclusum gratiam carcerato reo probandam,& verificandam parte audita.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ, quæ non excedunt legitimum modum, an iure ciuili permittantur?*
2 *Vsuras ius canonicum indistinctè prohibet.*
3 *Vsuras, qui propter paupertatem restituere non potest, excusatur.*
4 *Vsurarij pœna arbitraria puniuntur.*
5 *Vsurarium punire potest laicus iudex.*
6 *Vsura an à volente exigatur?*

DECISIO XLVIII.

De illo qui fecit contractum vsurarium data cautione de relaxando.

FISCVS Titium loci Massani,quod vsuram commiserit in iudiciũ detulit, produxitque chirographum manu ipsius scriptum,in quo promittit debitori non exigere ab illo 300. flor. mutuatos per tres ann.dummodo septenos annis singulis persolueret nummos, viso recognouit, negando aliquid adhuc accepisse, quæsitum est, an data cautione esset relaxandus?

1 Loquimur † de eo,qui non est manifestus,nec exigit vltra modum iure ciuili præscriptum, & in ciuili foro siue mixto. Cùm legatus possit de vtraq; cognoscere.c.legatos.de offi.de leg.l.& ideo.ff.de offi. proconsu. Aliqui credunt ius ciuile permittere vsuras, quæ modum non excedunt, vt Alcia.scribit in c.1.nu. 76.de offi.ordina.eámque esse communem. Alij verò contrariam magis communem, vt docet Panor. in c. cùm sit generale.nu.18.de foro compe. Ias. in §. omnes.nu.14.de actio.Clar. in §.vsura.nu.4.Sed hęc disputatio non videbatur necessaria, quia sumus in terris ecclesiæ, in quibus seruãda est iuris Canonici dispositio,quæ indistinctè vsuras prohibet.to. ti.de vsu. c.peccatũ.de reg.Iuris. Ideò videndum est qua pœna sit puniendus. vt inde sciatur si cauto sit relaxandus.

2 Multi sunt † opinionis hunc, & similes cogendos vsuras restituere,& illis restitutis absoluendos. c. debitores. de iureiur. c. 2. c. tua nos. de vsur. solutione enim eius quod debetur,omnis tollitur obligatio. §. 1.Insti.quib.mo.tol.obliga.

3 Nisi nimia † paupertate excusaretur. c. cùm tu. §. illi.eo.ti.sicut hæres à legato præstando, si casu,& sine sua culpa perierit.l.cùm res legata. de lega.1.similiter debitor,qui non potest soluere, cedendo bonis liberatur.c.Odoardus.de solutio. l.fi. C. qui bo.cede. pos. A fortiori ergo quando vsurarum faceret restitutionem.Præsertim quia nulla reperiatur pœna,nisi cõtra manifestos.c.quia in omnib.eo. & c.quãquam. eo.li.6.Ideò videtur,non manifestos excusare,vel immunes reddere à contrario sensu.Ex eo etiam quod à volentibus exigantur, quibus non fit iniuria,si libenter exoluerint.l.1.§. vsque adeò.ff.de minor. Et huius opinio. fuerunt quos Decius citat consi.170. Rolan. à Valle.consil.75.lib.2.Cra.cons.6.ou.101.104.

4 Cæteri verò † putant etiam occultè fœnus exercentes pœna arbitraria dignos,& in crimen stellionatus incidere, propterea quòd dolosè agant, leges & canones contemnendo,quibus prohibentur fœnora. l.1.C.de sum. trin. & fid. catho.l.1. ff.de cri.stellio. l. locatio.

locario.§.quod illicitè.ff.de publica.l fi. ff.de extraordi.cri.glo.singu in l.improbum.C.de his,qui no.insa. Cor.coos.19.lib.3.Bald.cons. 449. in princi. lib.3. Et
5 laicos † iudices de his posse cognoscere,tanquam iuris canonici ministros,& coadiutores. Ratione concordiæ,quæ inter vtrumque ius facta cernitur in c.1. de nou ope.nuntia.l.inter claras.C.de sum.tri.& fide catho.Etiam si vsuras restituisset,propter contéptum prohibitionis à principe factæ. l. qui ea mente. ff. de fur.quo loci dicitur pœnitentiam peccatum non tollere,postquam ius alteri fuit quæsitum delinquendo. c. de appel. lib. 6. ibi iustum est vt in eum insurgant, qui ius,& iudicem contempsit. Ang. cons.174. nu.4. Cra.cons.106.nu.14. Ab initio enim debebat abstinere a iure vetitis,hinc vulgò dici solet, Serò sapiunt Phryges.l.si vxor.§.si ff.de adulte.Quamuis post vsuras laboraret inopia, quæ quidem non solet auferre crimina sed magis aggrauare. l.1. in fi. & l. in seruorum.§.fi.ff.de pœnis.§.item lex Iulia.Insti.de pub.Iudi.sequeretúrque absurdum si liceret à contrario sensu sumere argumentum. l.2.C.de condi. infer.l. conuenticulam.C.de epis.& cleri.no.in l.1.ff.de offi.eius. Alexan.consi.200.nu.7.lib.2 Cra.consi.39.nu.7.cùm vterque delinquat,licèt publicus grauius altero,propter scandalum.hinc crimina facta palam,sunt occultis grauiora.§ furti. Insti. de obliga. quæ ex delic.nas. titulo de vi publica,& priua.Non tamen sequitur,occulta non esse punienda. Nec iuuat, quod a volente debitore vsuram capiat,si quidem nulla potest considerari liberalitas in debitore soluente vsuras. Imò videtur sibi soluere lumina vel proprios oculos, vt inquit glo.in l.1.ff.de solu.Bal. in l. indebitas.C de vsu. Deci.in l nemo videtur fraudare.nu.5.ff. de reg.Iuris. & ibi Cagno.num.5.Nata.consi.369.nu. 6.7. Cachera. deci. 137. nu.14.15.16. Et quamuis aliter faceret, Ius publicum priuatorum conuentionibus non tollitur.l.ius publicum.ff.de pac. Nec interesse fisco debitum.Bar.in l.1.§.vsque adeò. ff. de iniur. & in l. inter omnes.§.rectè.nu.1.ff.de fur.de Petra sancta,sing.55. Hypo.singula.25. hãc communem attestatur Mono. de arb.lib.2.centu.4.casu.398.nu.4. Neque verò me existimetis hęc dicere quod bellum mihi sit cum vsurariis, nusquam enim meos boues abegerunt,neque equos,sicut vulgò dicitur, sed veritatis gratia.

Dictum est cauto relaxãdum lite pendente, posteà completo processu fuit declaratus contractus nullus, & à petitione fisci relaxatus reus: quia nó constabat, quod aliquid exegisset, & hæc omnia in arbitrio iudicis consistãt.l.t.& ibi Bar.ff.de effracto. Alexand.in l. hodie. ff. de pœnis. Hypo. consi. 24. nu. 34. cum sequent.

SVMMARIVM.

1 *Vocandos eos,quos principaliter negotium tangit.*
2 *Scuti valor quo tempore attendi debeat?*
3 *Funeris impensa per hæredem, & maritum pro rata facienda.*
4 *Hypothecaria quanto tempore præscribatur, tam à tertio,quam à debitore.*
5 *Hypothecaria non agitur, nisi prius discusso debitore.*
6 *Discussio,in curia Rotæ non est necessaria.*

DECISIO XLIX.

De reuocatione pignorationis ex multiplici capite nulliter obtenta.

NOBILIS, & egregius vir dominus Nicolaus Tartulius legum doctor, & dominus Balnearum, tanquam hæres vniuersalis domini Stephani sui patris. anno 1562. impetrauit pignorationem contra bona hęredum no.Ioan.de Rathana pro summa 700.fl.restantium dotis,quondã Margaretæ sororis. Captis bonis in loco paternarum comparet no. Elisabet de Rathana vxor domini Francisci Calui,varia,& plura obstacula opponẽdu,quæ me relatorem, consiliúmque, multum occuparunt occasione antiquorum gestorum ali anno 1505. quæ inter partes hactenus contigerant: hic breuitatis gratia omissa,dicebat igitur opponens sua esse pignora, séque regnicolam,dudum super istis bonis multa Aquis lata fuisse arresta, occasione falsæ donationis Tartulus factæ, & reuocatæ ipsis auditis,& comparẽtibus. Ideò causam remittendam.l.vbi cœptum.ff.de iudi.& vniuersale iudicium traxisse particularia.l.si quis libertatem. vbi Bar.ff.de peti.hæredi.Ias.in §.præiudiciales. nu.4. de actio.sed ad hoc nulla habita fuit ratio. Cũ iste sit alius agendi modus,virtute hypothecæ, quæ realem continet prosecutionem.l.pignoris. C. de pigno. l. si fundus.§.in venditione.ff.eo.ro.tit.de distract.pigno.

1 Dicebat vlterius † non valuisse transactionẽ à domino Tartulio productam, propterea quod non fuerant omnes vocati,quorum intererat, cæcum dicitur negotium, quod non vocata parte geritur. l. de vno quoque.ff.de re Iud. hinc cæca dies,& oculata. Cæca sunt, non tantum quæ non vident. sed quæ non videntur & absunt. Sed quia inita erat inter eos, quos principaliter negotium tangebat, non erat opus vt omnes alij, qui in consequentiam habebant interesse vocarẽtur.l.auctore laudato. C.de euictio. de Afflict. decis.396.nu.3. Capi. decis.107. nu. 5. Sicut de citatione contingit,quæ laxanda est in eos,qui primas in lite obtinent partes.Alex.consi.86.nu.3.lib.2.Ias.in l. decem.num.38.ff.de verbo. obliga. vbi Moli.in addi. Cachera. decis. 157. nu.1. Et quia opponens allegabat ius tertij,cuius cura ad eam non pertinebat. l.loci corpus.§.compen.ff.si seru. vendi. Bart. in l.2. ff.de excep.rei iudi.l.his consequenter. §.1.ff. fami. bercis. Rui.consi.119.nu.2.lib.1.& consi.85.nu.3. lib.3. Ias. in l.indebiti.§.sed si nummos. nu.11.ff. de condic. in debi.sed ad eum qui est dominus. l. cùm quærebatur. C.vnde vi.hinc dici solet, in alieno negotio ne pugnaueris,repulsa est a sua petitione.

2 Tertiò † dicebat d. Tartulium plus petere, ex eo quod Ioãnes maritus Margaretæ lucratus fuerat centum aureos solis prædecedente vxore, & fuisse valoris 400.fl.Et ita non deberentur nisi 600.fl. Alius respondebat, inspiciendum esse valorem scutorum secundum tempus solutionis faciendæ Anno 1505. l. vinum. ff. si cer.peta l.cùm certum.ff.de auro, & arg. leg. quo tempore valebant triginta sex solidos, vt Boër.scribit deci.327. nu.5.in fi.suo tempore auctam fuisse scutorum æstimationem vsq; ad triginta quinque solidos. sed adhuc incerti sumus quo anno id contigerit,cùm non probetur.

3 Quartò,iterũ † plus petere. Cùm debuisset de sua petitione detrahere impensam funeris Margaretæ sororis,quæ minoris non æstimaretur, quam centum florenis inspecta personarum qualitate. l. si quis sepulchrum.§.sumptus.ff.de religi.& sump. fun.l.2.vbi gl. in verbo pro modo facultatum.ff.vbi pupil.educa. deb.Mono.de arbi.lib.2.centu.2.casu 173.nu.8. Inter omnes conuenit maritũ, & hæredẽ defunctæ æquali portione debere in funus contribuere. l.in eum. l. sic

pro

pro rata.ff.de religio.veluti si certum expensa fuissent, maritus qui lucratus est tricenta ad triginta teneretur, hæres verò ad septuaginta vbi dos esset mille florenorum, vt consuluit Bertr.consi.125.num. 2.lib.2. quæ tanquam æs alienum ante omnia deducenda est l.impensa.ff.eo.l.subsignatum.§. bona.ff.de verb. signifi.

Et sicut impensæ in rebus dotalibus factæ dotem ipso iure minuunt.l.quod dicitor. ff.eo.fortius in funus vxoris.Cum sit pium defunctorum corpora honestè sepelbri.l.at si quis.§.hæc actio.l.sed si nondum. l.si mulier. §. fin.ibi eo minus patri mulieris restituturus est.ff.eo.Et ob id in petitione doris funeris habenda fuit ratio,vt minus peteretur, arbitrio iudicis. d.§.hæc actio.& l.2.ff.de pri.cred.

4 Quintò, † allegabat præscriptioné ab anno 1505. vsque ad annum 1562.quo egit hypothecaria, & ita lapsos esse quinguaginta septem annos, & extinctas actiones.l.omnes.l.sicut.C.de præs.30. vel 40.anno. Clarum est hanc actionem diuersis temporibus limitam,vt amplius non viuat. Aliquando decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes vbi à tertio possessore bona fide,& titulo res obligata possidetur. l. 1.& 2. C. si aduer. credi. Etiam si creditor nullam fecisset executionem,contra principalem debitorem.licet Alex.consi. 58. in fi.lib.5. voloerit hæc tempora nó currere nisi à die discutionis factæ contra eum,qui debebat. Cuius opinio communiter reprobatur,vt Balb.de præscr.4.par.4.par.q.30. nu.19. Negusan.de pign. 2.memb.6.par.quæst.2.Craue.cós. 148.num.6.Debitor verò,vel eius hæres quadraginta annis rem obligatam possidendo iure quidem ciuili præscribebat.l.cum notissimi.C.de præscr.30.vel 40.anno. sed iure canonico nullo vnquam tempore. c.fi.de præsc.Cum sciat se debere,& bona fide careat. c.posses.de reg.iur.lib.6.Cæterum facta compotatione & deductis deduceodis, apparuit hanc actionem fuisse præscriptam,vt in simili Paul.Cast.consi.70.in fin.lib. 2.

5 Demque,† non potuisse agere recta via hypothecaria nisi prius facta discurione bonorum ipsius debitoris.Authen.hoc nisi debitor.C.de pign.Auth.sed hodie.C.de actio.& oblig. D.Tartulius,hoc non obstare,nec habere locum, quando apud vnum ex cohæredibus res obligata peruenisset, quamuis personalis inter cohæredes diuidatur, pro hæreditariis portionibus,non ita realis.l.2.C.si vnus ex plur.hæred.glo.& Bart.in l.mulier.ff.de pigno.Negusan.primo memb.8.par. num.16. Itaque cum Elizabet fuerit donataria quotæ,id est,dimidiæ hæreditatis Pontij,haberi debet loco cohæredis.Bar.in l.si cum.in fi.

6 C.de milit.testa.Deinde † cum in hac curia Rotæ ex bono,& æquo iudicium fiat, hæc exceptio discutionis non videbatur admittenda,tanquam nimiú scrupulosa,& à iuris apicibus descendens.l.si fideiussor.§. quædam.vbi not.ff.manda.Bal.in l.elarum. C.de ancto.præstan.Alex.consi.114.num.5.lib.6. Negus.vbi suprà num.25. veluti illa,quæ ordinem respiceret,vt ea non obstante possit creditor simul agere contra debitorem, tertiúmque possessorem in eodem iudicio. Respectu verò interesse partis,qood nasceretur si tertios possessor molestaretur, quandiu debitor soluendo est, secus cum iuris apices non concetiuar, sed æquitate inuetur,neminiq; noceat.vt Cor.consi. 55.num.10.lib.3.Negus.vbi suprà num.31.vnde fuit reuocata pignoratio,cum expen.

Decis.Rotæ Auenio.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum falsum producens punitur pœna falsi, & arbitraria.*
2 *Clauus clauum trudit, fallere fallentem arbitror esse pium.*
3 *Cautela contra protestantem super falso producto instrumento.*

DECISIO L.



1 VI † falso instrumento vtitur in iudicio, vel extra iudicium illud producendo falsi pœna percutitur, causamque perdit.l.maiorem. l. si falsos codicillos, & l.fi.C.de fals.l.iubemus. C. de proba. l.diuus.ff.de fals. Hyp.cons.70. nu.19.20.& cons.24. num. 19.

2 Cautela† tamen à nostris introducitur, vt prodocens dicat, & protestetur si appareat falsum nolle eo vti,tanquam si non produxisset ab initio d.l.si falsos cod.& ibi Glos.& doc.& Bart.in d.l.diuus.Bal.in l.si aduersarius.C.de fid.instr.Ang.in verb. falsatio.vers. & scias practicam. Papien.in forma productio.instr. in verbo appareant.

3 Cæterum† hoc vitium,alio vitio retruditur, sicut clauus clauum pellit.l.cum proponas.C.de pac.Hyp. consi.58.nom. 6. Nempe, vt assignetur producenti terminus ad precisè respondendum : quo casu lapso termino cogetur loqui affirmatiuè,vel negatiuè.l.iurisiurandum,& ad pecunias.in prin.ibi,spatium dandum vt certioretur.ff.de iureiur. l. qui interrogatur, ibi, tunc enim si perperam responderit incommodo afficitur.ff.de interro.actio.Bart. in d.l.diuus. Fulgo. consi.177.num.2.3.Lapus allega.119. Rip.in c. cum M.num.100.de consti.Fel.in c.præsentium. num.12. de testi.Bossi.tit.de fals.nu.155.Clar.in verb. falsum. num.19.Et ita fuit iudicatum in fauorem no.Henrici,de Roulhasto contra Guetinos fratres.

SVMMARIVM.

1 *Enuntiatiua verba non probant.*
2 *Enuntiatiua verba probant semiplenè.*
3 *Absolutus de hæresi,adhuc non dicitur integer.*
4 *Enuntiatiua faciunt præsumptionem,ideo transferunt onus probandi in aduersarium.*
5 *Conductor prædoni soluendo, à quo conduxit liberatur,sicut qui abbati intonso.*
6 *Pretium recipiens videtur approbare venditionem.*
7 *Instrumentú producens approbat omnia côtenta in eo.*

DECISIO LI.

Hæc verba vendidit tot modios tritici, de tritico Titij an probent triticum ad Titium pertinere.



LAVDIVS Pulcher Caualicen.petebat à Verano de Podio quinquaginta salmatas tritici virtute instrumenti, in quo dicitur. Cum R. D. Episcopus Caualionis velut cómissarius Reuer.domini Vicelegati Auenio. dederit commissionem Verano de Podio cosuli vendédi pauperibus 50. salmatas bladi, de blado Claudij Pulchri, & pretium ascendat ad 499. flor. Hinc est quod anno N. constitutus iamd. R. D. Vicelegatus confessus est se pretium recepisse ab eodem Verano, quittauit,&c. Ecce inquit petitor, Veranum vendidisse triticum meú.Quia illa verba de blado Claudij

Pulchri oſtendunt meum fuiſſe bladum, quod autem habuerit commiſſionem vendendi, nego, neque actus conſtet. Itaque cum res mea ad Veranum ſine facto meo peruenerit, tenetur illam mihi reſtituere. l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. pet. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.

1 Reſpondebat † Veranus, illa verba de blado, cum ſint enuntiatiua, non probare. l. optimam. C. de cõtr. ſtip. l. his verbis. C. de mili. teſt. c. illud. de præſu. Bart. in l. ex hac ſcriptura. col. 2. verſic. venio ad 3. ff. de dona. quia principaliter non diſputabatur de ipſo enuntiato. d. l. optimam. vbi ſi ſeruus ſtipul. fuerit dari Titio domino ſuo, & dicat debitor impugnando ſtipulationem Titium non fuiſſe dominum, nihilominus tenebitur ſoluere, quamuis ex illis verbis Titio domino, non probetur dominium. l. cum aliquis. C. de iure delib. Quia principalis quæſtio erat ſuper ſtipulatione, non ſuper dominio.

Si inſtrumentum dicat, donauit Bertæ vxori ſuæ, non probat matrimonium. d. c. illud. vbi Felin. no. 3. Bar. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. Ita, cum tunc ſola verteretur quæſtio ſuper reſtitutione pecuniarum, non à quo triticum perueniſſet, illa verba propter aliud emiſſa. Pulchrum non faciunt dominum. Alius inſtabat ſaltem facere ſemiplenam probationem, ſi credamus Bart. cuius eſt comm. opin. in l. admonendi. nu. 32. vt Decius atteſtatur in d. l. his verb. num. 19. Alex. conſ. 21. vbi Moli. plenè. lib. 1. Et ob id petebat iuramentum ſuppletorium pro complenda ſua probatione. d. l. admon. l. in bonæ fid. Cod. eo. qualiter triticum erat ſuum.

2 Contra † quem opponebatur, quod non erat integræ opinionis, ſicut eſſe oportet eum, cui hoc iuramentum defertur. teſte Bart. in d. l. admonendi. nu. 58. Iaſ. num. 160. Cum fuerit aliàs de hæreſi accuſatus. arg. c. accuſatum. de ſimo. Bart. in l. quod ſi fortè. §. 1. ff. de ſolut. Cano. in c. 1. de accuſa. lib. 6.

3 Licet † fuerit abſolutus, vel crimen purgauerit, ſemper enim ſuperſtitioſi dicũtur illi occaſione præcedentis infamationis, quæ dicitur indelebilis. c. ad abolenda. §. illos quoque de hær. c. veniens. de accu. Abolitio itaque pœnam remittit, ſed infamiam (ſaltem facti) non tollit. l. fin. C. de gen. aboli. c. ſi quem. §. deſtitiſſe. 2. q. 3. Specu. tit. de abolitio. num. 13.

4 Et ſi † dicatur, illa verba (de blado) ſaltem facere præſumptionem quod fuerit Claudij. Panor. in c. per tuas, & ibi Deci. col. 4. verſ. Et licet. Gloſ. de probat. Rom. ſing. 446. Et ita transferre onus probandi in aduerſarium, quod ad eum non pertinebat, vt ſcribit Bart. in d. l. ex hac. num. 16. per d. l. optimam. Et cum non fuerit probatum contrarium, præſumendum ſuum eſſe. D. Suarez reſpondebat iniquum fore, ſi iſte iterũ cogeretur ſoluere, quod D. Vicelegato, tenenti locum principis ſoluerit, à quo fuit liberatus, & cõtra bonam fidem, vt legitimè ſolutum rurſum exigeretur. l. bona fides non patitur. ff. de reg. iuris. Nec

5 † tenebatur vocare Pulchrum à quo grana non habuerat. l. ſi vrbana præd. ff. de cond. indeb. vbi conductor prædoni ſoluendo, a quo conduxerat, liberatur. Idem inquit ibi Bart. num. 4. ſi abbati intruſo ſolueretur. l. 1. §. ſi rem. ff. depoſi. c. dudum. de electio. c. ſicut. de iureiur. Vel quando ſuperior ita iuberet, cui obedire oportet. l. nouiſſime. ff. quod fal. tut. l. nec minorem. ff. quod met. cauſ. l. prohibere. §. pen. ff. quod vi, aut clàm. Alex. conſi. 57. circa fin. lib. 1. de Afflict. deciſ. 150. num. 8. huic conuenit §. 1. in auth. vt omnes obed. iud. prouincia.

Alij hoc non venire in conſiderationem, cũ non conſtabat de præcepto, ſed ſponte ſoluiſſe, debuiſſeque vocare Pulchrũ antequam ſolueret, pro ſua cautela, & tuitione. not. Bald. in l. falſus. C. de fur. De Podio dicebat, non eſſe veriſimile, quod ſpõte ſolueret, cum agentes fiſci ſint vigilantiſſimi. l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſuris. & alia hinc inde adducebantur. Tandem tota diſputatio eo reducta eſt, an verum eſſet R. D. Epiſcopum Caualionis virtuti mandati iuſſiſſe de Podio, vt triticum venderet. Si ita contigerit non teneatur alteri dare pretium, niſi epiſcopo, vel Vicelegato, cum eſſet nudus, & facti miniſter. d. l. ſi vrb. præd. Neque ſe informare ad quem granum pertinebat, ſolum tenebatur vẽdere ſecundum man-

6 dati fines, vrgebat † etiam, quod Vicelegatus poſtea pretium recipiẽdo, videbatur tacitè approbare mandatum Epiſcopo factum, alioquin iniuſta fuiſſet eius petitio, quod non præſumitur. Cum in dubio præſumatur ſuperior ex iuſta cauſa aliquid facere. c. ex parte. 2. & Deci. ibi not. 1. de off. dele. Decius conſi. 292. num. 5. 6. & conſ. 307. num. 9. Craue. conſi. 253. nu. 8. Et qui vult conſequens cenſetur velle omne neceſſarium antecedẽs. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procu. l. 2. de iuriſ. omnium iudi. l. poſt diem. ff. de lege commiſ. l. illud. ff. de acq. her. Are. ex Alex. in l. 1. ff. eo. tit. Craue. conſ. 226. num. 3.

7 Denique † veniebat in conſiderationem, actorem produxiſſe illud liberationis inſtrumentum, ex quo trahebat in ſuum commodum illa verba enuntiatiua, & eſſe vera. Ita quoque credere debebat, alia ibidem enuntiata fidem facere. Nempe Epiſcopum virtute mandati præcepiſſe de Podio vẽdere. Cum vtraque enarratio vna periodo, ſiue oratione claudatur. l. Aurelius. §. idem quæſiit vbi Bart. num. 3. ff. de libera. lega. Panor. in c. bonæ. num. 29. de poſtul. præla. Feli. in c. venerabilis. num. 23. de exceptio. Et idem ſit iudicium connexorum. l. cum actum. ff. de neg. geſt. l. cum precum. C. de liber. cauſ. c. cum olim. de cenſib. Deci. in c. cum venerabilis. nu. 22. de excep. Pan. conſ. 52. 3. dub. li. 2. Cra. conſ. 77. n. 8. Rui. conſ. 64. n. 4. li. 4. & cõſi. 72. nu. 7. & conſi. 76. n. 4. eo. lib. fuit abſolutus reus, ſalua actione actori cõtra quos decet, cũ expen.

SVMMARIVM.

1 *Poßidens ſine vitio, ex noua cauſa non tenetur poſ. accipere.*
2 *Filius, an dicatur verè creditor pro ſua legitima?*
3 *Filius, an habeat ius inſiſtendi, vel hypothecam pro legitima?*
4 *Legitima debetur ſuper ſingulis rebus arbitrio iudicis.*
5 *Legitimæ ſupplementum an habeat hypothecam ſicut illud, quod minus relictum eſt?*

DECISIO LII.

De filio, qui pro legitima, vel illius ſupplemento non habet ius inſiſtendi, vel hypothecam ſuper paternis bonis, caſus pulcherri.

IOANNES Salianus Auenio. donauerat Ioanni filio ſuo omnia bona ſua retentis ducentis aureis. Eo mortuo liberi donatarij petunt vt vidua ſecunda vxor donatoris euacuet domum donatam. Illa ſe opponit, & licere ſibi nomine liberorum ſuorum in eadem inſiſtere, donec liberis fuerit ſoluta legitima. Quæſitum fuit me relatore, quid iuris? Et videbatur licere, cum ſine vitio in poſſeſſione reperiatur, §. interdũ. Inſti. de rerum diuiſ. Bertr. conſ. 304. nu. 7. & conſ. 375. nu. 4. lib. 1. Deci. conſi. 243. num. 3. Sicut de vxore dicitur, quæ habet

hibet ius inſiſtendi pro dote ſua ſuper mariti bonis. c.ex literis.de pigno. Iaſ.in §.item ſeruiana. num.71. de actio.Deci.conſi.235.num.7.Bal.de dote.8.par.6. prim.verſic.23.limita.Ioan. Lup.in Rub.de dona.inter virum,& vxo.§.77.num.1.2.

2 Deinde†, filius pro ſua legitima creditor dicitur.l. cum ratio.ff.de bonis damna.à qua omne grauamen reiicitur,ipſo quidem iure.l.quoniam in prioribus. l. quoniam Nouella.C.de inoffi.teſta.

Et ſicut debitor non poteſt ſuo creditori præiudicium facere alienando,vel paciſcendo , l.debitorum. C.de pact.Ita nec pater filio. d. l. quoniam Nouel.§. aliud quoque,vt cum de appel. cognoſ. l. ſi totas.C. de inoffi. dona. Creditori etiam licet inſiſtere ſuper bonis debitoris.l.creditoris.ff.de diſtr.pig.l. Mochis. ff.de iur.fiſc.Illud quoque filio permitti debet,vt voluit Gloſſ.in l.ſi quis legatum.§.fi.ff. de falſ.vlterius, lex magis fauet filiis legitimam petentibus,quàm legatariis.l.Papinian.§.quarto.ff.de inoff.teſta.Legatarius autem pro legato conſequendo habet hypothecam.l.1.& 2.C.commut.de legat. Ergo , & filius,vt multi atteſtantur inter quos Bal.conſi.171.lib.1.Fulgo.conſi.84.Aret.conſi.156.num.16.Pariſ.conſi.43. lib.1.de Afflict.deciſ.62.

3 Alij contra†,quia legitima eſt incerta ratione loci, ſitque pars bonorum pro indiuiſo.l.Mæuius. §.duobus.de lega 2.Et ratione quotæ propter incertitudinem æris alieni,priùs detrahēdi.d.§. quarta.quæ quidem incertitudo impedit poſſeſſionis acquiſitionem.l.3.§.incertam.ff.de acq.poſ.Mori etiam ſpeciali argumento , quod filiis permittitur imputare bona alienata in legitimam.auth.res quæ.C.commu.de lega.Ergo in aliis caſibus non eſt permittenda occupatio.l.ius ſingulare.ff.de legi.

4 Illud†ſimiliter in cōſiderationem cadit,legitimam eſſe debitam ſuper ſingulis rebus arbitrio iudicis. l. omnimodo.C.de inof.teſt.l.2.C.quādo &quib.quar. pars. lib. 10. l. ſi patronus.§.1.ff.de bonis liber.vnde nō poterit ſua auctoritate vnam rem eligere,& aliud pro alio inuito hærede capere.l.2.§.1.ff.ſi cer.pet.Illúmque inuitum in ſocium habere.l.ſi non ſortem.§. ſi centum.ff.de condict.indebi.Et ſi aliter liceret naſceretur occaſio iurgij,atque ſcandali,quia, commotus filius , quod paterna hæreditas ad alium veniat, plura occuparet,& caperet,abutendo licentia , quaſi quodā debito iure, quia ratio ceſſat in extraneis creditoribus.l.nō eſt ſingulis.ff.de reg.iur.& hanc communem eſſe atteſtatur Neguſan.de pign.4. memb.2. par num. 164. verſic. 24. caſus. Rip.in l.in quartam. num. 113. Mono. de arbit.lib. 2. centu. 2. caſu 163. num.16.

5 Nec†obſtat,creditorem eſſe filium.Illud quidem impropriè intelligitur. Alcia.in d.l.in quartam.num. 25. Vel ſi creditor ille ſit,hoc verum ſuper omnibus bonis,non in vna re tantùm.Iaſ.conſi.181.lib.2.Nec habet hypothecam,cum iure cautum nō reperiatur.l. ante omnia.ff.de probat.quamuis legatarius eam habeat pro legato minus fauorabili.Hoc ideo,quòd expreſſam teſtatoris voluntatem habeat , non filius. Alexan.conſil.131.nu.2.lib.1.& detrahat legitimam contra patris voluntatem,vt inquit Deci.conſi. 235. nu.8 Licet apud me maneat ſcrupulus,ſi quidem pater obligatur lege ad legitimam.l.obligamur. §.lege. ff.de actio.& obligat. Vnde in iſtis tacitis obligationib.non requiritur expreſſus conſenſus, illius,quem lex obligat.tot.tit. quib. modus pign.vel Hypo.taci. contraha. Ne ſit in facultate debitoris ſe eximere ab illa obligatione quæ dicitur iuris vinculum,quo neceſſitate cogimor. Et ſic videtur filius habere tacitam patris voluntatem iuri communi conformem.l. nemo poteſt.de lega.1. Et ſi iterum inſtetur, ſi pater aliquid reliquit filio pro legitima , filius habet omnia bona patris obligata,pro illo relicto.d.l.1.& 2.C. comm.de lega.ſicut alius legatarius. Cur etiam non habebit pro ſupplemento exinde capiendo , vt recipiat naturam ſui principalis cui annectitur.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.de lega. 1. Quod additur fundo legato , fundum ſequitur : vt ad legatarium quoque pertineat.l.etiam.C.de vſu.c.acceſſorium.de reg.iur. Reſpondet Soci.in l.ſi ex toto.de lega.1.quando acceſſorium procederet ex eadem cauſa, eodémq; fonte : eiuſdem efficeretur conditionis ſicut & ipſum principale, veluti legata domo , ædificiū poſtea conſtructum ſimiliter deberetur , vna ſcilicet , & eadem actione.d.l.ſi ex toto.& l.ſi areæ.de lega.2.l.etiam.C. de iure doti. At vbi diuerſo iure naſcitur , & diuerſa actione debetur,ſecus. Ideo,cum relictum à parte filio debeatur actione ex teſtamento : ſupplementum verò condictione ex lege , iſta conditionalis non eſt ita priuilegiata,ſicut teſtamentaria , vt Hypothecam ſociam habeat.Rip.vbi ſuprà.num. 115. Nimirum ſi diuerſo iure cenſeatur.Veruntamen illa(licet ſubtilia ſint) non tollunt difficultatem. Decius etiam in d. conſi. 235. fatetur quando pro parte relinqueretur legitima ſupplementum cenſeretur eſſe relictum. Haberétque Hypothecam , ſecus quando nihil reliquiſſet. Et peteretur ſimpliciter ex diſpoſitione legis.Contra communem etiam facit : qui petit legitimam,non dicitur venire contra voluntatem defuncti patris.l.cum lege. C.de epiſ.& cleric. vbi Bald. dicit, qui petit ſupplementum legitimæ,non impugnat teſtamentum.d.l.omnimodo. quia,tale remedium fuit inuentum ad tuendas teſtantium voluntates , ſiue (inquit Imperator) aduciatur teſtamento de implenda legitima portione , ſiue non firmum quidem ſit teſtamentum , quaſi velit , legem ſupplere defuncti voluntatem : quam talem eſſe præſumit. Minúſque ſcriptum,quàm dictum.argu. l. cum auus.de condit. & demonſtra. deinde,quia teſtator præſumitur conformare voluntatem ſuam cum diſpoſitione iuris communis.arg.l.tale pactum. vbi Gloſſ. ff.de pact.d. l.nemo poteſt. vnde videtur , filium habere ſupplementum ab ipſomet teſtatore.l.ſi Titius.§. Iulianus. de lega.2.l.ſi ex parte.ff. de acqui.hæredi.l. vni. §. in nouiſſimo.C.de cadu.tollen.hoc etiam voluit Anna. conſilio 67.num.3. Cæterùm neque hæc dico, quòd hac de re ſiquis diuerſum ſentiat digladiari vellem, cum non ignorem quòd communi calculo aliter diſponitur,nullam ſcilicet filio Hypothecam cōpetere ſuper paternis bonis.Et ita multitudini cedendo,voluerunt Domini bene fuiſſe iudicatum per d. Iudicem à quo, qui iudicauerat viduam debere domum euacuare,ſalua legitima filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Rationibus creditur, vbi minutæ ſunt expenſæ , vel veriſimiles , niſi ſimul iunctæ faciant magnam quantitatem.*

2 *Lupus agnum fruſtatim comedit.*

3 *Rationes in vno falſæ, an in aliis falſæ præſumantur?*

4 *Teſtis in vna parte falſus,idem in toto , ſicut inſtrumentum.*

5 *Separatorum,debet eſſe ſeparata ratio.*

DECISIO LIII.

Rationes veræ in parte & in parte falsæ respectu verarum validæ, & econtrario, & faciendam esse separationem.

INTER rationes exhibitas per procuratores ciuitatis Caualio. de quibus suprà, loquuti sumus decis. 13. reperiuntur aliquæ positiones falsæ, aliquæ probatæ per chirographa, aliæ nullo modo, multæ immoderatæ, dubitatum fuit domino Valentiano referente, quid iuris:

1 Licet † credendum sit rationibus tutoris, vel alterius, qui dicit soluisse, quando illæ solutiones essent modicæ, & exiguæ, teste Bar. in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. dis. Mediante iuramento l. diuus. ff. si cui plusquam per l. Falc. l. si quis pro redemptione. C. de don. Cy. Bal. Saly. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleri. Ang. in §. actionum, in materia tutelari, de actio. Bertrand. consi. 60. num. 4. libr. 3. Paul. de Cast. consi. 301. num. 3. lib. 1. Et quando sunt verisimiles: quia esset difficile, & dispendiosum magis in singulis solutionibus notarium adhibere, & vocare. arg. l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. Bertran. consi. 60. num. 4. lib. 3.

2 Tamen, † quia sæpius erant repetitæ, & simul iunctæ magni erant ponderis. Et [sicut dici solet] lupus frustatim agnum comedit. c. ecclesias. §. item nõ alligabis. 3. q. 1. voluit cõsilium, ita de illis iudicare, sicut de magnis arbitrio boni viri medium tenẽdo, & sine scrupulosa indagatione. l. si seruus. de legat. 1. Menochi. de arbit. lib. 2. centu. 3. casu 109. num. 34. prout tandem moderatæ fuerunt.

3 Cæterum † facta reductione apparebat aliquas esse falsas, vnde videbantur aliæ eodem falsitatis vitio laborare, propter vnitatem iuramenti super illis interpositi, cum sit indiuiduum. c. fraternitatis. de hæreti. l. iurisiurandi. C. de iureiurand. & ita voluit Paris. consi. 90. num. 16. lib. 1. vt fiat interpretatio contra producentem. l. Publia. §. fi. ff. deposi.

4 Sicut † de teste dicimus, qui si in parte suæ depositionis falsum dixerit, totam falsam reddit. c. in nomine. de testib. Alex. consi. 27. num. 3. 7. & consi. 45. nu. 6. & consi. 134. num. 7. lib. 2. Bertran. consi. 184. lib. 2. Idem de publico instrumento à tabellione composito, si in parte falsum detegatur. Bart. in l. si ex falsis, vbi Ias. num. 9. C. de transact. quibus coniungitur regula vt semel malus, præsumatur etiam malus in eodem genere mali. Ita & hunc, qui suas in parte maculauit scripturas, totas etiam alias maculasse præsumemus. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. l. si cui. §. Iisdem. ff. de accu. Bar. in l. Cassius. ff. de sena. Alcia. regula. præsump. 7. num. 1. cum seq.

Contrarium verò separatorum regula suadebat, vt scilicet separandæ sint rationes, veræ, a falsis. l. fin. ff. de calum. Et ne vtiles, per inutiles vitientur. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbo. obliga. Et præsertim quia, actis constabat de veritate quorundam articulorum, hos obtinuisse confirmationem cuiusdam Bullæ Clusianæ tanquam eorum reip. vtilem misisse in vrbẽ, consuluisse aduocatos, & alia, quæ videbantur vtilia ciuitati. Esset igitur iniquum si negotiorum gestores, ista tenerentur per[illegible] propriis ipsorum sumptibus. l. nam & natura. ff. de cond. indebit. hos ego versiculos feci, tulit alter honores. Non decet ex aliena arbore legere fructus, quicquid dixerit Parisius, cuius opinio plus æquo durior videretur, quamuis omnes rationum articuli vno iuramẽto firmentur, tamen fieri potest separatio falsorum, à veris, & integris. d. l. si ex falsis, cum tot sint iuramenta, quot capita. l. etiam. §. 1. ff. de mino. l. etiam. ff. fami. herciscund.

Nec obstat quod de instrumento dicebatur, hoc ideo, quia totum ex notarij fide dependet, auctoritate publica sibi concessa, nimirum si in vno errauerit efficiatur omnium reus. l. si aliquis. C. de suscep. libro 10. Et propter connexitatem clausularum, quæ vno instrumento clauduntur. l. cum eisdẽ. ff. de ædil. edict. c. pura. 3. quæst. 9. c. non liceat, de consecr. distinct. 1. Non sic in rationibus, vel aliis priuatis scripturis, quæ nullam habent auctoritatem nisi probentur. l. exemplo. C. de probat.

Cæterum, illa commissa falsitas faciet, vt nulla omnino danda sit fides scribenti super expositis nisi facta legitima probatione: arguendo à solitis. d. c. semel malus, & ita conclusum fuit & fiscum adiungendum.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio, fieri non debet, nisi præsente eo, vel vocato, qui partem habet.*

2 *Decima an relinqui possit in fundo non vocato decimatore & 4.*

3 *Decima soluenda secundum cõsuetudinem, vbi de quota, non de tota ageretur.*

DECISIO LIIII.

Non licere incolis extrahere segetes a fundis, nisi prius facta denuntiatione rectoribus ecclesiarum: pro decimandis fructib. non obstante contraria consuetudine.

RETENTIBVS Dominis Præposito, & canonicis ecclesiæ Sancti Desiderij Auenionis, interdicitur incolis Sancti Saturnini, segetes à fundis extrahere, nisi prius denuntiauerint collectoribus, & post lapsas viginti quatuor horas. Illi se opponunt, & dicunt se esse in contraria consuetudine, & libertate. Dubitatum fuit proponente domino Valentiano quid esset statuendum? Multæ rationes seruiunt ecclesiæ, vt sustineatur inhibitio, cum illa habeat decimam fructuum in territorio & consequenter partem fundorum, quia fructus pars fundi dicuntur. l. non solum & l. fructus. ff. de rei vendi. Non possunt alij illorum facere diuisiones, nisi vocata ecclesia, vel præsente vel eius procuratore. tot. tit. ff. commu. diuidi. l. 2. ibi, sub aspectu curialium inspici, diuidique concedimus. C. quand. & quib. quar. pars. lib. 10. Et quia, in re communi potior est conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. comm. diuid. c. in re communi. de reg. iur. lib. 6. Et nulla sint omnia, & inualida, quæ fiunt absentib. illis, quorum interest. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. l. si perlusorio. ff. de appellat. Iure quodam naturali, cui vnicuique permittitur adesse, se defendere, & videre ne sibi per alterum iniuria fiat. c. 1. de causa posses. & prop. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. cle. sæpe. de verb. signi. Sicut hic esset iniquum, si liceret debitori absente, vel ignorante creditore diuidere stipulas & eas dimittere in qua fundi parte placeret.

2 Darétque † delinquendi occasionem, & furandi decimas, tam illi, qui debet, cui esset liberum, minora soluere, vel peiora, quàm extraneis, qui possunt manipulos in fundis sine custode dimissos surripere, & furari, prout factum ita fuisse attestantur. Non obstat consuetudo, quæ potius corruptela diceretur, &

peccati

peccati mater,& mala malis adderet.c.fin.de consue. quæ propterea ius non tribuit,nec parit præscriptionem.l.1.C.de longa consu.de quib. vbi Ias. num.66. cũ seq.ff.de legi.c.fi.de præscr.Imò vulgo dicitur reiteratus error, vt Horatius de arte poe.Et Cytaredus inquiẽs, Ridetur chorda,qui semper oberrat eadem.

3 Incolæ † verò contra,& semper ita vsos fuisse,sine vlla controuersia,& lite à longissimo tempore cuius origo memoriam excedit, quæ iure constituti loco habetur.l.3.§.ductus aquæ.ff. de aqua quoti. & æsti. c.super quibusdam.§.præterea.de verbo. signi.c.1.de
4 præs.lib.6. Et † valere priuilegium super modo soluendi decimas.c. à nobis. de Deci. Decius in c.cum ordinem de rescrip. Craue.in ferè terminis consi.22. num.2. Ita,& consuetudinem, quæ priuilegio æquiparatur.c.fin.de consue.Panor.in c. accedentes.& ibi Felin.num.6.de præs. Balb. de præscript.2.par.3.par. num.15.cum seq.Alex.consi.6.per to.lib.1.Ias.in d.l. de quib.num.43.Paris.consi.101.lib.1. Tiraq.de iure primogenio.q.30.Cachera.decis.39.nu.7.Itaque decima in fine anni solui potest,si ita vsu,vel priuilegio fuerit introductum.c.peruenit.vbi Pan.nu.3.de deci. vel in certa quãtitate,vel quota.c.cum in aliquib.eo. tit.Gui.Pap.qui dicit ita cõmuniter obseruari.q.284. Balb.de præscrip.1.par.5.par.nu. 47. vel etiã in certa mensura,vel põdere.Soci.consi.297.nu.2.lib.2. Idem igitur,vt relinquatur in fundis,in quib.fructus creuerunt, etiamsi non fuerit vocatus ibi, qui decimas colligit.Ne delictum præsumatur.l.merito.ff.pro socio.l.1.fi.C.ad Iul.repetunda. Et si cogerentur expectare decimatores per viginti quatuor horas fieret illis magnum præiudicium,propter multos,& inopinatos casus, qui possunt contingere super remoratis fructibus.l.ex conducto.§.si vis tempestatis.ff.loca.l. damnum.C.eo.

Fuit conclusum,non extrahendas segetes à fundis nisi facta prius denuntiatione,illi, qui ius decimandi habet, & eo expectato per sex horas causa diuisionis faciendæ.Non obstante quacunque cõsuetudine,quæ esset iniqua,& nutrix peccati,vt sum.Ange.in verbo decima.nu.4.Guid.Pap.quæst.283.& consi.70.Capi. decis.57.de Rip.respons.lib.2.c.7.num.8.Paris.consi. 6.lib.1.de decimis. arrest.6.

DECISIO LV.

Statutum loquens de executione facienda super principali, habet etiam locum super expensis litis.



STATVTO cauetur vt in omnibus executionibus si tertius se opponat tãquam creditor ad impediendam pignoris venditionem, si succumbat cõtinuetur executio vsque ad finem.Non obstante appellatione,inhibitione, & nullitate,citra tamen illarum præiudicium:præstita cautione de restituẽdo exacta,cum interesse.Fuit dubitatum an etiam fieri possit executio super expensis litis. Et videbatur non posse,cum de illis nihil in statuto scriptum reperiatur.arg.l.si verò. §.de viro.ff.sol.mat. Et correctorium sit iuris communis quo non permittitur pendente appellatione exequi, vel innouare,titulo nihil nouati appel. penden.Et vt vna sententia vim rei iudicatæ obtineat,titulu,ne liceat ter.prouo. Néve liceat inconuenientia iungere,& ampliare.l.ratas, vbi Bald. C. de rescind. vend.Ideo habenis opus esse,non calcaribus,ne fines proprios egrediatur, & concessos terminos. l. quod verò contra.ff.de legib. not. in Authent. quas actiones. C.de sacro. eccl. Et ita obseruari Neapoli refert de Afflict.decis.231. num.2.& decis.358.in fin.in senatu Pedemontano. Cachera.decis.129.num.1.in fi.

Cæterum, nos alio iure vtimur ad Galliæ similitud.vt Rebuff. de supplica.artic.8. num.40.vt de expensis cum principali fiat executio, secundum naturam accessorij,quod suum sequitur principale. l.non ignoret.C.de fructi.& litium expen.l.properandum. §.sin autem alterutra.C.de iudi.l.eum quem temerè. ff.eo.§.fin.Instit. de pœna temerè litigan. Ias. in l. 1. num.4. C.de iudi. Ex mente statuentium,ibi,præsti. cautione, de restituendo exacta generaliter loquendo. Et ne,vnum, & idem iudicium diuerso iure censeatur. Et si principale debitum tanquam male petitum restituẽdum sit, nulla fiet iniuria parti si vtrunque repetat. Si verò bene iudicatum dicatur, nulla amplior fiet refricatio, vtroque terminato negotio, & ita citius finis litibus imponetur.Neque renascentur,quæ iam finitæ fuerint lites. Non obstat contrarium obseruari in multis alijs senatorum curiis. Nos propria veneta cedimus,vt est in adagio, alij suos laborant agros.Et vt inquit D. Hieronymus,vnaquæque prouincia suo proprio sensu abundat.c. vtinam. 76.distinctio.c.certificari.de sepultu.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simplex non imputatur in legitimam.*
2 *Consuetudo testatoris colligitur ex vno actu.*
3 *Regionis mos consideratur, vt primogenitis faueatur.*
4 *Primogenitura, quædam dignitas dicitur magis placens Deo.*
5 *Donatio præsumitur ratione personæ cui fit.*
6 *Sequentia, secundum præcedentia intelliguntur.*
7 *Donatio, quæ fit nasciturie, magis pura dicitur, quam ob causam.*
8 *Inducta ad augmentum: non generant diminutionem.*
9 *Subrogatum debet subrogari non omnibus suis qualitatibus.*
10 *Legatum soluendum filiæ quando matri. collocabitur purum dicitur, & transmissibile, etiam in eo, quod legitimam excedit, & num. 23.*
11 *Voluisse non sufficit, nisi ex verbis appareat.*
12 Doubet *verbum: quid significet? & num. 14.*
13 *Donatio fit, quibuscunque verbis donationem significantibus.*
15 Payée *verbum, an denotet obligationem respectu filiarum?*
16 *Relatio cum suis qualitatibus facienda. Fallit. nu. 18.*
17 *Enuntiatiua verba non probant inter alias partes.*
19 *Alius, quando similitudinem significet? & num. 20.*
21 *Hæredem minus grauare præsumitur, fallit ratione personæ. & num. 26.*
22 *Donatio facta filiæ pro dote præsumitur, quando esset ætatis nubilis.*
23 *Pater quando donat filiæ censetur donasse animo dotandi.*
24 *§.Titio genero. ample declaratur.*
25 *Donatio modalis cuius sit effectus?*

DECISIO LVI.

De donatione facta primo genitæ an videatur dotalis vt mortua pupilla non transmittatur ad suos. casus magnificus & subtilis.



ORTVO nobili Clandio Britono, (qui dum hoſtes Minerbiæ recognoſcere nitebatur, ab illis ioterceipitur,& percutitur.) Quæſtio ortá fuit inter Magnificam dominam Catharinam de Gaudioſa eius vxorem, & nobilem Ægidium Britonum fratrem,& hæredem defuncti. Primò ſuper valore legitimæ Lucretiæ,& Mariæ,filiabus debitæ. Et facto compromiſſo viſom eſt aſcendere ad ſeptem millia librarum turonen.pro vna quaque earum.His non contenta mater,petit vlterius ea perſona Lucretiæ defunctæ decem millia librarum virtute pacti matrimonialis inter Britonum,& ipſam contracti.In quo dicitur. *Ie donne à mon premier filz maſle,les places de Crilhon, & de Sainct Iean de Vaſolz. Et en cas que ie n'aye enfans maſles de ce mariage,ie veux que ma premiere fille ſoit doubée,& payée de dix mil liures,ſemblable ſomme,que ladite de Ioyeuſe m'a apporté. Et pour le regard des autres filles ie veux que ſoyent doubées ſelon la faculté de mes biens.* Vnde credebat agẽs,Lucretiæ primogenitæ vltra legitimã deberi decennas millenas libras, tanquam à patre donatas. Et moriendo poſt patrem tranſmiſiſſe ad matrem,& Mariam ſororem authent. defuncto.C.ad Tertull. §. ea conditionali. Inſtit. de verb.obliga.Craue.conſi.101.num.2.

Hæres verò vltra ſeptenas millenas nihil amplius debere. Quia, illa donatio de decem millibus, erat dotalis,differenda vſque ad annos nubiles, Et pupillam moriendo non potuiſſe tranſmittere. l. de his.C.quando dies lega.cedit,&c.

Hæc cauſa in Rotam venit relatore R.D.præſide,
ſæpiúſque fuit repetita,cum ſit difficilis, & volunta-
tis quæſtio.contineat. Cuius cardo in eo vertitur,an
appareat patrem voluiſſe facere ſimplicem donatio-
1 nem primò genitę de ſumma 10000.li.Quia† ſi ſim-
plex probaretur, in legitimam non imputatur. l. ſi
quando.§.& generaliter. C. de inoffi.teſta.l.illud. C.
de colla. cum ab initio fuerit valida, propter iura-
mentum in eadem præſtitum. teſte Alex.conſi.8.nu.
1.2.lib.2.Guido Pap.quæſt.146.Decius conſi.239.in
prin.Iaſ.conſi.118.in princ.lib.4. Bertran.conſi.103.
& conſi.197.nu. 1. lib.2.de Rip.qui commu.atteſta.
in l.in quartam.nu. 151. Etiamſi donatio legitimam
excederet.Soci.conſ.18.19.lib.4.Præſertim(vt illi di-
cũt)extraneo hęrede inſtituto.At ſi ob cauſam fieret,
ſecus:quia nõ diceretur liberalitas in parte, faciendo
donationem propter nuptias filio, vel ſi filiæ dotem
cõſtitueret cum ſit obligatus ita facere. l.obligamur.
§.lege.ff.de actio.& obliga. l. rem legatam.ff.de adi-
men. lega. Prima facie dura videbatur iſta petitio,
ideo vario argumenti genere conabatur agens ab-
ſconditam aperire donationem,& claram facere.

2 Dicendo,† patrem conſueuiſſe in ſuis pactis matrimonialibus primogenitis fauere, cum donauerit maſculo caſtra, & iuriſdictiones in quib. maior pars fortunarum ſuarum conſiſtebat, valoris librarum centum millium. A fortiori igitur pręſumitur voluiſſe donare primogenitæ nõ nato maſculo decem mille,arguẽdo de maiori ad minus affirmatiuè. Sicut regulariter permittitur. Gl.in c.cum in cunctis.de electio.vbi Panor.num. 5.Iaſ.in l.quæ delegato. num.4. de lega.1.Deci.in l.non debet.ff.de reg.iuris.Necnon à cõſuetudine patris familias,quæ etiam per vnicum actum colligitur.c.cum eccleſia Sutrina.de cauſa poſ. & prop. l. 1. §.quod autem.ff.de aqua quotid.& æſti. l.ſicuti.§.ſi quæratur.ff.ſi.ſerui.vendi.Bart.in l.Mela. §.1.de aliment. & cib. legat. vbi dicit,quod ex vnico actu teſtator dicitur ſolitus facere.Alex.conſ.5.num. 23.lib.5.& ibi Moli.Cui adde Decium in l.vt liberis. nu.10.C.de Colla. Cor.cõſi.28.in fi.lib.3.Ang.Aret. in §.ex non ſcripto.Inſti.de iure natu. gent. & ciuili.

3 Secundò,† morem regionis venire in conſiderationem,id eſt in qua opinione ſunt, qui in eadem regione commorantur l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de lega. 1.l.cum de laniocis.§.aſinam.de fun.inſtr.Et ſi liceat ſcrutari communes parentum voluntates, videbuntur magis fauere primogenitis, tanquam primis eorum fructib. Hinc ſi ſtatutũ aliquid illis deferat,non natis maſculis fœminæ vocabuntur, vt ſcribit Bal.in l.in multis.ff.de ſta.ho.Rom.conſi.98.num.2.Dec.in l.fœminæ.num. 115. ff.de reg.iur. Tiraq.de primog. quæſt.10.num.19.

4 Et† quidem primogenitura eſt quædam naturalis dignitas,magiſque dilecta à parentib. hinc primogenitæ prius matrimonio ſunt collocãdæ.l.Theopompus.ff.de dote prælegat.c. 1.29.q.1.& Gene.29.c. Et plus ſolet placere Deo,vt Geneſ.c. 3. Abel offerebat domino de primogenitis gregis ſui. Et reſpexit dominus ad Abel,& munera eius, hinc illud magnum iurgium inter illos duos fratres Eſau, & Iacob,occaſione primogenituræ:vt Gene.27.ca.videmus etiam, quæ dantur occaſione illius, non venire in collationem inter liberos.Bal.in l.1.nu.17. C.de ſum.trinit. & in Authen.ex teſtamento. circa fi. C.de colla. Tiraq.vbi ſuprà,quæſt. 51. vnde ſi liceat arguere de tacito ad expreſſum,prout conceditur,l.cum auus.ff.de cond.& demonſt.l.cum quid.ff.ſi cer.peta. Imò fortius ſit expreſſum tacito.l. precibus. C. de impube.l. expreſſa nocent. ff. de reg. iur. debet valere donatio, tam ex tacita,quàm expreſſa patris volũtate.§.diſponat,in auth.de nuptiis,quia dicit, *qu'il vouloit que ſon aiſnée fut doubée, & payée de ladite ſomme.*

Tertiò,ex dignitate illius,cui promittebatur,ſcilicet ſuæ chariſſimæ vxoris, ex illuſtri familia ortæ, vt pars fatetur:vt credẽdum ſit,voluiſſe fauere illis,qui ex ea naſcerẽtur,& ampliare liberalitatẽ.c.1.de dona c.& ſi quęſtiones.de ſimo.l.procula.ff.de proba.not. in l.cũ quid.ff.ſi cer.peta.Zaſi.cõſi.2.nu.63.64.lib.2. adde §.ſi minus.in Auth.de nõ alie.coll.2. vbi inquit, cui Deus plus dedit, maiorẽ decet facere donationẽ.

5 Quartò,† ex charitate donantis,& donatariæ,patris in filiam primogenitam, qui præſumitur magis eam diligere,quàm extraneum.l.cum auus.ff.de cõd. & demonſt.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Et velle vt prima cauſa ſuæ ſucceſſionis ad eam pertineat. §. inteſtatorum.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtat.defen. l.1. ff. vnde liberi. propter naturalem paterni amoris ardorem, qui eſt inæſtimabilis, & cæteros affectus vincit.l.iſti quidem.ff.quod me cauſ.l.fin.§.fin. C.de cura.furio.Bald.in c.per tuas,de probat. Cur. ſenior. cõſ.47.nu.9. circa med.Tiraq.de præfat.l.ſi vnquam. nu.9.Cuius animus,& volũtas eſt velle omnia acquirere ſuis liberis,nõ extraneis.l.ſcript.ff.vnd.lib.l.cum ratio.ff.de bonis.damna.Specul.tit.de loca.verſi.159.

6 Quintò,† quando videretur dubia hæc donatio, deberet declarari,& intelligi ſecũdum præcedentem factam maſculo donationẽ, vt proxima quæque copulata procedant.d.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.& §.aſinam, & iuxta terminos præcedentis. Ideo cum illa pura ſit,ita & hæc. Ne ſit differentia inter donationes factas primogenitis.l.alimenta,vbi Bart. de alim. de lega.Si dubitatur de voluntate teſtatoris,illa probari poteſt ex alia ſcriptura eiuſdẽ l.ſi quis ex argẽtariis.§.ſi initium,vbi Bal.ff.de eden.c.auditis,& Bal.de præſcr.Ang.& Imo.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb. oblig.Rui.cõſi.93.nu.6.lib.2.vt ſcilicet ſit differentia

in

in quantitate, & non in qualitate, cum vtraque facta
sit primogenitis.
7 Sextò, † donatio ob causam dicitur, quando do-
nans aliquod commodum ex illa consequitur, veluti
si liberetur ab obligatione, qua prius tenebatur. l. vt
liberis, vbi Dec. circa fi. C. de coll. Aret. consil. 17. col.
5. versic. 3. ratio Dec. in authen. ex test. num. 8. & seq.
C. de colla. Cra. consil. 136. num. 2. 3. Tiraquel. in l. si
vnquam. in verbo, donatione largitus. num. 141. hæc
autem huiusmodi esse non potest, cum facta fuerit
nondum natæ, cui pater nō erat obligatus, teste Ale-
xand. in l. quod autem. ff. de iure do. Sed mera libera-
litas dicenda est, quam solent facere nobiles nascitu-
ris liberis, in contractibus matrimoniorum, vt inquit
Boer. decis. 204. Bertrand. consil. 27. lib. 4.
8 Septimò, † inducta ad augmentum non debent
diminutionem inducere. l. legata inutiliter. ff. de adi.
lega. Decius consil. 597. num. 8. & consil. 625. nu. 13.
si in causam dotis, vel in legitimam donatio iam di-
cta converteretur, posset esse quòd primogenita mi-
nus ex bonis paternis cōsequeretur quàm aliæ post-
ea genitæ: aucto hæreditatis valore, contra mentem
patris, l. quod fauore. C. de legib. c. maiores. de baptis.
9 Octauò, † pater fecit duos primò genitorum gra-
dus, in primo donauit simpliciter præferendo mascu-
lum filiæ, in secundo primo genitam aliis filiabus.
Ideo cum primus defecerit, non nato masculo, secun-
dus debet locum habere, & intelligi æqualiter vt vna
determinatio, quæ duos respicit, æqualem in vtroque
faciat dispositionem. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Et
subrogatus gradus in locū masculi vtatur simili pri-
uilegio simplicis donationis, & liberalitatis. l. si eum.
§. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. §. fuerat. Institut. de
actio. Alex. consil. 53. num. 11. lib. 4. facit tex. not. in l.
filiæ. §. fin. de condit. & demonst. Deci. consi. 77. nu. 3.
Andre. Sicu. consil. 2. col. fin. libro 2. & latè per Ias. &
Gome. in d. §. fuerat.
10 Nonò, † pater in testamento quod cōdiderat an-
no 1562. singulis filiabus suis legauerat septem mille
libras soluendas dū matrimonio collocarentur, quod
fuit purum, & transmissibile: quia conditio fuerat ap-
posita solutioni, & non substantiæ legati. l. ex his. C.
quand. dies lega. ced. Bald. consil. 286. lib. 3. Soci. con-
sil. 25. in 7. dubio. lib. 1. Craue. consil. 101. per totum.
Multò magis hæc donatio deberet esse transmissibi-
lis, cum fauorabilior sit, fundata super singulari pri-
mogenituræ titulo, arguendo de minori ad maius af-
firmatiuè, prout cōmuniter permittitur. authen. mul-
tomagis. C. de sacro. eccle. l. nec in ea. ff. de adulte. l. in
suis. vbi Bart. ff. de liber. & posthum. Deci. consil. 333.
num. 4. de Afflict. decis. 13. num. 23.
11 Ad † hæc omnia, vno verbo respondebat hæres,
Non solis verbis esse contendendum, nec dicendum
testatorem ita voluisse, nisi appareat, eius volunta-
tem transiuisse in dispositionem, quæ ex verbis con-
cipi possit. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. &
posthum. l. vni. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu.
tol. l. quidam eum filium. ff. de hæred. instit. Et con-
trariam fuisse ipsius animi sententiam.
Quia ipse dicit ?& voluit, *que soit douhée*, dotis
mentionem faciendo, si voluisset donare dixisset, *Ie
donne*, sicut dicit, *Ie donne à mon premier filz masle*, vt
propriam sequamur verbi significa. à qua non licet
recedere. l. non aliter. de leg. 3. Ideo non sequutis nu-
ptiis non debetur. l. si stipulationem. l. promittendo.
ff. de iure do. Neque ante nuptias peti potest. l. item
quia. §. 1. ff. de pact. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l.
in testam. de cond. & demonst. Capit. decis. 204. nu. 1.
12 Replicabat † actrix, verbum *douber*, non significa-
re dotem, sed magis ornamentum personæ, vt cum
dicimus, iuuenem dotatum virtutibus fundum bene
dotatum suis debitis instrumentis. l. sæpe. §. Seiæ. de
fund. inst. Ecclesiam dotatam redditib. cap. cum sit. de
conse. eccles. Bald. & Ripa in l. 1. ff. solut. matr. dicen-
tes legem illam bene dotatam, id est bene ornatam
amplissimis doctorum lucubrationibus. Galli etiam
(quorum mores, & verborū vires sequimur) verbum
douber, ad dotes nō referunt. vt Io. Pap. titulo *des dotz
& doubayres*. Chas. in cōsue. Burg. Rub. 4. §. 6. in verb.
est douhée. Et ita dici posset bene ornata primogeni-
ta, si decenna millia librarum, vltra legitimam à pa-
13 tre consequeretur. Nec † fuit opus, vti verbo dono.
Cum sufficiat per æquipollens voluntatem donandi
demonstrare. l. quoniam indignum. C. de testa. Fel. in
cap. si cautio. num. 5. de fide instru. l. 2. C. commu. de
lega. l. vt verborum. C. qui admit. c. intelligentia. de
verb. signif. Craue. consil. 120. num. 4. quia in cortice
verborum rei substantia non residet. cap. Marchion.
1. quæst. 1. sicut solent Iudæi facere. c. sedulo. 38. dist.
14 Bertrand. consil. 153. libro 1. Ad † hæc hæres. Licet
douber sit generale verbum relatiuum ad omnia, quæ
subiectum exornant, tamen magis propriè refertur
ad ea, quæ dantur mulierib. occasione matrimonio-
rum. l. 1. ff. solu. matr. ibi, dotatas esse fœminas, & ti-
tulis, de iure, & priuilegiis dotium, de fundo dotali.
Ideo propria, & specialis significatio, generalem vin-
cit. l. hoc legatum. de lega. 3. l. verbis legis. ff. de verb.
signif. Et maximè quando à patre profertur, qui filias
dotare tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de
dotis promis. vt verba secundum qualitatem perso-
næ intelligantur. l. ex facto. §. si quis rogatos, vbi de
Rip. nu. 7. ff. ad Trebel. l. stipulatio ista habere licere.
§. hi quoque. ff. de verb. oblig. l. si miles vnum. ff. de
mili. testa. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu. & habi. c. cum
de beneficio. de præben. lib. 6. Feli. in c. causam quæ.
de rescript. Cur. senior consil. 66. num. 21.
15 Huic † adiungitur verbum sequens, *& payée*, quod
præsupponit obligationem, quæ solutione tollitur. §.
1. Insti. quib. mod. tolli. obliga. cum pater ad dotan-
dum suas filias sit obligatus, vt suprà diximus. Inquit
mater, non potest dici obligatus ante nubiles annos.
d. §. Titio geneto. ibi, sed cum ante nuptias. quia pu-
rum legatum est, peti potest. Alex. ad Bart. in l. quod
autem. ff. de iure do. Et licet dicat *payée*, hoc ideo, &
occasione præcedētis donationis, ex qua oritur obli-
gatio. l. si quis argentum. C. de dona.
16 Hæres † contra. Ibi, *qu'est semblable somme, que la-
dite de Ioyeuse à apportée audit de Crillon*. Ideo sequi-
tur in causam dotis fuisse datam, sicut illa, quam por-
tauit de Gaudiosa quæ fuit dotalis: vt relatio, & si-
militudo fiat cum similibus qualitatibus. l. asse toto.
ff. de hæred. insti. Bart. in l. 1. ff. de recepta. Craue. con-
sil. 45. num. 3.
17 Mater † hæc verba esse ennotiatiua, non disposi-
tiua, & inter alias partes enuntiata, quæ non probāt.
l. his verbis. C. de mili. testa. c. illud, de præsumpt. Et
apposita gratia demonstrationis summæ, non quali-
tatis, teste Bart. in l. fin. §. Titia. de libera. lega. & in l. si
eu. §. de lega. 1. Titius accusatur, quod Bertam vxo-
rem Sempronij carnaliter cognouerit: respondit, car-
naliter cognouisse, nō propterea confiteturi esse vxo-
18 rem Sempronij. Et quando † inducta ad vnum effe-
ctum contrarium operarentur, relatio non fit cum
omnibus suis qualitatib. Rom. consil. 363. vel quan-
do fieret restrictio præcedentis dispositionis. c. cum
dilecti. de dona. vbi est casus in simili, per quē Inno.

& alij dicunt in materia fauorabili relationem non fieri ad ea, per quæ restringeretur fauor. Rui.consil. 11.num.8.lib.2. Et quando esset contra mentem donantis. Craue.consil.70.num.7.

19 Adducebat † etiam hæres aliam clausulam instrumenti matrimonio. ibi, *touchant les autres filles seront doubées selon la faculté de ses biens*, ponderando dupliciter, primò, dum dicit *les autres*, quod similitudinem significat. l.fugitiui. vbi Glo.C.de ser.fug.& titulo, de impuberum, & aliis substi. Ergo includit primogenitam dotasse, sicut dotãdas voluit alias filias, vt æqualis sit determinatio d.l.iam hoc iure. Secundo, verbum *douber*, hic propriè accipitur, pro meris dotibus filiarum. Ideo in eadem significatione accipiendum est, etiam respectu primogenitæ, vt præcedentia à sequentibus declarentur. l.verũ.ff.de petit.hæred. Soci. consil.64.in fi.lib.1.Parisi.consil.32.num.56.81.lib.1. Poterat mater respondere, diuersam esse dispositionem inter primogenitam, & alias filias. Cum specialiter de illa disposuerit, & de certa summa, de aliis, nõ ita, ideo expressam tollere tacitam. l.cum ex filio. §.1.de vulga.per quam limitatur regula d. l. Iam hoc iure, vt not.in l.quamuis.C.de impub.

20 Verbum † autem, *les autres*, bene implicat similitudinem in specie, quia omnes sunt filiæ, non respectu dispositionis specialis, & separatim factæ. l.Pap. exuli.ff.de min.Gl.in d.l.si fugitiui.c.sedes de rescrip. Bertrand.consil.314.num.12.lib.5.Ex illis verbis. *Et pour regard des autres filles*, quæ Latinè exponuntur, Quod attinet ad alias filias denotantia diuersitatem. l. quod ad seruitutes attinet. ff. de euict. vbi Gloss. l. quod attinet. ff.de regul. iuris. Ideo verbum *douber*, magis debet interpretari secundum præcedentẽ clausulam, quæ masculum respicit, quam subsequentem, quæ loquitur de filiab.eum prima, & secunda, primogenita respiciat, & in habentib. symbolum facilis est transitus. l.si in rem.§.item quæcunque.ff.de rei vendit.arg.cap.inquisitioni. de app. vbi clausula appellatione remota posita in medio causarum, respicit causas præcedentes, non sequentes. Iasi.in l.3.§. filius inter medias.num.21.de liber.& posthum.& vt aliquid impetretur primogenitura non secundum posteriorem significationem, in qua non militat similis fauor.arg. l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.actio.l.ex facto, vbi de Rip.num.29.cum seq.

21 Vltimò † iuuabant hæredẽ duæ iuris regulæ, vna, qua cauetur in dubio testatorem minus voluisse grauare hæredem gratia agnationis conseruandæ. l. huiusmodi.§.qui in vita. de lega.2. l. vnũ ex familia.§.si rem.de lega.1.l.si seruus. §. qui margaritam. eod. tit. Craue.consil.149.num.15. & consil. 167. num. 14. Necnon donationem non esse præsumendam. l.cum de indebiti.§.1.ff.de proba.l.cum aurum. ff. de solut. l.Campanus.de optio. lega. captiosam enim liberalitatem prudentum interpretatio fregit. l. cum Aquil. ff.de transf.Craue.consil.142.num.26.

22 Sed † illæ regulæ cessant, quando qualitas donatarij aliud suaderet. l.Stichus. de lega.3. l. Aurelius.§. Titius. de liber. leg. Decius. in l. semper in obscuris. num.3.de reg.iuris.l.Procula.ff.de proba.Glo.in d.§. Titius.veluti, quando esset bene dilecta persona, cui donaretur. filia, vel nepus. Bald. consil.407. lib.2.& consil.37.in fin.lib.3.Craue.consi.39.nu.14.Cephal. consil.109.num.10.consil.13.num.41.& consi.161. nu.25.de his Alcia.reg.1.præsumpt.32. Et hic agitur de filia respectu extranei hæredis, cui nulla fieret iniuria, si decima pat hæreditatis detraheretur, in filiæ commodum, secundum iura omnia, quæ potius fauent liberis, quàm extraneis.c.quicunque.17.q.4.

Sed quid tandem? Ista est rigida quercus, quæ vix multis ictibus domari potest, vt communi prouerbio vtar. Apparet patrem voluisse filiam esse dotatam, siue ornatam, & solutam decem millibus. Et decessisse
23 pupillam. In † dubio, quando pater Legat, vel donat filiæ, censetur hoc facere animo dotandi. l.qood autem, vbi Glo.& Bart.ff.de iure dotium.l.si ego. l.tale. l.promittẽdo.eod.tit. Cum sit obligatus dotare.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.l. fin.C.de do.promi. Bart.in l.si eum dotem.§.si pater. ff. solut. matri.Ioan.lup.in Rub.de dona.§.22.Boëri.decis.130.num.4. cum seq. Alexander verò in d. l. qood autem. in addi. ad Bart. hoc intelligit quando filia cui donatur, esset nubilis ætatis, quem sequitur Andr.Poma. in addi.ad singu. Cremens.5. Et sic Alexandro magis crederetur cum distingat.Salic.in l. filiæ. C. famil. hercis. Silua.nupt. lib.5.num.32.

24 Sed † qualis fuerit ista donatio pura ne? conditionalis, vel modalis? duo adducuntur versi.qui inter se pugnare videntur. l.Titio centum.§.Titio genero. de condit.& demonstr.ibi, ante nuptias defuncta puella, legatum apud hæredem remanet, & ita est conditionale, & non transmissibile. In vers. Sed cum ante nuptias: quia purum legatum est peti potest. Bart.intelligit I. C.in secundo versiculo, mutare casum, vt in primo sit conditionale, in secundo, purum, quando, scilicet ante nuptias fuisset promissa dos contractis iam sponsalibus, ex præsumpta patris voluntate, qui credebat cito matrimonium subsequuturum, & ita voluisse generum, siue filiam cito dotem petere, licet postea in conditionem resoluatur: quia cautio per sponsum mulieri præstanda est de pecunia reddenda si nuptiæ non sequerentur. vt declarat Bart.Imo.ibidem.& Bald.in l.si plures.num.25.C.de condi. inser. Paul.in d.§.Titio genero. Et si dicatur, quis reuelauit Bart.in 2.versi. facta fuisse sponsalia dici potest, coniecturis apparere, patrem purum voluisse reddere legatum, ne alioqui pugnantia sit, sicut regulariter permittitur subaudire, ne correctio inducatur. l.cum falsi. vbi Bartol. Bald. Iasi.num.4. C.de iuris, & fac.igno. Bald.in §. quibus. in princ.Constit.C.probat. c.inter dilectos.§.cæterum.ibi, vt tamen intelligatur, eo modo, quo magis possit valere, distinguendum videbatur.de fide instru. Crau.consil.70. num.5.15.16. Ita communi calculo dissoluitur ille nodus. Licet mihi remaneat scrupulus, quem retinere me cogit breui-
25 taris promissio, quam ab initio feci. In † proposito autem nostro ista donatio videtur modalis, vt mediante illa summa nubere possit filia. Cuius quidem modi natura est, vt si deficiat per tertium, in cuius persona adimpleri debet, legatum debeatur. l.pater.§. Tuscul.de leg.3.l.Lucius.2.§.quisquis. de lega.2.not. in l.1.C.de cond.inser. Si verò casu in persona illius, qui debet adimplere, vt quia moriatur filia, ante contractas non debeatur donatio, vel legatum, sed apud hæredem remaneat. l.leg.C.de cond.inser.l.1.vbi Gl. Bart.& alij.C.de instit. & substit. Socin.in l. si Titius statuas. col.2. versic. aliquando quarto, & vltimo.de condit.& demonstrat. Bart.consil.200. Panorm.consil.92.num.1.lib.2. Alexand. consil.36. in princip. & consil.47.num.2.lib.7. Cornel. consilio 229. num.3. lib.4.Castrens.consil.322.num.1.lib.2.Bald.nouel.6. par. priuileg.5. Couarru.cap.3. num.10. de testam. Tanquam data ob causam, qua cessante nõ debeatur. d.l.legatum.l.in testamento.2.de condit.& demonst. Et ita videbatur indebita donatio, si communes iuris regulas sequamur. Tamen quia plures dantur exceptiones.

ptiones. Inter cæteras, quando conditio siue modus respiceret executionem legati,non dispositionem,teste Bald. consil.286. num.4. lib.3. Craue. consil. 1 1. vel quoties secundum communem loquendi vsum dos appellatur puellæ patrimonium. Bart.in d.§. Titio genero.& d.consil. 200. Lautus à Pala. super statuto. stantibus masculis.col.4. versic. tamen de iure com.vel ex præsumpta mente patrib.Panor.d.consil. 92.qui dicit com.Cor.consil.40.nu.15.lib.4.& consil. 311.num.14.lib.1. visum est ex paternis verbis, & ex mente ipsius,illam summam donatam filiæ, non esse conditionalem, sed veluti pro sua parte, & patrimonio datam,in ipsius ornamentum. Non enim dicit, si nupserit, vel quando nupserit: sed vt sit illa dotata, ornata, & soluta. Et illa verba non respiciebant substantiam ipsius donationis. Sed quia primogenita eam volebat habere,verbûmque *douher, & payer*, non videbatur causa finalis donandi,sed impulsiua magis, cuius defectus nihil operatur.l.cum tale. §.falsam. de condit. & demonstr.l.2.§.fin. & ibi Bart. ff. de dona.

16 Deinde † quia coniunctæ personæ donando mouebatur ratione sanguinis. l. tutor. §.fin.de annu.lega.l. cum alienam. C. de lega. extraneo hærede instituto, in amplissima hæreditate:sequendo opinionē Vberti de Teranio,qui in fauorē matris defunctæ filiæ quæstionem disputauit , vt scribit Bald. in l. generaliter. nu.10.C.de episc.& cler. Necnon per alia argumenta quæ suprà pro hac parte deducuntur, cōcluditur donationem deberi inclusa legitima , quam moriendo transmisit ad matrem, & sororem, & vltra præallegatos hoc idem voluit Socin. consil.112. num.8. lib.1. Couar.vbi s.num.11.versi.8. vt scilicet tota sit pura, etiam in eo quod legitimam excedit ne diuerso iure censeatur,secundum Bart.cuius opinio commu. dicitur vt Couar.attestatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi filius, non potest matrimo. contrahere sine patris licentia.*
2 *Repudiari non dicitur,quæ nondum est transducta.*
3 *Iudæis ne licet sine causa repudiare vxores ? & nu.5.*
4 *Repudij causas non esse publicandas.*
5 *Pulchritudo corporis est argumentum bonæ mentis.*
6 *Repudij libellus non datur contra sponsam sine causa, apud Iudæos.*

DECISIO LVII.

Contra sponsam non permittitur Iudæis dare libellum repudij.



Vives, & Iosue cremieu pater, & filius Hebræi Carpentoractēn. instabant ardentissimè, vt eis liceret dare libellum repudij aduersus Lealam de la garde, cum qua Iosue sponsalia contraxerat, (quæ eorū vulgari nomine cadessim vocantur) multis rationibus:quia filius sine patris cōsensu sponderat,contra eorum articulos per Vignerium confirmatos, quibus cauetur, *que aucune fille nage à espousar aucun garçon senso lo consentement dou paire dou garçon soute la pene delbeirein, & d'estre banni. Et talos espousalhos non faran d'aucune valour*, quorum articuli conformes sunt cum iuris ciuilis dispositione. l. Paulus respondet.ff.de sta.homi.l.in sponsalibus. ff.de sponsa.§.1.Instit.de nupt. Tiraquel. de legib. connu. Glo. 8.nu.11.12.

Deinde, quod Abraham de la garde eiusdem Lealæ Pater blanditiis illum in filiam prouocauerit, incitauerit, & veluti per vim ad contrahendum sponsalia : quia videbat vnicum, & diuitem, & filiam egenam, & pauperem. Quinimo licere Iudæis Mosaica lege suas repudiare vxores,vt Deuteron.c.24. Etiam sine causa, vt sit pro ratione volūtas, & maximè propter tantam imparitatem , quæ solet esse odij mater inter coniuges.l.viduæ.ibi, vt sint pares genere, & l. donationem,ibi,inter pares.C.de nupt. & scribit Tiraquel.in l.quintam. de connub. num.20.cum seq.& contemptum parit, Deuteron.cap.13.ibi,dixit te ne socius fueris , &c. & ibi , & si non habueris derelinquet te. Mirabatur Abraham quod vim intulisse diceretur. Cum ille quotidie suā prosequeretur filiam, non solùm domi , sed vbique quotiens poterat illam apprehendere, confabulando simul,humaniter,& iocundè,sicut solent facere adolescentes cum illis, quas vnicè diligunt , & cupiunt. Ideo sibi timens sæpius illi dixerit,quæso vale,& abstine. Sed ille,non esse timendum : habere animum ad solum amorem honestum : parentes ita velle, & consentire,& ita credens filiam in sponsam dedit,ex velle probare qualiter pater istius iuuenis retulit gratias illis , qui ob nouam filij desponsationem illum felicitabant , lætitiam , & gaudium præ se ferendo.l.Paulus.ff.rem ratam hab.l. de quibus.ff.de legib. Et quod foret absurdum,& nimis crudele si sponsa,pulchra,& sana, amabilis & innocens , sine causa repudiaretur , & qualiter potent repudiare,quam nūquam acceptā.l.decem.ff.de verb. oblig.Glo.in l.si mancipia.C.de ser.fugi.Felin.in cap nonnulli.nu.34.versi.amplia ista.de rescript. Cur. Iu consil.76.num.3.& consil.182.num.2.

3 Tota † huius quæstionis virtus in eo resider , an liceat Iudæis ab vxoribus sine causa diuertere.Steph. Bertrand.consil.109.lib.5. scribit licere , vt in Euangelio Beati Matthæi dicitur,quicūque dimiserit vxorem det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis,&c.Et sic olim indistinctè licebat,cum exceptio firmet regulam. l. nam quod liquide.§.fin. de pœnu lega.& illa verba, (ego autem) restrictiue ponuntur. l. transigere.C.de transact. Et cum Pharisæi contēderent,dum diceba Christus, quos Deus coniunxit homo non separet,quid ergo mandauit Moyses dari libellum repudij. Respōdit,ob duritiam cordis vestri permisit Moyses. vt Matth. 19.c. inferens, quod illis indistinctè permitteretur. vt Chrysost. inquit,& Hilarius super Matthæum , D.August.contra Faustum,& Nicol.de Lira in Glo.ordin.Tiraquel. de legib.connu.l.2.num.29.& l.9.num.5.

4 Aliquando † enim potest esse causa occulta,& soli marito cognita , quam non expedit libello exprimere,ne vxoris turpitudo detegatur , in eius, & familiæ dedecus. Sicut de patre dicimus,cui permittitur matrem à filij hæreditate excludere, per pupillares expressas,ob tacitas causas sibi soli cognitas. l.precibus C.de impub.cap.si pater. de testam. lib.6. Hinc Paulus ille Æmilius (qui in consulatu suo Persen Macedonum regem bello deuixit , captúmque in triumphum duxit) Papiriam vxorem repudiauit , tametsi honesta , fœcunda , atque formosa ab omnibus iudicaretur, ex qua illos duos triūphales viros susceperat Scipionē Africanū, & Fabium Maximū,sed huius rei causa alus occulta esse poterat. Sicut de illo,qui interrogatus cur vxorem repudiasset? eleuās pedem dixit, nónne calceus iste videtur bonus,& aptus mihi,attamen nullus est,qui sciat quo in loco ille mihi noceat.

Archidia.

5 Archidia. † verò in cap. ab exordio. 35. distinctio. volebat causam huius repudij esse oportere, quam dicit esse triplicem, vnam propter animi fœditatem, vel corporis, vt Deuteron. c. 24. aliam propter odium inueteratum. Malach. 3. c. si timeretur vxoricidium, vel scandalum, si simul cogerentur viuere. iuxta cap. literas. de restit. spolia. In casu autem huiusmodi omnes istæ causæ cessare videbantur. Cum esset iuuenis,
6 iucunda, & pulchra. Hinc † dicunt Philosophi bonam corporis figuram, bonæ mentis argumentum esse: & D. Ambros. de virginibus lib. 2. Speciem corporis, simulachrum esse mentis, quod vulgo dicitur, qualis forma, talis & anima: vt apud Ouidium lib. 2. Fasto. & facies animo digna, &c. Et Persius, gratior est pulchro veniens à corpore virtus, Adeo vt pulchritudo in altero tollat inæqualitatem, quàmis alius in diuitiis excederet. vt Alexand. testatur consil. 209. num. 10. lib. 6. Panormit. in cap. quia diuersitatem. in primo not. de concessio. præbend. Tiraquel. de legib. connu. l. 2. num. 54. cum sequent. Aliqui dicebant admittendos esse repudij articulos, & postea remittendos rabinis, qui viderent, an liceret hoc istis facere, quod non placuit. Cum iure Romanorum viuant. l. Iudæi. C. de Iudæis. quamuis ecclesia eorum ritus, & superstitiones patiatur, & toleret. c. gaudemus. de diuor. l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto.
7 Concluditur, † licet Iudæis illorum summo iure permittitur dare [etiam sine causa] libellum repudij tamen cum hic agatur de sponsa nondum cognita, neque transducta, & sic de virgine, liceat Mosaicam cessare. Ne in duris, & asperis liceat facere extensiones. l. quid verò contra. ff. de legib. tandem inter istos consummatæ sunt nuptiæ, cum magno vtriusque synagogæ gaudio, apparatu, & strepitu.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoribus reus cõmēdari an debeat, arbitrarium.*
3 *Fideiussor non adhibendus, vbi crimen notorium est.*
4 *Doctorē percutiens, tenetur de lege Iul. de vi publica.*
5 *Glo. malè intellexit. l. lege Iul. ff. de vi publi.*
6 *Conuentio ciuita. Auenio. declaratur super relaxandis reis, data cautione, & num. 2.*
7 *Fideiussor non interponendus, vbi honoraria pœna locum habet, vel infamia.*
8 *Statutum quandoque idem disponit, quod ius commune, & quare.*

DECISIO LVIII.

Faciens iniuriam doctori non relaxatur data cautione.



QVIDAM tabellio, & curiarū scriba, cum contenderet in platea sancti Petri Auenionis, vbi ius redditur à iudicibus, & disceptaret cōtra doctorem super claudendis quibusdam fenestris, inter eorū vicinas ædes existentibus in proposito incalescendo, dixit doctori, tu mentiris: Iste, cum illatam iniuriam reparare conaretur, alium in brachio sola manu tetigit. Alius verò reflectendo doctori in oculo dextro pugno grauiter percussit, cum liuore, & nigredine. Dubitatum fuit,
1 an data cautione sit relaxandus? Aliqui † existimabāt relaxandum, per l. 1. ff. de custo. reor. ibi, vel pro criminis quali ate, aut propter honorem, &c. & esse arbi... vt B... notat. & in l. diuus. eod. tit. Ias. in consi. ... circa fi. lib. 2. Tiraquel. de nobili. ... nu. 3. Mono. de arb. lib. 2. centuria 4. casu 303. nu. 1. Et quia, is qui vulnus intulit pœnam patitur pecuniariam. Bart. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. & lege Aquil. tenetur. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Clar. in §. fin. q. 80. & quæst. 46. num. 19.
2 Et † maximè attenta conuentione ciuitatis, qua cauetur, satisdare paratum non detinebis, nisi agatur de crimine læsæ maiestatis, vel alterius enormis criminis, propter quod de iure non esset fideiussoribus commendandus, ponderando, verbum alterius, quod similitudinem significat, & eandem repetat qualitatem. l. continuus. §. item qui, vbi Aret. ff. de verb. obl. l. ancillæ. C. de fur. Cardi. in clec. 2. de reb. eccles. non alienand. & ibi, enormis vt quia esset læsæ maiestatis simile, vt capto non relaxetur: quia exceptio firmat regulam. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu lega. l. 1. ff. de reg. iur. & hic nō potest dici enormitas criminis, siue grauitas, cuius pœna non esset mortis ciuilis, vel naturalis, vt not. Bart. in l. leuia. ff. de accusa. Soci. consil. 157. num. 5. lib. 2. Deci. consi. 65. Iul. Clar. in §. 1. lib. 5. nu. 9. licet aliqui dicāt arbitrarium esse, quodnam graue, enorméque dicatur delictum, vt censuit Alciat. in c. cum non ab homine. nu. 28. de iud. Barba. consil. 5 t. col. 2. Hypol. in l. quæstionis modum. nu. 3. ff. de quæstio. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 3. casu 266. nu. 2. Saltem nemo fatebitur istud crimen aliquid habere simile, vel cōmune cum crimine læsæ maiestatis de quo facta est exceptio, ideo locū habere regulam separatorū, vt sit separata dispositio. l. fin. ff. de calum.
3 Actor † contra. Et vbi notoriè constat de delicto cessare fideiussionem, & condemnandum reum. l. si confessus. ff. de custo. rer. l. 2. C. eod. Hypol. in §. attingam. nu. 4. in praxi, & in l. vnius. §. cognitorū nu. 62. ff. de quæst. Foller. in praxi crimi. §. & si cōfitebuntur. nu. 73. Et hic apparet de commisso per aduersarium crimine: quia in loco publico, & ante tribunal iudicum de liuore in facie, & læso oculo, quæ sunt euidentes probationes, & manifestæ. c. euidentia. de accus. Mono. de arbit. lib. 2. centu. 4. casu. 303. num. 13.
4 Atrocem † esse iniuriam ratione personæ cui fuit illata. l. prætor. §. atrocem. ff. de iniuriis doctori scilicet, quem si quis percusserit tenetur leg. Iul. de vi publica. teste Accur. in l. lege. ff. eo. quem sequitur Guid. Pap. q. 88. Crane. consi. 168. nu. 10. Leuande. de priui. doct. §. 10. num. 2. Cuius pœna est deportatio. §. item lex Iulia. Instit. de publ. iudi. & consequenter corporalis, pro qua non datur fideiussor. d. l. D. Panorm. in Rub. de fideiuss. num. 3. Ang. in verbo. pro quibus fideiussor. Bossi. de carcera. fideiuss. commend. num. 7 Clar. in §. fin. q. 46. num. 7.
5 D. † auditor suares subtiliter taxauit Gloss. in d. l. lege quod textum interuerteret, si quidem in eo dicitur eum, qui imperium habet si ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit, vulnerauerit teneri lege Iulia. Item quod ad legatos, oratores, comitésve attinebit, si quisquam eorū pulsasse, siue iniuriam fecisse arguetur, eadē pœna tenebitur. Scilicet si pulsauerint, vel iniuriam fecerint legati, vel oratores. actiuè intelligendo, non quod illis iniuria facta sit. Et licet aliqui legāt, si quis quem eorum pulsasse arguetur. Hoc non cōuenit propter dictionem item, quæ repetit præcedentes qualitates. l. à sententia. vbi Bart. ff. de appel. Esséque repugnātia, si simul actiuè, & passiuè eadē clausula intelligere tur. Sed postquam à tantis viris probatur opinio, multitudini cedendum est. l. quod maior. ff. ad municip. c. 1. de his quæ fiunt à maio. par. capi. vt scilicet teneatur lege Iulia de vi publica, qui Doctori iniuriam facit propter eximiam personæ

personæ dignitatem, si quidem doctores resplendere dicuntur, veluti stellæ in perpetuas æternitates. cap. fin.de magist. quorum splendore totus mundus illuminatur.authent.habita. C. ne filius pro patre. l.1.§. est autem ciuilis sapientia.ff.de varijs, & extra ordin. cognit.

Fuit conclusum:detinendū donec completus fue-
6 rit processus. Nec † obstat conuentio ciuitatis, quæ intelligenda secundum iuris terminos ex illis verbis, propter quod non esset fideiussoribus de iure compellendus nam relatiuum quod,restringit præcedentia.l.ea tamen adiectio. de lega.3.Bartol. in l.1. C. de summa trinit.& in l.omnes populi.in prin.ff.de iusti. & iure. de Afflict.decis.403.num.6.vt ita demum relaxetur si iure id fieri debeat. Idem significans sicut clausula pro vt de iure,quæ nihil dat, neque aufert.l. presbyteri. ibi, prout leges percipiunt. C. de epis. & cleri.& semper subintelligitur in quacunque dispositione.l.si in venditione.in fin.ff.com.prædio. Ang.in l.omnes.per illū text.C.de præs.30.vel 40.anno.Bar. in l.si quis ita legauerit.de lega.1.Feli. in c. inter monasterium.nu.3.de re iudica.Bertran. consil.21.lib.3.
7 Vnde † cum iure communi vetitum sit in causis criminalibus dare fideiussores quotiens pœna esset corporalis vt supra.Ne liceat pœnas euitare,aut illudere cōdemnationes. vt Bald.scribit.in l.transigere.nu.12. cum seq.C.de transact.Feli.in Rub.de treuga & pace. num.3. Et buios legis Iuliæ castigatio extra ordinem fieri soleat arbitrio iudicis.l.fin. ff. de iniurus qui aliquando in exilium mittit eum qui iniuriam fecit, vel vt pœnam patiatur honorariam. Cogit veniam petere offenso , iu loco vbi orta est rixa. l.capitalium.§. fin.ff.de pœnis.Ioan.Pap.lib.8.tit. de iniurijs verbali. arrest. 7.8. 9. Solet etiam iudex publice reum impetere vt erubescat.l.verbum.C.de his , qui not. infam. quæ cum infamiam irrogent , honorémque lædant, dicuntur pœnæ corporales.Panorm. in cap.afferte.in addi.de præsumpt.Maria.Socin.10 cap.veniens.de accusa. Bossius de carcera. fideiuss. commend. num.8. Clar.in §.fin.q.46.num.6.
8 Nec † iterum obstat conuentio , quæ secundum iuris terminos intelligenda est. l.2.C. de noxa.c.cum dilectus. de consuetud. Bart.in d.l. omnes populi. in 3.quæst.6,quæst.princip. Alexand.consil.33. num.4. lib.1.Alciat.reg.3.præsumpt.36.Craue. consilio 259. num.2. Et si dicatur ergo erit superflua, respondetur ex tenore verborū patere idem velle quod ius commune, ad quod expresse se remittit, ita vt nulla opus sit interpretatione.l.continuus. §.1.ff. de verb.oblig. Nec est nouum statutum idem disponere sicut ius commune.l.1.in princip. vbi Gloss. ff. ad l. Falcid. & ibi Bart.inquit vtile esse propter molta. num.3. Addit enim speciale vinculum,& maiorē vim iuri communi.cap.2.de præbend.lib.6. Panormit. in cap.1.de obseruat.ieiunio. & in cap. cum venissent.num. 3. de instit.& in cap.sopite.num.3.de censib. Deinde,quia magis animaduertitur ad id quod specialiter iniungitur , quam ad quod generaliter mandatur. cap. si aduersus de hæreti.l.sed & si.§.quæsitum.ff.si quis cautio.cap.quanquam, vbi Glos.inquit plus operari specialem , quam generalem dispositionem.23. distinct. & in terminis Alexan.consil.33.num.5.lib.1. Couar. practi.quæst. cap.27. num. 4. hinc bene dicitur quæ dubitationis tollendæ gratia inseruntur ius commune non lædunt.l.quæ dubita. ff. de reg. iur.l.qui mutuam.ff.manda.l.testamentum.C.de testamen. Maximè vbi alterius præiudicio ageretur melius est vt statutum nihil vltra ius commune disponat. l. fin. §. in computatione,vbi omnes not.C.de iure delibérand. Decius in cap.super eod.col.2.in prin.versi. prædicta conclusio.de offi.delegar. Craue. consil.259. num.2. hic autem de præiudicio satis magno doctoris qui iniuriam passus est ageretur , si reus(qui circa lites versatur) cauto relaxaretur & litem redderet immortalem , vt malitiis hominum obuietur.cap.quanto , de diuor.l.in fundo.ff.de rei vendit.

SVMMARIVM.

1 *Bona minorum non debent alienari nisi obseruatis iuris solemnitatibus.*
2 *Legem 2.C.de rescind. vendi. in transactione locum non habet,vt communem sequamur.*
3 *Mandato deficiente acta corruunt.*
4 *Responsione super appellatione pendente non licet attentare.*
5 *Inhibitionibus non obstantibus potest iudex ad vlteriora procedere,quando illæ non sunt legitimæ.*
6 *Iudex appellationis cuius loci statuta seruare tenetur.*
7 *L. fin. C. si maior fact. vtiles , & pulchre declara.& num.8.*
9 *Dolum præsumptum à vero differre.*
10 *Lex potest actum nullum firmare.*
11 *Dolus verus multis probatur coniecturis,& num. 12.*

DECISIO LIX.

De venditione per minores celebrata rescissa non obstante tacita per lapsum quinquenny ratificatione,casus pulcher.



LVDOVICVS ,& Bertrandus Girardi fratres villæ insulæ egerāt coram D. rectore Carpen.cōtra no.Stephanū Blancum cōdominum Venascæ , rescissione cōtractus vēditionis vnius clausi eidem facte ex capite nullitatis,& doli,propterea quod Lud. tunc esset ætatis quindecim annorum,& Bertr.vndecim sub tutela vnius cordigeri religiosi eorū patrui in rebus gerendis plurimum ignari , cui magis claustralia erant committenda , quàm tutelæ onus , qui fuerat deceptus ab illo fundum eidem vendere.

Cum esset fructuosior , & veluti flos paternæ hæ-
1 reditatis,sine vlla necessitate vēditus, nullios † adhibitis solemnitatibus , decretum ex falsa causa interpositum. Contra omnia iura,quæ clamant aduersus tutores & curatores temerè alienantes.l.magis puto.§. nec passim.ff.de rebus eorum,quisub tutel.sine decre. non alienand.l.lex quæ tutores.C.de administrat.tuto. vel cura.l.ob æs.C.de prædi.mino.

Ideo nullam fuisse venditionem, de Afflict. decis. 249.Decius consil.403.& consil.410.Et hinc malæfidei esse possessorem:quod contra iura fuerit mercatus.l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib.10.c.qui contra. de reg.iur. lib.6. Et dolosum. l.1. C. si maior fac.lib.2. Ideo debuisse fundum cum fructibus restituere.l.si fundum. C. de rei vendit.l. si nauis.§.fin.ff. eod.§.ei vero qui.Instit.de rerum diuis.

Emptor verò emisse prædium bona fide sexcentis aureis solis anno 1547.19.Februarij à tutore, & Ludouico pubere. Cum iuramento, & decreto iudicis, causa cognita,& pertinenter,& solenniter. Ex pretio extincta fuisse debita, venditionémque necessariam vrgente ære alieno.patet:quia venditores impetrauerant quinquennales ad euitandum creditorum molestias, vendidisse alia prædia , quorum pretium non

potuit

potuit creditoribus integraliter satisfacere nisi, & istud similiter distraxissent. Nullam interuenisse læsionem saltem considerabilem. Ludouicum promisisse de euictione pro Bertrando impubere: qui non potest vti beneficio restitutionis ex persona impuberis: quia res de qua est quæstio est indiuisibilis. l. 1. C. si in commu. eademque causa testit. postule. Tacuisse vsque ad annum 1567. quo litem hâc introduxerunt. Et sic per viginti annos. Ideo non esse audiendos. l. fin. C. si maior fact. lib. 5. Eo amplius Ludouicum ratificasse transigendo super clauso vendito, cum alio, qui ius super illo habere côtendebat, ne emptor molestaretur, præsente tutore, & ita vtilem fore venditionem. l. minoribus. ff. de minor. Legem † secundam.
2 C. de rescind. non habere locum contra transactionem. l. Lucius. §. fin. ibi, si non transactum esset. ff. ad Trebel. vt omnes not. in d. l. 2. & in l. si quis cû aliter. ff. de verb. oblig. in c. cum causam. de empt. & vendit. Alex. consil. 41. lib. 1. de Afflict. decis. 22 . vt sit litium finis. l. fratris. C. de transact. Alexan. in d. l. si quis cum aliter. num. 8. dicit communem, & Ias. nu. 13. cum seq. Deci. de transactione a tutore facta. consi. 479. per to. Craue. consi. 151. num. 26. vbi alios alterius opi. citat. Deci. consil. 60. & consil. 397. nu. 10. latè Cagno. in d. l. 2. nu. 3. Reparasse fundum suis magnis sumptibus, longéque meliorem reddidisse, refecisse domû, plantasse arbores, & cætera, de quibus habenda est ratio. l. domos hæreditatias. cum tribus seq. de lega. 1. Gloss. not. in l. emptor. in prin. ff. de rei vendit. quæ dicit impensas vtiles cum fructibus non compensari. & ibi Ang. & Bald. l. sed quid si ædificauerit. ff. de vsufruct. Alex. consi. 123. nu. 11. lib. 1. Bertrand. consi. 4. nu. 42. lib. 3. Moli. in consue. Paris. §. 1. Glo. 5. nu. 78. & multa alia, & varia hinc inde quib. cenfirmatus erat iste processus folia duo millia, & vltra côtinens. Iudex à quo ordinauerat contractum rescindendum saluis reparationib. & pretio. Appellauit reus, causáq; mihi committitur, in qua de duobus fuit principaliter dubitatum, de nullitate actorum, & causæ meritis.

3 Quod † non constabat in prima instantia reum fecisse mandatum, cuius defectu omnia corruunt. l. licet. C. de procura. l. 3. §. falsus. ff. rem ra. habe. l. si expressim. ff. de appel. Craue. consil. 266. num. 9. etiam si de illo postea appareret, cum debeat esse productum. l. 1. ff. de edend. cap. quoniam contra. de proba. Bart. in l. Titia textores. de lega. 3.

Sed constabat reum se iuuasse appellatione interposita per illum procuratorem, quo casu gesta illius tacitè ratificabat. d. §. falsus. Bertrand. consi. 400. lib. 1. quamuis salua nullitate appellasset, ne sit contrarietas. Felin. in cap. causam. 10. limita. de induciis. Ias. in d. l. licet. numero 10. Vanti. de nullita. quibus modis sentent. nulla repa. pos. num. 103. Deinde quod licuit appellatis in secunda instantia illud producere. l. per hanc. C. de temp. appel. teste Paul. Castr. consilio 290. colum. penult. versic. 2. lib. 1. Craue. consil. 108. num. 1.

Ideo non fuit in consideratione iste nullitatis obiectus.

4 Inde † alius nascitur quo iudex 15. Februar. appellationi interpositæ ab interlocutoria assignauerat ad diem martis 7. eiusdem mensis, & 16. appellans obtenta commissione causæ fecit vt commissarius laxauerit inhibitiones contra iudicem à quo, & illis non obstantibus sententiam tulit, & eo die, quo assignauerat partes pro habenda responsione, vnde videbatur attentasse post inhibitiones procedendo. c. non solum, de appellat. lib. 6. cap. super eod. titul. dato enim termino [vt nostri dicunt] ad respondendum, nullus est interea processus. cap. vt super. & cap. ab eod. de appell. libro 6. Rota decis. 19. alias 128. eod.
5 tit. Boët. decis. 256. num. 3. Veruntamen † appellans non comparendo in termino tacitè videbatur renunciasse appellationi. cle. quamuis rigor. de appell. Licet locus non fuisset designatus, debebat in loco solito comparere, vbi ius reddere consueuerat iudex. l. 1. §. adeundi. ff. de appell. l. si locus. ff. de Iudi. cap. fin. vbi Panorm. num. 6. Imo. num. 12. de rescript. not. in cap. cum episcopus, de offi. ordin. lib. 6. & in l. fi. ff. de iusti. & iure.

6 Deinde, † vbi inhibitiones sunt friuolæ potest index procedere ad vlteriora. Rota decis. 58. alias 412. de appell. Franc. in cap. Roman. §. quod si obiicitur. de appell. in 6. num. 2. Paris consil. 18. nu. 103. lib. 1. Solùm obstabat, quod licebat appellâti, etiam pédente termino obtinendæ responsionis appellare, & inhibere secundum statuta Aueniónis, & ita non videbatur renuntiasse appellationi. Cum iudex appellationis sequatur statuta sui loci, quæ respiciunt litis ordinationem. l. 3. in fin. ff. de testi. ibi, explorare debet, quæ consuetudo in qua prouincia iudicat fuerit, vbi Bart. ait not. text. quod in his quæ spectant ad litis ordinationem debemus inspicere consuetudinem loci vbi agitur. l. 2. in fin. C. de iura. calum. secus in his, quæ pertinent ad litis decisionem, §. 1. in authent. vt cum de appell. cognos. Bart. in l. omnes populi. in 5. quæst. versic. 2. quæritur. ff. de iust. & iure. Alexand. consil. 96. num. 4. lib. 2. & consil. 164. nu. 5. lib. 6. doct. in l. 1. C. de emancip. libero. Cano. in Rub. de consue. Feli. in cap. fin. col. 5. versi. limita tertio. de constitut. Guid. Pap. quæst. 137.

Sed his non obstâtibus visum est materiam principalem aggrediédam fore. Cum fuisset appellatum, in calculo, & puncto quo ferenda erat sententia, ob id, quod iudex non sumebat assessores, quorum consilium sequi non tenebatur. Panor. in cap. vt debitus. nu. 28. & ibi Fran. num. 38. de appell. Alex. consi. 377. Et postremo fuerat conclusum in causa nulla facta mentione attentatorû, quod tamen erat necessarium, de Afflict. decis. 352. num. 3.

Recollectis itaque, & separatis singulis quæstionum articulis ex illo magno allegationum aceruo,
7 vnus solus electus est disputandus, qui † versatur super intelligentia d. l. fi. C. si maior fac. lib. 5. vbi si maior factus, post quinque annos continuos post impletam maiorem ætatem nihil conquestus sit, venditionem non posse retractari occasione prætermissi decreti, sed teneri, quasi ab initio legitimò decreto res fuisset alienata, vel supposita.

Et ita Ludouicus tacendo ab anno 1547. vsque ad annum 1567. [cum tempore venditionis esset ætatis quindecim annorum] & sic post decem annos à tempore maioris ætatis, non videbatur audiendus occasione omissi decreti, vel neglectæ solemnitatis, quasi ratificauerit, & purgauerit nullitatem hoc temporis lapsu.

8 Dicebant † actores d. l. non habere locum, quando dolus interuenisset, qui præsumitur ex defectu solemnitatis. d. cap. qui contra. l. 1. C. si maior fac. lib. 2. Cum dolus malus semper videatur exceptus. l. tres fratres. ff. de pact. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Alexand. consil. 18. libro 7. Sed responsum est d. l. fin. ratificare alienationes nulliter factas. Rom. consilio 44. Barba. consilio 7. libro 3. quia hæc confirmatio non inducitur facto hominis, sed legis: supplentis defectû solennitatis, & omissæ formæ. Aret. consil. 127. col. 1.

col.1.& 2.Roma.consi.54.purgans omnem præsumptum dolum occasione omissæ obseruationis à lege præscriptæ.Bart.in l quod Nerua.num.14. ff. deposi. & in l.dolus.ff.manda.Alexand.consil.196.numer.6. libro sexto.

9 Sitque † differentia inter præsumptum, & verum dolum.l.si quis id quod.ff.de iuris.omnium iudi.Bart. in l.1.§.non autem.ff.si quis testa.lib. ius. fuerit. cum vnus in faciẽdo,alter in omittendo consistat, qui velatus dicitur,alius verus,& expressus.Deci.cons.178. col.3.versi.secus.Cra.consi.146.num.6.Tiraq.latè de pœnis causa.44.nu.24.cum sequentib.Cachera.decis. 71.num.18.& de his prius docuit Bart.in l.licet. §. fi. ff.de peculio.& Bald.in l.argentarius. §. cum autẽ. ff. de eden.per illum text. Vnde licet minor nõ ratificet contractum dolosum.d.l.1.C. si maior fac. lib. 2. Intelligitur quando verus dolosus esset,& non præsumptus, quia verba in potentiori significatione sunt intelligẽda.l.1.ff.si ager vectiga.& d.l.tres fratres.hinc, qui læsus est vltra dimidiam præsumitur dolo inductus.l.qui superstite. C. de dolo. l. si de meis.§. recepisse.l.sed si in seruũ.§.si quis iudex.ff.de arbi.Bart.in l.fi.ff. de præto. stipula. Craue. qui hoc latè explicat. consi.142.num.21.& seq. Et tamen non agit ussi remedio.l.2.C.de res.vend.& Cra. consil.7.nu.2. vnde tacitus ille dolus videtur taciturnitate sublatus.Paris.

10 consil.49.lib.1.Alio † ergo modo respondebant. d.l. fin.non habere locum iure canonico,propter malam fidem contrahentis,secundum Anto.de Butrio.cons. 45. quod contra iura mercatus fuerit. d. l. quemadmodum. Imol.in c. apostolicæ.col.3.versic. sed iuxta prædicta.de dona.Cum sciat cõtractum posse rescindi.l.in causæ.§.interdum.& §.seq. ff. de mino. Idem Nata consi.295.col.fi.versic.non omitto.lib.2.Ruin. consil.45.circa fi.lib.1.Paris.in addi.ad Bar.in d.l. fin.

Cæterùm in puncto iuris horum opinio nõ caret scrupulo: quia cursus quinquennij non induxit præscriptionem,sed ratificationem.Calca.consil.22.in fi. Nata consi.162.num.3.lib.1.Meno.de recupe.pos.r5. remedio. num. 188. Cum lapso tempore lex fingat omnia solenniter acta,voluntatéque minoris(qui factus est maior)confirmata.Quamuis lex huic alienationi non assistat, ei tamen non resistit. vt tunc non obsit aliquod malæ fidei impedimentum quod faciat cessare d.regulam.c. qui contra. vt declarat Bart.in l. sed si lege.§.scire.num.4.ff.de peti. hæredi. Balb. in l. Celsus.nu.21.de præs.Cra.in tract.de antiqui.4.par.4. par.c.9.Meno.loco præallega.

11 Nec † est nouum,vt lex possit actum,etiã nullum confirmare. l. cum hic status. ff. de dona.inter vi. & vxo.l.donationes quas parentes.C.de dona. inter.vi. & vxo.l.2.C.si quis alteri,vel sib.

Postremò d.regula, qui contra. locum non habet quotiens sine minoris detrimento quis contraxisset, iustóque pretio.Alex.consil.1.nu.4.Alcia. respons.4. numero nono,& res.203.num.33.Neuiss.consil.85. num.13.

Vnde rota disputatio eo restricta est,an verus dolus in eadem venditione interuenerit?Cum præsumptus fuerit taciturnitate sublatus.

Emptor asseuerat bona fide contraxisse, non dolosè,& dolum non esse præsumendum.leg. meriti.ff. pro socio.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba.

Actores contra, & dicunt probari perspicuis indicijs,l. dolum.C.de dolo.Bart.in l.fi.in princip.ff. de

12 proba. Nos † autem apertis actis videmus qualiter decimaseptima mensis Februarij, & sic duobus diebus ante venditionem Album mutuo tradidisse Cordigero tutori tricentos aureos restituendos post octo dies.Et Petrum Bastide, qui postea decretum in venditione interposuit fuisse testem. Vnde iste actus fuit præparatorius futuræ venditionis, considerata tam breui temporis intercapedine præsumitur dolosus. Nata consilio centesimo sexagesimo secundo,numero vigesimo secundo. Licet diceret se gratis mutuare cuius animus tendebat ad clausum,sicut ille, qui falsam beneficij spem ostentat,vt nactus occasionẽ funditus perdat, qui coram clauditur, clanculum nocet. vt diuus Hiero.ad Rufinum ait.

Secundò,post duos dies creditor,emptor efficitur coram illo Bastide,& testibus, qui dicunt fore vtilem venditionẽ,& de minus damnosis,quod erat falsum, cum ex actis appareat cæteris meliorem, & pretiosiorem, hinc verus dolus in emptore mentiendo in causæ cognitione. Ripa respons.lib. 2.c.15. num. 10. Cra.consil.142.num.19.

Tertiò,post decem dies ille Bastide locum tenens emit ab eodem Cordigero tutore, & Ludouico omnia Sata minoris & pupilli pretio cẽtum salmatatum tritici, soluendatum post sex menses, & huic seruit pro testimonio Albus, hinc malus dolus quod dixerint in venditione clausi non esse alia bona.Si æs alienum vrgebat cur expectantur sex mẽses? vtilius erat expectare messes propter spem maioris boni(d. §. ne passim,ibi,in redituum spe,atque obuentionũ) quàm dare alteri soluendi terminum. Et quantas credis, quod vltra centum, recollectæ fuerint salmatæ? hinc collusio inter tutorem emptorem, & iudicem ad decipiendos istos infirmos iuuenes, & mutuum inter eos auxilium,& hæc tria mala,vt est in adagio. Illud etiam considerabile est hos tres fecisse,vt Ludouicus annorum quindecim vendiderit suo,& fratris nomine promittendo de rato,& interesse, quod rei valorem posset excedere.l.1. C. de sent. quæ pro eo quod interest profe. quod perpetua obligatione, sine vllo ipsius minoris commodo. contra.l. Lucius. ff. mand. & c.fi.de fideius. Et quando non probarent hæc singula,saltem simul collecta iuuarent.l.necnon.§.quod eis.ff.ex quib.caus.maio.c.cum causam, vbi Gloss.de proba. Et cum alijs quibus dolus præsumptus colligitur propter omissas solennitates,sequendo opinionem multorum grauis.virorum,de quibus suprà, dolum verè in venditione adhibitum iudicauimus, & malum secum traxisse malum.Ea etiam ratione quod asserebatur vendendum prædium pro extinguendis septenariis pensionibus, non ergo æs alienum vrgebat. Cum sit vtilius moderatas pensiones facere, quam vendere prædia minorum.d.§.ne passim. Ideo dicimus bene iudicatum, cum quibusdam modificationibus.

SVMMARIVM.

1 *Proditionis reus, vel læsæ maiesta.appellare potest.*
2 *Sententiæ executio an sit differenda pendente termino decem dierum?*
3 *Appellatio vnius ex pluribus reis, an alijs prosit?*
4 *Appellatio an sit admittenda, si iam in parte fuerit executa sententia super quæstione?*

DECISIO LX.

De appellatione admittenda etiam in crimine læsæ maiestatis, & à repetitione quæstionis, & si vnus ex reis appellauerit?

CIRCA expeditionem illorú de Mon-
tilus, qui de proditione patriæ accusa-
bantur, super tribus apud nos fuit du-
1 biiatú quæstionib. An tn hoc † crimi-
ne admittatur appellatio, & admitten-
dam censuerunt, si non fuerint conuicti, vel cófessi, aut contingeret alius casus, in quo iure communi appellatio non recipitur. l.a. C. quorum appel. nó recip. Sicut etiã potest maiestatis reus appellare, teste Imol. in l.fi.nu.4.ff.de appel. Decio in c.cum speciali.§.porro.eod.tit. Coua.practi.quæst.23.num.5. Cum sit defensio iure naturali data, ac permissa. l. vt vim. ff. de iust.& iure. Gram.voto 2.nu.10. Non enim sequitur, est accusatus, ergo delictum cómisit, cum possit suam innocentiam probare, se purgare, & excusare. l. is qui reus.ff.de publi.iud.l.fi.C. de accusa. l. furti. sicut de illo legimus, qui septies accusatus, septies absolutus fuit, hinc prælatus, vel alius, non priuatur officio, vel beneficio pendente accusatione.c.nonne.8. quæst.4. omnipotens.de accusa.l.aufertur.§.in reatu.ff.de iure fis. Cum dubius sit litis euentus. l. quod debetur. ff. de pecu.

2 Imò † verò differenda est executio sententiæ capitalis criminis, donec elapsi fuerint decem dies ad appellandú præscripti. authore Bart.in l.qui vltimo. in fi.ff.de pœnis. Cuius communis est opinio, vt scribit Coua.pract.q.qu.23.num.4. Bossi.tit. de appella. num.4. Licet generali consuetudine seruetur contrarium, vt ipse Bart. attestatur in d.l. qui vltimo. & in l. non tantum.ff.de appel. Pan.in c.quærenti.& ibi Fel. nu.3.de offi.delega. Guid.Pap.q.74. Clar.in §.fi.q.96. Folerius in pract.cri.fol.150.nu.5.

3 Secundò † vnus ex reis ad Papam appellauerat, quærebatur an aliis correis, qui non appellauerunt prosit appellatio. Ita vt ea pendente, vel termino ad introducendum in vrbe, nihil sit innouandum cótra cæteros? Illisque videbatur prodesse propter causæ connexitatem, licet aliqui iam sustinuissent quæstioné, quia ex istius quæstione erui posset veritas etiam respectu cæterorum reorum. Ideo tanquam præiudicialis videbatur expectãdus huius appellationis exitus. vt Clar. inquit in d.§.fi.q.94.nu.4.

Dixerunt domini non prodesse, quia absentibus, & ignorantib. aliis appellauerant, separatímque fuisset lata sententia contra singulos, & posse iudices executiones facere contra alios, qui non appellauerunt, nullo adhibito procuratore. l.pe.§.ad crimen.ff. de publi.iudi.l.seruum.§ publico.ff.de procura. Deci. in c.vna sententia.de appel.fallit vt per Ang.in verbo præsente Caio.num.33. Hinc in istis non permittitur consorti pro consorte agere, sed vnusquisque suas deferat sarcinulas. Gloss.& Pan.in c.dilecti.de dolo, & contu. Ripa in c.cum M.num.54.de constit.

4 Tertiò, † fuerat ordinatum quæstionem esse diuidendam pro arbitrio (sicut Iudex hoc potest facere teste Bart.in l.vnius.§.reus.nu.1.ff. de q. Boërii. decis. 369.nu.10. Gramma.consil.21.nu.25. Hypo. in l. repeti. nu.6.ff. Clar.in §.fin.q.64.) Reus appellauerat à decreto reiterandæ quæstionis, non à prima executione, quam iam sustiuuerat, Ideo non videbatur audiendus cum decretum primum in rem iudicatam transiuerit, & in parte fuisset executum sicut concesso vno, omnia concessa videntur quæ sequuntur ex illo. l. ad rem mobilem.ff.de procura. l. 2. ff. de iurisd. om.iudi. hinc, bene dicitur principiis obsta. Cú principium sit optima pars totius. l. 1. vbi Gloss.ff.de orig. iuris. Imò, quando reus quæstioni applicatur, & appellat, non auditur, sed solet iudex ad vlteriora procedere, vt attestatur Ioan. Pap. Parisius obseruati.lib.4. tit.9.arrest. 13. Clar. in §.fin.quæst. 64. num.27. Sed opinio cótraria apud nos præualuit, propterea quod nouum grauamen oritur ex repetita quæstione, à quo licitum est appellare. Cum tot sint appellationes, quot grauamina. vt voluit Gloss.in arg.in leg.2.C.de serui.& aqua. Ang. in verbo. qui iudex dictú Caium. numero decimo tertio, Ang. consilio ducentesimo quinquagesimo sexto. Sicut dicimus de Carcerato, qui licet à decreto incarcerationis non appellauerit, tamen cum quotidie grauetur noua detentione: quotidie poterit appellare. teste Bart.in l.prætor.§. fin. ff. de noui ope.nun. Bald.in l.secunda, in fin. C. de epis. audi. Paris de Pute. de sindi. in verbo appellatio. numero septimo. Alioquin Iudex litem faceret suam si non supersederet, vt latius scribit Alexand. consilio sexagesimo quinto, circa princ.lib.1. Hypo. in §. diligenter.num.52.in praxi.cum si.

SVMMARIVM.

Desertioni non videtur dispensatum si princeps in signatura dicat, audiat tales & Iustitiam faciat.

DECISIO LXI.



APPELLANS, intra quindecim dies non introduxerat appellationem, existens intra trimestre petit cómitti causam non obstante lapsu temporis ad introducendam, in signatura dicitur, audiat talis, & iustitiam faciat. An per huiusmodi signaturam videatur concessa restitutio aduersus non introductionem? Minimè. Cum ex verbis signaturæ non colligatur aliqua dispensatio super incuria desertione. Et quia non dicit concessum vt petitur, sed reducit causam ad iuris terminos. Rota decis.9.& 28. cum addi.de rescrip.in nouis, & decis.1. & 25.in antiq.eo.tit. Cassad. decis.6.7.de appella. Iasan l.1.C. de diuers.rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Confessio absente parte iure canonico valida.*
2 *Testes in dubio, contestes præsumuntur.*
3 *Testes in causa liberationis etiam singulares probant.*

DECISIO LXII.

Confeßio extraiudicialis ad liberandum valida, licet parte absente facta.



NOBILIS Baptestina de Nigrono ante suos præscriptos dies sæpius declarauerat coram testibus, velle vt instrumentum obligationis centum aureorum sibi à Secundino Valente debitorum cancellaretur.

Ea mortua petit Secundinus à nobili Alexandra
Cantelma filia, & hærede vt cancelletur. Illa negat,
1 dicens testes esse singulares, & † confessioné absente
parte factam non valere. l. certum. §. si quis absente. ff.de confes. etiam in causa liberationis, teste Bart. in d.§.si quis absente, reprobata Gloss. in l.non solum. §.si liberationis.ff.de libera.lega.& Feli.in c.si cautio. nu.32. de fide instrum. Sicut plerunque sermonibus fieri solet, vt dicat quis relinquo tibi bona mea:

non

non oportet hoc pro testamento obseruari, cum non sit deliberata voluntas. l. diuus. ff. de milita. testa. §. 1. Insti. eo. tit. Nos contra, cum illud dixerit coram duobus testibus fide dignis, inspecta canonica æquitate, quæ obligat confitentem parte etiam absente, teste Gloss. in c. quotiens. 1. q. 7. soleátque ius canonicum iudicare secundum verba quoquo modo prolata vbi constat de intentione loquentis. c. 1. de pact. Ne præsumatur quispiam velle mentiri, vel inaniter loqui. c. parrochianus. de sepultu. Feli. in d. c. si cautio. nu. 27.

2 Deinde, † plures erant testes qui affirmabant ita dixisse defunctum, & in dubio contestes esse præsumantur, nisi de diuerso loco, & tempore loquerentur, vt scribit Alex. consil. 115. nu. 1. lib. 7. & consil. 4. num. 7. lib. 6. Cur. in tracta. de testi. conclusio. 13. Neuisa. consil. 26. num. 25. Cachera. decis. 99. num. 28. Craue. consil. 79. num. 9.

3 Denique † agebatur de liberando debitore, cuius fauore etiam singulares testes probant. l. Publia. §. fin. ff. deposi. Guid. Pap. q. 175. Cur. Iu. consi. 168. nu. 12. de diuite ad pauperem, quem multa obsequia defunctæ præstitisse constabat, quo casu magis liberales nos esse oportet. arg. eorum quæ dicuntur à Gloss. & doct. in l. cum quid. ff. si cer. peta. & in c. 1. de dona.

SVMMARIVM.

Fiscus si patiatur reo dari curatorem, eidem incumbit onus probandi hunc esse minorem.

DECISIO LXIII.

Titius crimine accusatus allegat se esse minorem, iudex patiente fisco eidem prouidet de curatore, deinde cum ratione ætatis minuenda esset pœna, iuxta l. auxilium. ff. de mino. & de hac re scribit Gram. decis. 23. num. 12. Clar. in §. fin. q. 60. num. 3. 4. Ita, vt si delictum dignum morte commiserit pro arbitrio sit puniendus. l. 1. §. impubes. l. excipiuntur. ff. ad Syllania. l. de minore. ff. de quæst. Hypo. consil. 24. num. 36. 37. & consil. 30. num. 20. vnde negat fiscus hunc esse minorem, nisi ille contrariū probet. l. cum te. C. de proba. l. si minorem. vbi Bart. C. de in inte. rest. dicebat etiam non consensisse prouisioni, nisi mediante protestatione casú quo verè probaretur minor, sequendo Bart. in l. de ætate. ff. de min. Ne hoc medio daretur reis occasio minuendi, vel alterandi ordinarias pœnas, vt malitiis hominum obuietur. l. in fundo. ff. de rei vend. c. porro. de diuor. Dixerunt domini attenta prouisione super dato curatore, onus probandi fisco incumbere, auctore Bart. in l. minor 25. annis adito præside. versi. 3. no. ff. de mino. Bald in l. cum te. col. 2. vers. interdum. & ibi Ang. C. de proba. Alex. consi. 92. num. 13. lib. 5. Deci. cons. 86. col. 5. versic. vlterius. Beneintend. decis. 82. Rota Perus. decis. 55. num. 5. Quia curatoris datio probat minoritatem nō solum inter contrahentes, sed etiam apud tertios, nisi illi contrarium probarent, vt scribit Sali. in d. l. cum te. col. fi. versic. exemplum pone. & Deci. consil. 527. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Verisimile quod non est, habet imaginem falsitatis.*
2 *Via breuiori quod fieri potuit, non præsumitur lōgiori factum.*
3 *Notarius, an debeat cognoscere contrahentes?*
4 *Donatio non est præsumenda cum sit fatuitas.*
5 *Sanguinem proprium quis magis diligere præsumitur.*
6 *Præsumptiones plures an simul coniungi possint?*
7 *Crimine in falsi probationes debent necessariò concludere.*
8 *Testes licet contrahentes non cognoscant, non reddunt actum nullum.*
9 *Aetatis probatio per aspectum dubia.*
10 *Testium discordiam in accessoriis non nocere.*
11 *Falsi in crimine sufficiunt probationes quæ haberi possunt propter difficultatem probationis.*
12 *Famæ probatio, dubia, & periculosa.*
13 *Præsumptiones ab indiciis differunt.*
14 *Probationes imperfectæ, seruiunt ad absoluendum.*
15 *Mulierum testimoniū probat pro absolutione reorum.*

DECISIO LXIIII.

De reo absoluto a crimine falsi, non obstantibus multis contra ipsum resultantibus præsumptionibus.

Instante Claudio Priuage iuncto fisco fuit carceratus Ioannes Pichotus loci Massani. Ex eo quod accusabatur supposuisse personam Ioannis Priuage ad donandum sibi omnia bona sua, vt constabat multis indiciis, & præsumptionibus. Primò, quia ille qui donauit erat senex donationis tempore, & raró solebat exire locum Massani, nisi magna necessitate, & ad loca proxima, & tunc super asina. Ideo non esse verisimile huc venisse donandi gratia, quod si voluisset facere iuisset Carpentoracte, tanquam magis proximam, in qua magna copia est no-
1 tariorū. Quod † igitur verisimile non est habet imaginem falsitatis. l. non est verisimile. ff. quod me. caus. c. quia verisimile. de præsump. l. milites. §. oportet. C. de q. Bal. in l. 1. C. de ser. fugi. Hypo. in §. expedita. nu.
2 25. in pra. Cra. cons. 134. nu. 36. Attento † præsertim ambulandi impotentia, & corporis indispositione breuiorem arripuisset viam, non locum insolitum & inusitatum sibi. arg. l. 1. ff. quod me. causa. Bart. in l. qui fiscales. C. de nauicula. lib. 11. & in l. cum proponas. & ibi Bald. & Sali. C. de nauti. fœno. Deinde, quod notarius, qui hanc donationem scripserat, erat donatori omnino incognitus, alter alterum non viderat: quo modo potuit ignoto, & extraneo sua commisisse? vt à solitis liceat argumentari. l. nam ad ea. ff. de legib. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. vbi Ias. à num. 5. vsque ad 30.

3 Hinc † ille qui rogatur instrumentum sumere debet cognoscere contrahentes, & testes. Gloss. in §. sed hoc præsenti. in Auth. de instru. cautel. & fide. Bart. in l. nō minorem. & ibi Ias. nu. 4. C. de transact. Ideo statuto Auenionis, nullus est contractus qui sumitur ab ignotis, nisi præscripta seruetur solennitas, vt euitetur falsitas, & suppositio personarum. tit. de notariis. Crauе. cons. 134. num. 40.

His accedit, quod ille qui donauit, instituit hæredem eūdem Claudium in omnibus bonis suis, idque fecisse non præsumitur, si prius alteri donasset, ne videretur suum voluisse nepotem illudere, & decipere, atque facere actum frustratorium. l. tertia, ff. de mili. testa. l. merito. ff. pro socio, quod dicitur hæres nomine tenus. l. fin. ibi vacuum est, & superfluum verbum. C. de nudo iure quiri. tol. Et grauare illum oneribus hæreditariis sine commodo, fingens dare, & auferebat, relinquendo pro corpore vmbram, vt est in Æsopi Fabula, quod non præsumitur testator fecisse, aut cogitasse. arg. l. si prætor. ff. de iudi. l.

 quotiens.

quotiens.ff.de reb.dub.c.abbate.de verbo.signi. & in simili casu consuluit.Cra.consi.53.num.9.10.

4 Deinde † veniebat in considerationem, donationes præsertim omnium bonorum non fieri nisi proximis, vel saltem bene meritis, & amicis illius, qui donauit.l.nec adiecit.ff.pro socio. Et illud est, quod dici solet, ex nihilo nihil fit, & beneficium inuitari beneficio, officiúmque officio prouocari, hinc dominus in euangelio date:& dabitur vobis, &c. Sed constabat hunc fuisse omnino incognitum donatori, extraneum,vel nulla familiaritate coniunctum,à quo nullum beneficium acceperat:quis ergo tam supinus crederetur vt velit sua ita iactare,& perdere.l.cum de indebito.§.1.ff.de proba.l.filiosfam.donare.ff. de dona. l. eleganter.§. qui reprobos. ff. de pigno. actio. l. cum aurum.ff.de soluti. hinc nostri donationes, fatuitates appellant,vt Bald.in l.generaliter. C. de non nume.pecu. Cra. consil.141. num. 9. quando merita non præcedunt, teste Bald. consil. 311. col. 2. lib. 2. Calca.consil.26.col.8.Cra. consil.156. num. 9. quasi sine causa,& ratione factæ sint,qua sublata omnis est inutilis contractus.l.2 §.circa.ff.de excep.doli.

5 Vlterius † dicebat nepos, neminem odio habere proprium sanguinem, nec magis diligere extraneos, quàm suos proprios. l. cum auos. de condict. & demonstr.l.cum acutissimi.C.de fideicom. c. non satis. 86. distinctio. hanc esse communem hominum voluntatem,quæ vicem legis obtinet.Aret.consil.9.nu. 6.Crau.consi.9.no. 6. Non esse credibile defunctum patruum sine vlla ingratitudinis causa prætulisse extraneum,reiecto nepote sui fratris filio.

Vltimò, propter discordiam quæ cernitur inter notarium,& testes,dicit notarius fuisse ætatis 6 . annorum, *de poil noir,de couleur brun.* Testes instrumentarij *de poil tout blanc,* testes fisci ætatis 80. *& la barbe grisolhade paste.* Pichotus reus, *de poil roux meslè de blanc*, ecce discordiam inter istos designatores. Ideo credibile est fuisse alium suppositum, qui se Claudium Priuage affirmabat, cui enim non conuenit demonstratio, non conuenit demonstratum. l. demonstratio falsa. de cond. & demonstra. l. forma. ff.
6 de censi.l.si rem.ff.de rei.vend. Et † omnes istas præsumptiones, siue coniecturas simul esse iungendas, vt vnam faciant veram, & integram probationem, pro inferenda quæstione, vt in simili Alexand.scribit. consil.77.num.1.vsque ad num. 8. lib.1. Hypo. in §. diligenter.num.30.vbi ait, quando sunt indicia à remotis,vnum adiuuat aliud, & quæ non prosunt singula multa collecta iuuant.Ias.in l.admonendi. num. 253.Bart.in l.1. §. idem Cornelio, vt Hypo. num.3. de quæst.dicentis, dictum vnius testis, cum aliis adminiculis facere plenam probationem, teste Accurs. in l.2. §. 1. ff. de excusa.tutor. Imò ex pluribus præsumptionibus probationem colligi posse, tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis, vt latius disserit Panor.in c.afferte.de præsump.scriit l.necnó.§.quod eis.ff.ex quib.caus.maio.

7 Reus † verò, omnes istas coniecturas, siue præsumptiones falsum necessario non includere, & stare posse absque delicto, & falso. Ideo sumendam interpretationem, quæ delictum excludat. d. l. meritò. Alexand. consil. 128. num. 3. lib. 4. Crauet. consil. 151. Cum in probandis delictis probationes esse debeant luce clariores.l.fin. C. de proba. Gram. consil. 13.num.9. Et in terminis consuluit Dec. consil. 175. vbi non obstantibus decem ad falsum coniecturis fuit absolutus reus: quia falsi crimen necessarias exigit probationes, teste Bald. in l. Imperator. ff. de sta. hom.& in l.nunsgentium. §. quod ferè. ff. de pactis. Alexand.consil. 7 . & 74. lib. 1. Vt in dubio mitior, & humanior interpretatio fiat. l. in interpretatione. ff.de pœnis.Bart.in l.non solum.§. sed probari. ff. de noui ope.nuntia.Panor.consil.68.lib. 1. Hypo. in §. occurrunt.num.5.6.7. cum seq. in praxi. Falsumque euiterur,distinguendo tempora, & scripturas. Idem Clar.in §.falsum.num.36.

Probasse bonam famam, quæ delicti præsumptionem tollit.Alexand.in l.fin.ff.de quæstio.Cepol. consil.40. Decius consil.189. & consil. 256. num. 3. Gram.consil.30.num.9.& consil. 65. num. 5. Hypo. in §.diligenter.num.197.Crauc.consil.99.nu.11.Duxisse volentem huc, qui cupiebat ne sua voluntas facile detegeretur suis consanguineis,& varias esse hominum voluntates, & quemlibet rerum suarum esse moderatoré.l.quia poterat.ff.ad Trebel. l. in re mandata.C.manda.&c.

Hanc causam in cõsilium detulit d. Iosephus Suares auditor, quæ non caret scrupulis, singula speculantibus.

8 Non † videbatur obstare notarium, & testes non cognouisse donantem. Cum iure illud non sit requisitum.l.in donationibus.C.de dona.nisi in testamentis,& quibusdam aliis.vt not.in l.fin §. quod si ignorans.C.de iure delib. Bald. in Rob. C. de fide instro. col.3.versi.venio ad secundum.Boë.decis.118. nu. 4. Licet actus donationis fuerit nullus propter statuti prohibitionem, non tamen falsus, cum possit esse nullus,& nõ falsus sed verus. l. magis puto.§. ne passim.ff.de reb co.l.non dubium.C.de legib.Bart.in l.si quis legatum.nu.2.ff.de fals.Soci.consil.104. num. 5. Ang.in verbo falsario.no.21.Clar.in §.falsum.nu.35. quę quidem macula notario impingeretur,quod statutum neglexerit.

9 Circa † discordiam quæ cernitur in demõstratione personę aduertendum est.Notarium potuisse vno modo designare qualis erat tempore donationis, & testes fisci alio, cum isti deponant de tempore mortis, & inter ista tempora lapsi erant nouem anni. Deinde,quod designatio quæ fit per aspectum molrũ sit fragilis, & dubia.l.minor 25.annis adito præside.ff.de mino.vbi Glos.& Bart.Ideo aliis modis probanda est ætas, vt docet Bart. in d.l. de ætate. & ibi, Alex Licet in arbitrio iudicis magis consistat. vt per Meno.de arbi.libro secondo, casu.117. Poteratque intra illa tempora mutare colorem, & frontis rugat sicut dicitur, facies tua tuos computat annos, vt apud Iuuenalem,& in dies persona muterur.l. si non sortem. §.libertas.ff.de condict.indeb. Omnes tamen conueniebant circa staturam, quam dicebant fuisse exiguam.

10 Ideo † alia,quæ super colore dicuntur, videntur extrinseca,non substantialia, sed accidentalia magis, quorum designatio licet omnino non sit similis non arguit propterea testes esse contrarios, vel falsos:qui non solent aduertere ad illas strictas, & oculatas hominis formas, quando ex abrupto vocantur ad testimonium.l.1.§. si quis simpliciter. vbi Imo. num. 35. ff. de verbo. obligat. Alexand. consilio octuagesimo septimo,numero nono,libro quinto,Soci.Iun.consi. 1 2.num.16.lib.3.

11 Fiscus † replicabat, in hoc crimine, (cum clam & occultè fiat) leuiores probationes sufficere, vt falsitas detegatur,vt Alexand.d. consil. 77.lib. 1. Hypo.d.§. constante. num. 26. Et in arbitrio iudicis consistere, qualia indicia esse oporteat ad quæstionem. Bart. in d.l.fi.num.5. Clar. in §.fi.q.64.num.13. & hic multa

concor

12 concorrere vt torqueatur. Leuem † & fragilem esse bonæ famę probationem, quam solet reus extorquere ab amicis, & plerunque complicibus, & fuisse elisam cóirariа fisci in specie probatione. vt scribit Alex. d.cons.~7. Hanc causam magni esse momẽti, dignam exemplo, propter quotidianas personarum suppositiones. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis.

13 Tandem † visum est omnes istas falsi coniecturas esse iuris præsumptiones, quæ leuiores existimantur ipsis indiciis, præsumptio tangit mediatè factum. Indicia verò directè, veluti fama, minæ, fuga, mendacium, inimicitiæ, & si. vt Bart. no. in l. ea quidem. C. de accusa. Iaso. in lege prima, ff. de eo, per quem factum erit. post Gloss. in l. 1. C. de calum. Clar. in §. fin. q. 2. vnde ad torquendum non sufficiunt pręsumptiones, sed indiciis opus est, teste Bart. in l. 1. ff. de quæst. Glo. in l. absentẽ. ff. de pœnis, & in c. literas. 2. de pręsump. Hypo. in §. diligenter. nu. 114. Si quidem præsumptio se habet ad esse, & non esse, ideo interpretari debet vt delictum excludatur. d. l. merito. Maximè quia duo erant testes, quorum vnus dicebat audiuisse à Claudio, *qu'il auoit faict vn bon parti audit Pichot*. Alius, *que*

14 *ses nepueux seroyent bien trompez*. Et † licet sint singulares, tamen in probanda innocentia videtur fidem facere. Ancha. consil. 283. Bossi. tit. de opposi. contra test. nu 72. hinc dubia, & imperfecta probatio rei, superat plenam probationem actoris, vel accusatoris. Bart. in d. l. admonendi. col. pen. versic. quid si actor. Ias. in l. non solum. §. sciendum. nu. 6. ff. de noui ope. nun. & in l. vt vim. nu. 4. vsque ad nu. 10. ff. de iusti. & iure. Hypo. singula. 59. & 508.

15 Sicut † diximus mulieres non esse idoneas testes in accusationib. c. forus. §. testes, de verbo, sign. Hypo. cons. 22. nu. 1. Fallit quando pro innocentia deponũt. Idem Hypo. consil. 51. num. 42. & consil. 65. num. 45. Tiraq. in 9. legem connu. nu. 71. fuit conclusum donationis contractum nullum, vocandum notarium personaliter iuncto fisco, quòd contra statutum contractum donationis ab ignoto sumpsisset.

S V M M A R I V M.

1 *Falsum dicitur instrumentum, si testes dicant non fuisse numeratam pecuniam, quam dicit numeratam.*
2 *Notarius debet illa scribere, quæ suo percipit sensu.*
3 *Recepisse dicitur, qui potuit recipere, licet non receperit.*
4 *Actuum vicinitas facit, vt vnus ab altero pendeat.*
5 *Instrumentum nõ dicitur falsum totum, licet vna pars sit falsa.*
6 *Instrumenti accessoria falsa, non faciunt instrumẽtum falsum.*

DECISIO LXV.

De executione instrumenti, licet notarius in re dixerit pretium fuisse numeratum quod non fuerat, ex alijs causis confirmata.



ABELLIO attestatur in instrumento venditorem habuisse ab emptore 325. aureos, in eius præsentia numeratos, & traditos, duo testes instrumentarij dicunt, *qu'ils furent presens, quand le cõtract fut passé, auquel ils se raportent. Mais que pour lors ne fut conté aucun argent, & virent sus la table vn moulon d'escus, de testons, & autre monoye*, vnde dicebat venditor falsum esse instrumẽtum, cuius virtute fuerat pignoratus. Cùm appareat per testes nullam pecuniã fuisse numeratã, vt voluit Gl. in l. si ex cautione. C. de pact. quæ communiter approbatur teste Alex. in l. prædia. nu. 4. ff. si cer. pet. & ibi Ias. num. 48. dicit, quod totus mundus illam Gloss. sequitur, & Dec. nu. 33. Etiam si præsens fuerit pecunia, vt Bald. voluit in Rub. C. de fide instr. nu. 14. quem Ias. sequitur vbi supra. nu. 47. Quia, illa verba, reali, & continua numeratione, verificari non possunt, nisi vno modo, scilicet naturaliter: quamuis mutuum etiam ciuiliter contrahi possit. l. 2. ff. eod. Contra Bart. qui volebat verbum numerauit, posse etiam verificari in actu ficto. Sed verior est opinio vt scribit Alex. in d. l. singularia. nu. 33. Cur. num. 36. Clar. in verbo falsum. num. 19. Ideo in vno falsum, totum falsum erit. Ias. in l. si ex falsis. num. 8. 9. C. de transact. Nec habebit executionem & hactenus factæ executiones essent reuocandæ. l. fi. C. de fide instr. l. 3. §. condemnatum. ff. de re iudica. Sicut denarius falsus, denarius non est, vt inquit Glo. in l. 2. C. de hær. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio.

2 Augetur † falsitas ex eo, quod attestãtur solutionem factam in scutis, & solidis, tamen *audit moulon y auoit aussi de testons*: sicut testes deponunt. Itaque omisit scribere, quæ sensu corporis potuit percipere, & male fecit tacendo, ita vt falsum scripsisse dicatur teste Bart. quem communiter sequũtur doct. in authen. si quis in aliquo. in fi. C. de edẽd. Cur. consi. 55. nu. 1. Bologn. consi. 30. num. 7. latius Moli. ad Alex. consi. 198. num. 8. lib. 7.

Tertiò, testes (vt ipsi dicunt) non viderunt *que ledit Martinelli vendeur receut ledit argent, ains qu'il estoit assez loing de la table*. Et vnus testium, *que sortant de la salle, dict audit Martinelli, Pourquoy s'estoit obligé n'ayãt receu l'argent*. Vnde apparet, vera non esse, quæ in illo instrumento narrantur, notariúmque contra veritatem scripsisse. Nimirum si notariorum errores, & imperitia totum destruant mundum vt nostri dictitant. Bald. consi. 5. lib. 2. Ang. consi. 250. Ripa in l. centurio. num. 83.

3 Emptor † verò se emisse præsenti pecunia illam granorum quãtitatem, pretiúmque realiter tradidisse venditori in præsentia notarij, & testium positum, in venditorem translatum. l. 1. §. si iusserim. ibi, nõ enim corpore, & actu necesse est apprehendere possessionem, sed etiam oculis. ff. de acqui. pos. & l. quod meo. §. si venditorem. ibi, quanquam nemo attigerit. eod. tit. Nec ad rem pertinet, dicere non recepisse, cum nemo illum impediuerit, vel coegerit. Et recessisse recitato contractu relicta pecunia super mẽsam præsente venditore, quã si non receperit, non ab alio, sed à seipso diceretur deceptus. arg. l. is qui se liti. cum l. sequen. ff. de rei vendi. l. hæc venditio. ibi, si igitur rationes accipere potuit, nec acceperit, fingat autẽ non recepisse impleta conditio emptionis est. ff. de cõtra. emp. l. qui potest. vbi Deci. ff. de reg. Iuris. Alex. consi. 49. nu. 2. lib. 2. & consil. 223. nu. 4. lib. 6. Moli. in consue. Paris. §. 67.

Exhibet etiam emptor aliud instrumentum ab eodem notario sumptum, eodem loco, & tempore, & coram eisdem testibus recitatum: quo apparet venditorem soluisse alteri suo creditori aureos 246. & Iudæum fuisse creditorem, & ob id præsumendum pecuniam venisse ex venditione.

4 Propter † vicinitatem vtriusque contractus. l. hæredes palam. §. vno contextu. ff. de testa. l. si ventri. §. eorum. vbi Gl. Bart. & Rip. nu. 3. ff. de priuil. credito. Tiraq. de retract. consag. §. 32. Gl. vni. nu. 24. Deci. in l. si emancipati. nu. 79. de colla. Craue. cons. 348. nu. 13.

Iudex primæ instantiæ ordinauerat continuandas

executiones,quo fuerat appellatum , & causa appel. commis.d.Ioan.Nicolao, qui pronuntiauit desertam, à quo cum iterum fuisset appellatum & causa cōmissa d.Valentiano , liberi dicti Martinelli , & hæredes, tanquam minores petierunt in integrum restitutionem. Ideo oportuit videre de causæ meritis omissa desertione. Sola difficultas pēdebat super instrumento venditionis, in quo dicebatur numeratū pretium, & testes contra.& sic falsum,vt suprà. Curia considerauit testes instrumentarios approbare instrumentum,in omnibus suis aliis partibus , excepto illo solo numerationis actu. Cum dicant , *qu'ilz se raportent à l'instrument*. vt docet Bart. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa.ape.& in l.eos.ff.de fals.Cano.in c.tam literis.de prob. Instumentum autem dicit venditorem habuisse pretium.Ideo instrumēnto stabitur , & confessioni in eo factæ.l.cū te transegisse. C. de transac. Cuius quidem confessionis tāta est vis,vt confirmare soleat omnes alias instrumenti partes,quamuis vna probaretur falsa.Ias.in d.l.si ex falsis.num.11. Ne vtiles,per vnam inutilem̄ vitientur.Bart.consi.78.nu. 4.5.lib.1.Negus.de pigno.2.memb.3.par.nu. 20. 21. 22.23.24.Cum sint res separatæ,& diuisibiles. l.1.§. sed si mihi.ff.de verb.oblig.Potuit si quidem ante recitationem numerare,licet tempore recitationis non fuerit numeratum , & sine numeratione validum sit instumentum.d.l.singularia.

Dicebant quoque iudices,iniquom fore,si notarij error deberet nocere emptori , vt cogeretur pretium perdere. l. si librarius. ff. de reg. iuris. ne quis debeat alieno delicto puniri.l.sancimus. C. de pœnis. Bertr. cōsi.328. nu.4.lib.3.Illud etiā mouebat,quod eodem ferè momento fuerat facta liberatio fauore venditoris, Ita vt vna manu se obligauerit , & altera cœperit liberationem,mediante illo (quod ex venditione acceperat)pretio.arg.l.quotiens.ff.de iure dotium.

6 Et † quamuis testes dixerint ibi fuisse testonos,& scriptura solidos pro complemento summæ , hoc nihil est , cum ex æquipolentibus aliquid fieri nihil interfit.l.si mater.C.de instit.hæc sunt accessoria (licet falsa)quæ non solent vitiare contractus. d. l. si ex falsis.Deci.consi.101.per to.& consi.105. nu.3. Clar. in §.q.54.nu.9.Ideo fuit conclusum bene iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones licitè emi possunt.*
2 *Incertitudinis occasione contractus dicitur licitus.*
3 *Pretia rerum,passim variantur.*
4 *Contractus in suspenso stare non potest.*
5 *Dictio (singulus)distribuit in solidum,& separatim.*
6 *Exceptione perpetua tutus,solutum repetit.*
7 *Proœmium,causam finalem statuendi demonstrat.*
8 *Vsuras soluens non dicitur sponte soluere.*
9 *Bulla Iulianæ declaratio cum numeris precedētibus.*

DECISIO LXVI.

De pensionibus annuis reducendis secundum Bullæ Iulianæ terminos,casus pulcherri.



ANDREAS de Guinutiis eques auratus Caualieen. emerat anno 1560. duas pensiones à Beraldo,& Peyrona coniugibus, vnam duatum salmatarum tritici cum dimidia , pretio 200. fl. alteram quinque,quadrigentis florenis. Solutis iis per decem annos pensionibus,agūt venditores vt teneatur emptor eas reducere ad septem pro centenario secundum Bullæ Iulianæ terminos. Necnon in sortem imputare quod vltra hactenus fuerat solutum, probando salmatam tritici valuisse quindecim florenis , eo amplius.

1 Emptor,† non teneri.Cum iste cōtractus sit omnino licitus,& permissus.l.interdum,ff. de verb.obli. l.si in emptione.§.omnium.ff. de contra emp. Bertr. consi.5.nu.4.5.lib.3. Licet res vendita pluris valeat: quia donauit maiorem valorem,cum iuramento. l. si quis cum aliter.ff.de verb.oblig.l.2. vbi not.C.de rescind. vend. extat de hac re extrauagans constitutio Martini summi Pontif.tit.de emp.& vend.

2 Inspiciendum † esse venditionis tempus,quo nullus erat excessus in pretio , licet postea fuerit mutatum.l.si voluntate.C.de rescind. vend. Glos. & doct.
3 in d.l.2.l.pretia rerum.ff.ad l.Falc. hinc † vulgò dicitur,quod vile est charum, quod charum vile putaio,
omnium rerum vicissitudines, quæ sunt inexcrutabiles, & incertæ contrahētibus, solius est almi scire futura Dei,vt Actuum. 1.c. Ideo cum tempore venditionis iustum esset pretium , propter nouas mutationes non debet rescindi cōtractus , cum etiam poterat minui tritici valor.Iste dubius euentus reddit contractus irreuocabiles , licet postea læsio appareat.l. si ea lege.C.de vsu.l. de fideicom. C. de transac. l. si pater puellæ.C.de inoffi.testa. Etiam si in foro conscientiæ ageretur.c.nauiganti.de vsu.e. in ciuitate. vbi Panor. num.7.& in c.conquestus.nu.8.eod.tit. Rom.consil. 302.versi 4.considerandum est.doct.in d. l. de fideic.
4 vbi Paul.num.3. Alioqui † in contrahendo nulla esset firmitas , sed semper in suspenso remaneret contractus,si augeretur pretium,quod esset absurdum. l. fin.ff.commu.prædio.l.eum qui ædes.ff.de vsucap.

Apparet bullam expressè derogare iuramentis , & aliis in contrarium facientibus , & ita scripta reperitur.l prospexit.ff.qui,& à quibus,vultque, vt pensio in fructibus consistens singulis annis non excedat septem pro centum. Itaque anni singulariter , & sepa-
5 ratim considerantur.Quia † dictio (singuli) tanquam distributiua distribuit rem ipsam cuilibet in solidum, & separatim.l.huiusmodi.§. pen. de lega.1. l. non distinguemus.§.cum in plures.ff. de arbi. l. hoc articulo.ff.de hæred.insti. & vbique per Bart. l. potest. ibi, vel vnus in plurium, vel singuli in singulorum , & l. seq.ff. de vulga.l.in singulis.ff.ad l.Falc.Bal.cons.461. lib.1.Tiraq.de retract.cons.§.31.Gl.vni. nu.12. Ponderando etiam.

6 Illa † verba,singulis annis, vltra summam septem pro centenario pensio peti non possit,aut exigi, quæ reguntur ab vno,eodémque verbo.Et sic,quod annis singulis dictam summam non excedat,vt docet Bart. in l.prætor.§.et utque differentia.ff.vi bono.rapto.vbi dicit, quando in eadem oratione plura continentur, quæ ab eodem verbo reguntur inuicem censeri repetita,sequitur Deci.consil. 92. num.2. & ita bulla vult vt singulis annis fiat reductio secundum pręscriptam
7 moderationem. Sed † maior orta est dubitatio circa iam solutas pensiones, si possint repeti, vel in sortem imputari?quod videbatur, Cum venditor sit tutus exceptione perpetua , nè vltra sortem soluat. l. si cum exceptione. ff.de cond.inde. Et fauorabili conscientiæ , & animæ.c. Iuuenis. de sponsa. Bart. in authen. sacramenta puberū.C.si aduer. vend. Ait illam dispositionē esse extendendam,cum de iuramēto loquatur,quod animā concernit.Hic verò expressè dicitur,hos contractus in fraudē vsuratū fieri,& in ani-
8 mę periculum,vt legitur in proœmio.Ex † quo causa

finalis

finalis statuendi colligitur. Bart.in l. 1.in pr.ff.ad Macedo.& in l.fi.ff.de hęred.instit.Alex.cons.7.nu.3.lib. 2.quæ in sequentibus reperita censetur.Bart.in l.si ita stipulatus.§.Grisogonus. ff. de verb. oblig.& in l. Titia.§.idem respondit.eo n.Calca.cons.7. nu. 12. Soci. consi.96.col. 1.lib. 1.Deci.consi.10.nu.2. Cra. consil.
9 192.nu.21. Vlterius, † quotiens lex resistit nequid aliter fiat, solutum per errorem repetitur.l.si non sortem.in prin.ff. de condic. indeb. vbi vsuræ vltra modum solutæ repetũtur.Hodie verò sunt omnino prohibitæ.14.q.3.per totam.& l.1. vbi omnes no. C. de
10 sum.trini. Vnde † earum repetitio competere videtur, quia non soluuntur donandi animo, sed vt magis gratum sibi reddat creditorem.teste Bart.in d.l.si non sortem.& Paul.à Cast.in l.pe.ff. de cond. ob tur.caus. Alex.consi.91.nu.1.& 9.lib.2.no. etiam Bar.in l.cùm lex.col.pe.ff.de fideius. Illud tamen in considerationem venit, quod in eadem noua constitutione super repetitione nihil dispositum reperiatur, eùm sit exorbitans & contra cõmunes emptionis, & venditionis regulas. Omnium voto dictum fuit reducendas pensiones ad septem pro centenario, soluendas in tritico annis singulis, iuxta communem valorem currentem in terminis solutionum, emptorémque teneri restituere, vel imputare in sortem quod vltra septem post litem contestatã receperat, liquidatione commissario reseruata, ab anteà solutis absoluendum emptorem.

ANNO 1593. & mense Ianuario. Quia, creuerat tritici, vini, & olei pretium, & in quintuplo excedebat antiquas rerum æstimationes, multis petentibus sibi fieri reductiones secundum Bullam. Fuit in Rota quæsitum, cuius temporis sit consideranda læsio? Omnes fuimus opinionis tempus contractus esse inspiciendum cuius valoris tunc essent fructus. l. si voluntate. ibi, nisi minus dimidia iusti pretij, quod fuit tempore venditionis. C.de resc.vendi.l.3.§. diui. ff. de iure fis.l. iniuriarum æstimatio. non ad tempus quo iudicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet. ff.de iniuriis.si fortè mutata fuerit conditio eius, qui passus est, vel eius, qui intulit.vt declarat ibi Glo. c. cum dilecti.ibi venditionis tempus.c.cum causam.de emp. & vendi. vbi Glo. si viliores posteà efficerentur fructus, nollet venditor augere pensionem. Ita, si posteà augeantur diminutionem non debet petere. arg.l.pe. C.de solu.l.qui bona.§.si quis.ff.de dam.infecto. hæc sunt dubia, & incerta, quæ fortuna, & temporum varietate mutantur.l.pretia rerum.§.nonnullam. ff.ad.l. Falcid. Et ita volunt omnes vtriusque iuris censores. in locis præallega.& Bar.in l.2.C. de resc. vendi.& ibi Cagno.nu.214. Huic seruit l.in ratione.& l. in quantitate.ff.ad l.Falcid.§.quantitas.Insti.eo. Neque læsio considerari potest in his, quæ tempore augeri vel diminui possunt.l.de fideicommisso. C. de transact. l.si pater puellæ. C. de inoffi. testa. sicut dubius ille fructuum valor excusare solet ab vsura. c. in ciuitate. de vsur. & facere licitas pactiones. c. nauiganti.eo.ti.vbi Glo.e.sacris.de sepultu.c.non ęstimemus.vbi Glo.13. quæst.2. Nimirum igitur si tempus contractus inspiciendum sit, à quo regulantur cætera, quæ sequuntur ex illo.l.si filiusfa. ff. de verbo. obliga. l. potior. §.qui balneum.ff.qui pono.in pigno.hab. tanquam à capite quod ad se, omnia sua membra trahit. l. cùm in diuersis.ff.de religio.c.argentarius.§.1.ff.de eden. Hinc si filia tempore receptæ dotis fuerit competenter dotata, licèt posteà augeantur patris facultates. non poterit dicere se fuisse læsam.vt Alex.consi.180.& 181. lib.5.& ibi amplè in addi.Cur.Iu.consi.47.numero 4. Gosadi.consi.9.Cra.consi.114.nu.13. Licèt multi teneant tempus mortis esse inspiciendum. l. si quando. C.de inoffi.testa.Deci.consi.276.num.1. circa fi. Bertran.consi.184.in princip.lib.3.Rip.in c.cum. M.nu. 38.de consti. Cæterum hic agimus de contractu puro & perfecto, qui nihil expectat, nisi suas annuas præstationes.l.in annalibus.C.de lega l.Stichum.§.1. ff.de verbo.obliga. Et cùm vna sit stipulatio, attenditur tempus stipulationis, vt ibi glo. Bart. & doct.Ias. num. 1. Cuius scilicet valoris tunc essent fructus. quod multis exemplis comprobari potest. veluti l. aut facta.§.tempus.ff.de pœnis. c. non debet. de consang.& affi. c. obiiciuntur Iacob.32. quæst. 4. Hinc dici solet distingue tempora, & concordabis scripturas. c. si peccauerit. 2.quæst.1.c.si ecclesia vestra. vbi Glos. 23. quæst. 4. Itaque cunctis in negotiis plurimum habet momenti temporis obseruatio, sicut illi septem sapientes dicere solebant, Nosce tempus quòd rerum omnium sit moderator, & rector. Ideò, si eo tempore ecclesia dederit in emphiteosim rem sterilem, quæ posteà labore & industria coloni fuerit fructuosa, non poterit se læsam dicere, considerato dationis tẽpore. l.fi.C.de allu.& pallud.l.3. §.diui. ff. de iure fisci.Ias.consi.53.col. 1.lib.1.Paris.consil.128. col. fi. libr.1. Cagno. in d.l. 2. num. 214. vnde multi emptores fructuum, qui probauerunt tempore venditionis, salmatam tritici valuisse sex florenis, & emisse centum florenis vnam annuam. fuerunt relaxati, licèt hodie vendatur triginta. solius est altis scire futura Dei.

Sed, an bulla quæ loquitur in venditore decepto, locum habeat in emptore, veluti si quis emerit ducentis septenos fructus, teneatur vẽditor ad quatuor denos? Constitutio de venditoribus loquitur. de emptoribus non reperitur scriptum.arg.l.seruum.§.non dicit prætur.ff.de acqui.hæredi.l.si verò. §. de viro.ff. solu.ma. Maiórque ratio in venditore militat, qui necessitate coactus vendit suos fructus. arg. l. si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satis.cogan. Et diminutio faciliùs concedatur quam auctio.c. fi. de verbo.signi. vbi potestas data ad diminuendum, non extenditur ad augendum, licèt contrariorum eadem sit disciplina.l.1.§.fi.de lega.3.no.de Rip.in Rub. de acqui.pos. circa fi. Alij credebant Bullam de vtroque intelligendam. Cùm sint correlatiua.l.1. C.de cupres. lib.12. l. fi.C.de indic.vidui.tollen. Et ne sit inæqualitas inter contrahentes.l.si socius pro filia.ff.pro socio.l.fi.C.de fruct.& litium expens. Ad similitudinem remedij legis 2.C.de rescin.vendi. quod vtrique datur, vt Glo. Bar.& omnes attestantur.vt Cagno.no.nu.54. veteres enim emptionum, & venditionum appellationibus promiscuè vtebantur.l. veteres. ff.de actio.empt. Pinel.in d.l.2.2.cap.num.2.& 3.

Fuit conclusum non habere locum, quia tota eius dispositio de venditoribus deceptis loquitur, de emptoribus omissum videtur. siquidem legislatori liberum fuit verba latius cõcipere. l. quicquid adstringendæ. ff. de verbo.oblig. Cùm sit exorbitãs & cõtra proprias contractuum vires, à quibus non licet recedere.l.sicut.C.de actio.&.obliga.l.1.ff.de pact. Néve detur occasio litigandi, & passim agendi super auctionibus pensionum. sitq; meliùs intactos contractus relinquere. Imputetur emptori, si tanti emere voluerit. quæ cariùs emuntur, diutiùs conseruantur, & magis prosunt.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio contractus qualiter detegatur?*

2 *Simulatio cessat, quando partes dicunt contenta in instrumento esse vera.*
3 *Turpitudinem propriam allegare non licet.*
4 *Simulationis multæ præsumptiones.*
5 *Simulatio arguitur, quando venditor remansit in posses.*
6 *Simulatus contractus non dicitur contractus.*
7 *Singularitas testium non præsumitur, sed in dubio contestes.*
8 *Confessio partis, prævalet cuicunque probationi.*

DECISIO LXVII.

De simulatione contractus emptionis, & venditionis multipliciter detecta. casus subtilis.



ANNO 1560. Franciscus, & Ludouicus de Pasturana Paternenses vendiderunt Guilielmo Gauterio Aueniu. tres boues, duas vaccas, vnum vitulum, vnum equum, vnam mulam, & duos equulos, ducentis triginta duobus florenis, realiter numeratis. Anno 1569. emptor petit à venditoribus animalia, producendo instrumentum emptionis in forma compositum, venditores se opponunt, allegando venditionem simulatam, factam ne animalia à suis creditoribus distraherentur, duo testes deponunt audiuisse ab emptore. Ideò emisse, vt illa conseruaret venditoribus, & defenderet aduersus creditores. Alius deponit commodasse pecuniam realitatis faciendæ gratia, & illicò restitutam sibi, designando singulariter species monetarum, prout in instrumento leguntur.

1 Emptor † verò emisse, & soluisse pretium, vt constat publico instrumento, quod probatio probata dicitur. l. cum precibus. C. de proba. c. cùm olim, de censibus contractum verum, & licitum, sicut ita semper præsumitur. l. si ea pactione. C. de vsu. & non simulatus. Bart. consi. 65. Bald. in c. 1. in princip. de feudo dato in vim leg. commis. & consi. 389. lib. 4. Craue. consi. 145. nu. 2. Et testes, qui contrarium dicunt esse singulares. Non esse præsumendum voluisse delinquere, petendo indebita, vel collusisse in fraudem creditorum. Immemorémque propriæ fuisse salutis. l. meritò. ff. pro soc. l. 1. C. ad l. Iul. repe. l. nō hnc. C. vnde legiti. c. in præsentia, vbi Deci nu. 16. C. de proba.

2 Deinde † proponebat, simulationem contra instrumentum opponi non posse, quando partes promittunt, & dicunt omnia contenta in instrumēto esse vera mediante iuramento, teste Cur. In. consi. 74. num. 108. & 110. Roland. à Vall. consi. 93. num. 5. & 22. Rip. in l. nemo potest. nu. 63. & 75. de lega. 1. & est
3 com. opi. vt de Afflic. decis. 60. Alioquin † partes propriam allegarent turpitudinem. l. si creditoribus. C. de seruo pigno. da. manu. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. si procurator. ff. de iureiurand. vbi latè Ias. num. 9. c. inter dilectos, & ibi Glo. & Pan. de dona. l. transactione finita. D. de transact. l. cùm profitearis. C. de reuocand dona. l. filios. C. de reuocand. his, quæ in fraud. credi. Craue. consi. 1 7. nu. 12.

4 Hæc † causa in senatu recitata fuit per d. Iosephum Suaros auditorem, tandem quia simulatio perspicuis iudiciis detegitur. l. sed si maritus. § fin. ff. qui, & à quo. l. si mulier. in princ. ff. rerū amota. Bar. consi. 65. Cepol de simula contract. c. 1. . l. dolū. C. de dolo, decretum fuit absoluendos esse reos. Multis rationibus. Considerata in primis conditione ipsius emptoris, qui cùm notoriè haberetur pro paupere, non erat credibile emisse præsenti pecunia, & vltra vires. §. sed & propter paupertatem, vbi Glo. Insti. de excusa. tuto. parua paruos decent, ex pusillo pusillum nascitur, sicut ex fructu dignoscitur arbor, vix enim poterat familiam sustentare suam, quis arbitrabitur tantas erogasse pecunias, quas non habebat? l. si vniuersæ. C. de lega. Repugnabat etiam ipsius emptoris professio, qui cùm esset funicularius, nullas penitus terras possidens, non egebat iumentis, & bobus ad arandos, & colendos agros. arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. quomodo hæc animalia nutriuisset, sine pabulis? oportebat animalia vendere comparandi fœni gratia, vt facetè dicitur de illo, qui in alieno choro pedem imponit, & se miscet rebus ad se non pertinentibus. Ista œconomia non solùm inutilis, verum & ridiculosa omnino videretur, quam nō credimus voluisse facere. arg. l. 2. ff. de mili. test. l. quotiens. ff. de reb. dub. Deci. consi. 644. nu. 6. cum seq.

5 Ex † eodem quoque fonte emanat, quod venditores semper remanserunt in possess. animalium venditorum, & illis vsi fuerunt, sicut ante venditionem faciebant, vnde oritur simulatio venditionis. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. vel Hypo. solui. quia natura emptionis, & vēditionis est vt emptor re gaudeat, & venditor pretio. l. ex empto. ff. de actio. empt. l. 1. ff. de contra. empt. Licèt in venditione essent appositæ clausulæ constituti & precarij, auctore Bart. in d. §. superuacuum. col. fi. Paul. de Cast. consi. 74. col. 3. ver si. tertia coniectura. lib. 2. Craue. consi. 156. nu. 10. His accedit, quod empta animalia (quæ citò senescunt, & tempore pereunt. l. lex quę tutores. C. de admi. tuto.) steterit per nouem annos petere, sine vllo intereà fructu, quod non fecisset, si verè erogasset pretium, ne pręsumatur suum voluisse perdere. l. cùm de indebito. ff. de proba. & tam longo tempore. Meno. de arbi. lib. 2. casu 39. Nec obstabat testium singularitas, quæ cùm sit cumulatiua ad probandum simulationem in genere fidem facit, vt sæpè dictū est,
6 ex his quæ no. Craue. consi. 78. nu. 6. Non † constabat etiam, quod loquerentur de alio loco, & tempore: ideò præsumuntur contestes, vt Alex. ait cōsi. 115. nu. 1. lib. 7. & consi. 4. nu. 7. lib. 6. Cra. vbi suprà. nu 9. & decis. suprà 62. Minus seruiebat emptori illa clausula, quæ instrumēns inseritur, omnia in eis contenta esse vera, &c. si quidem vbi adest propria confessio partis, dicentis hæc emisse vt seruaret venditoribus: Illa assertio vincitur contraria partis assertione, sicut clauus clauum trudit. l. viro. ff. solu. ma. vt Feli. notauit in c. debitores. in fi. de iureiurand. cum alijs multis per Moli. ad Alexand. consi. 36 lib. 2. licèt Alex. con-
7 trarium teneat. Et † ne iuramentum simulatum contractum approbet, teste Accur. in l. tertia. C. plus valere quod agi. Cùm verè non dicatur contractus, qui simulatè initus est. l. imaginaria. ff. de reg. iuris. l. simulatæ nuptiæ. ff. de ritu nup. quem Baldus depictō vocat, & corpus sine anima. in l. ab Anastasio num. 4. C. manda. & in l. 1. C. plus vale. Prætereà, vbi iam detecta est simulatio, (vt hic per confessionem partis) licitum est allegare simulationem non obstante iuramento, quod contenta non sint vera, ne iurās in peccato perseueret, obseruando illicitum contractum, vt aduertit de Ripa in d. l. nemo potest. nu. 78. Et vltrà, hoc tacitè fatetur, vt qui siluerit nouennio à petitione, nullos intereà percipiendo fructus, vt declarat Decius consi. 463. nu. 2. Bru. consi. 38. nu. 14. Meno. vbi supra. num. 3.

8 Ita † sunt expressæ, & tacitæ partis confessiones, quæ cæteras vincunt probationes. l. generaliter. in fi. C. de

C.de non numera.pecu.c.per tuas. de proba.c.si cau-
tio de fide inst.Craue.consi.175. Maiotésque dicun-
tur publico instrumento.Glo.in Authen. sed iam ne-
cesse.C.de dona.ante nup. & tollunt omne nullitatis
vitium.Feli.in c.causam quæ de testibus.nu.21. Ne-
que de ordine curandum est vbi adest partis confes-
sio,siue ille iuris sit,vel hominis. Feli.in c. veniens.2.
nu 20.de testibus.Decius in c.at si clerici.num.3.4.de
Iudi.Cachera.decis.109.num.12.13.Præsertim vbi de
exoneranda conscientia agimus, tanquam si confes-
sio esset iudicialis, teste Bart. in l.cùm scimus. C.de
agri.& censi.lib.10.de Afflict.decis.164.

S V M M A R I V M.

1 *Statuti Auenio.de condut.hospi.declaratio. & nu.10. per totam deci.*
2 *Sententia legenda est per iudicem, fallit in multis casibus.*
3 *Vicegerens Auenio.an sit de maioribus iudicibus?*
4 *Sententia nulla ob defectum sententiæ, potest confirmari, si iustè lata sit.*
5 *Nullitas in substantialibus vitiat sententiam.*
6 *Statutum non comprehendere casum iuratum, quomodo intelligitur?*
7 *Statutum non trahitur ad illicita.*
8 *Statutum secundum ius commune interpretandum.*
9 *Statutum loci, contrahentes velle seruare præsumuntur.*
10 *Statuti ratio, quod non liceat conductori alteri locare.*
11 *Statutum extenditur ex identitate rationis.*
12 *Clausula pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque, an comprehendat singulares successores?*

DECISIO LXVIII.

De conductore, qui potuit alteri locare, non obstante statuto, propter illa verba, pro se, & suis, &c. casus pulcher & necessarius.



ALISETA Robina locauerat domum
suam Bartholomæo Carterio Aueio-
nēsi ad sex annos proximos, conductor
eandem locauit Martino fratri.Locatrix
dicit hoc nō potuisse facere, repugnan-
1 te † statuto.tit.de cōdu.hospi.quo cauetur,conducto-
rem alteri locare non posse sine domini voluntate:
fertur sententia per quam condemnatur ad euacuan-
dum, appellatur,& causa mihi committitur,in qua de
duobus principaliter dubitatur.

Primò † de nullitate sententiæ, propterea quod
2 Dominus Vicegerens iudex à quo commisit suo lo-
cum tenenti lectionem sententiæ: quam ipsemet de-
bebat pronunciare.L.1. C.de sent. ex peri.reci.c.fi.vbi
Gl.& doc.de sent.& re iudica.

Respondebat pars appellata iudicem à quo decla-
rasse se velle ferre sententiā ore sui locum tenētis,ob
defectum visus. Ideò locum habere quod dicit Glo.
in d.c.fin. de cæco iudice,qui potest alteri lectionem
committere. Sed non sumus in illo casu. Nec ta-
lem habemus consuetudinem, vt per locumtenen-
tes legantur, attestantur Gemi. in d. c.fi. num.10. &
Franc.num.6.

3 Ideò † videbatur, considerata qualitate dicti R.D.
Vicegerentis, qui inter maiores iudices sedem habet,
Vicemgerens auditoris vrbis Romæ,habens iurisdi-
ctionem in exemptos citra montes, in Gallias,& Hi-
spanias partes,aliter cum illo agendum.Sed cùm non
sit episcopus, nec ad instar illustrium personarum,
vel iudicum quibus hoc permittitur.l. fi. C.eo. Non
videbatur hanc habere auctoritatem. l. 2.C.de offic.
eius,qui vicem alterius gerit, vbi Bart. dicit habere
ordinariam,cùm à principe hoc obtineat munus. l.1.
§.si quibus, ibi, vel eo, qui vice præfecti ex mandatis
principis cognoscit.de lega.3. Deci.in Rub.de offi.de
leg.circa fin.

4 Ego † dicebam, sit ita sententiam esse nullam illa
occasione, tamen, quia nullitas non respicit acta in-
formatiua, sed tantum actum sententiæ, iudicem ap-
pellationis debere confirmare,si ex actis appareat iu-
stè latam, vt no. Glo.& doc.in l.1.C.quando prouo.
non est neces.& in l.si expressim.ff.de appel.Nā causa
nullitatis,quæ est in prima sententia, cessat in secun-
da,velut,quod non fuerit lecta,vel non fuerint sum-
pti assessores, ita volente statuto, vt Alex. consi.79.
num.15.lib.2.aut forsitan die feriata.Alexan.cons.53.
nu.7.& 10.lib.5.Guid.Pap.deci.215.vel ante,vel post
terminum assignationis.l.Labeo. l. diem proferre. ff.
de arbi.hæc, & similia respiciunt vitium sententiæ.
5 Anna.consi.26.nu.8. At † vbi libellus, vel processus
esset ineptus,& nullitas substantialia respiceret, non
posset iudex appellationis sentētiam super his latam
confirmare, sed deberet rescindere attestante Decio
cons.483.nu.8.& in Rub. de appel. nu.12. saluo iure
agendi melius, & deducendi nouiter. cap.dilecti. de
emp.& vendi.l.Titianus.ff.quod cum eo, secus verò,
vbi ex eisdem actis cognoscitur, & iudicatur. Bart.in
l.cùm quærebatur. ff.de re iud. & in l. si vt proponis.
C.quo.& quando iudex.Alexand. d.consi.53. nu.15.
& sequen.de Afflict.decis.60.in fin. Corset.in verbo
Iudex.Cra.consi.140.nu.8. Ideò de meritis causæ vi-
dendum fuit. caput rei dicitur quod est illius præ-
cipuum. Ideò ridiculum est ab vnguibus initium su-
mere,vt Rhetores dicunt.

6 Igitur † nititur appellans ostendere malè iudica-
tum,ex eo,quod licet statutum prohibeat locare sine
domini voluntate, non tamen habet locum in loca-
tione iurata, teste Alex. consi.125.num.12.lib.1. sta-
tutum cogens compromittere, non continet casum,
in quo pars promisit dare,vel facere cum iuramento:
quia petendo compromissum,esset periurus,huic ser-
uit Glos.in l.1.§. quæ onerandæ. ff. qua. rerum actio
non datur. quæ vult reuocationem statutorum non
7 se extendere ad statuta iurata. Cùm † non sit verisi-
mile statuentes de iuratis cogitasse, ne viam periuriis
aperiant.Bart.in l. si quis sub conditione. ff.de cond.
instit.Alex.cons.27.nu.8.lib.1.vbi Moli. Bertr.cons.
306.lib. 3. vbi statutum infirmans donationes, non
8 censetur iuratas euertere. Cùm † intelligi debeat se-
cundum iuris terminos.l.2.C.de noxa. Barr. in l.om-
nes populi.nu. 54. de iusti. & iure. Iure autem com-
muni potentior est,& firmior actus iuratus simplici,
& nudo.l.cùm pater.§.filius matrem, de lega.2.c.de-
bitores de iureiurand.c.quamuis.de pac.lib.6. c. licet
mulieres, de iureiurand. cùm si. Bertrand. cons.374.
lib.1.de Afflict. decis.111. nu.13. de saluo conductu,
qui non extenditur ad debitum iuratum, si de iura-
mento mentionem non faciat.Ias.in l.rescripta. nu.2.
C.de preci.impera.offe.

Istud fundamentum nō onus sustinet, cùm sit de-
bile,siquidem non fuit iuratum an liceret locare, vel
non,sed vt locator faciat habere,& tenere.& vt con-
ductor pretium soluat. l.si quis domum. ff. loca.l. ex
9 empto.ff.de actio empt. Neq; censentur partes iu-
rando

rando contractum, voluisse ab statuto recedere. Nisi expresse, Imò generaliter cótrahendo videntur promittere, & velle omnia illa, quæ legibus, & moribus obseruantur. l. si dno. ff. de acqui. hęredi. l. licet. & l. excepto. C. loca. Cano. in c. cum M. vbi de Ripa. nu. 40. de constitu. Bert. consi. 98. nu. 14. lib. 1. Sicut iudex iudicando loci consuetudinem sequi debet, etiam si non fuerit allegata ff. 1. Insti. de offi. iudi. Cùm vim legis habeat. l. de quibus. ff. de legib. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 32. ff. de damno infec.

10 Sed † maius dubium oriebatur, ex eo, quod Bartho. appellans dicit Martinum eius fratrem tenere domum eius nomine. Vnde videbatur cessare statutum: quia, is possidet, cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff. de acqui. pos. l. fi. C. eo. & regula, qui per alium facit. Et præsertim, cùm non sit prohibitum conductori fratré, vel alios domesticos præponere in conducta domo, vt ipsius nomine eam teneant, & negotientur in ea. Alioqui, si cogeretur in ea manere esset species seruitutis. l. 2. ff. de libero homi. exhib. Cùm etiam sæpe occurrant casus, vt plures domos, vel stationes habere expediat, propter multa, & cumulata negotia. Itaque cùm statutum sit contra ius commune. l. nemo prohibetur. C. loca. strictè intelligeretur extra casum huiusmodi, & vt minus ius commune lædatur. l. 2. C. de noxa. l. vt gradatim. ff. de mune. &
11 hono. Verùtamen † eadé statuti ratio etiam ad hunc casum extenditur, quæ licèt non sit expressa, ex mente tamen colligitur. Ne scilicet cogatur dominus habere ingratum hominem in fundo suo. l. id quod nostrum. ff de reg. iuris. fortè inimicum, rixosum, potentiorem, difficilem, negligentem, vel similes. l. in re mandata. C. mand. l. quod sæpe. §. fi. ff. de actio. emp.

Quę quidé ratio, cùm possit locum habere etiamsi cessio fratri fieret de conductis ædibus, ita quoq; statuti militabit dispositio. l. senatus. ff. de ritu nupt. l. filium. ff ad Macedo. l. miles. vbi Gl. ff. de re iudica. authen. minoris debitor. C. qui dare tuto. pos Rui. cons. 18. in fi. lib. 5. Alioqui facile fraus fieret statuto à tergiuersantibus, quod non permittitur. l. in fundo. ff. de rei vend. Bar. in l. omnes populi. nu. 56. 57.

12 Cæterùm † visa clausula, quæ in contractu locationis erat apposita, scilicet locauit pro se, & hęredib. à successoribus quibuscunque. Martinus frater videbatur comprehensus, licèt esset successor particularis. l. fluminum. §. adiicitur. ff. de dam. infec. c. constitutus. de integ. resti. Licèt enim appellatione successoris veniat tantum vniuersalis. l. emptorem. vbi Bal. C. loca. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. Tamen vbi in dispositione apponitur hoc verbum vniuersale, quibuscunque, etiam singularis continebitur. Si quidem verbum (hæredibus) ad eos, qui iure ciuili succedunt, (successores) qui iure prætorio, refertur. Illud autem (quibuscunque) debet referri ad particulares, ne sit superfluum. l. si quando. de lega. primo. c. si Papa. de priuileg. Alex. consi. 193. nu. 2. 3. lib. 2. Et cùm sit geminatum ampliat dispositionem. l. Balista. ff. ad Trebel. Ias. in l. quædam. §. nihil. nu. 3. ff. de edend. Bertrand. consi. 264. num. 1. 2. 3. lib. 2. Feli. in c. quia B. numero quinto, de iudic.

Fuit conclusum malè iudicatùm, & absoluendum reum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, post litem contestatam potest substituere.*
2 *Procurator alium substituédo, desinit esse procurator.*
3 *Commissarius procedendo in partibus, an prius vocare debeat substitutos, & num. 5.*
4 *Procurator, non potest exercere officium, nisi prius acceptauerit mandatum.*

DECISIO LXIX.

Commissarius procedendo extra ciuitatem, non tenetur vocare substitutos, facta aßignatione in curia principali procuratori.

1 PROCVRATOR † post litem contestatam tanquam litis dominus, substituit (sicut potest. l. quod quis. l. neque. C. de procura.) principales suos, & omnes causidicos, qui in loco, & locis commorentur ad vidédum produci testes, &c. Commissarius antequam proficisceretur, notum fecit procuratori partis aduersæ locum, & initiandæ executionis diem vt compareret, qui respondit substituisse.

Executor loco, & tempore, nulla facta citatione, nullóque comparente, in cótumaciam recepit testes, & examinauit. Dubitatum fuit d. Nicolao referente, an ritè fecerit? Et malè videbatur. cùm non vocauerit substitutos, & nominatos in locum procuratoris.
2 Qui † alium substituendo, se ipsum spoliat, & alium vestit mandati potestate, teste Bart. in l. quod si forté. §. quid ergo. ff. de solu. Ita vt ampliùs non possit se intromittere super remisso articulo, remittentibus enim iura sua amplius non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. c. quàm periculosum. 7. quæstio. 1. alioqui vana videretur substitutio. l. si quando. de lega. 1. c. si Papa. de priui. Et eò magis,
3 cùm sciret † cómissarius factá substitutionem, prius debebat vocare substitutos, vel iubere fieri diligétias de reperiendis partibus, quæ erant certæ præcipuum in causa negotium habentes. l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspi. l. nam & diuus. ff. de adop. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. Et illis deficientibus, eos, qui in loco causarú patrocinia assumere consueuerant, & secundú præscriptam substitutionis formam. c. si qui ma. accus. non pos. l. fin. C. de edict. diui Adria. tol. Felin. in c. cognoscentes. nu. 8. de constitu.

4 Alij † autem non fuisse opus alia citatione, cùm iam fuisset assignatus procurator, qui debebat in termino comparere, vel curare vt substitutus hoc onus assumeret, quod non fecerit sibi imputetur. c. si. vbi Glo. de electio. non commissario, qui non debuit esse magis solicitus alieni negotij quàm sit ipse dominus. arg. §. pręterea. Inst. quib. mod. re cótrahi. oblig. Ignorans an substitutus hoc onus vellet assumere, quod ab initio voluntarium dicitur. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procura. c. licet. eo. ti. lib. 6. requirens antequá exerceatur acceptationem. c. is qui. eo. ti. lib. 6. vbi Archid. in verbo susceptum ait, licèt inter absentes contrahatur mandatum, requiritur tamen certificatio facienda, per nuntium, vel per epistolam absenti procuratori. Idem Fran. nu. 2. Gemi. nu. 6. Bart. consi. 73. nu. 1. Rota decis. 7. aliàs 405. de procura. Sicut de delegato iudice dicitur, qui non potest ante acceptationem rescripti in causa procedere. c. super eo. 2. de appel. l. meminisse. ff. de offi. proconsul. Bert. consi. 60. nu. 15. & consi. 178. nu. 6. lib. 1. ignorabat vtique commissarius quis deberet istud onus assumere.

5 Dicebat † d. Suares auditor. Romę in iudicio contradictarum, curiam interrogare ex officio constitutum procuratorem, an velit mandatum acceptare: antequam ad vlteriora procedat, teste Vestri. in praxi. lib. 4.

lib.4.tit.de eisdem procura.Bellame. decis.681. Et ita debebat iste commissarius facere dũ erat in loco antequam reciperet testes, per summariam inquisitionem de luco, & tempore assignatis deinde vocare substitutos saltem voce præconia. Et illis non comparentibus in eorum contumaciam, procedere sicut communiter solent facere executores. Quia interest iudicis vt sua acta sint valida. c. causam quæ.de iud. Imò cogere potest procuratorem vt fidem faciat de mandato, vt scribit Glo. in c.1. in verbo.absentia. de procurat.lib.6.Rip.in d.§.hoc autem iudicium, num. 49. Tandem, quia varius apparuit stylus, concluditur acta esse valida in dubio, & fauore actorum. l. quotiens.ff.de rebus dubiis. Sed securius foret per aliam viam incedere.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ, est litis finitæ.*
2 *Sententia super matrimonio, lata non transit in rem iudicatam respectu querelæ & nullitatis, sed bene ratione appella.interponendæ.*
3 *Sententia super matrimonio lata duobus modis rescinditur etiam cessante appellatione.*
4 *Restitutionis, & querelæ remedia inter se differunt.*
5 *Exceptiones contra perpetuum grauamen perpetuò competunt.*
6 *Sententia sine actis fidem facit.*
7 *Actio omnis 30.annis tollitur, & agendi facultas super nullitate.*
8 *Sententia super matri.lata, quandocunque rescindi potest. & nu.9.13.*
9 *Articulos in dubio potius admittendos.*
10 *Matrimonio ex putatiuo nati sunt legitimi, & alijs æquiparantur.*
11 *Matrimonium putatiuum quid sit?*
12 *Banna, an sint necessaria ad matrimonium?*
13 *Substitutio loquens de vero matrimonio, an verificetur in putatiuo? & nu.15.*

DECISIO LXX.

De filijs ex matrimonio putatiuo natis suis succedentibus parentibus, non obstante substitutione, quæ de filijs ex legitimo matrimonio nascituris loquitur. Casus difficilis, & vtilis.



CLAVDIVS Gaufridus Auenionens. petebat à Francisco & Iacobo Gaufridis hæredibus Francisci eorum patris, bona tanquam sibi debita ex fideicom. quondam Bartholomæi sui patris, ob id quod Franciscus frater sine liberis naturalibus & legitimis decessisset. Illi dicunt se esse filios legitimos, & naturales Francisci, & Catharinæ Delphinæ coniugum, & ita defecisse fideicommissum. Replicat actor, Delphinam priùs contraxisse matrimonium cum Thoma Durando per verba de præsenti publicè, in præsentia matris, parrocho auctorante, multisque præsentibus, sicut consuetum est fieri. Ideò viuente Durãdo non potuisse cum alio contrahere, nisi perperam contra leges, & canones. Et filios ex illo natos esse illegitimos. c. pen. de sponsa. & matri. l. qui contra. C. de incest. & nefa. nup.§.si aduersus.Insti.de nup.cle.1.de sponsali.

1 Rei † producunt sententiam à vicario latam iam à triginta annis, per quam declarat illud matrimonium inualidum, & dat licentiam Delphinæ alteri nubendi, pro sententia præsumendum esse, vt fuerit legitimè lata.l.Herennius.§.Caia.ff.de euic. c.in præsentia.2.de renuntia. Bonam fidem habuisse coniuges, quæ etiam in altero facit legitimos. c. perlatum, qui filij sint legiti. Actorem repellendum à limine iudicij exceptione rei iudicatæ, cùm sit litis finitæ.c.1. de litis contes.lib.6.Bar.in l.nã & postea.in prin. ff.de iureiuran.Deci.cons.436.nu.21.Soci. Iun. consi.58. nu.6.lib.4.Cra.cons.204.nu.7.

2 Actor, † sententiã non facere fidem, nisi visis actis. c.quoniam contra.de proba. petens illa exhiberi, vt detegatur iniquitas, & nullitas gestorum, latam inter alias partes, quæ nunquam transit in rem iudicatam. c.ex tenore.c.late.de sent.& re iud. Alex.consi.82.nu. 4.& 5.lib.3. Fuit dictum relatore D.Ioan.Valentinia-
3 no sententiam super matrimonio † latam non transire in rem iudicatam respectu querelæ, vel nullitatis, & restitutionis in integrum, sed bene occasione appellationis. Si quidem is, qui aduersus sententiã matrimonialẽ venire intendit, non posset appellare post decem dies, auctore Gl.in c.ad reprimendum.de offi. ordina. Nec tertiò prouocare, si fuisset cõfirmata prima.Gl.in c.fraternitatis.de frig.& male. Tamen quia nullum vinculum, quantumuis multiplicatum potest actum confirmare à quo peccatum insurgit, per partem non remissibile.c.fi.de consuet. l. si sponsus. §. si vxor.2.de don.int.vir.& vxo.Bal. in l.cùm allegas. in 4.& 5.oppos.C.de vsur.Alex.cõs.82.nu. 4. & 5.lib.3. Et per regulam, quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit, quia non solet tẽpus obligationes dissoluere.l.obligationũ.§.placet.ff.de act.& obl.Ideò à iure duplex data est via, & assignata pro rescindendis matrimonialibus sententiis, & rebus iudicatis, vna querelæ, & nullitatis, altera in integrum restitutionis. Non coram ordinario veluti Archiepiscopo, si episcopus sentẽtiam tulisset. Sed coram illo, qui per viam querelæ adiri potest. c.ex parte.de resti. spol.no.in d.c.lator.vbi Fel.nu.4.5. Couar. in 2.parte §.8.nu.12. vel per restitutionẽ in integrũ.c.ex literis. de in integ.rest. Et tunc allegari debet aliquis color, qui suadeat æquum esse, vt talis retractetur sententia. l.minor autẽ.ff.de mino. Imo. in d.c.ex literis.n.7.17.

4 Cæterum † magna est differentia inter vtrumque remedium. Si quidem vbi per viam querelæ, vel nullitatis agitur, instantia perimitur, & nouo processu opus est, vt volũt Cano. in d.c.ex parte. Vbi verò per restitutionem, reintegraretur ad eandem instantiam, quod tutiùs esset, propter expensas, quas nouiter facere oporteret in prioribus casibus. Feli. in d.c.lator. nu.8. Item non currit tempus quatuor annorũ quod datur petentibus in integrum restitutiones. iuxta c.1. eo.ti. Cùm quotidie obseruantia erroneæ sententiæ
5 nouum inferat præiudicium. Sicut † de peremptoriis exceptionibus dicimus, quæ cùm perpetuam grauaminis causam habeant, perpetuò opponi possunt.c. accedens, vt lite non cõtest.c.exceptionem.de excep. l.præscriptionem. C. eod.l.peremptorias. C. de sent. resc.non pos.vnde, cùm iste dicat sententiam non facere fidem sine actis, & non veniat in forma pro obtinenda restitutione, quam non petiit, sed solùm instat ad actorum exhibitionem, cùm (vt iam diximus) perempta sit instantia non videbatur audiendus.

6 Maximè, † quia sententia regulariter fidem facit per se, etiam sine actis.c.cum inter. in fi. vbi Panorm. nu.11.de re iud. Imo. in c. cùm in iure peritus. num. 29.vbi dicit comm.de off.dele.Panor.in d.c.quoniam contra, nu.24. Feli.nu.31. Deci.nu.34. Paul. de Cast. 16.nu.3.lib.1.Craue.consi.108.nu.3.Bertr. cõsi.216. nu.1.

nu. r.lib. 1.Meuo.de arbi.lib.2.centu. r.casu 4.

Sed maius dubium nascebatur ex articulis nouiter productis, in quibus agẽs infert causas, quæ primum sustinent coniugium, & ostendunt nulliter, & iniustè fuisse dissolutum, vt inde appareat, prolem ex alio
7 complexu fuisse illegitimam. Rei verò † instant fortiter, non esse admittendos, propter longissimum iam defluxum tempus, quo lata sententia fuit, quæ aduersariis omnem sustulit actionem. l.omnes.l.sicut.C.de præsc. 30. vel 40. ann. Et facultatem agendi contra sententiam de nullitate, vel iniquitate, si qua forsitan interuenisset, teste Bal. in l. data opera. C.de his qui accus.non pos.Balb.in tract.præs.in 4.par.4.par.num.
8 111.Craue.cons.108.nu.4. Actor, † nihilominus admittendos, & posse quandocunque agere, & docere de iniquitate sententiæ sine vlla temporis præfinitione.vt Rota deci.16.aliàs 341. in fi.de re iud.in nouis.Imo.in d.c.ex tenore.num.7.in fi. dicens iudicem debere magis admittere agentem, quàm repellere, vbi agitur de causa matrimoniali, vel sententia super eo lata.arg.c.cum speciali. §. excessus. cum ibi no. de appel.

9 Huc † pertinet, quod vulgò dicitur, meliùs esse decem impertinentes articulos admittere, cum clausula saluo iure, quàm vnum pertinentem reiicere: auctore Bar.in l.si duo patroni.§.Idem Iul.& Ias.ibi nu. 32.cum seq.ff.de iureiur. Bal. consi. 8.lib.1. Bertran. consi.198.nu.4.lib.3.Craue.cons.23. nu.4. Maximè, cùm iste sit tertius, qui videbatur audiendus, ratione interesse, quod paritur ex illa sententia inter alios lata.l.is à quo fundus.ff.de rei vend.Bart. in l. si quis libertatem.ff.de peti.hæred.& in l. Titia. ff.solu.ma.de Afflict.deci.15.num.4. Craue. consi.14.num.3. cum sequenti. Quamuis popularis actio vno agente consumpta sit.l.3.de popula.actio.l.eum qui. §. in popularibus.ff.de iureiurand. hic secus, vt euitetur peccatum. no. omnes in c. cùm inhibitio. de clandest. desponsa. Fel.in d.c.lator.nu.15. Licèt Alexand. in l.sæpe.nu.33.ff. de re iudica. contrarium voluerit. Item, quia nulla banna præcesserant, quando Delphina cum Gaufrido contraxit. contra d. c. cùm inhibitio. vnde mala nascitur præsumptio contra coniuges. l. non dubium.C.de legib.

10 Contrarium † visum est dominis, & reiiciendos articulos. Si quidem nati ex putatiuo matrimonio suis succedant parentibus d.c. perlatum. & no.in d.c. ex tenore.vbi Glo.in verb.legitimum.Barto.in l.Paulus.ff.de statu homin.Dy.consi.6.Deci.cõsi.153. Qui dicit naturalibus, & legitimis æquiparandos, tam in feudis, sacerdotiis, quàm aliis successionibus: excluderéque substitutos. Quia verba testatoris, intelligenda sunt, secundum iuris interpretationem. l. nemo potest. de lega.1. Et priuilegia data matrimoniis habẽt locum in putatiuis.l.si cum dotem. §.fi.ff.solu. ma.ca.r. & x. de dona. inter virum, & vxo.Soci.Iu. cons.39.nu.1 .lib.3.

11 Dicitur autem † putatiuum, quando publicè, & palàm conuocatis amicis, & parentibus contrahitur, ignorando impedimentum. no.in d.c. ex tenore, vel quando in figura matrimonij, sicut communiter inter catholicos fieri solet contraheretur.l.filium. ff. de sta.homi.l.si vicinis.C.de nup.Ias. consi.156. in princip.lib.4.Cur.Iu.cons.52. Si itaque nati ex putatiuo, quando posteà de impedimento constat dicantur legitimi, & parentibus successibiles, quanto magis in casu huiusmodi in quo à triginta duobus annis lata fuit sententia libertatis, hinc illi sapientes, tempus omnium parentem appellant: quod possit factum
infectum reddere & ægritudines dirimere, vt meminit Era. Chilia. centuria 4.cap.17. & centu. 5.cap.5.
12 Lecta est † etiam in auditorio bannorum dispensatio, quæ iuris rigorem linit, & tollit. l.quidam consulebant.ff. de re iudic.l.sacrilegij.C.de crimi. sacri.c.de multa.in fi.de præben. Imò, si sine bannis contraheretur, dummodo in facie sanctæ matris ecclesiæ cum solita benedictione fieret, esset legitimum.c.aliter. 30. quæst.5.& c.nullus.& c.seq.& Oldra. cons.156. in fi. Cur.Iu.consi.52.nu.9.lib.3.

Si præterea iudicis sentẽtia iustam tribuat causam possidendi.d.§.Caia.l.iustè possidet.ff.de acquir.poss. ele.1. de sequestra.pos.& fruc.Et iustum titulum præscribendi.l.Pompo.§.si iussu. vbi Bar.& doc.ff de acq. pos.Balb.in tracta. præs.1.par.3.par. nu.50. videbitur Delphina bona fide posteà cum Francisco contraxisse, & hunc etiam credidisse Delphinam hoc potuisse facere. Alioqui videretur illusoria illa iudicis ordinatio, vt aduertit Paul.à Cast.cõsi.354.nu.2.lib.1. Quibus accedit illa quieta tricennalis possessio, per quam omnium opinione habiti sunt pro veris, & legitimis coniugibus. Proinde videretur impium si nunc illis noua quæstio status refricaretur, vt aduertit Feli. in d.c.lator.nu.7. Et cùm essent mortui illi, de quorum conuentione agebatur inhumanum erat per nouos articulos (vt ita dicam) flagellare mortuos & defunctorum gesta lacerare, qui si viuerent suum vtique tuerentur honorem, & longè meliùs quàm isti noui homines.arg.l.qui in alterius.ff.de reg. iuris.l.fi. ff.pro suo.

13 Sola † restat difficultas in verbis substitutionis, quæ loquuntur de nascituris ex legitimo matrimonio.Si probaretur sententia iniqua, non essent tales, quales vocauit defunctus pater. Cùm aliud sit putatiuum, aliud verum. Ideò à propria significatione non liceret recedere. l. non aliter. de lega.3.l.in conditionibus de condi. & demonst. Sicut videmus legitimatos non excludere substitutos. l. fideicommissum. de condi. & demonst. l.Gallus.§. & quid si tantum. vbi doc. per l. fi. C. de his qui veniam æta. impetra. vt latè Cur. in d. consil. 54. vbi tenet contra Decium. Cui respondet Maria. Soci. Iu. consil. 39. libro 3. Natos ex putatiuo dici legitimos, quia lex canonica tales legitimos facit, donec detegatur impedimentum. Alioqui proles non diceretur legitima. l. legitima. ff. de pac. Lapus allega. 89. Imò in casu huiusmodi dici non potest putatiuum occasione sententiæ à longissimo tempore latæ, vt suprà dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum coram parrocho, & duobus testibus, in terris ecclesiæ validum quomodo intelligatur?*
2 *Testes duo gerunt vicem vniuscuiuscunque sit dignitatis.*
3 *Mulier potest esse testis in testamẽto ad pias causas.*
4 *Testium rogitus, in quibus testamentis necessarius?*
5 *Adminiculi ratione multa firmiora redduntur.*
6 *Compater, an sit integer testis?*
7 *Probationes imperfectæ simul non coniunguntur.*

DECISIO LXXI.

De testamento coram parrocho & duobus testibus inualido, propter multos testium defectus.

MORTVA

ORTVA Anna Moreta pupilla filia
quondam Bertrandi de Bonilis, Honorata Castanea mater petiit se mitti in bonorum possess. filiæ suæ beneficio Tertulliani senatusconsulti. Se opponit Margarita soror, dicens se esse substitutam, si filia in pupillari ætate decederet: istæ duæ mulieres vna mater, alia amita hæredipetæ dicuntur, ad eandem hæreditatem inhiantes. Ideo fuerunt examinati quatuor testes, primus parrochus, alius presbyter, tertius consobrinus Margaritæ, vltimò, vna mulier similiter consobrina. Qui dicunt Bertrandum ita dixisse, relinquo centum pro anima mea, vxori meæ alios centum florenos. Instituo hæredem posthumum, qui si sine liberis decesserit substituo Margaretam sororem meam, & suos.
1 vnde † validum esse testamentum in terris ecclesiæ,
factum coram parrochiali presbytero, & duobus testibus, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. c. cum esses. de testa. in omni negotio. de testi. Etiam si ad pias causas non fiat, reste Gloss. communiter approbata in d. c. cum esses. vt Boërius dicit decisi. 93. nu. 3. doct. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. Couar. in d. c. cum esses. num. 12. Siue etiam presbyter interueniat tanquam notarius, siue tanquam testis, vt Pa-
2 ris. scribit consi. 50. num. 1 . lib. 3. Imò † si alij duo te-
stes loco parrochiani presbyteri huic testamento accederent, valeret. Quia duo dicuntur satis gerere vices vnius, cuiuscunque sit dignitatis. c. licet. c. cum à nobis de testib. & ibi Panormit. num. 12. Deci. consi. 284. numer. 8. communem attestatur Boërius decisi. 14. num. 14.

3 Licet † præterea iure ciuili mulieres repellantur à testimonio in causis testamentariis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. §. testes. Instit. eo. Glo. in c. forus. §. fi. de verbor. signifi. Tamen in his testamentis vterque sexus admittitur, vt aduertit Panorm. in d. c. cum esses. col. 1. & Couar. num. 14. qui dicit communem, propterea quod dispositio iuris canonici reduxit solemnitatem testamentorum ad ius gentium, quod nullam facit differentiam inter testimonium mulierum & masculorum. l. ex eo. ff. de testib. Sicut visum est maioribus nostris fœminas adhiberi posse in testes si pia fuerit dispositio. not. Gloss. in authen. quod sine. C. de testa. Idem, quando fieret inter liberos. Fel. in c. 5. de testi. Decius in l. 2. num. 29. ff. de reg. iur. latius Tiraq. in 9. legem connubia. num. 58. 59. Couar. in c. relatum. num. 5. de testa.

4 Quamuis † insuper isti testes non fuissent rogati prout in testamentis requiritur. l. hæredes palam. §. in testamentis. vbi Bart. num. 4. 5. ff. de testa. l. hac consultissima. C. eo. Tamen in hoc testamento rogitus non videbatur necessarius, cum iure gentium hæc solennitas non requiratur. Sicut in testamento ad pias causas, vel inter liberos, reste gloss. in l. fin. C. de codicil. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. communem dicit Couar. in d. c. relatum. nu. 4. Boë. decis. 34. num. 2. 3. Moli. ad Alexand. consi. - . num. 21. lib. 2.

Pr... ponebat etiam, non obstare sibi consanguinitatem, quam habebat cum illis duobus testibus, cum iure non sit prohibitum, consanguineos pro consanguineis testificari, vt voluit gloss. in l. parentes. C. de testi. c. consanguinei. 3. q. 5. Sitque prohibitorium edictum de testibus. l. 1. ff. eod. Bar. in l. qui testamento. §. quicunque. num. 4. 5. ff. de testa. Et ratione adiuncti purga... suspitionem, per alium testem supernumerarium cum sint quatuor. arg. l. si quis ex argentarus. §. 1. ff. de edend. Rom. consi. 486. in fin.

Decis. Rotæ Auenio.

5 Sicut in † multis aliis casibus, adiunctus adiunctum adiuuat, & valere facit. Ias. late in authen. si verò contigerit. num. 2. & seq. C. de Iudi. Feli. in c. causam. in princip. de offi. delega. Alex. consi. 5. nu. 7. lib. 1. Chas. consi. 36. num. 3.

6 Nec similiter † nocet, quòd vnus ex testibus filium suum in sacro fonte leuauerit cum non sit prohibitum comparris testimonium. & valere ostendit Craue. consi. 169. num. 2. licet Alexand. consi. 237. num. 9. lib. 6. dicat arbitrarium. Et hic cessat suspitio in eo qui est præsbyter qui non præsumitur falsum velle dicere, propter sacros ordines, quibus est insignitus. c. absit. 11. q. 3. & ibi gloss. Ias. in d. l. admonendi. num. 181. Chas. consi. 63. num. 3.

Quibus non obstantibus domini votauerunt in fauorem matris, mori principaliter. d. c. cum esses, quod inter cætera requirit testes illos, debere esse idoneos, id est omni exceptione maiores, vt declarat Alexand. consi. 70. in fin. lib. 2. Ideo, cum ferè omnes testes patiantur aliquem defectum duo consanguinei, vna mulier, & cõparer, cuius testimonium etiam suspitione non caret. Rip. in d. l. admonendi. nu. 181. Parrochus autem non est sine scrupulo, cum sit negotiator, & cartularius multarũ obligationum contra suos parrochianos, quæ malè sonant in persona illius qui verbo, & exemplo instruere debet alios ad bene, beatéque viuendum. c. pen. & c. fin. de vita, & hones. cler. c. cum sit ars artium. c. indecorum. de æta. & quali. Nec similiter fuerunt rogati testes. vt videbatur necessarium etiam iure canonico, cum non sit expresse prohibitum. arg. c. 1. de noui oper. nuntia. Quia ex rogatione colligitur firmior disponentis intentio, multáque sæpe dicunt homines non animo disponendi. l. diuus. ff. de mili. testa. Alex. d. consi. 21. Præterea absurdum existimabant, si tot specialia circa vnum, & idem testamentum concurrerent. l. 1. C. de dotis pro. Et ne liceat priuilegia multiplicare. l. quod vere contra. ff. de legib. gloss. in l. à diuo pio. ff. de re iudica. Denique vnus ex testibus ab eadem sorore productus, dicit tunc fuisse vocatum notarium vt testamentum sumeret, qui noluit cum delirantem videret. Nec obstat quod ratione adiuncti purgatur defectus, hoc verum quando ille, qui adiungitur suspitione caret. vt in terminis Bertrand. consi. 212. nu. 10. & seq. lib. 4. Chas. consi. 36. Ias. in d. l. admonendi. nu. 179. 180. 181. Iste autem qui adiungitur multos patitur defectus in persona sua: quo modo alios sanabit? sicut de illo dicitur, qui aliorum vult esse medicus, & ipse vulneribus scatet.

7 Hinc † imperfectæ probationes iungi simul non solent. l. 1. C. qui num. tutel. l. spadonem. §. qui multa. ff. de excusa. tuto. Ias. in d. l. admonendi. nu. 253. Hyp. in §. diligenter. num. 7. cum sequen. Rip. in d. l. admonendi. num. 204. cum sequent. quia multiplicatio imperfectorum, auget imperfectionem. arg. l. rata. C. de rescin. vendi. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. vbi gloss. posito vno falso aliud absordum sequitur. Bertrand. consi. 273. num. 7. lib. 2. vel quotiens quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant. sicut dicitur, Ex arena funiculum nectit. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. c. pen. de æta. & quali. licet aliquando imperfecta iungantur. vt scribit Craue. consi. 73. num. 19. & sequen.

SVMMARIVM.

1 *Stupri pœna quæ sit?*
2 *Stuprator an data cautione relaxandus?*

3 *Stuprum qualificatum, quid sit?*
4 *Violentia etiam blandis verbis committitur.*

DECISIO LXXII.

Stuprans viduam honestè viuentem cauto non relaxatur.


VIDAM Iuuenis huius ciuitatis accusatur stuprasse viduam, sub spe, & promissione futuri matrimonij, ex qua prolem suscepit, ille negat, petens data cautione relaxari. Aliqui ex dominis putabant relaxandum.
1 Cum pœna † stupri sit pecuniaria. §. item l. Iulia. Inst. de pub. iudi. vbi honestiores dimidiam bonorum publicationem patiuntur humiles relegationem, cum corporis coerctione. Iste autem dicitur honestæ conditionis, & familiæ, non humilis, vel abiectæ, de quibus loquitur l. humilem. C. de incestis nup. qui traxit originem a consulatibus viris, & matre doctoris fi-
2 lia, & ob id secundum † iuris terminos veniebat relaxandus. l. diuus. ff. de custo. reorum. vt multi opinantur, quos refert Iul. Clar. in §. stuprum. dicentes arbitrarium esse, & hanc miriorem partem sequẽdam vbi de pœna agitur. l. in interpretatione. ff. de pœnis. gl. & Panor. in c. 2. de adulte. Grilliand. de pœnis omnifariam coitus. num. 1. 2. 3. 4. 5.
3 Alij † contra, per l. 1. §. fin. ff. de extra. crimi. vbi, qui mulierem interpellauit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, perfecto flagitio capite punitur.

Et cum actis appareat hanc sæpius solicitasse & interpellasse honeste viuentem viduam, ostendendo multa amoris signa, vt illa potiretur, promittendo eam ducere. non potuit dici simplex stuprum, sed qualificatum dolo, & falaciis extortum. vnde Bart. in d. §. fi. enim intelligit, quãdo interuenisset aliqua violentia, veluti si interpellaret, vel induceret persuasionibus. sequitur Ang. in verbo *che ay adulterato la mia dona*. num. 56. vbi si promissionibus mulier fuerit seducta, vel cum lenocinio pœna dicitur capitalis.
4 Quia † violentia etiam committitur blandis, & fucatis, verbis, & persuasionibus. l. 1. §. fi. C. de rapt. virgi. ibi, nisi enim eam sollicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam in tantum dedecus prodere. præsertim attenta sexus fragilitate. §. 1. Insti. quib. alien. licet vel non. l. si mulier. C. ad Velleyan. l. si pater. C. de sponsa. l. fi. C. de dona. ante nupr. Ad decipiendum facilis. c. Adam. 33. q. 5. iuxta illud Ouidij. Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis. Tiraq. de legib. connu. l. 1. num. 71. cum seq. deponebant testes huius signa, & gesta erga viduam fuisse argumentum magnæ, & intimæ dilectionis. Et quod violenter ad se illam traxerit, & seduxerit, vt exitus acta probat. Siquidem per spatium trium annorum eam visitabat, & solicitabat, sine vlla intermissione domi, & foris, ita vt vix altera, sine altero videretur, deponunt etiam de priuata nimium & singulari in eam familiaritate, quam ille vsurpabat dando oscula, & amplexus, & mutuas manus, vnde verum fuit quod suspicatur. gl. in l. quod ait lex. ff. de adulte. nostri latè in Rub. de iudiciis, visu, & eloquium, tactus, post oscula factum. Et illud, Flamma fumo proxima. Dedisse munuscula, & anulo. Et quando foras proficiscebatur vale, vale dicebat amicæ. Et sui scrinij claues custodiendas tradebat hæc, & similia non modo fœmineum, sed & ferreum fregissent pectus. Et cum à parte ib. iduæ redarguerctur, de nimia illa familiaritate & audacia obtestabatur, & iurabat amare, non turpiter, sed honestè, & causa maioris boni. vnde, nunc potitus, & recusando promissa, videbatur malis artibus suum venereum expleuisse votum, licet dicat Ouid. Iupiter ex alto periuria videt amantum: hoc tamen seriosè loquendo, & Christianè mali exempli est, & dignum castigatione. Gram. voto 17. Meno. de arbit. lib. 2. centu. 3. casu 188. hinc Aristoteles lib. mora. 7. amicitia virtute non pecuniis, aut forma concilianda est, etenim si rebus caducis concilietur caduca sit, & ipsa necesse est. Ideo fuit conclusum non esse relaxandum, nisi finito processu.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, duos operatur effectus, suspensiuum & deuolutiuum.*
2 *Interdictum quorum bonorum differt à petitione hæredita.*
3 *Appellatio super posses. operatur etiam effectum suspensiuum iure canonico.*

DECISIO LXXIII.

Appellatione interposita in possessorio, in quo proprietatis causa deducitur, differtur executio.


ONORATA Castanea quæ sententiam obtinuerat à Rota per quam dictum est mittendam in posses. omnium bonorum quondam Annæ Moretæ filiæ suæ, vt suprà decisi. 71. petebat exequi sententiam non obstante appellatione per aduersarium interposita. Cum in iudiciis possessoriis spernatur appellatio. l. fi. ff. de appell. recip. l. quisquis. C. quo. appel. non recipiuntur. l. vni. C. si de momen.
1 pos. fuerit ap. Nec † operetur effectum suspensiuum sed deuolutiuum tantum, vt docet Bart. in l. 2. num. 6. ff. de appel. recipi. Panor. in c. quo ad sedem. num. 30. de restit. spolia. Sitque differentia inter istud interdictum quorum bonorum & petitionem hæreditatis, in qua admittatur appellatio: in isto verò secus. Bart. in l. 1. num. 13. ff. quo. bono. & hanc opinio. tenendam in praxi scribit de Afflict. decisi. 269. num. 4. Rebuff. ad regias ordina. tit. de senten. exequend. art. 9. gl. 3. Rip. in c. sæpe. num. 3. de restit. spolia. communem affirmat. quæ probatur in d. l. vni. sententia tamen (inquit) sortiatur effectum.
2 Cæterum domini † opinati sunt cõtrarium, quamuis (omisso multiloquio) iure ciuili præcedens opinio vera esse possit, tamen iure canonico aliter disponitur, in clem. vni. de sequestra. poss. & fruct. vbi dicitur quem non esse sua poss. priuandum, post vnam sententiam in possessorio latam. vt not. omnes in d. c. eum ad sedem. de Affli. deci. 269. Couar. pract. quæst. c. 23. num. 8. Nempe vt appellatio super possessorio interposita vtrumque operetur effectũ, suspensiuum & deuolutiuum, eàque pendente nihil innouetur. Maxime in casu huiusmodi, in quo causa proprietatis fuerat etiam deducta, & proposita ab eadem matre, quæ nixa est vires testamenti eneruare, & infringere, quo casu appellare licebit. Bald. in d. l. vni. Capell. Tholo. decisi. vlt. Ias. consi. 18. lib. 2. Cacheta. decisi. 25. per totam. decisi. Perus. 20. Meno. de adipis. remedio. 4. quæst. 100. versic. declaratur. 4. num. 856. vsque ad num. 863.

SVMMARIVM.

1 *Locus loci designatus, maiorem operatur effectum.*

2 Sin

2 *Singularitas testium probat, quando respectu finis concordant.*

3 *Pluribus damnum facientibus, si non constat de delinquente omnes in solidum tenentur.*

4 *Caporalis si iubeat damnum dare, an alij, illi obedientes teneantur in solidum?*

5 *Damnum faciens inter coadunatos, tenetur de eo, quod ipse fecit, non de alijs.*

6 *Consilium dans non est puniendus priusquàm constet de illo, qui delictum fecit.*

7 *Incendiarij, varijs pœnis sunt coercendi.*

DECISIO LXXIIII.

Ille, qui erat præsens maleficio iubēte corporali non condemnatur in solidum. casus pulcher,

EO tēpore, quo acies Baronis des Adretz cœpit inclinari, & à comitatu Venaysino retrocedere, militésque nostri illum post terga sequerentur: venit in locum Sarriani dux de Barioux, cum sua cōhorte equitum (vulgò argoletz) vt ibi hospitaretur. Incolæ verò, cum iam esset clausa ciuitas, & de nocte, nec haberet ille diplomata à principe, ingressum denegauerunt, vnde furore commotus, quod extra locū pernoctare cogeretur, sine stratis, & pabulis, iussit suis militibus vt ignem in suburbia immitterent: Immissus plures domos, & fœnarias concremauit: damnum passi bello paululum sedato agunt contra Vincentium, & Remundum Nales Carpen. ad interesse, quod fuit æstimatum 1500. aureis. Ea eo quod isti erant de illis incendiarijs, & damnum dantibus. Nales fatentur fuisse præsentes, quando à duce petebatur ingressus, & illius cohortis commilitones, cætera negant, quatuor testes solùm contra Remundum deponunt, vnus dicit, Remūdum fuisse præsentem, *quand le feu fut mis à l'estable de messire Esprit, & disoit boute, boute.* Alius, quod dum redarguerētur incendiarij ab illis qui super mœnia faciebāt excubias. *qu'il disoit, rien, rien, n'auront poinct de reproche.* Tertius quæ Nalis, *parloit bien furieusement, auec les autres de ladite compagnie.* Vltimus, *le vit present quand le feu fut mis au portail, & à ladite feniere, & luy parla.*

Super quibus, de duobus quæritur. primò an probatum sit: deinde, quid inde sequatur?

Circa primum, omnes isti testes videntur singulares cum quilibet super vno articulo testificetur.

Et licet dicant Remundum fuisse præsentem dum ignis immittebatur, sola præsentia non arguit delictum, contra eiusdem cohortis milites, qui in eundem locum conuenerant, non animo comburendi sed intrandi, & hospitandi. Poterántque esse præsentes, & non consentientes, vel sine ope, & auxilio, qui etiam ducem sequi tenebantur, & ordinem non deserere, ne essent desertores. l. 3. ff. de re milita. Ideo illa verba. *boute, boute, rien, rien, furieusement*, facerent transire illam præsentiam in delictum & indicium quod huiusmodi commiserint crimen: duo ex illis testibus videntur esse cōcordes, quod ille fuerit præsens in fœnaria domini Spiritus dum ignis immittebatur.
1 Deponentes† de præsentia, & loco particulari delicti, & loco loci vt docet I.C. in l. libellorum. ff. de accus. no. in l. de pupillo. §. qui nuntia. ff. de noui ope. nuntiat. Ange. in verbo, in platea communi. num. 1. 2. Itaque se iungendo cum illis, qui erant in fœnaria, existendo in loco delicti, & dicendo *boute, boute, rien, rien*, &c. videtur præstitisse auxilium & audaciam de-

2 linquentibus. Quia testiū† singularitas probat, quando respectu finis concordant, auctore Inno. in c. licet ex quadam. vbi Feli. col. 3. versi. 2. limita. de testib. qui dicunt varietatem actuum non diuersificare illud, de quo substantialiter agitur. Boër. decisi. 33. num. 44. Hypo. consi. 1. num. 54. cum sequent. At si fuisset articulatum Remundum dixisse *boute, boute* &c. & super singulis vnus testis tātum deponeret, fateret singularitatem. vt Hypo. vbi suprà. num. 65. hic autem in genere dicitur præstitisse auxilium, quod varijs modis esse potest, & per diuersa media. l. si quis vxori. §. neque. ff. de fur. l. non solùm. §. si mandato meo. & ibi Bart. ff. de iniurijs. l. sæpe. §. ope, & auxilio. ff. de verb. sig. Ideo auxilium præstitit delinquentibus. per illos exteriores actus.

3 Sed an titè pro† toto damno poterant conueniri? videbatur potuisse: quoniam vbi plures damnū dant, vel opem ferunt, nec constat de persona certa, singuli in solidum tenentur. l. item Mela. §. item si seruum plures. ff. ad l. Aquil. l. si plures. ff. arbor. fur. cæsa. l. si cum exceptione. §. fin. ff. quod me. causa. l. fin. C. de condict. fur.

Et præsertim quando malo animo, & data opera, delictum à pluribus committitur: teste Bart. in l. si. C. ad l. Cor. de sica. Alexand. consi. 15. num. 4. lib. 1. vbi Moli. in addi.

Si plures accesserint animo occidendi, siue æquè principaliter, siue ad auxiliandum vni ex eis, omnes tenentur lege Cornelia. per regulam agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. c. 1. de off. deleg. vbi Deci. num. 11. Card. 1. num. 9. de pœnis.

Sed verius contrarium putamus. Quia apparebat occasione denegati ingressus ducem imperasse incendiū, quando autem damnum datum est à caporali, qui homines ad hoc coadunauerat, ipse tenetur de damno, quod ipse fecit, & de eo, quod alij fecerunt, vt dicitur in l. 2. §. si quis non homines. ff. vi bono. rapto. vbi Bart. ait illum, qui est inter coadunatos teneri de damno, quod ipse dedit, non de eo, quod alij dederunt. Ideo inquit Accur. quod Comes Albertus non tenetur de damno dato à bannitis, si ipse nō coadunauit, sed opem dedit. Alexand. ibidem, si coadunatus det damnum, tenetur tantum de damno suo, idem Bart. in l. 2. nu. 2. C. ad l. Iul. de vi. Bal. in l. 1. num. 11. C. de serui. fugi. Alexan. consi. 109. num. 11. lib. 1. Ang. in verbo. Et dicto maleficio semper astitit. num. 24. Hypo. in §. constante. num. 46. & consi. 25. nom. 56. hic autem pro toto damno conueniebatur, ergo male.

5 Deinde, † vbi agitur de consilio præstito, oportet vt priùs constet de delinquente, antequam contra alios agi possit tanquam auxiliatores, si sequamur Bart. in l. si is qui. §. si Titium. in princ. ff. de furt. Alexand. in l. si duo patroni. in princip. ff. de iureiurand. & consi. 15. num. 10. lib. Anch. consi. 217. circa fin. Hyp. consi. 34. Nam si remoueatur principale, necesse est, vt accessorium sit remotum. l. 1. ff. de iusti. & iure. l. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. Ang. in verbo, & dicto maleficio. num. 10.

6 Præterea, † vbi auxilium, & fauor est simplex, quo mediante non augetur delictum, & sine illo fauore, vel auxilio fuisset executum, non tenetur pœna ordinaria, qui auxilium prestitit, sicut principalis, vt voluit Glos. in c. felicis. in verbo simplici fauore. de pœnis. lib. 6. quam cōmendat Ang. vbi suprà nu. 16. Hyp. in §. constante. nu. 61. dicentes liberasse vnum à furca, qui auxilium præstiterat quinque latronibus de nocte furantibus, qui acceperant illum sextum

eundo furatum,vt illis auxilium præstaret, qui,cum non fregerit,nec transportauerit: sed solum stetit in via cum aliis quatuor dum alius furabatur, non erat dignus morte,& quia, fine illo furtum facere decreuerant.

Dicebat D.Ioan.Nicolaus huius litis relator istos milites dignos esse venia,qui tenebãtur obedire duci ita imperanti.l.3.§.qui in bello.ff.de re milita. Et incolas hanc meruisse vltionem propter periculum,ne interea irrueret hostis contra dispersos,& sine custodia milites. arg. eorum quæ dicuntur à Gram.consi. 22.num.7.Male fecisse recusando ingressum Catholicis militibus hæreticos prosequentibus pro fide, & principe,&c. Sed responsum fuit rectè fecisse rusticos sine mandato recusasse ingressum. Cum nec passim nec omnibus credendum sit, vt experientia docet. Deinde hæc iussio atrocitatem cõtinebat,notoriúmque scelus.l.velle non creditur. vbi Glos.& doc.ff.de reg.iuris.Imperatori quidem obedire oportet,in licitis scilicet,& honestis,textus est pulcherri.in c.si dominus ea iubet. & in c.Iulianus.11. quæst.3.quando Iulianus Imperator dicebat Christianis militibus, producite arma in Christíanos,illi cognoscebant Imperatorem cœli. Hinc dici solet amicus vsq, ad aras. ne eius gratia à tecto liceat deflectere: huiusmodi autem criminis genus atrocissimum est, & plenum lachrymis quo mediante perduntur subitò quæ ma-
7 gno labore parta fuere. Ideò † leges iubent incendiarios viuos esse concremandos. l. qui ædes. ff. de incendio rui.naufra.c. si quis domum.de iniuriis, & dam.dato.l.capitalium.§.qui ob inimicitias.ff.de pœnis. quãdo sc.data opera & in ciuitate ignem immittunt.l.1 & l.qui dolo.ff.ad l. Cor. de sica.l.data opera.C.de his qui accu.non pos.Alioquin si in villa, leuius punirentur arbitrio iudicis. d. §.qui ob inimicitias,vt latius scriptum reliquit Bartol.in l.1.ff.de off. præf.vigil.& Ang.in verbo,incendiarij.Bal.Sali.in d. l.data opera. Meno. de arbit.lib.2.centu.4. casu 390. num.32. Hypo.in l.1. ff.ad l. Corn. de sica.fuit conclusum relaxandos reos.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali asserenti se habere viuæ vocis oraculum creditur.*

2 *Subrogatio fieri debet cum omnibus subrogati qualitatibus.*

3 *Prorogatio, vbi aliquid addit noua dispositio dicitur.*

DECISIO LXXV.

De prohibitione facta Iudæis exercendi artes Christianorum artificum. Sola strasaria eis permissa.

NNO 1573. & mense Maio ferè omnes huius ciuitatis artifices,veluti sutores,caligarij,argentarij,armatores,fabri, textores,pellipanj,frumentarij, prosenetæ,& alij,ferè totam mitandę aulam occupantes,conquesti fuerunt Illustr. quòd Iudæi huius ciuitatis Christianorum artes occuparẽt,& perderent,ita vt Christiani artifices nunc ferè otiosi remaneant cessantes ab eorum solito exercitio. Ideo illis inhibendum esse, exercere præter solam strasariæ artem, quæ alio nomine pãnicularia vocatur,in l.diuus.ff.de bonis damna.secũdum Bullam Feli.recorda. Pauli.4.sub datum Romæ apud S. Marcum anno 1555. pridie Id. Iulij, quam confirmauit Pius 5. anno 1565. Calend.Maij, rationibus in bullis expressis. Et ne Christiani proprias cogantur deserere sedes,vagari, aut mendicare, quod Reip.multum noceret:quia artifices partem ciuitatis faciunt,vt inquit Arist. lib.2. polin. nõ Iudæi. c. in nonnullis. c. cum sit.de Iudæis. quorum præcipua cura est vt Christianos decipiant & fallant. c. & si Iudæos.eo. tit. Illi enim vilius vendunt corruptas, & fucatas merces dolosè, subtiliter, & multiloquio ad se trahentes homines, & quasi inuitos cogunt: quod prouerbialiter dicitur,merces vltroneas putet. vltro oblatas suspectas esse. quasi studeant eas extendere.vt diuus Hieron.in quæst.Hæbrai. Felices artes (inquit Quintilian.)si soli artifices de illis iudicarent: cuius meminit Erasm.chilia.1.cent.6.c.17. Ideò non esse bonum auferre panem filiorum,& dare canibus, vt apud diuum Matth.c. 15. Illi se opponunt & producunt literas Illust.Card.Alexandrini ad Ill. Cardi. Armaignacum collegam sub datum Romæ 1567. 5. Feb.quibus asserit eam esse S.S. voluntatem, Iudæos eas posse exercere artes quas expressit R.D.Binarius vrbis vicegerens,exceptis comestilibus. Et ita videbatur derogatum bullis ita prohibentibus. Aliquis ex dominis dicebat illam epistolam nullum facere præiudicium viuis & authenticis bullis, quæ auferunt omnem potestatem Cardinalibus, & aliis quibuscunque magistratibus aliter statuendi, cum clausulis derogatoriis, &c. Néue liceat minoribus superioris legem tollere.c.cum inferior. de maior. & obedient.
1 Cæterùm † alia præualet opinio vt fides adhibenda sit literis Cardinalium asserentium se habere viuæ vocis oraculum, ac si ipsemet pontifex loqueretur, propter istorum auctoritatem,& datam fidem,vt inquit Lapus allegat. 33. dicens ita seruari in curia, & hunc esse stilum Romanæ vrbis,singularia si quidem data sunt Cardinalibus S.R.E. priuilegia,vt not. in c. felicis,de pœnis lib.6.in c.cum in iure peritus,de off. delegat.Inno.in c.cum olim.1.de priuileg.Bal.in l.iurisiurandi.num.5.C.de testib.Glos.in c.nobilissimus. 97.distinct.Panor.in c.cum olim.num.9.de priuileg. Ias.in l.admunendi.nu.189.Feli. in c.quod super his. num.8.de fide instru.extant etiam tractatus, qui horum Illustrissimorum copiosa enarrant priuilegia, & titulos.

Exhibent etiam alias epistolas Illust. Cardinalis à sancto Sixto,ad eundem Illust.de Armeniaco,quibus asserit D.N.P. prorogasse horum discessum per duos adhuc integros annos. *Affine che possino riscotere i soi crediti, & non intendere a altri,che à desbrigarsi, probibendo de far piu debiti. Et à gli Christiani non si diano cosa veruna in credenza.* vnde dicunt si tempus exitus fuerit à Pontifice prorogatum, debet intelligi cum illa qualitate concessa per literas Cardinalis Alexandrini,scilicet exercendi omnes artes,exceptis comestilibus,quod enim non tollitur, quare stare prohibetur. l.præcipimus.C.de appellat.l.sanximus.C.de testam.
2 præsertim quod subrogatio † fieri debeat,cum omnibus suis qualitatibus.§.fuerat.Insti.de actio.l.si eum. §.qui iniuriatũ.ff.si quis cautio.l. Labeo.§.hæc clausula.ff.de arb.l.lecta.vbi Decius nu.12.ff.si cert.peta. l.legem.C.loca.Ias.in l.1.§.& si post.num. 6. 7.ff. de ope.nou.nun.

Respondebam,licet istis facta sit prorogatio temporis,nõ tamen simpliciter,sed cum qualitate, & restrictione. *Affine* (inquit) *che possimo riscotere gli suoi crediti, & non intendere a altro che a desbrigarsi.* quo
3 † casu quando prorogatio aliquid addit, vel detrahit, non propriè prorogatio dicitur sed noua dispositio. l.Titius.ff.de excu.tut. Decius in c.de causis.num.7.

de

de off. del. Præsertim, cum sit fauorabilis hæc noua bullæ dispositio, quæ meretur ampliationem: nam si possent alias artes exercere dicerentur ad aliud intendere quàm à desbrigarci. Et ista denodatio negotiorum censetur causa finalis huius prorogationis, vt in simili scribit Craue.consi. 192. num. 21. quia prohibet ad alia intendere generaliter nihil includendo. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. du. l. nihil aliud est actio. ff. de actio. & obligat.

Ad eandem sententiam referēdæ sunt aliæ literæ, quæ discessum ad alios duos annos extendunt datæ Romæ 1572. 4. Octob. quibus dicitur, *per dar fine à gli negotij cioe, à riscotere, & pagare gli debiti, & crediti sensa farne nouimento*, habent enim causam restrictiuam, scilicet *per dar fine à gli negotij à riscotere, & pagare*. Ideoanterea debent cessare ab aliarum artium exercitio, secundum bullæ terminos. l. commodissimè. ff. de libe. & post. l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. & vt limitata causa limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi.

Postremò exhibuerunt binas signaturas ab vtroque Cardinali legato, & Collega concessas, quibus illis permittitur facultas exercendi quascunque artes sicut tempore Illustr. Alexandri Farnesij legati exercebant. Sed hoc illis prodesse non potuit, vtpote cum tacita veritate extortum probetur, tacendo litem, quæ super hac probitione pendebat, contra titulum in authent. vt in medio litis, sacræ iussio. non fiant. Fuit conclusum obseruandam bullam, cum hac moderationē vt Iudæis liceat intra tres menses proximos noua distrahere, & illis elapsis cogendos vti soda strasaria, secūdum bullæ terminos. Excepto D. Valentiniano, virtute iamdictarum epistolarum.

SVMMARIVM.

Procura. alieno nomine contrahendo, non tenetur proprio.

DECISIO LXXVI.


AVSONIVS Capitouus tanquam præfectus domus R.D. Archiepiscopi Aueniōnis acceperat à Guilielmo de Vale clauario Archiepiscopatus, quasdā pecuniarum summas, in rem domini sui vertendas, de Vale viuo D. Archiepiscopo egerat contra Ausonium super recognitione apocharum, quas recognouit, sed non teneri ad petita. Mortuo postea domino Archiepiscopo de Vale dormientem causam excitando petiit ab Ausonio illas pecunias coram D. Ioan. Valentiano, qui visis chirographis de voto dominorum, dicit, Aosonium non teneri, quia tāquam magister domus à Clauario nummos acceperat, cui fidem suam non astrinxit. vt l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. Sicut non tenentur proprio nomine procurator, tutor, curator, sindicus, & similes alieno nomine contrahentes. l. 1. vbi Bar. C. credito. euictio. pign. non debe. l. si non sobscripsisti. l. cum quidam. C. de admi. tuto. Soci. consi. 154. lib. 2. Boeri. decisio 80. nu. 2. 3. 4. 5. Rip. in l. 4. in princi. num. 10. de re iudica. Silua. consi. 8. per tot. Nisi proprio nomine promitterent. l. si creditor. C. si tutor, vel curat. inter. l. si pupilli. §. 1. ff. de nego. gestis. vbi glos. & Bart. aut dolo malo, vel contumacia vterentur in alieno negotio. l. qui solidum. §. 1. de lega. 2. l. non est ignotum. C. de admi. tu. d. l. 4. vbi Bart. & omnes not. Boë. decisi. 273. num. 6. Ne quis alterius odio prægrauetur, secūdum communes iuris regulas.

m

SVMMARIVM.

1 *Colonus, an gaudeat priuilegio domini?*
2 *Personæ mutatio, mutat priuilegium.*
3 *Priuilegium reale transit ad quoscunque possessores.*

DECISIO LXXVII.

Vigesima fructuum non soluitur per colonum de prædijs domini, specialiter exemptis.


PETEBAT Hieronymus Andreas Carpen. tanquam emptor vigesimam partem omnium fructuum, perceptorum in territorio Vaqueyrasij à Ioanne, & Claudio Goneyronibus, virtute publicæ liberationis.

Illi se opponunt nolentes soluere, Cum sint coloni domini loci qui debēt gaudere eodem priuilegio. l. 2. C. de epis. audien. c. ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. c. nō minus. de immuni. ecclesia. lib. 6. Et ne dominus per indirectum sua libertate priuetur, qui longè minus locaret. l. si venditor in fin. ff. de ser. expor. l. 1. §. si hæres. vbi Rip. num. 26. ff. ad Trebell. Actor dicit se petere fructus à solo separatos, qui cum ad colonos pertineant non debent gaudere priuilegio domini. l. damnum. C. loca. l. 1. vbi Bartol. C. de agri. & censi. lib. 10. Sicut in simili non gaudet colonus ecclesiæ. Glo. & Geminia. in cle. præsenti. de censib. Franc. & Geminia. & in c. quamquam. eo. ti. lib. 6. Dy. Bar. Imo. in l. locatio. §. fi. ff. de publi. Bal. consi. 496. lib. 4. Guid. Pap. quæst. 297. Quia, istud vigesimæ onus fuit impositum personis pro rebus, ex quibus percipiunt fructus. Ideo, solas personas eorum, qui fructus percipiunt non eorum ad quos prædia pertinent, respiciunt. l. rescripto. §. fin. ff. de mun. & hono. l. indictiones. C. de anno. & tribu. lib. 10. Rip. respon. lib. 2. respon. 22. nu. 15. Boëri. decis. 113. nu. 13. Nam mutatio personæ, quæ erat causa priuilegij, mutat priuilegium. l. 1. C. de imponenda locra. descript. lib. 10. l. Titia Seyo. §. vsuras. de lega. 2. Decius in l. omnibus. num. 34. ff. de reg. iur. Et ita volebamus concludere. Nisi verba contractus aliter sonassent. nempe, *qu'ils n'entendoyent vendre aucun vingtain du bien du seigneur dudit lieu.* vnde visum est libertatem fuisse concessam prædijs, quæ ad colonos, & omnes prædiorum successores transire solet. l. priuilegia. ff. de regu. iuris. Rota de priuil. decis. 5. in antiq. Paris. consi. 69. nu. 6. lib. 1. Rolan. à Valle. consi. 29. lib. 3. Sicut, si fructibus daretur immunitas ad emptores transmitteretur. Alex. consi. 30. lib. 5. Alcia. consi. 216. Cache. deci. 39. num. 19. Cra. consi. 61. lib. 1. fuerunt itaque relaxati rei, me relatore, & iudice.

SVMMARIVM.

1 *Forensis contrahendo statuta ciuitatis in qua contrahit seruare tenetur.*
2 *L. si alterius. C. si mino. se maio. dixerit. ampla declara. per totam dec.*
3 *Minor iurando se maiorem excluditur ab vtroque remedio restitutionis: & nullitatis.*
4 *Statutum tollens iuramenta, debet intelligi de confirmatorijs non assertorijs ætatis.*
5 *Minor iurando se maiorem in dolo præsumitur.*
6 *Minor iurando se maiorem excluditur à remedio restitutio. non nullitatis.*
7 *Doctori legenti, magis quàm consulenti credendum*
8 *Iuramentum, quo promittitur omnia habere rata, & grata, quid operetur?*

9 *Minor eadem facilitate iurat, sicut contrahit.*
10 *Autem dictio, est aduersatiua praecedentium.*
11 *Nullitatis exceptio nunquam censetur sublata.*
12 *Statuti Auenio. de contractibus minorum, vtilis. & amplis declara. per totam decis.*

DECISIO LXXVIII.

De contractu per minorem celebrato non seruata statuti solemnitate, nullo licet se maiorem dixerit, & iurauerit, casus nota. & difficilis.



NTONIVS Margues villæ insulæ Aueniοni contrahendo cū duplici iuramento, asserens se esse maiorem mutuo accepit à mulris creditoribus nūmos. Postea à Iuramentis dispensatus agit ad nullitatem contractuum ob non seruatas statuti Auenionis solennitates quæ sunt vt coram duobus consanguineis, vel iu-
1 diee contrahatur. Cum forensis † in hac ciuitate contrahendo debeat statuta ciuitatis obseruare. l. si fundus, ibi, ex consuetudine regionis, in qua negotium gestum est. ff. de euictio. Bart. in l. 1. num. 14. 15. C. de summa trinit. Alexand. consi. 37. num. 7. 9. lib. 2. de Afflict. deci. 226. vnde, cum sit minor, & sine iudice, vel consanguineis, contraxerit, nullos omnes fuisse contractus.

2 Creditores † contrà, quia iurauit, & affirmauit se esse maiorem sacramento corporaliter præstito. l. si alterius. versi. Si tamen. C. si minor se maiorem dixerit. vbi, duo ponuntur casus, primus, quando verbo tenus iurauit, & tunc excluditur à beneficio restitutionis, nisi per instrumentum, & non per testes, se minorem probaret. Si verò sacramento corporaliter præstito, nullū sibi superesse remedium. Ecce, quod dicit nullum loquendo generaliter, vt exeludat auxilium restitutionis, & nullitatis. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. c. si Romanorum. 19. dist. &c.

Hanc causam reportauit in consilium D. Ioan. Valentianus auditor, cuius tota difficultas pendet super intelligētia d. l. si alterius. quæ varios habet auctores,
3 & interpretes. Siquidem † Paul. de Cast. consi. 53. nu. 3. lib. 1. tenet, exclusum ab vtroque, cum vnum iuramentū sit assertiuum ætatis, alterum de futuro confirmatorium, quod virtute authen. sacramenta puberum. manet. Anchar. consi. 126. voluit minorem iurantem, & asserentem, voluisse partem decipere, cui
4 propterea non succurritur. quia † priuilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. c. priuilegium 11. quæst. 3. l. auxilium. ff. de mino. Ideo, statutum debet intelligi de iuramento confirmatorio, non assertiuo, de quo loquitur d. l. si alterius. cum ille casus non fuerit in statuto comprehensus. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. Panor. cons. 71. num. 7. lib. 1. censuit, ab vtroque fuisse exclusum auxilio, iuramentūmque seruandum. Ne iuramētum sit causa periurij, & perfidiæ l. 1. C. si aduer. vend. Cor. consi. 121. nu. 20. lib. 3. illam negatiuam (nullum) generaliter intelligendam, vt latiùs explicat Parisi. consi. 97. lib. 1. Bero. quæst. 47. lib. 3.
5 Præcipuum † istorum fundamentum est, quòd affirmando se maiorem, & iurando, in dolo præsumitur. l. qui enim. ff. de dolo. vt creditores decipiat. l. fine. C. ad Velleya. l. si decipiēdi. ff. eo. Ideo, nullum sibi superesse auxilium. d. l. si alterius. Quibus adde, hunc venisse ab Insula Auenionem, vt melius cum ignotis contraheret, & ab illis pecunias extorqueret. hinc Aret. consi. 73. col. 5. versiculo fatendum, voluit tales, qui exeunt à loco contrahendi gratia, non gaudere priuilegio. d. l. auxilium.
6 Alij † verò, & multò plures volunt solùm exclusum à remedio restitutionis, non nullitatis, de qua in d. l. verbū nullum, idque primus omnium notauit Ioan. And. Spec. tit. de senten. §. vt autem. nu. 5. versi. procedendum.

Ang. Perusi. consi. 160. versi. ex prædictis, ait gaudere beneficio statuti, nisi dolosè se minorem diceret, quod in dubio non præsumitur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. Imo, si emptor scire potuit eum esse minorem cum illo contrahendo tenebitur fructus restituere, eum sit malæfidei. l. certum. C. de rei vend. Roma. cons. 12. num. 5. posse agere ad nullitatem beneficio statuti. cum solùm fuerit exclusus à beneficio
7 restitutionis. per d. l. si alterius. Paul. de Cast. † in l. 1. num. 3. C. si minor se maio. dixerit. fuit opinionis iuramentum non excludere nullitatem, quæ nascitur ex defectu solennitatis. licet contrarium dixerit consulendo, vt suprà: cui magis credendū fuit in his, quæ legendo reliquit. in consiliis enim edendis nimium fuisse promptum testatur Alex. in l. quæ dotis. col. 4. ff. solut. mat. Sicut cōmuniter plus fidei datur legentibus, quàm consulentibus. propter lucrum, quod ex vili consilio producitur. lucri enim auiditas plerumque bonorum oculos cæcat. c. sunt in ecclesia. 8. q. 1. c. auaritiæ. de præben. de his Neuisa. in silua. lib. 5. nu. 27. Socin. consi. 61. lib. 1. dicebat, partem quæ omissis solemnitatibus contrahit videri tacitè periurium remittere, quando ipsa nullitas ex inspectione instrumenti apparet. auctore Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obliga. Soci. consi. 66. num. 28. lib. 1. Istos sequitur Barba. consi. 53. lib. 2. Soc. Iu. consi. 3. nu. 28. lib. 2. Cur. Iu. consi. 118. & consi. 119. Deci. in l. in eo quod plus. §. fin. ff. de reg. iur. dum limitat d. l. si alterius. vt per Ro. d. consi. 12. Cremen. singula. 162. Baue. de virib. iura. casu 82. num. 148. Beneintend. Deci. 47. in fin. vbi dicit hanc iudicando, & consulendo sequendam. Ruminal. in §. 2. nu. 28. 29. Instit. quib. aliena. licet, vel non. istos sequitur. vltra quos Rui. consi. 103. lib. 4. tandem concludit opinio. Ioan. And. esse veram, quam limitat vbi minor iuraret se esse maiorem, & promitteret omnia, & singula rata habere, & in nullo contrauenire. Quia, tunc videretur iurasse,
8 quod se minorem non allegaret: alioqui non † diceretur habere rata, & grata, gesta per eum postea rescinderet, teste Bar. in l. vbi pactum. Cod. de transact. Imò. & Alexan. in l. nemo potest. de lega. 1. & in l. Seius, & Augerius. ff. ad l. Falcid. Pan. in c. ad nostram. de empt. & vendi. qui dicunt iuramentum de non contrauueniendo licet non firmet contractum simulatum per gloss. in l. 3. Cod. plus valere quod agitur. Tamen vbi ille iuraret, & diceret omnia, & singula esse vera, & non contrauenire, non audiretur postea: quia propriam allegaret turpitudinem. vt voluit Bar. in l. alias. ff. de iureiurand. Ideo antequam audiretur deberet super vtroque iuramento dispensationem obtinere. ita Ruin. vbi suprà: vel quando constaret fuisse in dolo, vt Castren. d. consi. 53. Ideo dicebant creditores hunc fuisse in dolo iurando se maiorem, vt faciliùs ab ipsis pecunias consequeretur: hanc dissimulationem dolo proximam. l. 1. ff. de dolo. Ne velis alius videri quam sis mentiendo. l. falsus. §. si quis. ibi, qui verbis fraudem adhibuit, fallax est magis. ff. de fur. sicut de seruo, qui liberum se affirmauit. vt sibi pecunia crederetur. l. si quis vxori. §. seruus qui. ff. de furt. Iste etiam qui improbato more versatus est

in

in celanda ætate, non deberet audiri si se minorem dixerit.l.auxilium.ff.de mino. Cæterum concluditur contractus rescindendos.

9 Si † quidem eadem facilitate se obligauit, sicut affirmauit,& iurauit.not.Bart.in l. fin. §. idem quæsiit. ff.de condit.indebi.& in l.fin.C.ad Vellei.a Soci.consilio 94.num.16.lib.4.de Afflict.decis.220.num.6.

Nec dolus in eo præsumitur, quamuis ita iurauerit,& affirmauerit ætatis fragilitate lapsus,vt latè scribit Bart.in l. si quis cum aliter, & ibi Ias.ff.de verbo. oblig.idem Bart.in d.l.si alterius. num.1. in fin. Ang. d.consil.160.nu.5. Imò verò sunt ipsi creditores,qui præsumuntur esse in dolo contrahendo neglecta statuti solennitate.c.qui cõtra iura mercatur. de reg.iur. l.quemadmodũ.C.de agric.& censi.Rui.d.consil.54. nu.5.Cum iuuene consumpturo,& parum industrio. l.siquis cum sciret.ff.pro empt.l.si verò.§.si adolescẽs luxuriosus.ff. mand. Neus.consil.22.num.38.Parisi. consi.100.num.67.68.lib.1.Cache.decis.177.nu.6.7. Arguit etiam aliquid mali esse animi in eo, qui contrahentem secum,cogit iurare se esse maiorem,si dubitet,quare contrahit? l.sicut.C.de actio.& obliga. si expediebat, quare præscriptam legem non obseruat? Rip.respon.lib.2.cap.15. Alciat.in c. cum contingat. num.2.de iureiur.Dec.in l.qui cum alio.ff.de reg.iur. Sed ita fecisse creditur, ne facile latens detegetur sub pectore vulnus.arg.l.non existimo.ff.de admi.tut.l.fi. ff.de ritu nupt. Illud quoque magis adhuc confirmauit iudicium quod hodie etiã appareat ex inspectione corporis falsum asseuerasse illis, quibus minor ætas nocere poterat,qui propterea ita repẽtinè agere non debuerunt. l. minor xxv. annis adito præside. ff. de mino. Gram.decis.48,Bald.consil. 19. lib.5. Meno. de arbit.lib.2.centu.2.casu 157.

10 Et † si dixeris, si d.l.si alterius, solùm tollat remedium restitutionis, & non nullitatis, raro locum habere poterit,eum causa nullitatis sit longè fortior, & frequentior restitutione.l.nam,& postea.§. si minor. ff.de iureiur. & ita periurus contra iuramentum corporaliter præstitum remanebit immunis?

Resp. hanc fuisse Imperatoris mentem,quæ colligitur ex illa dictione (autem)in textu, posita,dum inquit, Huiusmodi autem sacramẽto corporaliter præstito, nullum tibi superesse auxilium: huius (autem) natura est,vt aduersetur his,quæ sunt eiusdẽ generis. Gloss.& Bart.in l.mariti.§.fin.ff.de adulte. Et cum in præcedenti dixerit, si minor se maiorem iuramento affirmauerit,excluditur à restitutione,nisi per instrumentum probaretur minor.Fallit quando corporaliter iuramentum præstaret,tunc enim nullum sibi superest auxilium,scilicet restiturionis,de qua fuerat in regula loquutus de nullitate verbum nullum, vt exceptio intelligatur secundum terminos regulæ l.nam quod liquidè.§.fi.de pœnu lega.Bart.in l.de his. ff.de leg.l.1.vbi Deci. & Cagno. ff.de reg.iur.Deci.consil. 656.nu.7.Bertr.consil.224.nu.4.lib.5. Huic accedit,

11 † quod exceptio nullitatis,in generali sermone nunquàm censeatur sublata.Ang.in l.nõ erit.§.dato. ff.de iureiur.Alex.consil.105.nu.4.lib.5.Feli.in c.ex parte. 2.nu.17.de offi.del.Deci.consi.38.nu.7.Nec illa,quæ ex facie contractus colligitur euidenter,cum sint notoria,& clara vt Rom.inquit consil.42.num.20.

12 Itaque cum statutum † præsumat talia iuramenta metu,& dolo extorta, noluerunt domini facere vim super illis, etiam sæpius præstitis, cum sint nulla ita disponente lege. Sicut dicta Authentica sacramenta puberum. excipit iuramenta per vim, & metum extorta.cap.quamuis pactum. de pact. lib.6. de Afflict. Deci.220. Ita vt tunc ex tali contractu nulla oriatur actio nec ciuilis,nec naturalis.teste Bart.in l.cum lex. num.4.ff. de fideiuss. Istæ sunt iuris præsumptiones, quæ liquidissimæ probationes dicuntur. l. licet Imperator.de leg.1.tanquam si ipsa rei veritas,ita se haberet,vt ait Panor. in c.is qui fidem. nu.4. de sponsa. Contra quas non admittuntur probationes,cum sint iuris & de iure. glo.& Bart.in l.fin.ff. quod me.cau.l. vni.§.1.C.de vxo.actio.Paris.consil.49.lib.3.consilio 100.num.70.lib.1.

Considerabant etiam iudices, si liceret per iuramenta assertiua ætatis, euitare statuti dispositionem, partim illa infirmaretur, redderetúrque illusoria, & quod vna via esset prohibitũ alia permitteretur.contra c.cum quid.de reg.iuris.l.fin.C. si mancip.ita væneat.Bart.in l.cum quis decedens.§.Titia.de leg.3.Et quia dispensatus agebat.vt s̄.diximus.

SVMMARIVM.

1 *Responsio ad articulos an fieri debeat semoto procuratore?*
2 *Rusticus sagax,non gaudet priuilegio rusticitatis.*
3 *Dominus respondendo articulis, tacitum facit mandatum.*
4 *Rusticus non excusatur ab expensis temerè litigando, sicut nec mulier,nec minor.*

DECISIO LXXIX.

Responsio ad articulos facienda semoto procuratore,nisi,ratio aliter suadeat. Expensa litis à quocunque soluuntur,& quid si sine mandato comparuerit procurator?

1 PETEBAT † procurator actoris, vt reus suis responderet articulis semoto procuratore pro veritate faciliùs eruẽda. Néve ab illo instrueretur,vt inquit gl.& Bart.in l.2.C.de iura calum.Reus cõtra,eum sit rusticus,facilis vt decipiatur. Ideo licere sibi aduocatũ habere in responsionib.c.dilecti. vbi Hostien.de iudi. Bart. & Alex. in l. si postulauerit.§. quæstioni.ff.de adulte. Socin.in l.1. num.8.de vulga.

2 Actor † replicabat nõ esse opus instructore, cum ille sit sagax, nasutus, non ex vili loco & abiecto, sed ex paterneusi. l. Atletæ. §. de rusticis.ff. de excusa.tuto. Deci.in l.si quis id quod. ff. de Iuris.om. iudi.& in c. super literis.nu.7.de rescr.Rip. de remediis præserua. nu.249. Tandem cõcluditur arbitrarium esse,autore Bart.in l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procur.Rui. consil.118.num.5.lib.5.Capi.Deci.143.num.5. Quia possunt esse rationabiles causæ,quibus quis nõ tenebatur respondere positionibus.vt cap.2. vbi gl.not:in verbo absque.de confes.lib.6.Ideo ostenditur istud in iudicis esse potestate.l.1.in fin.ff.de iure delib.In casu autem huiusmodi narrabatur in articulis longa facti diuersitas,cum varietate personarum,& temporis super hereditate Francisci Iay.Itaque,firmus opinionis posse secum habere aduocatum. Alioqui si merum factum in his contineretur, & proprium illius qui respondere cogitur,frustra (etiam a rustico) peteretur consilium, de se enim in Iudicio quis respondere debet.l.si sine.in fin.ff.de interrog.actio.Meno.de arbit. lib.2.centu.2.casu 194.nu.77.Beneintend. concl.14.

3 Huic finitima est alia † dubitatio,de rustico agente, qui non fundauerat iudicium, sed solum propria voce his spopõderat articulis, falso prosequẽte pro-

curatore, cõdemnatus an debeat litis expẽsas persoluere? Et videbatur procuratorem, qui se liti obtulerat, sine mandato. l. Plautius. ibi, cum sciret cautũ non esse. ff. de procur. l. 4. vbi Bart. & omnes. ff. de re iudic. l. nõ est ignotum. C. de admi. tut. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi not. Ias. hæc tamen cessant quando pats, sit procuratorem suo nomine litem agitare. arg. l. is, qui se obtulit. cum l. seq. ff. de rei vend. tunc enim inquit lex, non ab alio, sed à seipso decipitur: quia, non interest verbis aut factis præstare consensum. l. Paul. ff. rem ra. habe. l. de quibus. ff. de legib. Hinc dominus sciens procuratorem excedere fioes mandati & non contradicens, consentire videtur, & approbare. cap. fin. de iureiurand. lib. 6. not. glo. in c. cum olim. vbi Feli. num. 7. de offi. deleg. Ideo respondendo videbatur tacitè mandatum facere. Innoc. in cap. ex parte decani. de rescript. Roman. consil. 171. in princip. Alexand. in l. 2. §. voluntatem. col. 2. ver sic. de materia. ff. solut. matr. de Afflict. decis. 308. nu. 6. 7. 8. Tiraquel. de retract. consang. §. 3. glo. 3.
4 nu. 11. Et licet † rusticus ille sit, cui iura in plerisque parcere solent. d. l. si quis id quod. Meno. de arb. lib. 2. centu. 2. casu 194. num. 33. cum seq. tamen non excusatur ab expensis si malam foueat caosam. Purpu. in l. edita. num. 321. Deci. num. 96. C. de edend. Meno. vbi s. num. 28. Propter doli præsumptionem, quæ oritur contra illum, quòd temerè litigauerit. l. eum quem temerè. ff. de iudi. §. fin. Insti. de pœna temerè litigan. quæ generaliter loquontur, sicut non patitur mulieri, vel minori inconsultè litigantibus. l. sanximus. vbi Ias. C. de iud. Capel. Thol. q. 329. Rebuf. in tract. expensa. ar. 5. glo. vna. num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Mater binuba, quæ non petit tutorem an præferatur fratribus consanguineis?*

2 *Pœnæ contra nubentes secundò, non sunt sublatæ iure canonico, quæ fauorem liberorum concernunt.*

3 *Mater habet annum, vt faciat prouidere de tutore liberis.*

DECISIO LXXX.

Mater binuba non petito tutore, nec redditis rationibus non priuatur fily successione si nulli extent liberi, & qualiter?



ISNARDVS Iay de Paternis ex primo matrimonio habuit Thomã, ex secundo cum Ioanna Iuliana Franciscũ. Moritur Franciscus post mortem Isnardi, relicta matre, & Thoma fratre consanguineo, dubitatũ fuit me relatore, quis Francisco succedet, matérne, vel frater? qui videbatur matri præferendus, cum tutrix debuisset priùs tutelæ rationem reddere, reliqua præstare, tutorémque petere, quod cum nõ fecerit actio sibi deneganda est. l. omnem. C. ad Tertull. authent. eisdem pœnis. C. de secund. nupt. Debebat etenim petere apud magistratus quibus ius dandi cõpetit, vt filio de tutore prouideretur, & non tam festinanter ad secundas currere nuptias. Pro qua, & tam odiosa præcipitatione a lege filij successione priuatur, & alios vocat, ac si mater ipsa non esset. l. a. §. mater. & §. confestim. ff. ad Tertul. l. fin. C. de legi. hæredi. huic seruiet, quod vulgò dicitur, satiùs esse recurrere, quàm currere malè. l. vt gradatim. ff. de muneri. & honori.

2 Neque excusaretur † si dicat, iure canonico pœnas contra secundò nubentes esse sublatas. cap. 1. & 2. de secund. nupt. siquidem illæ semper remanent, quæ filiorum vtilitatẽ respiciunt. vt volunt omnes, in præallega. iurib. & in d. authen. eisdem pœnis Deci. consi. 230. Bertr. consil. 280. lib. 2. & consil. 190. lib. 3. Nec sufficeret si alterũ ipsa adimpleret, cum lex vtrumq; requirat, quod reddat rationes, & tutorem petat. d. l. omnem. Bertrand. consil. 31. num. 4. lib. 2.

Domina Iuliana fatebatur incõsultè quidem festinasse ad nuptias, mulierum more, quæ post factum, consilium capiunt. Cum sit leuis iste sexus, & mutabilis. c. forus. §. fin. de verb. signif. Tiraquel. in l. 9. connubia. num. 130. Cui propterea iura fauere solent in
3 multis iuris articulis. Credebat etiam † quãdo ex isto matrimonio alij extarent liberi fratres defuncti, ex vtroque latere hoc casu matri præferendos, sed illis deficientibus præferẽdam matrem: per authen. ex testamento. C. secund. nupt. vt scribit Aug. in §. 1. in autheo. de non eli. secundo nub. col. 1. Reprobata gl. in d. authen. ex testamento. communem sequendo opinio. Bart. consil. 54. in fin. Ancha. consi. 279. Alexand. consil. 3. nu. 4. lib. 7. & consil. 63. nu. 4. lib. 5. vbi ait. §. illud. l. fœminæ. esse incorrectum, nullis extantibus ex primo matrimonio liberis, quorum fauore excluditur mater. Deci. in c. ecclesia. col. 4. versi. Item intellige. de const. Bertr. consil. 133. lib. 1. de Afflict. decis. 75. de Garto. in d. authen. ex testamento. num. 46. cessante enim persona propter quam priuilegium cõceditur, cessat priuilegium. l. Titia. §. vsuras de lega. 2. l. ex qua persona. ff. de reg. Iuris. tandem fauore matris votum dedimus, quia etiam constabat pupillum, modico post contractas nuptias tẽpore decessisse. Mater autẽ habet annũ vt tutorem petat. §. sed quemadmodũ. Insti. ad Tertul. vbi Aug. dicit se sæpius ita consuluisse. patet consi. 166. Soci. Iu. consil. 119. Rui. cõsil. 8. lib. 3. Alex. cõsil. 185. nu. 10. lib. 6. & ibi Moli. Et sic festinata mors filij, festinatas matris excusauit nuptias.

SVMMARIVM.

1 *Clausula testamentaria derogatoria, non tollitur per alteram generalem.*

2 *Instrumentũ suspectum dicitur quando à notario mortuo, & testibus defunctis.*

3 *Clausula derogatoria, an possit fieri sine testamento?*

4 *Clausula deroga. quæ respicit impotentiam testatoris non valet.*

DECISIO LXXXI.

De hærede in possessionem mittendo non obstante clausula derogatoria extra testamentum proposita.



DOMINVS Petrus de Panissis Præses curiæ supremæ rationũ regiarum Mõrispesuli petebat se mitti in possess. omniũ bonorum, quæ fuerant quoodam Dominici sui fratris, qui illum hæredem instituerat. Ostendens testamentum non vitiatum, &c. iuxta l. fi. C. de edict. Diui Adna. Compareт Thomas de Panissis Dominus Albignani eques auratus regius, dicens se esse legitimum contradictorem. Et habere aliud testamentum, in quo testator quõdam dominum Iosephum de Panissis, Præpositum Ecclesiæ Cauaßicen. fecerat hæredem, eique substituerat Iosephum eiusdem Thomæ filium velléque docere de inualiditate posterioris. Et

ob id

ubi id differendam immissionem. d.l.fin. ibi. causæ in possess.missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur. Et ei possessio acquiratur, qui potiora iura ostenderit.

D.Petrus, has exceptiones egere altiori indagine, & in hoc summario non esse admittendas.l.2.C.eod. Alius verò se velle probare in promptu, & breuem sibi dari dilationem. iuxta l.ille à quo. §. si de testamento.ff.ad Trebel.l.is à quo.ff.vt in possess.leg.glo. & Bart. in d. l. 2. Et cum fuisset datus terminus Domino Thomæ trium dierum produxit illud prius testamentum, in quo apparebat de iam dicta institutione, & substitutione. Et quandam scripturam in qua Dominicus quindecim mensibus ante posterius, declarabat coram notario, & testibus, se velle primum valere, licet posterius postea faceret, nisi in eo posita essent ista verba, Deus misereatur nostri, &c. Ideò, cum omissa fuissent in posteriori nullũ esse. l. si quis in principio testamenti. de lega.3. Non obstante generali clausula, quæ communiter apponitur, Cassans, reuocans, &c. quia specialis præscripta, necessaria est. teste Cor.consil.68.nu.17.lib.3.Guid.Pap.consil.64. Nata in repet.authen.hoc inter liberos.num.29.cum sequent.C.de testam.Rub.consil.24.nu.4. licet Alex. distinguat consil.134.nu.15.& in fin.lib.1. Sed prior sententia verior dicitur, & communis, vt Iul.Cla.aduertit in §.testamento.quæst.99.

2 Respondebat D. Petrus, actum † huiusmodi sibi esse suspectum, compositum à notario mortuo, & coram defunctis testibus, vt præsumit Alex. consil.77. num.2.lib.1.Cra.consil.28.nu.7. & consil.249.nu.8. Meno.de arbi.iud.lib.2.centu.2.casu 187.num.44. vt latiùs, loco, & tempore: sed interea instabat, vt in possessionem mitteretur. Dominus Albignani, in promptu probasse intentionem suam, & coniungendo primum testamentum cum illa derogatione apparere, posterius non sustulisse primum, & consequenter vitiatum fuisse posterius: cuius virtute petit possessionem bonorum. Et si dicat velle probare contrarium, probatio illa eget altiori indagine. debet supersede. possess. immissionem, cum facto suo, illa difficultas probationis contingat. Quia, allegat, & deducit, quæ egent latiori indagine. hinc dicimus dilationem non currere, quãdu facto aduersarij nascitur impedimentum. teste Bart.in l.fin.ff.de feriis. in l.siue pars. C.de dilatio.Lap.alleg.80.num.7.Rebuf. tit. de dila.ar.11. glo.vni.num.6.ad regias ordina.

3 Ista causa † fuerat proposita in consilio per R. D. Præsidem, & cum de re graui ageretur, vota in sequentem diem remissa fuere. Tandem omnes domini fuerunt opinionis, hanc derogationem, non potuisse impedire futurũ testamentum, licet in eo, clausulæ non fieret commemoratio. Si quidem, istæ derogatoriæ (secundum communes iuris regulas) fieri solent in testamentis, vel codicillis.d.l.si quis in principio testamenti.l. si mihi, & tibi. §.fin.de leg.2. Ista autem, cum fuerit concepta coram notario, & duobus testibus, non debuit tollere testamentum, postea solemniter factum.l.hæredes palam.§. si quis post. ff. de testam. Et in omni vltima voluntate, excepto testamento quinque testes interuenire debeant. l. fin. C.de codi.l.fin.C.de dona. caus.mor. Et ita non poterat dici vltimæ voluntatis actus propter defectum testium.

Deinde considerauerunt iudices eandem esse necessariam solemnitatem in destruendo, quanta fuit in construendo.l.nihil tam naturale. ff.de reg.iur.c.1. eod.Hinc videmus, si coram septem testibus quis dicat se fecisse testamẽtum, & velle illud reuocare, non valere reuocationem, nisi aliud faciat. Bat.in l.si iure. num. 3. de lega. 3. Cuius est communis opin. teste Alexand.consil.159.nu.8.lib.7. Clar. in verbo testamentum.q.91. Nisi cócurrat tempus decennij iuxta terminos.l.sanximus.C.de test. Computãdo decennium à tempore reuocationis vsque ad mortem testatoris, non à tempore primi testamenti, contra glo. in d.l.sanximus. vt Guid.Pap.q.200. Si ergo non valeat reuocatio iam facti testamenti, etiam solemniter. Ita minùs valere debet reuocatio futuri testamenti facta corã imperfecto testium numero, vt valeat.arg. de maiori ad minus negatiuè. l. non debet. ff.de reg. Iuris.l.qui indignus.ff. de sena. Necnon de præterito ad futurum.c.scribam.de præsum.

Præterea, ista derogatio continebat impotentiam testandi, dicẽdo, se nolle posse reuocare. Cum sit concipienda per verba voluntatis, puta si cõdidero aliud testamentum nolo valere, nisi &c. Quia, nemo potest sibi liberam testandi facultatem auferre.l.stipulatio hoc modo. ff.de verbo. oblig.etiam si ita iuraret. Panorm.consil.41.num.2.lib.2. Alex. consi.18.nu.2. lib.2.Rip.in c.cum M.nu.71.de consti.vbi dicit commu.Cor.consi.86. num.18.lib:3.Clar.in §.testamentum.q.94.nu.3.Ideo cócluditur, mittendũ in possess. non obstante derogatione, in petitorio reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis reciperandæ agi potest contra modernum successorem, licet nunquam solueris.*
2 *Pensio soluenda, etiam si nullitas allegetur.*
3 *Pensio soluenda, etiam non leuatis bullis.*

DECISIO LXXXII.

Pro pensione possessorio agi potest contra modernum titularium, etiam bullis non leuatis, & allegata nullitate.

GEBAT D. Iacobus Palis præpositus ecclesiæ sancti Desiderij Auenio. possessorio recoperandæ pensionis impositæ super vno canonicatu, & præbẽda eiusdem ecclesiæ, cõtra D.Petrum Iuuenem canonicum. Qui dicebat se esse tertiũ possess. nihil promisisse, nunquam soluisse, & aduersariũ non esse in posses.exigendi ab ipso, licet à suo prædecessore exegerit. Mutatam personã mutasse obligationem. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Et res inter alios acta, tertio non facere præiudicium.l.1.& toti. C.res inter alios acta.l.sæpe.ff.de re iudi. Cõtrarium visum est Iudicibus. Quia, ius actoris ex mutatione personæ non mutatur, neque amittitur, sed saluum remanet.l.2.§.ex his.ff.de verb.obliga. Cum præsertim, in officiis, & ecclesiæ dignitatibus successor & præcessor eadem persona præsumatur. cap. quoniam abbas. de offi. delega. Non moriatur officium, sed semper viuat.c.si gratiosè. de rescript. lib.6.l.proponebatur.ff. de iudi. Et licet nunquam soluerit, tamen cum priuetur actor sua ciuili posses. quam semper in animo retinuit, per denegationem quam facit modernus successor. verè dicitur spoliari. c. querelam. de electio. si quidem possessio in istis iuribus incorporalibus circa fructuum perceptionem cõsistit.l.bonæfidei.ff.de acquir.rerum domi.notat Bart.l.iusto. §. non mutat.ff. de vsucap.Balb.in tract.præs.2.part.4.par.nu.18.cum seq. & latiùs explicat Guid.Pap. quæst.629. Idem in

nouo

nóuo beneficij possessore, licet nunquam exegerit, vel fuerij in posses. exigendi. Rota. decis. 1. de restit. spol.in nouis. Cum ecclesia ipsius nomine possideat. Rota deci. 3.in antiq.eod. tit.

2 Secundò † allegabar pésionem fuisse nulliter impositá contra decreta sacri Tridentini Concilij. Cum illa præbenda nullos cótinear fructus, sed solas quotidianas distributiones, quæ horis sacris interessentibus datur. vt nota. Quinti. Manda. super signa.gratiæ, in verbo, si neutri. versic. pensiones. ratò scilicet fieri tales impetrationes, nisi ex magna causa, & gratia. cum illæ distributiones solis interessentibus dentur. c.licet.de præben.c.vni.de cleri. non residen. libro 6. Rota decis.306.& 766.in antiq.

His non obstantib. cócluditur interea pensionem esse soluendam, licet quæstio super nullitate proponeretur. vt Gigas de pensio. q.35. num.9. Staphi. de signa.iusti fol.282.nu.4. Gomes in compend. vtriusque signa.prope fin. Cassado.de resti.decis.10.num.2.

3 Vltimò, reus † allegabat actorem non posse agere cum non appareat de impositione pensionis, nisi per solam signaturam, & non per expeditas literas, & regulam cancellariæ prohibere iudicandum iuxta formam supplicationis. vt patet in ea. Quia aute confectionem literarum gratia apostolica sit informis, & incompleta: quæ propterea non facit fidem, vt Bellameta decis.747. Oldra.consi.324.num.5. fuit dictum, potuisse agere possessorio recuperandæ, ex sola ipsius signaturę probatione. Si quidem in hoc iudicio summario non agitur de canonizatoria, seu adiudicatoria causa, sed solum de tollenda molestia illata, per quod quidem remedium nihil spoliato de nouo tribuitur, sed tantum vt in eo statu, in quo priùs erat, conseruetur, in odium spoliantis. cap. sæpe. de resti.spolia. Cassa.de resti.spolia.decis.vltim. Gome.super regula, de noo iudican.iuxta for.litera.quæst.5. Cachera.decis.99.num.5.

S V M M A R I V M.

1 *Cantela ad impediendum examen de futuro.*
2 *Testes examinantur ad futurum, quando adhuc actio non competit actori.*
3 *Testes, quales esse oporteat quando examinantur de futuro, arbitrarium.*

DECISIO LXXXIII.

De testibus ad futurã rei memoriam examinandis.


Obilis Ægidius de Marcoys petebat suos testes examinari ad futurá rei memoriá, super prioritate donationis sibi per vxoré factæ matrimonio constante. Alij, quibus, & ipsa similiter do-
1 nauerat se opponit, & id fieri non debere. Cum † via ordinaria possit agere, & litem cótestari, nó esse opus isto extraordinario examine, vbi ordinarium locum habere potest. l.in causæ.§.fin.ff.de mino. l.eius militis.§.si militia missus.ff.de testam.mili. actorem posse quandocunque velit agere, & vbi egerit, respoodebunt. l.purè.§.fin.ff.de except.doli. Bart. Bald. Salic.& Albert.in authen.si quis.C.de testi. Et Aug.in §.fi.in
2 authen. de testi. Dat cautelam, † quando actor petit examinari testes, propter absentiá, vel valetudinem, dicat reus, & se offerat paratum iudicium suscipere, & velle litigare, & tunc non est opus isto examine. probat Deci.consil.302.num.7. Cano.in c. quoniam frequenter. vt lite non contesta. vbi Feli.num.8. Alius, nihilominus hoc ibi concedendum instabat, & actionem sibi adhuc non competere ad agendum. Iúsque suum pendere sub conditione, si vxor prædecedat. damnosum fore expectare códitionem, quia possent testes interea mori, vel longa se absentare peregrinatione. vt probat l.in l.Aquil.si deletum.ff.ad l.Aquil. Concluditur testes examinandos, saluis obiectibus. teste Ang.in d. §.fi. Ne interea pereant probationes, si conditio expectaretur: docet Cor.consil.119. vers. deuenio ad secundum.& consi.172.lib.2. Pari.consi. 24.num.1. lib.3. Et ita commoniter obseruari docet Portius consil.29.nu.3. Sali.in d.authen.si quis versi.
3 quæto.3. Fatemur tameo † arbitrarium esse, quos, & quales testes esse oporteat vt in hoc examinentur iudicio, & ratiooe ætatis, valetudinis, vel absentiæ. vt laté Panormit. in d.cap.quoniam. num.19. Meno.de arbit.lib.2.centu.1.casu 60.61.62.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto disponente stantibus masculis, nepos ex filio fœminas excludit.*
2 *Nepos facit, ne maritus lucretur dotem ex pacto matrimoniali.*
3 *Nepos facit, deficere conditionem si sine liberis.*
4 *Ex dictio, causam proximam denotat. & num 8.*
5 *Primo genito facta donatio, an extendatur ad nepotem contra patruum secundo genitum?*
6 *L. Lucius. ff. de hæredi. Instit. vtilis declara. contra Chassa.*
7 *Liberorum appellatione. & nepotes continentur.*

DECISIO LXXXIIII.

Donatio facta filio, & si sine liberis ad donantem reuertatur, non reuertetur si donataria decesserit relicto nepote. casus pulcherri.


Omina Gabriela Arebeleta in donatione, quam fecerat Margaretæ de Renis filiæ suæ ducentorum aureorum contemplatione matrimonij, cum Domino Francisco Saurino doctore contracti, conuenerat, si Margareta decederet sine filiis legitimis, & naturalibus ex dicto matrimonio procreandis, donatio reuerteretur ad donantem, & suos. Margareta, ex illo matri. habuit Antonium qui mortuus est relicto Ioanne filio, & Margareta matre, dubitatum fuit an donatio reuertatur ad Gabrielam donátem, ex eo, quod Margareta mortua est relicto nepote ex filio. Ista causa fuit in Senatu recitata per R.D.Præsidem, quæ latas haber habenas. & est difficilis, an appellatione filij veniat nepos, de qua per Barr.in l.liberorú. ff.de verbor.signif.doct. in l.Gallus.§.instituens. & in c.Raynoutius. passim, & vbique cuius etiam cognitio plurimum vtilitatis affert, ad intelligentiam statutorum, quibus cauetur, Stantibus filiis, filias non succedere. Et si supersit ex filio nepos, locum esse statuto concludit Bart.in d.l.liberorum.nu.12. Fulgo. consil.71. Panor.consil.75.lib.1.Rui.consil.73.lib.3. Ias.in d.§. instituens. num. 17. cum seqoent. fauore agnationis
2 cooseruandæ. Et † aliarum multarum dispositionum, vt in pactis matrimonialibus, si caueretur decedente vxore sine filiis, maritus lucraretur dotem, vel partem dotis, si nepotem relinqueret excluderetur maritus, teste Rom.consil.129.Rui.consi.63. nu.5.lib.3. Phanu.de lucro do.Glo.5.in verbo, sine liberis.num. 27.28. & hanc esse communem.

Similiter,

3 Similiter, in † testamentis, & substitutionibus. Si institutus sine filiis decedat, relicto nepote substitutus excluderetur, vt consuluit Alexand. consi. 1. lib. 1. & ibi Molin. quando scilicet in plurali, & indefinitè, non ad certas personas verbum filiis esset prolatum, propter eandem rationem, quæ militaret in nepotibus, vt idem Alex. consil. 5. num. 2. cum seq consi. 20. lib. 3. consil. 56. lib. 5. consil. 37. lib. 6. Deci. consil. 391. num. 5. Ias. consil. 52. lib. 3. Rub. consil. 28. consil. 47. Bertr. consil. 196. lib. 2. licet Rom. consil. 438. & Deci. consil. 95. velint cõtrarium, tamen præcedens præualet opinio. vt per Franciſ. Manti. lib. 11. tit. 8. num. 10.

Alia, & grauis admodum nascitur quæstio, si primogenitus moriatur relicto nepote viuo adhuc auo, & altero filio, id est, patruo, quis præferetur, an nepos, vel patruus? hoc mare magnum dicitur, in quo vix reperitur fundus, vt latè per cano. in c. grandi. de supplen. neg. præla. Deci. consi. 443. & latiſ. per Tiraq. in tract. primogenio. q. 40.

Nos autem loquimur de donatione, & pacto, in quo strictius agitur. l. quicquid astringẽdæ. ff. de verb. obliga. Et cum loquatur de filiis, non debet extendi ad nepotes. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. Aliter enim filios aliter nepotes appellamus. l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. l. 1. §. quæritur. ff. de ventre inspi. d. l. Gallus. §. 1. & §. instituens, existentes in diuersis gradibus. l. 1. §. 1. gradu. ff. de gradi. affini. & qui primo gradu existit magis præsumitur dilectus. l. Publius. ff. de cond. & demonstr. §. intestatorum. Insti. de hæred. quæ ab intest. deferun.

4 Et † quia dicitur in pacto, ex eodem matrimonio procreandis. Dictio (ex) causam proximam, & immediatam continet, & denotat. l. nõ dubium. C. de legib. Leo tempore. ff. de pecul. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. licet contrarium probet, cum dicat, si ex adiacentibus, & mediatis prædus fuerit aliquid amissum, illi edicto locum esse. Itaque, nepos non dicitur immediatè ex illo matrimonio procreatus, sed mediatè, hac ratione motus Bart. consil. 135. cõsuluit maritum debere lucrari dotem, licet superſit ex filia nepos: quia non dicitur natus ex eodem matrimonio. Idem Alexand. consil. 56. num. 3. lib. 5. Guid. Pap. quæst. 353. Alioquin frustra diceretur ex proprio corpore. de Rip. de rescript. respons. libro 2. cap. 36. num. 20. dicit nepotem non posse dici procreatum ex corpore aui, nec ex illius matrimonio, licet omnes descendamus ex Adam, non tamen ex matrimonio Adæ nati dicimur. l. nam, & ciuium. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris, vbi distincta sunt matrimonia patris, & filij.

5 D. Bartho. Chassa. consil. 53. cõcludit, filium † primogeniti excludendum, & secundo genitum admittendum, in donatione quam fecerat mater primò genito, ex illo matrimonio nascituro, & eo moriente dabat secundo genito. Ex eo, quod, qualitas primò geniti nascituri ex illo matrimonio cessat in eius filio, ideo cessare debet dispositio l. 4. §. totiens. ff. de damn. infecto. l. non aliter. de lega. 3. & pactum, quod vno loquitur, ad alterum non esse extendendum. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Socin. consil. 51. nu. 7. lib. 1. Pariſ. consil. 91. lib. 3.

Vnde dicebat hæres Archeletæ Antonium nõ potuisse transmittere in Ioannem filium, ius istud donationis. Cum viuẽte Margareta matre ipse nihil haberet, & ius suum sub conditione penderet. l. vni. §. sin autem sub cõditione. C. de caduc. tollend. Antonium in conditione positum, non esse in dispositione. l. Lucius. ff. de hæred. insti. l. filiusfam. §. cum quis. de leg. 1.

Pro parte verò nepotis multa allegari possent. Sed illa solùm vrgere videbantur, quibus cauetur appellatione liberorum venire nepotes. d. l. liberorum. l. iusta. eod. tit. l. senatusconsulto. ff. de ritu nupt. Beneficium datum filiis, transire ad nepotes. l. milites. C. de quæstionib. l. decurionum. C. de pœnis. Et sublato filio, nepotem in eius locum transire, & subrogari. l. posthumorum. ff. de iniusto rupto. §. posthumorum. Instit. de exhæred. libero. Subrogatum sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. §. fuerat. Iust. de actio. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

6 Probatur † hæc conclusio. l. Lucius. ff. de hæred. instituen. ibi, si filium à se natum non habuerit, iuncto fin. Non solum fratrem prætulit substitutis, sed eius liberos, ecce, quod filij, & nepotes dicuntur ex ipso fratre nati, ad exclusionem substituti, quia in substitutione solum posuerat filium, vel filiam, deinde declarando dicit, testatorem prætulisse non solum fratrem hæredem substitutis, sed fratris liberos, quodquidem verbum tãquam collectiuum nepotes complectitur. d. l. liberorum. vnde Chass. in d. consil. 53. num. 34. male (vt pace dixerim) intellexit d. l. Lucius, quæ non loquitur de filiis testatoris, sed fratris instituti, & grauati. Forsitan hoc vitium potuit accidere librariorum culpa, vel incuria transcribentis. Alioqui, diceretur statim in ipso legis ingressu peccare, quod vulgò dicitur, In limine deficere, aut offendere. Cuius meminit Quintil. Curt. lib. 6.

7 Vlterius, † disponens loquendo de filiis, etiam de nepotibus cogitasse videbatur. l. cum auus. de condit. & demonstr. l. cum accutissimi. C. de fideicom. Cum similis, & ferè eadem militet ratio, quæ in filiis primo vocatis, iuxta Gloss. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. præsertim in conditionalibus dispositionibus, vt inquit Socin. consil. 14. num. 2. 3. lib. 1. vbi, etiam si frater instituat sororem, & si sine liberis decesserit substituat monasterium, relicto nepote excluditur monasterium. Molin. in addi. ad dictum consil. Alex. 1. huius opinionis fuit Bald. in l. 1. C. de condi. inser. vbi dicit, immediatum esse illud, quod per rerũ naturam continuatur. d. l. cum accutissimi. cap. 1. §. filia. de feudi success. Paul. de Cast. consil. 164. lib. 2. vult nepotem esse subrogatum in locum patris sui, & ius quod habebat pater, trãsire de persona, in personam, arg. l. si seruus communis meus. §. fin. ff. de stipul. s. seruor. Nepotem esse portionẽ paterni corporis, &c. Bertrand. consil. 82. num. 15. lib. 3. respondet obiectui, qui fit de dictione, ex, nempe, nepotem videri natũ ex matrimonio patris, & ex proprio ipsius corpore, auctoritate Diui Matth. in lib. generationis D. N. Iesu Christi, vbi dicitur Ioram genuisse Oziam, licet fuerit tres reges intermedij. Idem Gofred. in l. solemus. num. 6. de condit. & demonstr. Socin. consilio 51. num. 10. tit. 4. consil. 73. num. 20. eod. lib. Roland. à Valle quæst. 56. num. 7. Roman. consilio 129. Ruin. consil. 63. lib. 5. Pariſ. consil. 18. lib. 2. Curt. Iun. in authent. præterea. C. vnde vir, & vxor, & hæc communis dicitur, vt de Rip. in l. hæredes mei. §. si quis ita. ff. ad Trebell.

8 Fuit conclusum, defecisse conditionem fauore Ioan. nepotis, in quo eadem militat ratio. & de illo cogitasse videbatur auia vtendo plurali numero, sine vlla personarum restrictione. vt Bald. consil. 186. lib. 4. Alex. consil. 9. lib. 1. Gosadi. consil. 59. Cor. consilio 207. lib. 2. Bened. Capra qui respondet obiectib. consilio 22. col. 2. quibus adde Socin. consi. 152. num. 18. lib. 2. Tiraquel. de primogeniis. q. 40. num. 24. Phanu. de lucro do. Glo. 5. num. 21.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem non datur contra hæredes tutoris, qui non fecit inuentarium.*
2 *Iuramentum in litem non datur hæredibus pupilli.*
3 *Iudex in re dubia potest cogere partes ad concordiam.*

DECISIO LXXXV.

Iuramentum in litem non datur hæredibus, nec contra hæredes.



TVTOR qui non fecerat inuentariũ mortuus erat relictis hæredibus, similiter, & pupillus: quærebatur quo remedio prouideretur pupilli hæredibus, pro recuperandis bonis, maximè mobilibus, de quibus non apparebat.

Licet iuretur in litem contra tutorem, qui repertorium non fecit. l. tutor qui. ff. de admi. tu. l. tutoris. C. eod. l. 1. C. arbi. tutel. tamen contra eius hæredes, si in dolo non fuerint alio iure vtimur. l. alio. C. de in litem iurand. vel, nisi fuerit lis contestata, autore Bar. in l. in actionib. col. pen. versi. 2. quæro. ff. de in litem iurand. Item, quo modo iuraret pupillus, etiam factus maior, cum nesciat, quæ, & qualia bona reliquerit pater: anceps diceretur huiusmodi iuramentũ, quod lex non permittit assumere. l. videamus. §. graue. ff. eo. Idem in eius hærede, si de facto alieno iuraret. l. Mar-
2 cellus. ff. rerum amota. quod † tamen absurdum videtur, tutorem ex dolo suo, siue lata culpa commodum sentire, contra l. itaque Fullo. ff. de fur. c. nemo. de reg. iuris. lib. 6. & cum aliena iactura fieri ditiorem. l. nam & natura. ff. de condic. indeb. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testam.

Imperator in l. 2. C. eod. hunc videtur decidere casum dum vult, iudicem debere cognoscere de veritate bonorum argumẽtis, & aliis probationibus. Cuius tamen decisio nihil noui adfert. Cum via probationis nunquam sit exclusa. l. quoniam. C. de hęret. l. qui accusare. C. de edend. Liceatq; iure ordinario, in quacunque causa probare instrumentis, vel aliis probationibus. c. 1. vbi latè Deci. num. 13. de proba.

Vlterius, illud nos retinebat, quod mortui erãt testes iam à longo tempore, & ita deficiebãt probationes pupilli hæredibus, vnus nostrorum dicebat hæredẽ tutoris teneri exonerare animã defuncti, etiam si nihil ad ipsum peruenisset. l. quod in hæredẽ. ff. de calum. l. 1. C. ex delic. defuncto. Roder. allega. 26. Sed quid, & quantum incerti sumus. Alij, cõdemnandum hæredem restituere mobilia, iuxta qualitatẽ & conditionem defuncti, & sicut habere solent eiusdem artis artifices, habito expertorum iudicio. Sed eadem remanet difficultas probationis. Cum inter artifices lata sit differentia. l. inter. ff. de solut. agatúrque super ignotis corporibus. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. Et ita vni, vel alteri fieret præiudicium.

3 Vnde, † in hoc ancipiti loco positi, mediam viam eligentes, vocatis coram nobis partibus, illas ad concordiam reduximus, ex bono, & æquo, vtrique consulendo pacem dedimus. Sicut potest aliquando iudex facere, in dubiis opinionibus. & cogere partes ad compromissum vel ad concordiam. c. placuit. 90. distinct. licet nemo cogatur compromittere. l. sed, & si. §. si iudex. ff. de arbit. c. cum tempore. eod. tit. Fallit in his casibus. Paul. Alexan. Ias. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. peta. de Afflict. de 1s. 149. nu. 6. Hypol. consil. 8. per to. de Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de noui ope. nun.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quandoque trahitur ad præterita.*
2 *Statutum an possit inducere præscriptionem cum malæ fide?*
3 *Statutum aliquando potest iudicare præs. in sciente rem esse alienam. & num. 6.*
4 *Statutum de non exigendis debitis post tres annos, durum. & num. 10.*
5 *Statutum de non exigendis debitis, debet locum habere in hærede debitoris, non contra hæredem creditoris. num. 9.*
7 *Peccare non dicitur, qui auctoritate canonis peccat.*

DECISIO LXXXVI.

Declaratio statuti Auenionis, quo cauetur mercatores non posse petere credita post tres annos. casus vtilis.



SVPER statuto huius ciuitatis, quo cauetur mercatores, & alios artifices nõ posse post triennium petere eorũ credita, quæ ex venditione mercium cõtraxerunt, nisi interpellauerint, &c. Dubium nascitur, cum fuerit publicatum Anno 1570. an trahatur ad illas summas, quæ ante publicationem à mercatoribus contractæ fuerant, & adhuc sunt debitæ? non intra triennium exactæ? videbatur ad futuras trahendum secundum naturam nouæ legis, & constitutionis. l. leges. C. de legib. c. 2. & cap. fin. de consti. Contrarium iudicauimus. Quia, vbi post nouam legem habitur tempus ab ea præfixum, etiam ad præterita locum habet veluti, si dicat possessorem posse præscribere rem quinque annis, si ante statutum possedisset per duos annos, postea quinque annis possidendo, vsucapiet. Ita, & in præteritis debitis, quorum præscriptio incipiet currere post statutum. teste Bart. in l. omnes populi. nu. 46. de iusti. & iure. Feli. in d. cap. fin. in 6. fallen.

2 Secundò, † an talis præscriptio debiti, locum habeat in ipsomet debitore, qui merces accepit, vel eius hærede? Aliqui dicebãt solùm prodesse hæredi. Cum is, qui accepit sit malæ fidei, sciens se debere, qui non potest præscribere. capit. fin. de præscript. Et ita sæpius iudicatum in curia sedente Illustriss. Cardinali, inter cæteros, petente Laurentio Roreto aromatario contra quendam nobilem, qui fuit cõdemnatus non obstante lapsu tricennali, nobis præsentibus, & votantibus.

3 Non carent † difficultate similia statuta, quæ dominos suis rebus priuant, & vocant malæfidei possessores, vt not. Barr in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. in l. fin. ff quemadmo. seru. amit. in l. hæc autem iura. ff. de serui. vrba. prædio. Panormit. in cap. fin. de præscript. qui dicunt, statutum valere, in odium creditorum non petentium infra præscriptum tempus. probat Cor. consil. 277. lib. 4. Idem statuit Ludouicus 12. Franco. rex artic. 68. nisi petierint infra sex menses excludantur. Rebuff. titu. de mercato. minu. vendentibus, artic. 1. Glo. 18. Mercenarij verò vel famuli, salaria petentes, post annũ à die quo dominum reliquerunt non audiuntur. Idem Rebuf. de famulo. salariis. Gloss. 9. Contraria tamen æquior est opinio, vt ipsemet Barr. sibi contrarius decidit. in d. l. omnes populi. in 2. quæst. 3. quæst. princip. Cum alia, peccatum nutriat & faueat mala fide possidentibus, contra omnia iura, quæ clamant aduersus dolosos possessores. c. peccatum non dimittitur. de reg. iuris. vt Imo. latiùs explicat in d. §. si viam. Alex. consil. 69. num. 13. lib. 3.

lib.3.& consi.99.num.2.lib.4.Balb.de præs.2.part.3. par.num.71.

4 Itaque † si lege municipali caueretur, vt sciens se debere, certo tempore præscriberet, non valeret tanquam iniqua, ne possessor eum aliena iactura locupletetur, sciendo alienum. d.c.si Bertran.consi.46.lib.3.Capel.quæst.74. & hanc communem esse Rip. asserit in l.nemo potest.nu.116.Molineus verò in consuetu.Paris.§.68.& in addi.ad consi.Alexan.99.lib.4. putat statutum valere, & quod sola scientia debiti in persona debitoris, non inducat malam fidem, sed positiua eius mala fides, veluti, si celaret debitum, si creditor illi gratiam continuaret, non petendo, vel aliis modis debitum agnosceret. Nam si vellet postea se iuuare præscriptione, non audiretur. Nos verò communem æquiorem semper credidimus, & veriorem. Quia, is, qui scit se debere, læsam conscientiam habet. Cum sciat se alienum retinere, quicquid statutnm dicat, quod veritatem nó mutat. l.assumptio.ff. ad municipa.l.illicitas §.veritas.ff.de off.præs.hinc, cóscientia mille testes, vt Quinti.ait lib.5.Inst.vnde, & illud.

Heu, quam difficile est crimen non prodere vultu. Hinc illa perpetua naturæ regula. Non facias aliis, quod tibi fieri non vis.c.1.1.distinctio. Et illa, neminem, cum alterius iactura debere locupletari. Neque ita faciẽdo, videris diligere proximum sicut teipsum. Imo lædi spoliando. Quod aliis vitio vertis, ipse ne feceris. Cum scias vsurpatores rerum alienarum exosos, & puniendos legibus. Dimitte statutum, quod diuina, & naturalia præcepta non tollit.§.sed naturalia. Instit.de iure natur.get.& ciui.c.cum inferior.de maior.& obedient.

Veruntamen certi sunt casus, quibus licitè, & sine scrupulo ita statui posset, veluti, quando in odiũ personæ statueretur. Nempe contra Iudæos, vel fœneratores, vt Anch.voluit in d. c. poss. probat tit.ad Maced.& ad Velley.vt illi, metu pœnæ cessent à vetitis contract. Sicut factum videmus, à nostris piis, & diuis pontifi. contra Iudæos, qui non possunt petere debita decennalia à Christianis debitoribus. Quia præsumit princeps solutas vsuras, iam sortem extinxisse. Fel.in d.c.fi.num.7. Nec peccare dicuntur debitores, qui præscripta soluere recusant. Cum sint muniti viuæ legis auctoritate.c.qui peccat.33.q.4.

6 Secundò † quando præsumeretur simulatio, iusta sumpta occasione. vt in casu, de quo agimus. Considerauerunt vtique sapientes nostri, eos, qui differunt petere, posse interea summas augere in eorum libris, & Calendariis, ignorátibus debitoribus, quibus tempus obliuionem parit. l.peregre.ff.de acqui.pos.Ideo, fraudibus hominum esse obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vend.c.porrò.de diuor. Et si non petant, illis imputetur, quasi volentibus nullam fieri iniuriam. Et ita verum est, quod dicitur, bona nomina, fieri mala, si non interpelles.l.nomina.C.arb.tutel.l.periculum. ff.si cer.pet.l.1.§.si magistra.ff.de magistrat.conueni. cum si.

Cæterùm Fel.in d.c.fin.non probat huiusmodi limitationem: quia, statuti auctoritas veritatem non mutat. Neq; verba persuadere possunt, vt quod non est, credamus esse, siue fingẽdo, siue disponendo. huic seruit regula, in dubio delictum non esse præsumendum.l.merito.ff.pro socio. Ideo (inquit) hoc non obstante, creditor suum poterit debitum petere: saltem per euangelicam denuntiationem, teste Bal. in auth. ad hæc.C.de vsuca.quem sequitur Balb.in loco præallegato.num.8. Aduerte etiam, quod sæpe verentur mercatores interpellare, ne irritent, vel diuertant homines, qui ad eorum stationes confluunt. Néve videantur difficiles in vendendis mercibus: quia facundia vendentium magis attrahit emptores.

8 Ideo aliqui † existimauerunt intelligendum in hærede debitoris, qui cum in alterius locum succedat, poterit bona fide non petitum debitum triennio vsucapere. vt Cor. consi.277.num.4.lib.4. vt minus ius commune lædatur, & proximus. & sufficit si in aliquo casu verificetur.c.cum dilectus.de consue.etiam verba impropriando.Roma.consi.328.col.fin. Alex. consi.85.num.11.lib.4. Cor. consi. 100. col.5.lib.2. Cra.consi.197.nu.6.Et quando duos casus comprehenderet, satis est si in vno tantum disponat. Roma. cons.199.nu.6.Gra.respons.46.nu.6.7.lib.1. Cacher. decisi.21. num. 12.

9 Cæterùm † ista interpretatio est à longè petitis, cùm statutum generaliter loquatur, liberando debitores lapso triennio, licet non habeat locum contra hæredem mercatoris, qui poterit etiam post lapsum tempus petere, propter iustam ignorantiæ causam, vt censuit Alex.cons.138.num.6.lib.2.Rip. in d.l.nemo potest.num.116.de lega.1.

10 Sed † quid tandem? durus est iste sermo, vt mercator perdat debitum, si infra triennium, suum non interpellauerit debitorem. Nihilominus confirmatum reperitur à summo, & sancto pontifice, & ita sublatus est ille scrupulus, quod retineatur alienum.c. non est voti dicendus reus.de voto.c. cum dilecta.de confir. vti.vel inuti.d.c.qui peccat.& c.inter hæc.32.quæst. 2.Panor.in d.c.fi.1.no.de præscript.Bald.in §. si quis per triginta. si de feud. fuerit contro. vbi ait, tutum auctoritate canonis non debere dubitare de sua conscientia.Idem Balb. vbi suprà num. 81. Concluditur statutum obseruandum, licet durum. l. prospexit. ff. qui, & à quib. Nisi ex personarum qualitate, scilicet creditoris, & debitoris, aliter videretur iudicantibus. vel si debitor post finitum tempus continuabat merces recipere, & alius bona fide dare, esset iniquum si allegaretur præscriptio pro præteritis: cum sit interrupta nouis traditionibus.l.vt perfectius. C.de anna. except.vel si iam computatum fuisset, & conclusum quantum deberetur.ex quo personalis actio nascitur, quæ durat 30.annis.l.omnes. C.de præs.30.vel 40.an Rebuff.de mercat.minu.vend.ar.1.glo.2 .At si à tribus annis cessaret recipere, & mercator negligeret, sibi imputetur.l.summa.§.sed si.ibi, licet creditori vigilare ad suum consequendum. ff. de pecul. l. nemo videtur fraudare.ff.de reg.iur.c.scienti.eo.lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *L.Ex ea scriptura.& l.si is qui.ff.de test.vtiles declara.*
2 *Legatum quando debeatur ex minùs solemni voluntate?*
3 *Debitum naturaliter, solutum, vel promissum valet.*
4 *Minor restituitur si debitum naturaliter soluat.*
5 *Legatum ex minus solemni voluntate an debeatur personæ coniunctæ.*
6 *Pupilla an obligari possit sine tutore?*
7 *Et quid si fuerit pubertati proxima?*
8 *Pupillus, quando dicatur pubertati proximus?*
9 *Authentica sacramenta puberum. habet locum contra proximum pubertati.*
10 *Voluntas, quando dicatur imperfecta ratione voluntatis, vel solemnitatis.*
11 *Voluntas perfecta dicitur quando testator eam pro perfecta habet.*
12 *Personæ conditionem, ante omnia inspiciendam.*

DECISIO LXXXVII.

De legato consanguineæ relicto, valido: licet in minus solemni testamento relinqueretur. casus pulcher.

PETRVS Gast Caualicen. percussus peste fecerat priùs à notario scribere testamentum, & cum ille incepisset recitare mortuus est, vnus testis dicit, testatorem dixisse, legatum centum aureorum, quod Isabellæ filiæ Magdalenæ Gasquæ sororis relinquebat, voluisse si sine liberis decederet, vt ad filiam suam hæredem reuerteretur. Mortuo patre dum esset vocata amita ad sponsalia suæ illius neptis, cepit verba facere de legato contra neptem, & nisi soluturam promitteret, nolle ibi assistere, & cum recederet, socer, sponsus, atq; multi ex parentibus, & amici qui tunc aderant, & Iudex loci, (cum sponsa adhuc esset minor duodecim) consuluerunt sponsæ, vt legatum verè promitteret. Contractis nuptiis, & à iuramento dispensata dicebat se fuisse læsam. Cum legatum om-
1 nino non deberetur. l. ex ea † scriptura. ff. de testa. quæ loquitur de illa scriptura, quæ ad faciendũ testamentum erat præparata, quæ si non fuerit lecta, & publicata nihil ex ea debetur. & l. si is qui. ff. eod. quando testator inciperet testari, & obmutuisset, magis cœpisse, quàm fecisse diceretur: vbi Bart. in 4. nota. ait, nihil fecisse videtur, qui partem indiuiduì fecit. l. furiosum. C. qui testa. face. pos. Idem, in l. fideicomm. §. quotiens. de lega. 3. Non valere, quæ in exemplo scripta sunt, licet fideicommissi verba scripta habeat. Ita hic, cum legatum fuerit imperfectum, non valuisse promissionem tanquam accessoriam. l. non dubium. C. de legi. c. accessorium. de reg. iuris.
2 Legataria † verò legatum deberi: si quidem testator fecerat priùs illud scribere, cũ alia sua vltima voluntate, verbóque declarault qualiter suæ nepti deberetur, grauando illam, si sine liberis decederet, validam esse voluntatem, licet defectu publicationis dicatur minus solemnis, ex qua oritur obligatio naturalis. l. fin. vbi Bart. & alij no. C. ad l. falci. in l. in testamento. ff. de fidei. liberta. l. fideicommissum. C. de condit. indebit. l. cum quis. vbi Ias. num. 13. dicit comm. C. de iuris, & facti igno. gl. in l. 1. ff. de condit. indebit.
3 Quæ quidem † naturalis obligatio facit, vt solutum non repetatur, & soluatur promissum, cum vtroque modo defuncti iudicium agnouerit. d. l. fi. l. non dubium. C. de testa. l. si veritas. C. de fideicomm. Imò in foro ecclesiæ sine noua promissione compelleretur soluere. c. cum esses. vbi Pan. num. 5. de testa. doc. in l. nemo potest. vbi Ias. num. 7. Rip. num. 98. de lega. 1. Rube. consi. 107. nu. 3. Couar. in d. c. cum esses. nu. 5. licet à communi recedat, & propterea iniquam denegationem.
4 Replicat † hæres. Minor soluendo quod ex naturali obligatione debebat, aduersus solutionem restituitur. l. si. vbi est casus in terminis. C. si aduer. solu. Cum læsus dicatur, qui non poterat conueniri ex naturali actione. l. Iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pac. Ias. in l. puberes. in fin. ff. de verbo. obliga. l. interdum. vbi Bart. Ias. num. 5. ff. de cond. indebit. Bart. in l. Marcellus. nu. 2. ff. de fideiuss. l. etiam. vbi gl. ff. de compensa. Minus ergo cogendus esset soluere, quod ex naturali obligatione deberet, quia multa facta tenent, & c. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. c. quemadmodum de iureiurand. Ias. in d. l. patre. num. 11. cum sequent. Istud fundamentum poterat amita euitare, dicendo, naturalem obligationem non fuisse solam, sed secum habuisse ciuilem, quando relinquitur legatum coniunctæ personæ, etiam in minus solemni voluntate. d. l. in testamento. ibi, pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset. gl. in l. eam quam. in 10. fal. C. de fideicomm. Ias. in d. l. non dubium. num. 6. 7.
5 Tertio, † allegabat hæres, tempore promissionis se fuisse pupillam, quæ non poterat obligari sine tutore. l. pupillus. ff. de reg. iuris. l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cert. pera. l. si forte. §. fin. ff. de solu. §. nunc admonendi. Instit. quib. aliena. licet, vel non. quia quicquid videt ignorat. l. 1. C. de falsa mone. Et eos, qui cum pupillis contrahunt, malam fidem habere. l. qui à quolibet. ff. pro empto. Bart. in l. 2. §. si quis à pupillo. ff. eo. Deci. in l. pupillus. num. 2. ff. de reg. iuris. Bar. in l. 1. C. de præd. cura. li. 10. seruit etiam §. præterea. Instit. quib. non est permi. face. test.
6 Respondebat † alia, aduersariam promisisse coram iudice, & parentibus, rem tam iustam, & à parte relictam, cessare dolos, & fraudes quibus vti solent, qui minores solos circumuenire cupiũt. Istam verò promissionem omnibus laudantibus, & approbantibus factam. l. transactionis. C. de transact. d. l. in testamento. Bart. in l. frater à fratre. versi. 3. quæro. ff. de cond. indeb. omnes in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell.
7 Deci. consi. Tunc † fuisse pubertati proximam, idoneam ad contrahendum nuptias, potuisse obligari iuramento, secundum Bart. in auth. sacramenta puberum. nu. 9. qui dicit docto. ita tenere communiter. Panor. consi. 59. lib. 1. Cor. cons. 140. lib. 1. Deci. cons. 682. in fi. Alexand. in addi. ad dictam authen. & probatur. c. in literis. cum gloss. de sponsa. inocto cap. 1. de delict. pucro.
8 Dicitur † autem pubertati proxima, si habeat nouem annos cum dimidio. vt not. glos. Bart. & alij. in l. 1. ff. de noua. glos. in §. pupillus. Instit. de inuti. stipul. Panor. in Rub. de delict. puero. Ias. in l. properandum. §. & si quidem. nu. 1. C. de iudi. commu. attestat. licet post multa arbitrarium dicat Meno. de arb. lib. 2. centu. 1. casu 57. num. 44. Et tunc fuisse ætatis vndecim, circa duodecimum, vt testes deponunt, & propterea non esse audiendam.
Quartò allegabat metum interueniffe in hac promissione, propterea quod amita recusabat consentire futuris nuptiis, nisi sibi promitteretur. Et hunc metum esse probabilem. l. isti quidem. §. 1. ff. quod me. caus. l. fi. §. si fœnerator. eo. tit. Alia negabat, cum sine amita poterat desponsari. Et qui potest inuitus, multò magis ignorantibus & absentibus. l. qui potest. ff. de reg. iuris. l. prima, & secunda, C. debitm. vend. pig. impedire non posse, & alia multa hinc inde relatore D. Ioan. Francisc. Farando auditore.
9 Pro † cuius faciliori decisione videndum fuit, an ista dispositio fuerit imperfecta ratione voluntatis, vel solennitatis. Si esset imperfecta voluntas nihil ex ea deberetur, etiam inter liberos vel pias causas. glos. est in d. l. si is qui. & in l. fi. Cod. fami. hercis. doc. in d.
10 §. ex imperfecto. vbi Ias. num. 2. Cum † non dicatur dispositio, nisi perfecta illa sit in toto suo corpore. l. si is qui. §. quædam. ff. ad l. falcid. l. rei. §. ti. ff. de verbo. signifi. Et magis incepta, quàm facta vocaretur. dict. l. si is qui. Sicut de teste dicimus imperfectè deponere. c. per tuas. de testib. Et inciuile esse nisi tota lege perspecta de lege iudicare. l. inciuile. ff. de legib. hanc opi. commu. affirmat Alexan. consi. 75. num. 13. lib. 3. Clar. in §. testamentum. quæst. 9.
Vbi verò esset imperfecta ratione solemnitatis, veluti

luti si testator scripsisset totam suam voluntatem, vel fecisset scribere aut dictauerit. Sed morte præuentus non publicauerit, ex hac extranei nihil possunt petere, liberi verò secus, vel causa pia. teste Bart. in d.l.ex ea.dicto §.quotiens.licet(inquit) non valeat illud testamentum, probat tamen voluntatem testantis & sufficeret ad multa, vt in terminis d.l. in testamento. idem voluit, in d.l.si is qui.num.2.

11 Illa † autem perfecta voluntas dicitur quam declarauit testator & expressit, & eam pro perfecta habet. Sicut de cõtractu dicimus.l.contractus.C.de fid. instru. Ias. in d. §.ex imperfecto.dicit scriptam patris voluntatem, & nõ publicatam probare inter liberos. Ioann.de Anna.consi.57.num.4.Siue sua, siue aliena manu fuerit scripta dummodo cognoscatur. Paul. de Cast.in d.l.si is qui. nu.3. si totam voluntatem compleuerit & scribi fecerit, & antequam legeretur coram testibus mortuus fuerit, nun valebit etiam inter liberos, quia saltem requiritur vt probetur per duos testes. Et sic Paul. vult, defectu probationis esse inualidam. Panor. verò consi.105.num.3.lib.2.si testando moriatur imperfectã esse, & legata non deberi, etiam pus causis.d.l.si is qui. Moli.in addi.ad consi. Alexan. 47.num.3.lib.1. hoc ideo, quia adhuc non constabat de tota voluntate. Idem si testator dictasset, & dixisset, notario vt veniret cras, quia volebat addere, vel detrahere. Rui.consi.15.nu.2.lib.2.Oldra.consi.119. idem. vbi autem constat testatorem scripsisse, vel dictasse, tametsi publicata non sit, communis opinio est, non valere propter omissas solemnitates, non ratione omissæ voluntat. vt omnes no.in d.§.ex imperfecto. Rubeus cõsi.107.quia mutatio voluntatis non præsumitur.l.cum qui.ff.de probat. Sed valebit inter liberos, & ad pias causas. vt Zazius consi.6. num.24. 25.lib.1.Couar.in c.relatum 1.num.12.

Et ita videbatur legitima promissio quam præstitit hæres legatariæ super illa naturali obligatione, vt in terminis Guid.Pap.consi.55. num.3. Et si dicatur in integrum restituendã, cum fuerit pupilla tempore promissionis.d.l.si.C.si aduer.solu. Respondetur, cessare restitutionem, quia legatum relictum erat consanguineæ, cuius gratia latior fieri solet interpretatio.l.procula.de proba.l.cum alienam. C. de lega. & suprà dicimus.

12 Si † quidem personæ conditio ante omnia venit spectanda.l.si quis.ff.de vsufr.c.Episcopus.2c.quæst. 2.c.rogantur.49.distin.c.cum monasterium. de statu regula. Cuius mutatio mutare facit dispositionem.l. Titia.§.vsuras.de lega.2.l.locatio. §.pe.ff.de publica. Meno.de arbit.lib.2.centu.1.casu 146.159.huic conuenit quod communiter dici solet. Aliter cum aliis agendum.l.nepos proculo.ff.de verbo.signi.l.legatis. de alimen.& ciba.lega. c.de multa.in fin.de præben. cum si deinde apparebat, quod in causam dotis fuerat relictum, quando scilicet matrimo.collocaretur, ex duplo testamenti producto, & sic duplici fauore munitum.

Dicebat D. relator non propterea esse relictum in causam dotis, sed sub conditione tantum, vt no. Bart. in l.post legatum. vbi Alex.ff.de iure do. Et sic vnam tantum esse causam fauorabilem quæ non sufficit ex minùs solemni nisi vtraque concurrat, pia scilicet, & personæ dilectio. teste Bald.in d.l.si iure.C.de manu. testa. Tiraquel.de priuileg.piæ causæ.priui.92. Contrarium fuit per omnes alios dominos votatum vt solus personæ fauor, faciat valere legatum ex minus solemni. vt Cepha.consi.294.num.14.& sequen. qui commu. attestatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest reseruare in quittantia ius suum si quod habeat.*

2 *Quietatio super principali præiudicat super accessorijs.*

3 *Quietationis instrumentum, ad solum debitorem pertinet.*

4 *Reseruatio non solet nouum ius tribuere, sed vetus conseruare.*

5 *Delicatus debitor. & nimium onerosus creditor audiri non debent.*

DECISIO LXXXVIII.

De liberatione facienda, sine vlla iuris reseruatione.



Verat condemnatus Ioan. Guerinos, & in parte absolutus, petente Petro de Cocillis coram nobis. Et neutra pars in expensis, vult Guerinus soluere habita liberatione à creditore pura, & simplici. Creditor vult reseruare in ea ius quod sibi competit ratione

1 interesse, loco, & tempore exigendum. Quia, si † sortem simpliciter reciperet nulla facta reseruatione, sibi faceret præiudicium super vsuris.l.si.in fi.ff.de eo, quod certo loco.l.2.& ibi Bar.ff.si quis cautio. Ias.in

2 l.2.num.2.C.de iudi. Cum † extincto principali solutione.§.1.Instit.quib.mo.toll.obligat. extingatur accessorium. c.accessorium.de reg.iur.lib.6.

3 Respondebat † Guerinus, instrumentum liberationis ad solum debitorẽ pertinere.l.solutæ.C.de cond. ex l. Et apud eum debere remanere.l.propter. C.deposit. Bart.in l.instrumenta.C.de fideic. Paul. Alexan. Ias.in l.prætor ait.§.fin.ff.de edend. Alex.in l.fullo.§. qui tabulas.ff.de fur. Ideo iniquum fore, si cogeretur in eo inserere clausulas, quæ alterius fauorem cõcernerent, & ipsius damnũ.arg.l.quod fauore.C.de legi. l.legata inutilem de lega. præstan. is. enim qui soluit magis cupit negotium distrahere, quàm cõtrahere.§. item is qui.Instit.quib.mod.re contra. obligat. Ne ex litibus lites nascantur.l.4.§.ait prætor.ff.de re.iud. Et finis vnius non sit alterius initium.l.terminato.C.de fruct. & litiom expens.l. iusiurandum. C. de iureiurando. Bero.in c.1.num.58.de probat.

4 Alius † verò, reseruationem huiusmodi nihil noui iuris tribuere, sed antiquum solũ conseruare, si quod sibi competeret.l.at si quis.§.plerisq;.ff.de religiosis.l. 3.§.1.ff.quib.mod.pig.vel Hypo.solui.l.3.§.pen.ff.de libero homi.exhib.l.pen.ff. de aqua quotidia. Veronen.consi.25.col.pen.in fin. Craue.consi.29.num.8. Ideo, cum non noceat, & petenti prosit, non esse denegandam.l.2.§.item varus.ff.de aqua plu. arcend.§. 1.Instit.de lege fusia cani.toll.

Imò, dicebat Guerinus posset mihi nocere, propter multa, quæ possunt contingere. Maximè, quia illa reseruatio magis excitaret creditorem ad petẽdum interesse, etiam si non deberetur. Non posset præscribere, cum videret semper reseruationem. Si solueretur. perdita quittãtia, posset iterum illud petere: producendo reseruationem, quæ semper loquitur.l. Arriani.C.de hæreticis.l.solutione.ff.ad exhibend.l.qui tabulas.ff.de fur. Nolo igitur seruare penes me, quod mihi in futurum nocere posset, sicut dicitur, suo iumento sibi malum accersere, vel lupi catulos nutrire. Cuius meminit Eras.chilia.2.cent.1.c.86.

Ista contentio, quasi à delicatis partibus visa est descendere, vt in fi. dicitur in l. si seruos.in fi. vbi gl. ff.de pignor.actio. quando debitor est nimium deli-

catus, & creditor plus æquo onerosus, neuter audiendus est. Sed eligendum est quoddam temperamentũ, iuxta l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. Ideo visum est dominis quod creditor ante receptam solutionem præsente debitore protestetur se factum liberationem sine præiudicio iuris sui, super interesse debiti, & deinde simpliciter tenebitur liberare debitorem, & ita vterque suum penes se retinebit instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in dubio, non præsumitur.*
2 *Vindicta in bonam, & in malam partem accipitur.*
3 *Vniones reprobatæ, & punitæ.*
4 *Delictum vnum diuersimodè punitur contra delinquentium personas.*

DECISIO LXXXIX.

De ligijs vnionibus, & colligationibus priuatorum reprobatis.

INTER quosdã huius ciuitatis homines,
fuit inita vnio, societas, & colligatio:
quorũ singuli in signũ societatis occultæ, deferebant ligulam cericeam, albi,
& viridis coloris, in pileo, siue thorace,
vel in alia eminenti corporis parte, conuentum inter
eos, *qui touche vn, touche tous*, fisco instante capiuntur
quinque, aut sex, alij aufugiunt. Quæsitũ fuit, an hoc
1 illis facere liceret? Et videbatur licere. Quia, † delatio
ligulæ, & verbum vnionis necessariò delictum non
arguebant, & hæc sine vitio fieri poterant. Ideo malum non est præsumendum. l. merito. ff.pro socio.l.
item apud Labeonem.§.si communem.ff.de iniuriis.
Craue.consi.151.no.18. Sed benignè, & ciuiliter interpretanda sunt.l.nepos Proculo.ff.de verbor.signif.
l.si cui.ff.de seruitu.velnó, *qui toucheroit vn*, vt cæteri
pro iniuriam passo, vel percusso, iniuriæ reparationem coram iudice prosequerentur, quod nõ est prohibitum.l.fin.ff.de iniuriis.§.in summa.Instit.eod.tit.
2 Hyp.consi.51.nu.31.cum seq. Cum † vindicta, & in
malam partem accipiatur, de illa intelligi debet, quæ
iudicis fieret auctoritate.l.semper in dubiis.ff.de reg.
iur.l.in interpretatione.ff.de pœnis.Alex.in l.1.num.
5.C.qui.vt indig.Hinc si quis dicat, *Io me vendicaro*,
intelligitur iudicis auctoritate.Alex.consi.188.nu.7.
lib.7.Cra.d.consi.151.nu.18. Bart.consi.108.vbi ait,
verba æquiuoca humaniter potius esse intelligenda.
l. igitur.§.& generaliter.ff.de liber.caus.Ibi, quotiens
quis iustis rationibus ductus, vel non iustis siue tamen caliditate putauit. Istis seruire possunt moltæ
aliæ iuris regulæ, quibus cauetur probationes in criminalibus debere esse luce clariores, & neminem ex
præsumptionibus damnandum, &c. vt not. Bart.in l.
non solum. §. sciendum. ff. de noui ope. nun. Alex.
consi.30.nu.8.lib.7.Cra.consi.6.num.40.qui dicunt,
quando probationes ipsius rei sunt pares, vel debiliores, probationibus fisci præferuntur. & in dubio
præsumendum fuisse factum in tempore, & loco licito, etiam si expresse non probaretur, vt excludatur
delictum. quod certe dignum est annota.

3 Tandem visum † est omnibus has vniones, & colligationes esse illicitas, & vetãdas, quas ius prohibet, & punit.l.fi.vbi Bart.ff.de colleg.illici.c.1.§.coniurationes.de pace tenend.Quæ sunt similes proditionibus, vt Bossius tit.de vnioni.& collig.ou.1.præsertim hoc tempore, quo passim nascuntur proditores patriæ.qui hosti consilia enuntiant, vrbes, arces eidem tradunt, vnus istorum accusatus proditionis crimine detexit patriæ coniurationẽ, vnde multi aufugerunt. Et licet isti vniti, non accusentur quod in patriam coniurauerint, tamen hac via poterant eo facilè peruenire, si quidem lucrando vnum de liga, omnes alij illum sequi tenebantur, & defendere, secundum conuentionem. Et si ille machinabatur in principem, vel rempub. oportebat omnes alios esse eiusdem conditionis, & sortis. Istæ itaque nouitates nihil boni in se continent. Sicut in proximis prouinciis accidisse vidimus, & ciuitatibus, quæ propter Huguenotorum vniones, dispersæ, & prostratæ fuerunt, & vniuersa Gallia facta est olim miserabilis. Ideo, hæc tantorum fomenta malorum cito, cito extirpanda esse. Satius si quidem est initiis mederi, quam fini. serò medicina paratur.l.1.C.quãdo lic.vni.sine iud.se vẽd. hinc nos admonẽt illi sapiẽtes viri minima vitãda, esse mala ex quibus maiora solent pullulascere, sicut veteri prouerbio proditum est, res tua tunc agitur, paries cum proximus ardet.l.1.ff.de incen.ruin.nauf. Quid opus est vnione, cum in ciuitate sint iudices, qui singulis tuta reddere solent? l.non est singulis.ff.de regulis iuris. Qualitas etiam istorum monebat iudices in sinistram suspitionem deflectere. argum.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.Gram.consi.38.num.17.cum sequent.Hypo.consi.74.sæpe contingit ex scintillula grauissimum incendium nisi extingatur.In malo homine non cadit præsumptio boni.malus coruus malum ouum, &c.c.semel malus de reg.iur.lib.6.

Fuit conclusum, vnum ex istis ad triremes cõdemnandum per quinquennium. Alium, ad tres tractus funis publicè in terrorem aliorum, tertium ad ducentas libras turonen. fisco. Quartum ad centum libras cum exilio perpetuo. Alij detenti fuerunt, vsque quo causa principalis proditionis terminaretur.

4 Et † si dicatur vnum delictum non debuisse puniri diuersimodè in personas delinquentium.l.senatus.ff. de pœnis. Bart. in l. nunquam plura.ff.de priuat.delict.Respond.hoc ita propter diuersas delinquentium conditiones, quæ augere, vel minuere pœnas solent. l.quid ergo.§.pœna grauior. vbi Bar.ff.de his, qui no. infam.& in l.& si seuerior.C.eod.Bossi.tit.de pœnis. num.8.Clar.in §.finali.quæst.60.num.23.

SVMMARIVM.

Procuratore non appellante, post decem dies non auditur dominus nisi ille non sit soluendo.

DECISIO XC.

FVERAT citatus Procurator Laurentij Chaysij ad audiendum sententiam, qui dicit nolle amplius comparere, lata sententia in contumaciam, Chaysius post vnum mensem à die notitiæ appellauit, concluditur non valere appellationem. Et negligentiam procuratoris nocuisse domino.l.1.§.si.ff.quand.ap.sit.l.1.§.si procurator.ff.si quis ius dicen.non optem. Gl.in l.fi. ff.de in integ.restit.c.1. vt lite non contest. Cum appellandi facultas non viuat vltra decem dies, & sibi imputet, qui talem elegit procuratorem.l.cum mandato.§.fin.ff.de mino. l.si procurator.§.si tutores. ff. mandat. c. si compromissarius. de elect. lib. 6. Nisi procurator

procurator non esset soluendo, vt no. in auth. hodie. C. de appel. Alexan. consi. 95. num. 7. lib. 2. Cassad. de appel. decis. 5. de Afflict. decisi. 344. Capel. decisi. 101. Vestrius lib. 7. de appella. apost. in fi. fol. 123.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit rem claram, & manifestam.*
2 *Teste vno instrumentario contradicente, falsum redditur instrumentum.*
3 *Notarius pro absente stipulari potest.*
4 *Testes ad futurum, per eum, qui de causa debet cognoscere sunt examinandi.*
5 *Testes, an poßint se referre ad eorum primas depositiones?*
6 *Verisimile quod non est, falsum præsumitur.*
7 *Obliuio in testibus præsumitur, maximè de certo die.*
8 *Probationes omnes arbitrariæ.*
9 *Actuum diuersitas non præsumitur.*
10 *Testis emendatus non probat cum sit infamis.*
11 *Innocentiæ fauore testes inhabiles admittuntur.*
12 *Testi, in articulo mortis credendum, maximè quando non habet interesse.*

DECISIO XCI.

De illo, qui dicit eo die, quo reperitur obligatus fuisse in alio loco, & multis falsitatis præsumptionibus, casus difficilis, & quotidia.

CONQVERITVR Labeo Gulielmus frater, & hæres Petri Carpen. iuncto fisco, Quod Iacob de Milhaud Iudæus anno 1576. Auenioni 17. Apr. supposita persona dicti Petri falsum debitum obsignare curauerit in fauorem Angelinæ Serræ de summa ducentorum aureorum. Cum tamen toto eo die probetur Petrum stetisse in ciuitate Carpen. & non Auenioni. l. optimam. C. de contra. stip. §. item verborum. Instit. de inuti. stipul. Ideo notarium qui ita scripsit falsi pœna puniendum. l. Paulus. ff. de fals. cancellandámque obligationem.

1 Rei † negant, & standum esse instrumento, cum faciat rem patentem, & claram. l. cum precibus. C. de proba. c. licet causam. vbi Cano. eo. tit. Ias. in l. 1. num. 10. ff. de oper. no. nun. Hyp. in Rub. de proba. num. 3. cum seq. Alcia. reg. 3. præsumpt. 13. nu. 6. Et quasi indubitatam fidem. Cra. cons. 217. nu. 23. cum sequent. Cephal. consi. 4. num. 23. proponit actor multa falsitatis media, iuxta l. vbi. C. de fals.

2 Primò, † vnus testis negat se fuisse in recitatione contractus, quo casu falsæ redduntur tabulæ. l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. test. aperi. Cum solum duo testes in instruméto repetiantur descripti, vno negante, totum viriatur. Feli. in c. cum Ioannes. num. 50. de fide instrum. Iste tamen dubitatiuè loquitur, cum dicat se non fuisse præsentem, *qu'il sceusse dire*, & non concludit. l. qui tamen. §. si arbiter. vbi Bart. num. 3. ff. de arbit. Alex. consi. 82. nu. 2. lib. 4. Craue. consi. 6. nu. 24. perinde ac si diceret non recordari, propter quod non offenditur instrumentum. teste Bar. in d. §. si quis neget. col. pe. vers. quid si testes. Bossi. tit. de falsis. nu. 9. 10. & sequent.

3 Secundò, † domina Angelina declarauit, ignorasse debitum, hoc nihil est etiam. Cum pro absente, & ignoráte possit stipulari tabellio. l. 2. l. 3. ff. rem pupil. sal. fore. l. absenti. l. qui mihi. ff. de dona. l. 1. C. de acqui. Illique acquiritur facta ratificatione. l. si tibi absenti. de præb. lib. 6. Dec. in l. contractus. num. 22. & ibi Moli. de reg. iur. Guid. Pap. consil. 12. & consil. 60. Boëri. decis. 172. num. 5.

Tertiò, producuntur quædam attestationes coram iudice Carpent. ad futurum compositæ instante eodem Labeone post inchoatum huiusmodi iudicium, & deinde, per me factæ repetitiones. Et hic animis opus est. Primus testis, antequam suam audiret depositionem, verbo, quod in ea cótinebatur extensè declarauit, vidisse illum Carpen. & alloquutum eodem videlicet die, circa horam octauã, nonam, tertiam, & quartam post meridiem. Idem secundus, *& apres disner enuiron vne heure, quand il passoit certain contract d'arrentement de ses prez de monteaux, & sur les trois, & quatre heures, qu'il luy bailla vn poisson pour porter à son frere, au lieu de Villes.* Tertius, interrogatus quidnam dixerit corã iudice Carpen. de hac re dicit non recordari, & nescire recitare deposita, lectis, & auditis, ita deposuisse, & deponere. Dixerat enim vidisse ibi, ante, & post prandium, & est testis instrumentarius locationis eo die per Petrum Carpenroracti factæ. Quartus, à me interrogatus idem respondit. Dixerat enim in illo priori examine, vidisse illũ per totam illam diem, & in eius domo pernoctasse. Quintus, sicut tertius, & est conductor pratorum. factumque contractum post prandium, eomet die. Sextus sicut tertius, & est alius instrumentarius locationis. Producitur similiter instruméntum iamdictæ locationis, eiusdem anni, & diei. Repetiuntur descripti illi duo testes, noménque conductoris: vnde cóferendo dicta testium cum illo instruméto, de cuius fide non dubitatur, videbatur probatũ Petrum nõ fuisse Auenioni eo die, quo reperitur obligatus. Præsertim, quia actis apparet mutuum celebratum post horam meridianam, quod esse non potuit, si vera sint quę ab istis circunferuntur. Nisi miraculosè vt refert Boër. decis. 165. nu. 8. quosdam sanctos patres Romę, & Mediolani visos fuisse eodẽ scilicet die. hic verò nullũ esse miraculũ cum esse possit, hunc, in vtroq; loco eodem die stetisse. Cũ vnus, ab alio non distet quatuor leucis, præsertim in illis magnis diebus, iam incalescente sole. Cæterum contra naturam esset si eodem die, hora meridiana in vtraque contraxisset ciuitate. Ideo responderent rei.

4 Has scilicet † attestationes esse inutiles, cũ fuerunt sumptæ ab alio, coram quo causa huiusmodi nõ agitabatur. l. cum hi. §. transactio. & §. prætor. ff. de transactio. vbi Paul. Cast. num. 2. Ias. num. 4. Qui dicunt has ad futurum examinationes esse sumendas, per illos solos magistratus, qui possunt de causa cognoscere. nisi cogeret necessitas. l. quotiens. C. de naufra. lib. 11. hic autem nullam fuisse necessitaté. Sed, vt facilius in patria sua testes conuerteret, coram iudice sibi propitio, & parte absente contra c. Albe. de teste. vbi Pan. nu. 3. Fel. nu. 1. Hypo. in l. de vnoquoque. nu. 46. Alex. cons. 103. nu. 7. lib. 2. Bossi. de oppo. contra testes. n. 32. Actores dicũt esse validas propter repetitionem à commissario factam. l. legata inutiliter. de leg. 1. vbi legata inutiliter data cófirmantur per repetitionem, id est, scripturã postea factã, vt scribit Bart. in l. fi. nu. 12. Neuisan Sylua. in verbo monitoriæ. nu. 61. Nos verò, cũ hęc generalia sint ægere speciali declaratione, & propter varias nostrorũ opiniones. Siquidem Bar. in l. eos. nu. 6. ff. de fals. voluit, si testis extra iudicium testificaretur, & postea in iudicio contrarium dicat, etiam mediante iuramento, valere primam, & non secundam. licet Bar. in sua opinione fallatur, quia statur secundæ iuratæ propter maius vinculum, vt voluit Glos. in c. cum causam quæ. de testi. Boë. deci. 108. n. 1. At ibi prima esset iurata, vel à teste

I 3 subsigna

subſignata ſtaretur primæ, ita, vt iterum cogi non poſſit deponere non viſa prima, ne ſit varius. Boëri. ibidem.num. 4. & Bart.in d.l.eos.qui dat conſilium, vt repetendus teſtis petat, priùs ſibi legi primam depoſitionem.l.ſi cum exhibuiſſent.ff.de publica.& vectiga.Boſſi.titu.de oppoſi.contra teſtes.num.8.Hyp. in l.ex libero.ff.de quæſtio.

5 Areti. † autem in d.l.legata.latiùs explicando ait, Si quidem prima fuiſſet ſolennis, valere relationem, Cum præſumatur pro ſolertia iudicis, qui teſtem examinauit.l.1.C.de offi.ciui.iudi.l.1. C. de pondera lib.10.Bart.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infecto. Si verò extra iudiciú fuiſſet inutiliter examinatus, non valere relationem. Cum in eo examine deficiat iudicis induſtria, qui non vidit argumenta, quibus ad credulitatem induceretur.l.3.§.tu magis ſcire potes. ff. de teſtib. Et idem, quando iudex priùs inutiliter examinaſſet, propter præſumptionem quæ reſultat contra eum, ex eo, quod in ſuo errauerit officio.l.3. §.quæri poteſt.ff.de ſuſpec. tuto. Similiter, ſi examinati fuiſſent in ſummario iudicio, in quo non præſumitor adhibita tanta diligentia ſicut in plenario, vt inquit Bert.conſi.122.num.6.lib.4. Vnde, qui ſuper monitorio reuelauit, non debet ſe ad reuelationem remittere, cum nullus ſit timor variationis, reuelatióque fidem non faciat. l. Iuriſiurandi. C. de teſtib. (Niſi inter bonos, & graues. Cur in.conſi.106.col.3. Cra.conſi.198.num.11.Deci.conſi.54.num. 2. Debéntque nouiter, & extensè deponere. Neuiſ.vbi ſuprà, num.60. Rip.de remed. ad curand.peſtem.num. 128. Sicut non valet depoſitio, quando dictum ſuum coram iudice in ſcriptis produceret. Cum videretur præmeditatum ſermonem proferre. d. l. 3. & c. cum cauſam.de teſt.Feli.in c.de teſtibus.nu.17.eo.Couar. lib.2.Varia.reſolu.c.13.nu.6.Cach.deciſ.118.num.9.

Ideo, cum quatuor ex teſtibus ſe referant ad primas ipſorum depoſitiones in illo ſummario, & inutili iudicio factas, videbantur fidem non facere, ſed illi duo ſoli, qui extensè coram nobis depoſuerunt. Licet arbitrarium ſit, quanta fides adhibenda eſt teſtibus, qui ad primas ſe referunt depoſitiones. no.Bart. in d.l.eos.num.6. Caſtren. conſi. 168. num. 2. lib.1. Alex.in d.l.legat.num.7. Iaſ. num.16. Meno.de arbi. lib.2.cen.2.caſu 109.num.3.

Cæterùm vt apertè loquamur, contra iſtos, qui noluerunt deponere niſi audita prima depoſitione, reſultat ſiniſtra ſuſpicio. Quòd nó recordentur quæ dixerint coram iudice Carpen. licet tantum elapſi fuiſſent viginti octo dies, & tamen ibi examinati recordantur eorum, quæ poſt decem & ſeptem menſes geſta fuere.

6 Quòd † non videtur veriſimile. Chaſ.conſi.54.nu. 89.Pariſ.conſi.83.num.24.lib.1. Gram. voto 14.nu. 8.& voto 22.num. 2.Tiraq.in præfa.l. ſi vnquam.nu. 49. Propter obliuionem, quæ in teſtibus præſumitur, qui nó ſolent memoria repetere, quæ ab aliis geruntur. Nec certum annotare diem.l.ſi arbiter.ff.de proba.l.peregre.ff.de acquiren.poſ.Hypo.conſ.77.num. 15.Gram.conſi.41.num.4. 5. & 8.& conſi.47. in fin.

7 Maximè † vbi de certo agitur die. Aret.conſi.71. col. 2.Barba.conſi.39.columna ſecunda, & 3.lib.1.Boſſi. de reſponſio.à reis faciend.num.5.

8 Poſſet † reſponderi, hæc omnia arbitraria eſſe. l.3. §.eiuſdem.ibi, nullo certo modo ſatis definiri poteſt. §.ſi verò tale aliquid Authent. de inſtruct. cautel. & fide.Caſtr.conſi.163.lib.1.Neuiſa, vbi ſuprà, num.61. in fin.Meno.de arbit. Pro parte reorum producitur inſtrumentum mutui ſine labe, & macula. Et depoſitio multorum, qui bene ſentiunt de fide, & probitate Philippi Chayſij notarij, & caruiſſe ſemper, etiam minima ſuſpicione mali, audiuntur denique teſtes adiuuandi inſtrumenti gratia, quod eo die hic fuerit viſus. Inter cæteros clemens de Rampalo. Dum eſſet ante domum Mondaneli notarij, de die non recordatur vidit Petrum, & Iacob petentes ab eo, ſi Chayſium vidiſſet, & cum negaſſet audiuit ab illis, quòd Mondanelus, qui ibi aderat contractum ſumeret. & cum iam iſte accepiſſet calamum vt ſcriberet, ſuperuenit Chayſius, qui omiſſo Mondanelo iuit cum illis. Iſte teſtis, cum ſit omni exceptione maior multum adiuuat, deponens de coniunctis ad actum. Nec
9 † præſumatur actuum diuerſitas.c.in præſentia, vbi Dec.n.10.de prob.l.triticú. l.ſcire debemus, de verb. obliga.Cra.conſi.123.nu. 8. Neque appareat de alio cótractu inter eaſdem partes per Chayſium ſumpto.

Vnus alius teſtis etiam bene deponit pro inſtrumento. Sed obſtat, quod fuerit pro furto condemnatus.l.3.§.lege Iulia.ff.de teſti. Etiam in ciuilibus cauſis non audiretur. Glo.& doct.in l.Caſſius.ff.de ſenatoribus, & in l.1.ff.de his, qui not. infam. quamuis
10 † fuerit emédatus, quia ſemper remanet nota indelebilis.l.ictus fuſtium.ff.eod.c.de his. de accuſa. Alex. conſi.152.col.5.lib.5. Dec. conſi. 163. Hypo. conſi. nu.10.11.Niſi vt ſuprà, dixi.deciſ.1.in fi.

11 Aliqui † dicebant, cum pro innocentia deponeret, facere fidem, vt Hypo.conſi.126.nu.8. Hinc magis ſtatur dicto teſtiú, licet pauciores illi ſint, ſi fauore reorum teſtificentur. Hypo.conſi.51.nu.22. Imo in tali caſu, mulieres maſculis præferuntur, vt ille ait. nu.42 & conſi.65.nu.45. verum contraria ſententia magis videtur ad veriſimilitudinem accedere, cum lex infamibus deneget teſtimonium.d.l.1. ff. de his, qui no.infa. generaliter loquendo.arg.l.1.§. generaliter.ff.de lega.præſ.

Sunt etiam tres teſtes, qui dicunt audiuiſſe à Mondanelo, qui dicebat ſe fuiſſe rogatú à Petro, & Iacob, ſumere contractum mutui. Et ſuperueniente Chayſio eidem remiſiſſe onus. Ego fueram rogatus Mondanelum examinare, ſed quia contagioſa infirmitate detinebatur, recuſaui accedere. Et ita, coram tribus
12 teſtibus in mortis articulo teſtificatus eſt. Cui † propterea credédum fuit, ne præſumatur propriæ ſalutis immemor.c.ſanximus.1.q.7.l.fi.C.ad l.Iul.repetund. l.1.§.ſi quis moriens.ff.ad Sylle.maximè, quando iuramento medio affirmauit. Roma. & Ang. in d. §. ſi quis moriens.Gloſ.in l.1.C.de falſ.cauſ.adiecta lega. Hypo. in §. diligenter. num. 119. Carre. in practi.§. circa.num.356.Gram.conſi.65.num.1.Cacher.deciſ. 79.num. 20. Et adhoc magis, cum de facto ſuo atteſtetur, ex quo eius nihil intereſt.no.Inno.in c. inquiſitione.de accuſa.Are.conſi.71.col.2.verſi.2.Paul.de Caſt.conſi.186.num.3.lib.1.& conſi.331.num.4.eo. libr.Cra. conſi. 2. num.9.& conſi.130.num.18. huic ſeruit l.quæro.§.fi. ibi, tunc ſerui reſpóſo credendum eſt.ff.de ædi.edi. Quid dicendum? hæc cauſa, videtur nodo penè inextricabili alligata, ſicut dicitur Vulcanium vinculum, vt quo magis non explicare conamur, hoc magis inuoluimur, ſi inſtrumentum rumpamus, actum eſt de vita, & honore notarij, qui bonæ, & integræ ſemper opinionis fuit, & conſtet per teſtes ab eo fuiſſe ſumptú: licet diem præſcriptó non dicát. Idq; affirmauit alius notarius morti proximus. Cótrarium aſſerút alij ſex teſtes alibi vidiſſe toto eo die, de quo etiá loquitur locatio facta per eum confirmata per conductorem & inſtrumentarios teſtes.

In hoc dubio crediderunt domini, locationem

fuiſſe

fuisse factam Carpen. matutino tempore, & postea eodem die venisse Auenionem,& contraxisse circiter horam primam, quamuis aliter dixerint testes. Cum sint viles, & pannosi, & examinati interuerso iuris ordine. Et in maiorem partem inclinantes dixerunt relaxandos reos. Neutram partium in expen. condemnantes.

SVMMARIVM.

1 *Affectus, non punitur, nisi sequatur effectus. Fallit in atrocis. num. 2.*

3 *Proditor, quis dicatur?*

4 *Proditionis tractatum, sciens, & non reuelans punitur pœna mortis naturalis.*

DECISIO XCII.

Tractatus proditionis faciendæ, punitur vltimo supplicio.



Vooviçvs Piquetus & Petrus Beaufort Aupedani post illatam quæstionem, cōfitentur tractasse simul, & cum vno alio prouinciali, & dixisse se habere modum capiendi, & intercipiendi locum; & arcem Aupedæ, veluti, si in domo dicti Piqueti, quæ est in suburbiis, & iuxta mœnia absconderentur viginti milites. In domo dicti Beaufort, quæ est intra locum & prope arcem posita quatuor, aut quinque. Deinde cum aperirentur portæ, tres facerent impetum adiuti aliorum auxilio facilè possent ingredi, & locum capere, cum rustici circa messes occupati in castris degant. Dicunt etiam omnes laodasse consilium, & conuenisse, vt eorum alter ad N. hostem patriæ hac de causa proficisceretur, quæ si inuenta probaret, ipsi exequerentur. Electum fuisse Piquetum pro nontio, qui promiserat illuc accedere facta priùs præda, vt vestimenta emeret, & honestius coram illo compareret, meliúsque sibi crederetur. Constabat priùs deprædatos fuisse asinum. Deinde, cum ad destinata non sufficeret, iterum iuisse ad prædam. Sed consilij, & cursus nō idem fuit exitus, siquidem captantes alios, ipsi capti fuerunt, & carcerati. Quæsitum fuit, me relatore, quà pœna sint puniendi.

2 Quamuis † in his, atrocissimis delictis, puniatur affectus, etiam non sequuto effectu, vt Gl. not. in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quis. iuris. cap. Felicis. ibi, aut consilium dederit. de pœnis lib. 6. Cler. 1. eod. tit. Bart. in l. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parri. Felin. in tract. de cona. 5. fallen.

Et hanc communem attesta. Iul. Clar. in §. fin. q. 92. nu. 2. Tamen generali consuetudine totius mundi etiam in atrocissimis, mitius punitur, qui actū non perfecit, licet deuenerit ad actū proximum, vt ostendit de Afflict. in Rub. de ma. medica. num. 6. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. vbi dicit, Quòd in grauioribus si deuentum fit ad actum verbi non punitur pro consummato, sed extra ordinem. l. 1. ff. de extra. crimi. Si verò ad actum verbi proximum, & immediatum, tunc punitur pro consummato. l. si cum telo. ff. de sica. Secus si ad actum remotum. Ad hoc enim vt dicatur actus propinquus ad delictum, debet esse quædam ipsius pars, quasi intrinseca, veluti præparatio armorum, congregatio armatorum, funes, scalæ, ferramenta, venenum, fractura, & alia, sine quibus delictum non poterat executioni demandari. Capi. decis. 126. num. 2. Hypol. in l. qui falsam. num. 16. ff. de Fals.

Et hoc vt pœna delicto commensuretur, minúsq; puniatur, qui non tantum deliquit, sicut qui plus. l. sanximus. C. de pœnis. Ita in casu isto, vbi solùm tractatum fuit, & dictum de facienda proditione, neque deuentum ad actum proximum, quamuis priùs fuerint deprædati hac occasione, tamen illa deprædatio longè remota fuit à proditione, illámque non tangit, Imo, & sine ea fieri poterat. Ideo non videbatur puniendus iste tractatus ordinaria pœna. Quia non punitur affectus, nisi sequatur effectus. Hypol. consilio 105. nu. 2. cum seq. Sicque in dubio eligenda mitior, & leuior pœna. l. in interpretatione. ff. de pœnis. Cla. in §. fi. q. 92. in fin. Imò verò non videbatur perfectus iste tractatus. Sed sub conditione initus, si ita N. videretur. Ideo illo dissentiente, pro non facto habendus est. l. hæc venditio. ff. de contra. empt. Cum conditio nihil ponat. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. testa. Neque valeat arbitrium in alterum collatum, nisi ille fuerit arbitratus. l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de contra empt.

2 Sed † his non obstantibus concluditur hos fuisse maiestatis reos. Quia, iste tractatus fuit in se perfectus, & ordinatus, quo scilicet modo, qua via poterat ille locus capi, & occupari, licèt eius executio fuerit dilata, vnde in isto grauissimo scelere punitur ille affectus, licet omnino nō fuerit sequutus effectus. Coua. in cle. si furiosus. nu. 7. de homicid. & hanc com. attestatur. Clar. in §. maiestatis. nu. 15. Et obseruari generali consuetudine Soci. Iu. consil. 105. num. 137. lib. 5.

3 Diciturque † proditor, qui aduersus principem, vel rempubl. molitur, aut machinatur. l. 1. & l. 2. ibi, cuius opera, & consil. ff. ad l. Iul. ma. Alex. consil. 15. num. 8. lib. 6. Cra. consil. 224. num. 4. Et hoc fuisse in principem machinatos dum proponunt, & concludunt patriam prodere, & eam hostibus liberare. l. 1. ibi, locáne occupentur. Apparet etiam dum deprædabantur sæpiùs inter eos repetiisse proditionē, quæ si exequeretur, se futuros diuites, & potentes, &c. hinc eorum ille malus animus, & obstinatus, tam sæpè de proditione loquēdo. Bart. in l. nunquam plura. num. 5. ff. de priua. delict. Et ita, proditio, non remansit in puris cogitationis terminis.

4 Mouit † etiam dominos, illa commu. opin. quam tenet Bart. in l. vtrum. ff. de parricid. qui censuit eum, qui proditionis tractatum intellexerit, non reuelando puniendum pœna vltimi supplicij, vt Ang. attestatur, in verbo, *che ay tradito la tua patria.* num. 10. Hypol. sing. 164. Capi. decis. 130. Bossi. tit. de cri. læsæ maiest. num. 6. licet Bart. multos habeat contradictores, vt Gigas eod. tit. num. 10. Tamen illa maiores, & grauiores habet auctores, quam obseruare hoc tempore magis expedit, quo passim nascuntur proditores, sicut experti sumus, occasione vicini, & proximi loci Minerbiæ, quæ fuit tanti, & vniuersi causa mali. Laui facta. §. fin. ff. de pœnis. hinc dici solet.

Nota motum, & iudex est tempus mortalibus. Neque etiam nouum est, vt ex solo consilio, quis capitaliter puniatur. d. c. Felicis, & cle. 1. cum si. Et ita isti duo strangulati fuerūt, & eorum capita in mœnis Aupedæ affixa in terrorem malorum, de his licebit videre per Cachera. decis. 80. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatio vnius, est alterius exclusio.*

2 *Naturam rerum, & experientiam sequendam.*

3 *Consanguineus præsumitur voluisse defendere consanguineum in discrimine positum.*

4 *Præsumptionibus neminem condemnandum.*
5 *Inculpatio à defuncto an sufficiat ad quæst. & num. 7.*
6 *Audiuisse non sufficit, nisi dicat à quibus.*
8 *Minor, domesticus, subiectus producentis non probat.*
9 *Malus qui fuit semel, an pro simili delicto torqueatur?*
10 *Indicia imperfecta, an coniungi possint?*
11 *Glo. in §. si plures, & in l. si in rixa, concordia.*
12 *Pluribus vulnerantib. an habeat locum lex Cor. vel Aquilia.*
13 *Plures, qui appensatè occiderunt tenentur lege Cornelia.*
14 *Delictum probatum præsumptionibus, non punitur pœna ordinaria.*

DECISIO XCIII.

De homicidio, quod ratione incertitudinis pecuniariter punitur, casus magnificus.

IOANNES de Beaunu Vicecomes Turonen. Carolus de Vercors eius cōsobrinus, & Cæsar de la Verne dominus du Plexi, decimaquinta Martij 1578. hora completorij in maiorem ecclesiam Auenionis proficiscuntur, & dum ibi essent sedētes superuenit Franciscus de Oraisono dominus Venteroli, qui facta oratione flexis genibus, se iunxit cum Vicecomite, séque mutuis amplexibus salutauerunt, sicut faciunt amici, & socij dum noniter se videre solent. Cum postea dicit Vicecomes, habeo tibi aliquid dicere, quod dictum fuit mihi. Et quid? dicit alius, si dixerint me tuum amicum esse, verum est, sum etenim. Non est hoc respondit, scies autem postea. Cæterum pressus vt nunc diceret, egressi sunt ecclesiam, & alij duo, & cum istis Andreas de Brancassis Dominus de Vilata deambulantibus, & loquentibus simul Vicecomite, & de Oraisono in hardato ecclesiæ, stantibus autem Carolo, Cæsare, & de Brancassis, ibi in portiçu, & ante ecclesiæ ingressum, post medium quartum horæ, de Oraisono retrocedendo per duos, aut circiter passus, suum ensem euaginauit, & subito percussit Vicecomitem in capite, eiu q; Pileum proiecit in terram, & ictus ad genu cecidit, modicúmq; vulnerauit, Vicecomes etiā suū pariter districtum ensem tenebat ad percutiendum. Vercors vero, & Lauerne, & multi alij illico occurrunt cum ensibus, eos separādi gratia.

Cæterum de Oraisono eodem instanti reperitur vulneratus ex cuspide in dextro latere, vsque ad sinistrum perforatus & post horam moritur, Vicecomes, Vercors, Lauerne, vt periculum euitarent tumultuantium ciuium, in Palatium apostolicum confugerunt, decreto Illust. Cardinalis detinentur, & carcerātur sub tuta custodia, causaq; domino Suares committitur. Instat R. D. Claudius de Oraisono episcopus Castren. defuncti patruus, & habita in Rota oratione casum exaggerauit, deplorauit, excitādo iudices ad sumendum suppli ium de delinquentibus.

Conqueritur similiter Illust. D. Antonius de Oraisono Vicecomes de [illegible] deneto à curia regia reuersus super morte filij charissimi filij. Cæterum auditis, & repetitis reis, & multis testibus defuncti pater declinauit iudicium, petēdo vt causa huiusmodi iudicibus Sancti Petri remitteretur, quibus, tāquam ordinariis licet ad mortem cōdemnare, non Rotæ auditoribus, nisi vbi ageretur de causa status, proditionis patriæ, vel crimine læsæ maiestatis. Et quia fuerat dictum commissos à legato de latere (qui locum pro consulis tenet, & maius habet imperiū post principem) posse etiam de isto crimine cognoscere, appellauit ad summum pontificem, qui postea bene iudicatū pronunciauit, causámque remisit. In qua dubitatum fuit an esset instructa ad iudicandum diffinitiuè?

1 Et † videbatur non esse, quia pars instabat, vt Vercors torqueretur, quòd lætale vulnus intulisset, fateretúrque coniurationem inter ipsos initam de occidendo Oraisonum. Itaque dicēdo quod Vercors hoc lætale vulnus intulerat, tacitè alios excludebat. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nónne benedicimus. de præsump. l. si in rixa. ff. de sicca. Sicut dicimus vno reprobato, cæteros confirmari. l. tribunos. §. fi. ff. de testa. mi. Nimirum si lex dicat, vniuscuiusque ictum contemplari oportere, vt ille solus de occiso teneatur, vt inquit Anch. consil. 116. circa medium. Et quia vnicum vulnus à duob. inferri non potest. teste Hypol. consil. 42. num. 5. Igitur huius rei gratia multa indicia proponuntur.

2 Primò, † vulneris, & conflictus forma, & qualitas demonstrare videbatur quod Vercors percusserit. Si quidem testes dicunt, Vicecomitem, & Oraisonum simul digladiatos *l'vn contre l'autre, vis à vis.* Vnde non potuit Vicecomes hostem suum in latere dextro perforare, quem habebat è regione, & ante oculos. Sed oportuit, vt vulnus ab altero fuerit illatum, qui ad latus ipsius existebat, qui erat Vercors, dum vterque digladiabatur. Et nemo sanæ mentis aliter diceret. l. si ita quis. ff. de euictio. Sicut experientia docet. §. 1. In authen. de appell. Hypol. in §. expedita. nn. 25. 26. in pract. crim. Vulneris enim qualitas, ante omnia consideranda est. l. vulneris. ff. de iniuriis. Hypol. in §. & quia. in practi. & consil. 7. per to.

3 Augetur † suspicio, ex magna amicitia, & consanguinitate quæ erat inter Vicecomitem, & Vercors consobrinos, vt præsumatur illum voluisse defendere iam ab alio percussum, & vulneratum: fortiore, & potentiore vt est probatum. arg. l. qui cum maior. §. fi. ff. de bonis liberto. l. 1. ff. de bonis eorū, qui sibi mor. consci. Hinc ratione sanguinis multa præsumuntur, quæ in extraneis cessant. l. procula. ff. de proba. l. 1. §. largius. ff. de success. edict. l. Aurel. §. Titius. ibi, propter naturalem affectū. ff. de libe. leg. l. si seruus communis. ff. de dona. inter vir. & vxo. c. nō existimemus. 14. q. 2. c. Petrus. de homi. Solet etiam inimicitia cum vno contracta in consanguineos descendere. c. cum P. vbi Panorm. 1. nota. de appel. l. 1. vbi Bart. C. si qua præd. potesta. Fel. in c. cum quidam. num. 11. de iureiurand. Hypol. singula. 164.

4 Huic † respondebat, multum esse remotum à maleficio, & non concludere. Cum potuissent alij, qui etiam ad latus stabant ensibus euaginatis, hoc facere. l. non hoc. C. vnd. legi. l. neque natales. C. de proba. Et neminem ex præsumptionibus condemnandum. l. absentem. C. de pœnis. Gl. in c. literas. 2. de præsump. Alexand. Hypol. in l. fin. ff. de quæst. Hypol. in §. diligenter. nu. 114. Bossi. titulo de indiciis, & considera. ante tortu. num. 1. cum seq.

5 Secundò, † vrgebat inculpatio quam fecerat defunctus, dicendo antequam moreretur se fuisse percussum à Carolo de Vercors. (Nostri impropriè loquuntur, dum istam accusationē inculpationem vocant, quia omnis culpæ priuatio inculpatum facit, vt Aul. Gel. noct. Attica. lib. 2. cap. 6. sicut nocens, & innocens dicitur) de qua deponunt Petrus des Achars, Stephanus Salla, Ludouicus de Cambis.

Hoc indicium cum sit remotum à maleficio debet probari per duos testes. not. Glo. in l. fi. C. fami. ercisc. & Bart. in l. fin. ff. de quæstio. Hypol. in §. diligenter. num. 7.

num.7.& 8.Et non videbatur ſufficienter probatum. Siquidem, de Cambis nõ erat omni exceptione maior,cum ſit pars, Iteritque ad palatium, cum multis aliis, petens de occiſoribus iudicium.Ideo locum habet l.omnibus.C.de teſtib.c.repellantur.de accuſa.

6 Alius, † qui dicit audiuiſſe à pluribus,ſed neſcit à quibus,qui dicebant defunctum ita dixiſſe,nihil probat.l.teſtium. C. & c. tam literis.Bart.in l. de minore.§.plurimũ.ibi Hypol.de quæſt. & conſil.2.nu.11. Cephal.conſil.204.nu.6.Solum remanet vnus teſtis, qui dicit audiuiſſe à defuncto,cuius vox nullius dicitur.c.in omni negotio,de teſti. ſicut vulgò circunfer-
7 tur vnus vir,nullus vir. Imo † etiam ſi legitimè probaretur, non ſufficeret ad inferendam quæſtionem per communem iuris regulam, quæ vult illi non eſſe credendum,qui in propria cauſa deponit.l.2.§.ſi quis moriens.ff.ad Syll.vbi, morienti non creditur de occiſoribus. Nec valet conſequentia, hoc dicit defunctus,ergo verum eſt,cum ſæpe morientes non dicant verum, & fallantur in ſuis opinionibus. Non enim omnis moriens (inquiunt) eſt ſanctus Ioan.Baptiſta. Gloſſ.in cap.literas,de præſumpt. Bald. in tit.de pace conſtan.in verbo,vaſalli. Gramm.deciſ.42. num.9.& deciſ.56.num.16.Meno.de arb.lib.2.centu.1.caſu 89. num.30. Et ſi dicatur,eum qui eſt in mortis articulo nolle ſe perdere.l.fi.C.ad l.Iul.repetund.c.ſanximus. 1.q.7. Et d.§.ſi quis moriens, loqui de plena probatione, non ſemiplena, quæ faceret indicium ad inferendam quæſtionem, vt ibi Ang.& Rom.dicunt,refert Iaſ.in l.admonendi.Hypol.in d.§. plurimum.nu. 117. Veruntamen omnes alij vno ore prædicãt contrariam opin.eſſe communem, quam tenet Glo.in l. mater. C.de calum. vt aduertit Clar.q.21.num.14.in §.fin. Et dicunt, hanc culpationem ſolum indicium facere in inquirendum. Boſſi. tit. de inquiſ. num.47. Gram.conſil.57.nu.13.14.Chaſſ. conſil. 58. poſt nu. 28. qui dicit omnes ita tenere.

Tertiò, Alziarius Vigorons teſtis, tunc vidiſſe enſem de Vercors ſanguinolentum in cuſpide longitudinis vnius palmi,vnde, cum deponat de actu proximo ad homicidium, quod fuit cuſpide commiſſum, videtur ſemiplenam probationem facere pro inferenda quæſtione.

8 Cæterum † viſum eſt hunc teſtem indicium non facere,cum non ſit omni exceptione maior,ſicut eſſe oportet.Bart.in l.maritus.ff.de quæſt.Bal.conſil.259. lib.1. Et quòd ſit inuulnerabilis, vt ſcribit Alexand. conſil.11.in princ.lib.1.& conſil.178.lib.2.Hypol.in d.l.maritus.Sicuti de Cæneo poëtæ fabulantur,quod nunquam vulnus in bello acceperit. Item, quia minor viginti annis.l.teſtium.ff.de teſti.Alex.conſil.64. in princ.& conſil.98.circa fin.lib.1.Hypol.conſil.68. nu.20. Et ſubiectus d.Vicecomitis de Cadeneto,cuius imperio cum parere teneatur, liberam non habet deponendi vocem.Inn.in cap.in literis. de teſt.Rom. conſil.420.Feli.in c.cum à nobis.col.fin.de teſti.licet aliquando domeſtici admittantur,quãdo ſcilicet ſunt honeſtæ vitæ & conditionis. vt not.Hypol.ſingul.5. ſed hæc qualitas ceſſabat in iuuene iſto,qui erat vilis, & pauper.l.qui accuſare.cum legib. ſeq. ff. de accuſa. Hypol.conſil.28.nu.20.& conſil.31.num.31.Clar.in §.fi.q.24.nu.1.Boſſ.de oppoſi.& contra teſtes.nu.99.

Quartò, Bernardinus Cathaletus deponit vidiſſe quando de Oraiſono percuſſit Vicecomitẽ,& ſubito veniſſe Vercors enſe euaginato à latere,dicẽdo, *laiſſes cela, & auoir tiré vne eſtocade contre Oraiſon, & que la poincte toucha le pourpoint pres du tetin droict.* Si eſſet integer, bene faceret indicium, vt dictũ eſt ſuprà,ſed iſte non eſt (vt ita loquar) ex Iouis tabulis teſtis: in quibus Iupiter omnia mortaliũ facta deſcribere fingitur à poëtis. Sed in peccatis natus eſt totus. Si quidem fatetur ſe ſurdaſtrum,& tamen deponit audiuiſſe Oraiſonum dum erat in fine graduum, & ipſe in ſummitate,dicentem ſe eſſe vulneratum. Quod fieri non potuit,etiam ſi apertiſſimas habuiſſet aures,propter loci diſtantiam,maximè eo tempore,quo ille caſus acciderat aderant multi, cũ magno rumore Oraiſonum ſequentes, omnes gradus occupantes. Eſt etiam falſus, cum dicat Vicecomitem vocaſſe Oraiſonum *trois ou quatre pas pres du benetier*, teſtes autem omnes dicũt vnà fuiſſe egreſſos eccleſiam. Item ibi, *ſans ſe pourmener*. Imò ante conflictum ſimul deambulabant. Et in alio, *eſtans deuant la chapelle*,quod ſimiliter falſum eſt. Cum euaginauerint *au milieu du bardat*. Item probatur hunc duas habere vxores eodem tempore,& ita propter ſuam turpitudinem eſſe infamem. l.eum qui duas. C.de adulte. Præterea læno dicitur, quod ſcortorum proſtitutione quæſtum faciat.d.l. qui accuſare.& l.1.ff.de his qui not.infam. §.1.in authen. de lænoni. In domum ſuam recipiens luſores,prodigos, & decoctores.l.1.ff. de aleæ vſu,& aleato. Hypol.conſil.113.nu.29. & conſil.129.nu.9. Interrogatus,ſi cognoſcebat Vercors? reſpondit,maximè: exhibiti alio longè diſſimili,dicit eſſe Vercors, turpiter mentiendo. l. vnius.§.teſtis.ff.de quæſt.cap. literas. de præſumpt. Ancha. conſil. 288. Licet inter vtrúmque apertiſſima ſit differentia, vnus iuuenis, alius vir, Vercors albus, & ſplendidus,alius niger,& caluus. Petierat fiſcus, hunc tanquam falſum puniri. l.1.ff.de ſica.d.§.teſtes.Sed ſenatus cẽſuit conniuendum interea,& ſtudioſè diſſimulandum. Ne videremur iuſtè proſequentibus auertere teſtes,& differendum iudicium loco,& tẽpore. Hinc Sueto. in Cæſa. delicta (inquit) neque obſeruabat omnia,neque pro modo exequebatur. Sed deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus conniuebat in cæteris, de hac conniuentia loquitur. lex prima, C. de fund.& ſaltu.rei domi.lib.11.

9 Quintò † proponebatur Vercors nuperrimè occidiſſe hominem proditoriè in ponte Rhodani, qui cum alio rixam habebat. Ideo ſemel malus in eodem genere mali,malus iterum præſumitur.Bart.in l.Caſſius.ff.de ſena. & in l.fin.de quæſtin. Alexand.conſil. 77.lib.1. tales enim dicuntur morbum morbo addere, & quando incertum eſt quis fecerit homicidium, debet iudex ab iſtis incipere quæſtionem.Sali.in leg. fin.col.fin.C.de quæſtio.Hypol.ſingula.217. & in §. diligenter. num.99. Sed non fuit probata diffamatio huiuſmodi, quæ non ſolet nocere, niſi fuerit conuictus, aut condemnatus, vulgaris autem, vel ſimplex non ſufficit ad tormenta infligenda. Gram. voto 30. num.25. Clar.in §.fin.quæſt.64.num.10.

10 Et † ſic videbantur eliſa,& labefactata indicia quę contra Vercors proponebantur. Vnus ex Dominis dicebat, Cum ad quæſtionem indicia arbitrio iudicis regulentur.d.l.quæſtionis modum. & Bart.in d.l.fio. iſta omnia eſſe ſimul coniungenda, vt ſaltem vnum faciant perfectum indicium, quæ non proſunt ſingula,multa collecta iuuent. lege necnon. §. quod eis.ff. ex quib. cauſ.l. qui ſententiam.C.de pœnis. Poſſitq́; iudex aſſumere probationes, non ſolùm eiuſdem generis,ſed diuerſi.l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti.Sed reſponſum fuit,hæc vera,quotiens indicia eſſent perfecta in ſuo genere.l.ſpadonem. §. qui multa.ff.de excuſa.tu. l.1.C.qui num. tutel. lib.10. Bald. in l. ſi quis ex argentarus.ff.de edend.Iaſ.in d.l.admonendi.num.255.

Nec

Nec possunt dici deducta indicia, quæ non sunt in esse, vel quæ improbata remanent. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Alexand. consil. 150. circa fin. libro 5. Hypol. in §. diligenter. nu. 171. Quibus accedit, quod dicitur in causis criminalibus probationes debere esse luce clariores. l. fin. C. de proba. Hypol. consilio 88. num. 23. 24. Ita ne hoc crimen manebit inultum? nullo modo.

11 Vnde, † post ventilatas singulorum opiniones visum est, dispositionem l. item Mela. §. sed si seruum, in casu huiusmodi locum habere, in illis verbis. Quod si non appareat, omnes quasi occiderint teneri. Glo. ibi, quærit, quid si vnus percussit ex pluribus, & non appareat quis percusserit. Respond. nullum teneri, vt in pœnis mitior fiat interpretatio. l. absentem. C. de pœnis. Glo. verò, in dict. l. si in rixa, dicit omnes teneri, quæ ideo videntur contrariæ, sed non sunt, si quidem, quæ vult nullu teneri intelligitur lege Cornelia, & quæ omnes, lege Aquilia. Cuius pœna est pecuniaria, secūdum terminos d. §. sed si seruum plures. vnde I.C. (pro tollenda illa dubitatione) determinat in dict. l. si in rixa, vt vniuscuiusque ictus contempletur, vt sciatur contra quem Cornelia locum habeat, de qua loquitur ille titulus. Ergo à contrario si non appareat, infert tacitè, aliam esse quærendam pœnam, vt declarat Alexand. contra Bart. in d. l. si in rixa, & consil. 15. num. 4. libro 1. & consil. 14. num. 8. lib. 3. Angel. in verb. Andream auxilia. Ancha. consil. 116. Paul. consi. 345. lib. 2. Feli. in cap. significasti. 2. de homi. Hypol. singula. 217. Alciat. 3. regul. præsumpt. 44. Nata consil. 245. nu. 9. Bossi. de homi. num. 37.

12 Quæ, † tamen intelligenda sunt, nisi homicidium vel aliud delictum fuisset deliberatum ab omnibus, tunc enim omnes æqualiter tenerentur licet vnum esset lætale vulnus, siue appareat quis vulnerauerit, vel non appareat. vt Couar. in cap. si furiosus. num. 5. de homicid. quia, præstans auxilium delicto, vel homicidio debet puniri pœna mortis tanquam agens simpliciter. c. 1. de offic. delega. vbi Glo. & latè Cano.

13 Bart. in l. is qui opem. num. 5. ff. de fur. Quando † scilicet inter eos præcessit tractatus. Deci. in d. cap. 1. num. 12. Craue. consil. 220. num. 12. Clar. in §. fin. q. 90. num. 1, Ludo. Car. in pract. in 15. excusa. num. 3. folio 213. vnde conabatur, dominus Vicecomes de Cadeneto probare tractum, & deliberatum animum occidendi, quod non potuit facere, quia constabat ante rixam fuisse amicos, & socios, & inopinato malum venisse casu.

14 Præterea † considerabant iudices casum istum solis coniecturis, & præsumptionibus iudicari debere quisnam occiderit, deficiente vera, & ordinaria probatione, & ob id cugitur iudex extra ordinem procedere, & sequi extraordinarias delictorum pœnas, quæ in pecunias conuertuntur, vt ste Innocen. in cap. quia non est verisimile, de præsumptio. Decius sequitur, qui communem affirmat consil. 175. num. 8. Hypol. in Rub. de proba. num. 237. Bossi. titu. de conuict. nu. 40. Hypol. consil. 7. num. 36. Clar. in §. fin. q. 20. nu. 6. Grain. consil. 29. num. 4. cum seq.

Fuit conclusum, Laneone absoluēdum: quia constabat post homicidium solum sequutum fuisse delinquentes. De Beauno, Vicecomitem, & Vercora condemnandos erga patrem defuncti in tresdecim mille libras turonen. erga fiscum in mille. Pro illata iniuria ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis in tricentas libras similes. Monasterio sanctæ Claræ vbi requiescit defunctus in quingentas libras pro anniuersario perpetuo. Cum inhibitione manēdi Auenioni per quinque annos, lata 6. Iulij 1579. A qua D. Vicecomes de Cadenoto appellauerat, sed lapsis quindecim diebus renuntiauit appellationi, fuitque legitimè executa.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, exceptionē peremptoriam continentes prius sunt admittendi.*
2 *Emphiteota non potest inuito Domino remittere emphiteosim.*
3 *Bulla Iuliana an habeat locum in contractu emphiteotico.*
4 *Dispositio etiam exorbitans extenditur ex identitate rationis.*
5 *Actus proximus, & sequens à primo dependet.*

DECISIO XCIIII.

Articulis ab vtraque parte productis illi sunt recipiendi, qui exceptionem peremptoriam continent, & de bulla Iuliana, qua habet etiam locum in contractibus emphiteoticarijs.



NOBILIS Ludouicus de Simiana Auenio. dat articulos, in quibus narrat se emisse Anno 1552. terrā octo Salmatarum seminis, ab Arnaudo Agamo Caualicen. pretio quinquaginta quinque aureorum solis. Factáque venditione eidem tradidisse in emphiteosim illam terrā retento directo dominio, ac censu annuo duarum salmatarum tritici, & sex solidorum. Emphiteotam ita recognouisse, & promisisse soluere, & alia facere, quæ verus emphiteota domino tenetur: soluisse censum per singulos annos, nisi à tribus, vel quatuor annis proximis. Ideo petit commissum, & admittendos suos articulos. Alius similiter ponit, & articulat, cōtractum fuisse illicitum, & simulatum, attenta enormissima læsione, contra Bullam Iulianam, quæ disponit pensiones nō debere excedere septem pro centenario, hanc superare duodecim, aut quindecim annis singulis, vltra dominium directum: quod multum æstimabatur. Ideo reductionem fieri debere secundum Bullæ terminos, postulans sed ad hæc probandum admitti, &c.

1 Iudices † in hac concurrentia, & simultanea petitione admissionis articulorum voluerūt articulos rei ponūs admittere alios tacitè reijciēdo. l. cum prætor. ff. de iud. l. qui accusare. ff. de accusa. Ex eo, quod isti articuli peremptoriam continebant exceptionē, quæ negat actori actionem competere. §. appellātur. Insti. de except. l. peremptorias. C. sentent. resc. non poss. c. pastoralis. de except. cap. 1. de litis contest. lib. 6. probat l. vir bonus. ff. iudi. sol. ad euitandum circuitum. Et ne per longiora fiat, quod breuius fieri potest. l. singularia. ff. si cert. petat. l. 1. ff. quod me. caus. frustra enim admissi fuissent articuli actoris, si postea probatus articulis rei, constaret actori ius non competere. Non tenetur enim iudiciū si aduersarius sine actione expectatur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. vt inquit Bart. in l. cum quærebatur. nu. 3. ff. de iudi. sol. & in l. nam & postea. §. Idem Iulianus. & ibi Alexan. & Iaf. ff. de iureiur. & in l. posthumus. §. si quis. ff. de inoffi. testam. Nunquam esset litium finis, si vltimo loco de peremptoria iudicaretur, quæ veluti præiudicialis vexillum tenet. Panorm. in cap. exceptionem. nu. 16. de except. Alex. Ias. & Decius in l. fratris. C. de transact. Et maximè, quod, ista incontinenti probari potetant

poterant per instrumenta in processu producta. Et per inspectionem librorum publicorum, quibus constat quantus fuerit valor fructuum singulorum annorum. Ideo noluit curia, quæ de æquo, & bono iudicat ansam quærere, vt est in adagio, id est, dare occasionem augendæ, multiplicandæque litis, volens potius de his iudicium sumere, quæ salutẽ animarum concernunt secundum Bullæ terminos, hinc prius animas, quàm linguas fieri disertas sacratissimus legislator existimauit. l. sanximus. C. de sacro. eccles. l. inter claras. C. de summa trinit. Et cum fuisset appellatum & postea coram Illustr. Cardinali, bene disputata, confirmata fuit Rotæ opinio.

Núnc videamus an valuerit iste contractus?

2 Dicit † emptor emisse terram pretio conuento, & soluto, sibique traditam, & acquisitam naturaliter & ciuiliter. Ideo licuisse sibi vel retinere, vel alteri dare in emphyteosim, & sub annuo censu, cum pactis, & conuentionibus inter dominum, & emphyteotam compositis, quæ sunt seruanda. l. 1. C. de iure emphyteo. l. in re mandata. C. manda. Non obstante Bulla Iuliana, quæ loquitur de simplicibus pensionibus, non de censibus, qui nascuntur ex contractibus emphyteoticariis, de quibus in Bulla nihil scriptum est. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. Ad istum casum non esse extendendam cum sit exorbitans, & contra ius commune, quo cauetur pacta seruanda. l. 1. ff. de pact. l. contractus. ff. de reg. iur. l. quod verò contra. ff. de legib. Offert liberationẽ si credat censum nimis onerosum, cedat, & remittat fundum licet inuito domino hoc non possit emphyteota facere. Neque vasallus feudum remittere teste Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcend. per l. quicunque. C. de fund. patri. lib. 11. Ias. in l. 2. num. 24. C. de iure empt. Clar. in §. feudum. num. 24. tamen omisso rigore ita faciet, emphyteosimque rescindet. Allegabat etiam habendam esse rationem temporis, quo facta est venditio, & datio emphyteoticaria, si quidem salmata tritici septem, vel octo florenis tunc tantùm vendebatur, & non nocere sibi, si nunc pluris valeat, quia poterat minoris valere, soléntq; pro loco, & tempore pretia rerum crescere, & decrescere. l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad l. Falcid. Sicut non venit in considerationẽ, quod sub dubio fortunæ dependet, si damnum contigerit. l. si pater puellæ. C. de inoffi. test. l. de fideicommisso. C. de transact. & ibi Ias. num. 2. l. 1. C. de pact. c. nauiganti. de vsu. cum si. Cæterum alia sanior, visa est opinio, cum liceat etiam in exorbitantibus, & odiosis decisionem extendere, de casu ad casum, de personis ad personas vbi eadem ratio militat, vt scribit Glo. not. in cle. 1. in verbo. eligatur, & ibi Cardin. nu. 18. de electio. & in c. cupientes. §. denique, in verbo, instruatur. eod. tit. lib. 6. Ias. in authen. quas actiones. num. 22. C. de sacro. eccles. Cra. consil. 227. nu. 4. Deci. latius in l. si emancipari. nu. 53. C. de colla. Ideo cum velit hæc noua constitutio pensiones super fundis impositas non debere excedere septem: eadem dispositio, siue prohibitio, æquè militat quãdo emeretur fundus, & eidem census imponeretur vltra septem, vt eodem iure reductio fiat: habita ratione ad principale pretium, quo fundus venditus est, cum in vtroque sit immoderata pensio, si pretium produceret vltra præscriptos à Bulla prouentus. Et hæc fuit statuentis intentio, ne modico dato magnum accipiatur, sicut, qui parcè seminat, parcè metet. Néve creditor nimium lucretur in damnũ debitoris, quod natura non patitur. l. nam & natura. ff. de condict. indebi. Satis enim honestè lucrari dicitur, qui ex sorte septenos percipit fructus. Cum prædia vix ternos, aut quaternos pariant, vt docet experientia. Iste autem de quinquaginta quinque aureis, duas salmatas tritici, & sex solidos annis singulis lucrabatur, vltra iura laudemij, optimũ profectò vectigal, si lege permitteretur? Licet etiam in sono verborum inter istos contractus videatur differentia, in effectu tamen nihil interest. l. non dubium, ibi, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. C. de legib. Cum vbique sit census, vel acquisitio pensionis super debitoris fundo. Ideo omissis verbis ab effectu contractus iudicabitur. l. si vno anno. ff. loca. l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. vbi Bart. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in quæst. publicanus. Decius in l. si pascenda. nu. 10. C. de pact. Craue. consil. 20. num. 5.

Alioqui interuerteretur omnino Bullæ dispositio. Et quod vna via prohibitum est altera via permitteretur. l. fin. C. si mancip. ita væneat ne prof. cap. cum quid. de reg. iur. lib. 6. l. si sponsus. §. circa venditionem. ibi, cum animum vendendi non haberet. ff. de dona. inter vi. & vxo. to. tit. plus valere quod agitur. Hoc amplius fauorabilis iudicãda est hæc noua bullæ dispositio, prohibens alterum cum alterius iactura locupletari, per immoderatas pensiones, vt legitur in procemio, ex quo finalis ratio colligitur statuendi, teste Bart. in l. fin. ff. de hæred. instit. l. 1. ff. ad Macedo. Alex. consil. 6. num. 3. lib. 2. Deci. consil. 444. num. 8. Et propterea cum sit pia, & Sancta, & animæ fauens de casu ad casum extenditur. Alex. consil. 68. num. 4. lib. 3. & consi. 34. nu. 8. lib. 5. Vbi dicit, quotiens militat eadem ratio non dicitur extensio, sed intellectiua interpretatio, autore Bald. in l. quãuis. C. de fideicom. Deci. consil. 273. num. 1. Bero. in cap. 1. num. 26. de iudiciis. seruit regula, odia restringi, fauores conuenit ampliari. l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.

Mouebat etiam animos, illa actuum proximitas: priùs itaque emitur terra, & vili pretio, deinde datur in emphyteosim, cum pensione, quæ licet fuerit vltima in executione, fuit tamen prima in intentione, de qua prius cõuenium præsumitur inter partes, vt scribit Alex. consil. 43. lib. 1. Deci. consi. 245. num. 5. Cra. consil. 148. num. 13. Actum præcedentem declarans, tanquam ab illo dependens. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rerum actio nõ detur. l. si ventri. vbi Glo. & Bart. ff. de priui. credi. l. hæredes palam. §. vno contextu. ff. de testa. Bart. in l. Titium, aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tuto. Alex. consil. 90. num. 8. cum seq. lib. 3. Et in summa, istæ pensiones, quæ tam onerosæ sunt debitoribus magis suspectæ iudicandæ sunt, quàm legitimæ, vt censuit Bertr. consil. 318. num. 2. lib. 3. Couar. lib. 3. varia. resolu. c. 9. num. 5. 6. Cas. in consue. Burg. Rub. 11. *des censes.* §. 4. versic. *parmi rendant.* Et quia, regulariter in cõtractu emphyteotico solet dari modica pensio in recognitionem directi dominij vt Ias. not. in d. l. 2. num. 17. Ideo reductionem fieri debere.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui non fecit inuentarium gaudet etiam beneficio. l. hac edictali. C. de secund. nupt.*

2 *Viduæ dicenti se non posse cum hærede morari, non creditur.*

3 *L. hac edictali. an habeat locum in alimentis viduæ relictis?*

Et quid si viduæ relinqueretur vsusfructus? num. 4.

5 *L. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. amplis. declaratio. nu. 7.*

Et an habeat locum in alijs dispositionibus? num. 6.

8 *Vidua*

8 *Vidua potest petere interesse dotis non solutæ.*

9 *L.hac edictali,an sit intelligenda, detracta priùs legitima, & postea diuidenda esse bona, inter nouercam & filium.*

DECISIO XCV.

De alimentis viduæ relictis moderandis secundum leges, hac edictali, & hæreditatum. casus subtilis,& vtilis.



LAVDIVS Spinand cursor domus cõmunis Auenionis habens filium, & duas filias: filium hæredem fecit,filiabus vltra dotem,quę erat 725.Florenorum,viginti legauit, Margaretæ Meyniere secundæ vxori in contractu matrimonij quinquaginta donauerat,inter viuos centum,& quinquaginta,in testamento centum. Necnon alimenta in domo sui hæredis operando, sicut marito viuente solebat. Et si non posset cum illo morari annuam pensionem. Mortuo patre, hæres se hæreditati immiscuit, sine vllo inuentario, vidua vixit in domo quinque annis, postea recessit, dicens se non posse ibi in pace viuere cum vxore hæredis, petens pensionem & alia à marito relicta. Litigatur coram d. vicegerente, fertur sententia, per quam hæres condemnatur viduæ soluere, vltra summas à marito relictas, alimenta præterita secundum æstimationem pensionis, & ad futura in domo hæredis operando. A qua per hæredem fuit appellatum, super quibus dubitatum fuit de sequentibus.

1 Primò, † an hæres non confecto inuentario vtatur beneficio.d.l.hac edictali? Et videbatur quod nõ, sed teneri ad integra legata, quæ pater nouercæ reliquit. Cum sine inuentario adeundo præsumatur occultare,& surripere defuncti bona.l.fin.§.& si præfatam.C.de iure delibe. §. si quis autem, in authen.de hæred.& Falcid.de Afflict.decis.13.num.17.Contrarium visum est cõsilio. Quia,beneficium d.l.hac edictali,datur illis,non vt hæredibus,sed vt filiis.§.soluto,in authen.de nupt.& ibi Ang.not.Soci.consi.116.col.7.lib.1. Et hanc commu.attestatur Bertrand.in d.l.hac edictali.num.21.versi.si verò plus. Non obstat d. .& si præfatam,qui loquitur de legatis validis,non de illis,quæ lege reprobata sunt,vt inquit Ruin.consil.57.num.6.lib.2.Cachera.decis.148.num.10.

2 Secundò, † an credendum sit simplici verbo viduæ dicentis, se non posse cum hærede morari? fuit responsum,minimè. Nisi impedimentum vel iustam causam legitimè probauerit. Cum sit ipsa,quæ agat.l.verius.ff.de proba.l.1.C.de condi. inser.Ias.in l.1.nu.4.C.de lega Ancha.consil.254.nu.1.Guid.Pap.q.15. deinde,quia sub conditione fuit sibi relicta pensio, si non posset, de qua priùs constare debebat. l. cedere diem.ff de verb.sign.l.vni.§. sin autem sub conditione.C.de cadu.toll.ne sibi credatur cum hæredis præiudicio,cui minùs damnosum est domi alimenta pręstare,quàm pensionem seorsum persoluere.l.Caio.§.fin.vbi Bart.ff.de alimen.lega. & consil.211. in 3.dubio.Alex.consil.190.lib.1.Cra.consil.268.in princ.

3 Tertiò, † an d.l. hac edictali, locum habeat in alimentis nouercæ à marito relictis? Nequaquam videbatur. Cum de illis nulla fiat in eadem l.mentio.arg.l.si verò.§.de viro. ff.solut. matrim. non debet ad illa extendi,cum sit dura, impediens mariti liberam bonorum suorum dispositionem, contra §.disponat. in authen.de nupt.l.1. C. de sacro.eccles. Sed contraria verior est opinio,quia, de illis etiam loquitur, saltem generaliter,ibi,siu autem vltra quàm constitutum est aliquid nouercæ fuerit datum,&c. l. semper in generalibus.ff.de reg. iur.l.si chorus. de lega.3. Quamuis maior ratio esset in vno,quàm in altero,genus tamen vtrunque complectitur.l.1.§. quod autem.ff. de aleæ vsu,& aleato.l.quod autem.§.fin. vbi Bald.ff.de mili. testa.Socin.in l.2.§.ex his, in princ. ff.de verb.oblig. Ac si singula fuissent expressa,cum id dicatur expressum,quod verbis generalibus demonstratur. l. fin.C. quod cum eo.l.si duo.ff.de administ.tuto.Bart.in l.1. num.7.de Rip.num.50.cum seq.ff.de vulga.

4 Prætereà † d. l. hac edictali, locum habet etiam quando solus relinqueretur vsusfructus,vt tunc æstimatio fiat secundum terminos l.hæreditatum.ff.ad l. Falcid.vt voluit Bertrand.in d.l. hac edictali. num.4. versic.ita tamen.Crauet.consilio 194. num.3. & seq.

5 Itaque, † cum appareat viduam esse ætatis 55. annorum fieret æstimatio pro septem sequentibus annis, quanti esset pensio,vt deinde cognoscatur si plus ha-
6 beat,quàm vnus ex aliis liberis.Licet † Imo.& Alex. in d. l. hæreditatum. velint illam ætatum computationem non habere locum in aliis dispositionibus, sed solùm vbi habẽda esset legis Falcidiæ ratio. idem Ias. in l. eum qui ita.§.qui ita stipulatur. ff. de verborum obligatio.hinc fuit specialiter dispositum,in habitatione relicta, vel annuo reditu, vt computetur legatarij vita vsque ad quindecim annos. l. si quis argentum.§.sin autem donator.C.de donat.de Afflict. decis.34.num.2. Item,quia, illa meta ætatum videtur contra communem iuris præsumptionem, quæ hominem vsque ad centum annos viuere arbitratur. l. fin.C.de sacrosanct.eccles. l. si vsusfructus. ff.de vsufruct.Sed alia sanior est opinio,cum eadem ratio militet in aliis dispositionibus sicut in Falci. vt not. Gl. in l.omnium.ff.de vsufruct. & in l. cum hi.§. modus. in verbo,iuuenis.ff.de transact. Cra.consil.194.num. 3.4.Couar.lib.3.Variar.Resolut.cap.9.num.7.8.

7 Quæ tamen intelligitur, nisi † contingeret istam legatariá plus,vel minus viuere,vt tunc pro rata temporis pluris, vel minoris fiat auctio, vel detractio assignatæ quantitatis,vt Glo. Bart. & doct. in eadem l. voluerunt.& in l.cum Tino.ff.ad l.Falci. Quod multis non placet: quia, omnino incerta esset Iurisconsulti decisio, & vana si quod semel constitutum est, retractaretur.l.nec enim.ff.de in.actúque priua.l.sancimus.C.de admi.tuto. l. qui furere. & ibi Bart. ff.de testa.l.si quis alicui.ff.de acquir.hæred.Cæpol. consi. ciui. causa 14. in fin.Cra.d.consil.194.num.7.Vbi ait cessare læsionem ab vtraque parte propter illam vitę incertitudinem. arg. l. de fideicomm. C. de transact. Quorum opinio videtur probabilis cum semper staret in pendenti illa dispositio, & raro, vel nunquam locum haberet propter incertum nostræ vitæ diem. l.1. ff.de condit. & demonstra. Et si meta ab homine statuatur, Deus autem certos statuit terminos,nobis omnino incognitos, & ita semper esset opus noua prouisione super vita, vel morte propter incertitudinem, & tædium afferret contrahentibus. Ideo visum est nobis communem opinionem ita esse moderandam. Si facta computatione decem annorum in primo anno moreretur vidua,vel post duos, vel tres, esset iniquum metam remanere,in commodum legatariæ, vel eius hæredis vel si illa adhuc viueret per alios septẽ annos,vel aliquos, hæres deberet viduam nutrire,quia testator dixit,quandiu vixerit, si vero illud plus,vel minus,ad dies referretur,vel menses,qui excederent à meta,vel eam diminuerent, nullam habendam considerationem, ne nimia subtilitate bene

constituta

constituta retractetur. Néve de minimis fiat quęstio.

Ceterùm facta per nos calculatione, visum est non esse locum dispositioni d.l. hæreditatum. quia, nulla viduæ alimenta debebantur, cum iam plus recepisset ex aliis, quæ maritus sibi reliquerat.

8 Habita † tamen fuit ratio dotis non solutæ, quæ penes hæredem remanserat, vt teneatur hæres ad interesse, quando vidua non habet aliunde vnde viuere possit, vt scribit Paul. de Cast. consi. 424. in 5. dubio. lib. 1. Deci. in l. de aliméntis. nu. 6. C. de transac. Craue. consi. 189. nu 4. circa fin.

9 Itaque † computando de filia, ad nouercam, quid, & quantum habere debeat secundum terminos d. l. hac edictali. veluti, legitima filiæ est 300. fl. pater eidem legauit centum, & sic habet 400. an nouerca solum habebit centum, vel 400. Aliqui dicût, prius detrahendam legitimam, & solùm deberi nouercę 100. Alij includendam legitimã. Alioqui, si pater reliquisset filiæ 300. & quinque solidos. Nouercæ verò mille, vel hæredem instituisset vniuersalem, illa solum quinque solidos cõsequeretur, quod esset absurdum, vel pater reliquit filiæ decem, & sic minùs legitima, cuius supplementum ascendit ad 300. Cum sub nomine relicti veniat illud, quod filius ex supplemento consequi potest. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. 6. optimè. in Authen. de nup. ibi, ex sua substantia percipit. Ille enim qui habet ius ad supplemẽtum, illud quasi iam percepisse videtur, quo non factum sed quod fieri debet inspicimus. l. pe. ff. de iusti. & iure. Ioan. de Anna. cõsi. 67. & ibi Bologni. in addi. Deci. in l. humanitatis. num. 7. in fin. C. de impub. Alexand. consi. 115. num. 2. & vt præsumatur conformare volũtatem suam cum dispositione iuris. l. nemo potest. de lega. 1. Rip. de secund. nup. respons. 4. nu. 12. vol. 2. Licet Bald. cogitandum reliquerit in l. vni. nu. 10. C. de inoffi. do.

Alia verò opinio visa est fortior, & plures habere auctores, qui dicunt hæc duo iura non se confundere, quia ex diuersis nascuntur fontibus, legitima iure naturæ debita est. l. cum ratio. ff. de bonis dam. Beneficium verò l. hac edictali. ex æquitate, in odium secundarum nuptiarum. Igitur vtrumque stare potest, & locum habere. l. cum ex eo. ff. de actio. & oblig. l. 2. ff. de priua. delic. ita voluit Gl. in d. §. optima. vt scilicet prius detrahenda sit legitima, & postea fiat diuisio bonorum inter nouercam, & liberos. Rapha. Cu. consi. 96. nu. 2. Alex. cõs. 158. nu. 8. 9. lib. 5. Deci. cons. 246. nu. 5. 6. de Ripa in l. in quartam. nu. 219. sibi contrarius. Cra. cons. 142. nu. 4. quibus adde Bertran. 102. nu. 4. lib. 3. Et ita iudicatum fuit, & reformata sententia iudicis à quo, qui decreuerat integra alimenta, & præterita, & futura præstanda esse viduæ, sed in calculo fuerat deceptus, vt partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenio. de præferẽdo venditore in re vendita, an habeat locum, si rei forma mutata fuerit?*

2 *Prior creditor, an præferatur in pecunia posteriori tradita?*

3 *Farina, continetur frumenti appellatione.*

4 *Extensio fit etiam in statutis vbi eadem ratio.*

DECISIO XCVI.

Statutum loquens de materia habet locum in materiato. casus pulcher.

Decis. Rotæ Auenio.



STATVTO huius inclitæ ciuitatis cauetur, emptore pretium non soluente, & effectus fuerit non soluendo, si res vendita reperiatur penes emptorẽ, venditor habeat regressum ad rem venditam, & præferatur quibuscunque creditoribus, etiam
1 anterioribus † intra biénium in re immobili, Et annum in re mobili à die solutionis numerandũ. Etiam si de dote, vel alia causa fauorabili ageretur, huius statuti meminit Rip. in l. si ventri. §. in bonis. num. 6. ff. de priui. credi. licet ius commune repugnet. l. quidam fundum. ff. de in rem verso. Bar. in l. si cum dotem. §. fi. ff. solu. ma. Ias. in l. creditor. nu. 5. ff. si cert. petat. Secundum autem generalem Galliæ consuetudinem mobilia non habent sequelam, teste Rebuf. tit. de literis
2 obliga. art. 4. Gl. 2. nu. 38. ad regias ordina. Quid † de pecunia posteriori creditori soluta? vide de Afflic. decis. 190. vnde Antonius Sperandiu mercator, cum vendidisset Stephano, qui nunc carceratus de patriæ proditione impingitur, quosdam cericeos pannos pro vestibus Margaretæ filiæ suæ dum matrimonio collocabatur, & non soluisset pretium, egit pignoratitia contra vestes, & Margaretam virtute statuti. Illa se opponit, dicens suas esse vestes, sibi à patre donatas, nihilque debere, nihil promisisse, filiam pro patre non teneri. l. filius. ff. de pact. l. nec filius. C. de rebus credi. l. filiusfa. ff. de solu. l. debitor. ff. de compensa. toto tit. C. ne filius pro patre, pignorationem in rebus alienis factam non valere. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. l. 1. C. si res aliena pign. data sit. Non obstante statuto, quod nõ habet locum vbi mutata fuit forma rei venditæ, de panno factum est vestimentũ. l. adeo. §. pręterea. ff. de rerũ diuis. §. pręterea. Inst. eo. tit.

3 Siquidem † appellatione materiæ non venit materiatum, quod ad suã naturam reuerti non potest. l. quæsitum. §. illud, de lega. 3. vestes enim reuerti non possunt ad priorem speciem, sicut metalla ad rudem massam facilè conuertuntur, nunquam vestes, ad lanam, vel ad pannos. Nec farina ad frumentum, vt no. Gl. in d. §. illud, & ibi Bart. cum cęteris. Ideo statutum ad hunc casum de quo non loquitur extendi nõ debet, cum strictè sit semper intelligendum. l. 3. §. hæc autem verba. ff. de nego. gest. l. quicquid. ff. de verbo. obliga. Bart. in l. omnes populi. in 6. quæstio. de iusti. & iure. Alex. consi. 153. num. 29. lib. 7. Hinc appellatione panis non venit frumentum. l. 1. vbi Bart. C. de frumen. vrb. Constan. lib. 11. Neque econtrario frumenti appellatione panis continetur, vt Bart. in d. §. illud, quãuis vnum ab altero nascatur. l. triticum. vbi omnes not. ff. de verb. oblig.

4 Concluditur, † continuandam pignorationẽ virtute statuti generaliter loquẽtis, cum semper dicatur pannus venditus, etiam si ex eo factum fuerit vestimentum, vel mutata forma, materia tamen semper remanet, vnde videmus, si maritus vxori lanam donauerit, & ex illa vestimentum fecerit, datur marito repetitio l. vtilem. ff. de do. int. vi. & vxo. l. adeo. §. ex aliena. ff. de rerum diuis. vbi inquit, sine materia vlla species esse non potest. Et esset iniquum, si emptor mutando formam rei venditæ, posset tollere ius creditoris. l. qui res. §. aream. ff. de solu. & ita illuderet statuentes. l. non dubium. C. de legib.

Nec obstat strictè interpretandum, hoc verum, nisi eadem ratio exigat simile iudicium, vt Bal. no. in c. 1. §. porro. col. 3. quæ sit causa prima benefi. amittendi. post Gloss. in c. 1. de tempo. ordinand. libr. 6. Et quod prohibetur in vno, in alio quoque prohibitum, facit eadem ratio. l. cotem ferro. ff. de publica. Sicut

si statutum prohibeat frumentum extrahere, intelligetur etiã de farina facere prohibitionem, teste Bart. in d.§.illud.Bald.in d.l.non dubium.Bertach.in tract. Gabel.2. par. 8. par. num. 12. licet verba repugnent, legis tamen voluntas adest, quæ tanquam fortior vincit.l.non aliter. de lega. 3. Huic accedit, quod res trãsire solet in alios, cum onere suo. l. si cum venerit. §.si fundus.ff.de pigno.actio.leg.si debitor. C. de distract.pigno.

SVMMARIVM.

1 *Decretum eodem instanti interpositum non valet.*
2 *L. fin. C. si maior fac. non habet locum contra ignorantes.*
3 *Restitutio ex capite ignorantiæ datur non solum contra principalem præscrip. sed etiam contra quadriennium.*
4 *Mulieres garrulæ, & loquaces.*
5 *L.2. C. de rescind. vendi. an detur contra tertium, & quando?*
6 *Agens remedio l.2. contra tertium, debet agere intra quadriennium.*

DECISIO XCVII.

De rescindenda venditione duplici capite, nullitatis, & lesionis, quorum neutrum locum habuit propter præscriptionem.

FRATRES Abrueles egerant duplici remedio aduersus Andream Claustron, nullitatis, & leg.2. C. de rescind. vendi. Ob id, quod in venditione, iuris solennia non interuenerant. Nimis festinan-
1 ter fuerat † decretũ interpositum à Iudice, qui auditis duobus, vel tribus testibus dedit tutori licentiam vendendi paternam domum: rem magis vtilem, cum multæ aliæ essent res minùs vtiles vt distraherentur. contra l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eo.qui sub tutel.sunt sine decre.non alie.l.lex quæ tutores. C.de admi.tu.Bart.in l.prolatum.C.de senten.Ancha.cõsi. 82.Bertraud.consi.119.lib.1.de Afflic.decis.249.Clamantes contra iudices, qui eodem instãti decreta interponunt, qui dicuntur sine causæ cognitione iudicare in tãta præcipitatione. Paris.consi.98.nu.9.lib.1. Rolan.à Valle cons. 33. nu.1.2. lib.1.Hypol.singula. 438.Alcia.regula 3.præsum.39.num.7.Quamuis pro decreto iudicis sit præsumendum. l. Herennius. §. Caya. ff. de euictio. tamen vbi asserit iustam causam fuisse alienandi res pupillorum, sibi non creditur nisi aliunde probetur.l.minorum.C.de præd.mino.Ias.in l.2.nu.5.ff.de offi.eius cui mand.est iuris.& in l.sciendum.num.13.ff.de verbo.obliga.Deci.in auth.si quis in aliquo.num.36.C.de edend.& consil.110. num.4. Meno.de arbi.lib.2.centu.2.casu 171.nu. 1. vsque ad 30.Ideo nullum fuisse contractum.cap.qui contra.de reg.iuris.l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib.10.

Respondebant Iacobus Mesplem, & Anna Peteliere coniuges hæredes Claustroni emptoris, nullitatem huiusmodi præscriptione sublatam, per l. fi. C. si maior fac.lib.5. Vbi maior factus post quinque annos non potest venditionẽ retractare occasione prætermissi decreti, vel nulliter interpositi. Domum venditam anno 1535. Litem motam anno 1562.& ita tacuerunt per 27. annos. Oportebat probare se tunc fuisse minores duorum, vel trium annorũ, quod cum factum non fuerit. l. eum re.C.de proba. l. verius.ff.
4 eo.non esse audiendos. Alij, † ignorasse venditionem paternæ domus.c.ignorantia.de reg.iuris.lib.6.l.2. in fi.ff.pro suo.Dictámque l. fi. non habere locum contra ignorantes.l.2 in verbo sciuerint, vbi Gloss. C. de seruit.& aqua.Bald.in tract.præs.in 2.par.4.par.princip.num.11. Et si lex illa in sua generalitate comprehenderet ignorantes, illis daretur ex capite ignorantiæ in integrum restitutio.l.1.§.si quis propter inundationem.ff.de itin. actúque priua.quem ad hoc not. Bart.in l.fin.C.de præs.longi temp. Panor. in c. vigilanti in vlti.no.& Feli.col.1.qui communem testatur de præscrip.Alexand.consil.71. num.3. libr. 1. & ibi
3 Moli.in addi.de Afflict.decis.37. Non † solùm aduersus primum tempus præscriptionis completum, Sed etiam quadriennij, quod datur læsis ad petendam restitutionem.l.fi.C.de tempori.in integ.rest.c.1. de in integ.rest.lib.6.veluti, si is contra quem præscriptum est, habuerit probabilẽ causam ignorantiæ quadriennij, merebitur quoque restitutionem etiam si effluxisset tempus centum annorum teste Pan.in c.1.in fi. de præscrip.& consi.32.in fi.lib.1.Alex.d.consi.7.lib. 7.Deci.consi.36.nu.9.& consil.436.num.9.& multis aliis qui congeruntur à Tiraq. de retract. consang. §. 35.Gloss.4.nu.43.

Rei verò conabantur docere, actores sciuisse alienationem huius domus, cum fuerit paterna, à matre
4 alienata. Soleántque † mulieres esse garrulæ, & nimium loquaces, quæ nihil retinere norunt absconditum, vt inquit Bal in l.fi.col.3. versi. & dic quod mulier. C.de suis, & legi.Ias.cons.87.89.lib.1. Bened.in c. Raynutius, in verbo, duas habens filias.nu.30.31. Tiraquel.in l.12.connu.nu.9. cum seq. Ideo esse verisimile, matrem declarasse liberis suis alienationem.

Et coniunctus præsumatur scire facta coniuncti. l. octaui.C.vnde cogna.l.de tutela. C. de in integr. restit.Alex.consil.163.nu.6.lib.2.Ancha.consi.158.circa fi.Maximè, vbi de re notabili agitur, veluti de domo paterna, non est verisimile filios ignorasse alienationem, vbi nati, & educati fuerant.l.nec supina.ff. de iuris & facti igno. c. cum inhibitio, ibi affectatores ignorantiæ, de clandesti. desponsa.l.qui contra.ibi, errore non affectato, dissimulatóve. C. de incest. nup. Capi.decis.69.num.15.Cra.consil.148.nu. 5. facit l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. Ideo cardo huius decisionis vertitur super scientia, vel ignorantia alienationis, vt infrà, videbitur.

5 Secundò, † tanquam læsi egerunt remedio l.2. C. de rescind.vend.contra eundem Claustron, qui emerat domum à Ioanne Bressio primo emptore, quæsitum fuit me relatore, an rectè egerint? Et videbatur rectè, secundum Gl.in d.l.2.Bar.nu.13.Fabia.de emp.& vendi.quæst.8.Balb. loco præal. 4. par. quæst. 26. Deinde, vbi alienans, & possessor tenentur eodem actionis genere potest actor executione vti aduersus possessorem, docet Bal.in l.vni.C.de aliena. iudi. mu. caus.fac.& ibi Saly.nu.18. Ad similitudinem rei vendicationis quæ datur contra possessorem.l.in rem. ff. de rei vendi.Bart. in l.si tertius.§.si quis prius. versic. quæro circa hoc.ff.de aqua plu.arcend. Iaso. in l.4.§. Cato.nu.26.ff.de verb.oblig.vbi, quando eadẽ æquitas militat vt detur contra singularem posses. dari debet, sicut contra principalem.

Censetúsque tunc in rem scripta actio.l.metum.§. fin.ff.quod me.caus.

Veruntamen communis opinio est ne detur, vt Saly.ait in d.l.2.nu.18.Paul.de Cast.nu.16.Alex.cons. 92.nu.8.lib.1.Cagno.in d.l.2.num.114.& num.120. Tiraq.de retract.conuentio.§.1.Gloss.7.num.12.Cahera.decis.63.num.10.

Quia,

Quia, actio huiusmodi, quæ ex lege nascitur personalis vocatur.l.1.ff.de condict. ex l. quæ non datur contra singularem successorem d.1.§.si hæres, vbi de Rip.nu.3. ff. ad Trebel. Nisi secundus emptor etiam eandem rem, vili pretio acquisiuisset, vel titulo lucratiuo consequeretur, aut non esset soluendo primus, quibus casibus in subsidium ex quadam æquitate recta via conuenitur secundus, teste Bal.in d.l.2.nu.16. Saly.nu.18.Ema.de Costa. in §. & quid si tantum. in 2.par.num.64.Coua.lib.2.Varia.resolu.c.3.num.10. per l.planè.§.qui rogatus.in fi.de lega.1. Itaque cum iste secundus emptor eodem pretio emerit sicut primus, & non sit soluendo, qui sine hærede decessit, videntur rectè egisse contra tertium possessorem ad similitudinem restitutionis in integrum quæ in prædictis casibus datur etiam contra ignorantem, & bonæ fidei possessorem.l.in causa.1.§.fi.cum l. seq.& l. si apud. ff. de mino. Sed vnum obstabat agentibus quod debebant agere contra tertium infra quadriennium secundum opinionem nostrorum quos suprà citauimus.& Cra.consi.7.nu.5.Coua.lib.2. Varia.resolu.c.3.nu.10.Et hoc quando sciebant ius sibi competere. Alioqui ex capite ignorantiæ mererentur restitutionem, vt suprà.Hic verò cōstabat multis instrumentis hos liberos liberasse matrem à tutela, quam gesserat in cuius rationibus cōtinebatur pretium domus.Ideo dixerunt domini absoluendos reos.

SVMMARIVM.

1 *Testis torquetur pro roborando testimonio, quando est vilis.*

2 *Testis varius non facit aliquam fidem, & quid de consuetudine seruetur, vbi in quæstione sustinet?*

DECISIO XCVIII.

De falso accusatore, qui incidit in foueam quam fecit.

ANURSAS Guerin Valtiaci accusauerat quosdam eiusdem loci incolas de proditione patriæ, tortus, vt accusationem confirmaret (iuxta l. ob carmen. §.
1 fi.ff.de testi.cum † esset vilis persona, & malæ famæ vt scribit Bossi. tit. de tortu. tes. num. 3. Clar.in §.fi.q.25.num.2.& seq.) dicit se falsum dixisse instigante Cæsare de Vincentiis primo illius ciuitatis consule, vocatus Cæsar, negat, & nullam isti adhibendam fidem, cum sit periurus, & infamis. Ille perseuerat & designat loca coniurationis, & circunstantias constanter, & intrepidè, ita, vt animos iudicum induceret ad credulitatem, fuit dubitatum quid esset agendum? Accusati qualitas contrarium suadere videbatur, cum esset diues, & nobilis, in officio publico designatus, in cuius fide & autoritate tota ciuitas stabat, & viuebat.

2 Aliqui † ex Dominis dicebant alium nullum indicium facere nedum ad quæstionem, sed nec ad detinendum, vt scribit Ancha.consi.23.col.1.& 2.Fulgo. consi.273.Deci.consi.89.nu.8. & hanc esse communem.Quia, in tali teste deficit tota substantia attestationis, quæ in veritate consistit, & perinde ac si non fuisset testificatus.c.testimonium. de testi. Clar in §. fi.q.25.nu.3.Nec etiam ad inquirendum, vt illi attestantur. Alij verò consuetudine generali aliter obseruari.vt Bossi.& Clar.in locis prællega. Nempe si dictum suum in quæstione substineat, procedendū esse formiter contra accusatos, præsertim quando aliunde aliquæ nascerentur coniecturæ, quæ mouerent indicantes, vt hic. Fuit enim antiqua inimicitia inter Cæsarem, & accusatos, quos ille dudum fuerat prosequutus, licet actis non constaret. Fuit ordinatū Cæsarem sub arresto Palatij detinendum, & alium iterum torquendum in præsentia accusati. Tortus negauit vera esse, quæ de Cæsare dixerat, petendo veniam repetitus alio absente perseuerauit. Fuit tandem strāgulatus omnium iudicio. Et ita verum fuit quod prouerbialiter dicitur, mali bibunt suæ iniquitatis fecem.

DECISIO XCIX.

Cedens, facta cessione non potest liberare debitorem.

IOANNES Gues cesserat Ioanni Bridon 200. libras turo. sibi à Bremondo debitas, post cessionem nulla adhuc facta intimatione, Gues declarat Bremondo, se non facturum sibi aliquam molestiam nec in iudicio, nec extra occasione iam dicti debiti. Bridon petit à Bremondo illas ducentas libras. Bremondus non teneri cum sit liberatus à creditore cui potuit soluere ante intimationem. lege tertia, C. de noua. Contrarium concluditur, per l. si partem. ff. quemadmo.serui. amittant. Vbi vendito fundo, cui legata erat seruitus non potest legatarius repudiare, cum ad eum fundus amplius non pertineat. Ita cessione facta non potuit præiudicare cessionario, cui iam cessit, & remisit debitum.l.quæritur. §. si venditor.ff.de ædi.edicto. Alex.consi.46.nu.5.lib.5. vbi dicit id communi voce firmatum, cedētem scilicet non posse confiteri in cessionarij prçiudicium, etiam si solutum sibi fateretur, de Afflict.decis.163. nu.3. ratione præsumptæ fraudis, quæ nascitur contra cedētem, vt scribit Ang.in §. item si quis in fraudem. col. pen. versi.secunda conclusio.Inst.de actio.Bari.& Paul.in l.facta.§.fi.ff.ad Trebel.Capel.Tholo.q.119. Deinde, apparebat debitorem adhuc non soluisse, nimirum si cum nullum damnum patiatur debebat soluere Bridoni cessionario: secus si ante intimationem soluisset, secundum terminos d.l.3.Cacher.decis.45.nu.3. & 7.Paris.consil.19.col.pe.& fi.lib.3.Ioan.Cro.cons. 1.nu.12.14.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius ratificando venditionem rei donata censetur donare.*

2 *Dispositio vna contrarias non operatur effectus.*

DECISIO C.

Ratificatio venditionis non operatur rescissionem.

LIBERI, & hæredes Francesiç Bertiere agebant rescissione contractus venditionis facta de domo, Gaucherio de Vado tanquam per vim, & metum, per Ioannem du Bies maritū illatum, probando illum fuisse seuerum, solitum percutere, prodigum, & sæpius carceratum instantibus creditoribus, indigentem, &c. Et quòd inuita mater, & nolens vendiderit, læsa etiam vltra dimidiam.

Emptor verò, Francesiam ante venditionē donasse domum Petro Botrello, & ob id non fuisse læsam, cum tēpore venditionis ad eam non pertinebat. Imò

vtiliter gessisse negotium vendendo, & recipiendo pretium, ex re penitus aliena. Alij replicabant Borrellum ratificasse venditionem, virtute cuius ratificationis præsumitur voluisse donare, anctore Bart. in l. si fundum. §. 1. de legat. 1. doctor in l. quæ dotis. ff. solu. ma. & in l. mater. C. de rei vendi. per text. pulcher. in l. si verò. §. Idem Papi. ff. manda. vbi, si patronus liberti fundum donauerit, & postea patronus coosentiente liberto fundum alienauerit, videri postea libertũ patrono donasse. Et hoc ratione primæ liberalitatis sibi factæ donatio præsumitur, vt censuit ibi Gl. commu. approba. attestante Paul. de Cast. num. 5. Perinde, ac si semper remansisset in potestate ipsius venditoris. Cum retrotrahatur ratificatio l. licet. C. de procura.

Huic fundamento respondebat, quando simpliciter fieret ratificatio includeret donationem, sed hic conuenitur, vt sexcentum floreni in pensiones collocati ex pretio domus mortua Berteria ad duos Berteriæ filios pertinerent, & illis sine liberis decedẽtibus, ad eundem Borrellum, & suos. Itaque, si rescinderetur venditio, & pretium restitueretur, fieret præiudicium conuentionibus, & vocatis liberis, quibus per pactum acquisitum fuit ius notatio stipulante l. 3. ff. rem pupil. sal. fore.

2 Prætereà, † licet Borrellus ratificando censeatur donasse, hoc verum respectu ipsius venditionis eam ratificando, non vt ipsa rescindatur venditio, agente Berteria. Alioqui illa ratificatio cõtrarios operaretur effectus, quia confirmaret, & rescinderet cõtractum, sicut de generatione, & corruptione dicitur, quæ eodem tẽpore simul stare nun possunt. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Inductáque ad vnum effectum operarentur contrarium l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. l. quod fauore. C. de legib. l. qui hominem. §. si. ff. manda. c. maiores. de Baptis. Bertran. consi. 15. num. 5. lib. 1. Craue. consil. 136. nu. 6. Denique, si rescinderetur venditio, ratificatio tanquam eius accessoria, simili laboraret vitio. l. non dubium. C. de legib. l. fi. C. de non numera. pecu. vt non valeat, ergo sequitur Berteriam nullum habere ius super domo, quæ ad Borrellum reuerteretur. Iden vno ore pronuntiatum est de Vado absoluendum.

SVMMARIVM.

Principali extincto, non extinguitur accessorium quod separatum est à principali.

DECISIO CI.

Titius debebat Sempronio 400. fl. Et pensionis nomine promisit triginta duos in Chirographo. cancellatum fuit principale debitũ solutione eius quod debebat, de Chirographo verbum nullum. Sempronius petit illos 32. fl. Titius non teneri: quia extincto principali extinguitur accessorium. c. cum principalis. de regu. iur. Imò, qui recipit sortem absque protestatione videtur vsuras remittere. l. fi. §. fi. vbi Bar. ff. quod cer. loco. Concluditur deberi, quia interesse fuerat principaliter promissum, quo casu nullum fit præiudicium accessorio, quod iure obligationis de per se peti poterat. l. si marito. §. fin. ff. solu. ma. Gl. in l. non solùm. ff. de rei vendi. Ias. in l. 1. nu. 3. 4. C. de iudi. Adeò, vt talis summa æquè principalis dici debeat, quæ etiam solutione tollenda erat, alioquin semper stat, & loquitur contra debitorem. l. Arriani. C. de hære. ratione iam elapsi, & præteriti tẽporis. At si collata esset in futurum pro rata solum temporis deberetur, quando principale extingueretur. l. qui Romæ. vbi Gl. Bar. Alex. Ias. nu. 35. 36. ff. de verb. oblig. l. diuortio. l. de diuisione. ff. solu. ma. Gl. in l. vnic. §. sed & nouissimi anni. C. de rei vxo. actio. Tiraq. de retract. conuentio. §. 4. Gl. 4. in verbo pro rata. nu. 1. cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appella. an possit omisso appella. articulo, de causa principali cognoscere?*

2 *Articulorum reiectio inducit iustam causam appellandi.*

3 *Clausula, tam coniunctim, quàm diuisim, quid operetur?*

4 *Dictiones, tam, & quam, quid significent?*

DECISIO CII.

Iudex appella. ab interloquutoria, non debet omisso appellationis articulo, de causa principali cognoscere, casus vtilis, & quotidianus.

Verat appellatum à Domino Valentiano ad Papam per D. Antoniũ Fabrum, ex eo, quod, se iudicem competentẽ pronuntiauerat in causa sacristiæ ecclesiæ Satriani cõtra Oliuerium Lagetum, causáque appellationis commissa R. D. rectori Comitatus, qui quidem omisso appellationis articulo admisit articulos Fabri materiam principalem concernentes. Et cum iterum appellatum fuisset ad Cardinalem, & causa
1 commissa eidem D. Valentiano, fuit dubitatũ † an licuerit iudici ita facere. Et videbatur licuisse, quia in rescripto Pontificis expressè dicebatur, committimus causam appella. totiúsque negotij principalis, cũ omnibus incidentib. & dependentib. Et tam coniunctim quam diuisim, cum opportuna euocatione. Itaque illa copulatiua (quam) l. his verbis. vbi Gloss. & Bart. ff. de duob. reis. dicitur æque principaliter copulare, vt scilicet vtraque causa sit præcipuè commissa, & delegata. l. si cui. de fundo instruct. vbi, legato fundo, & instrumento, debetur instrumentũ etiam alienato fundo, secus si legaretur fundus cum instrumẽto, quia in modo coniungendi differunt. Glo. in c. querelã. de simo. Bart. in l. 1. ff. de pecul. lega. & in l. Titia textores. de lega. 1. Alex. consi. 2. num. 13. lib. 3. Idque voluit expressè Rui. consil. 114. lib. 4. quem refert, & sequitur Coua. practi. q. c. 9. nu. 5. vers. tertia conclusio. Põderanda etiam sunt illa verba, tam coniunctim, quã diuisim. Nempe si iudex ad quem teneretur prius articulum appellationis discutere, non diceretur coniunctim super vtroque negotio cognoscere, vel diuisim. Cum per illam diuisionem liceat sibi tam super vno, quam super altero procedere, videtúrque princeps per illa verba causam à primo iudice euocare, & suo delegato committere, vt illi dicũt. Alioqui essent vana, & otiosa, quod non est dicendum. c. si Papa. de priuil. l. si quando. de leg. 1. Hæc autem Rota contrarium censuit, & dicit malè fuisse iudicatũ. per c. vt debitus. de appella. c. cordi. eo. tit. lib. 6. & secundũ omnia alia iura, quæ dicunt priùs discutiendũ articulum appel. Et si appareat malè iudicasse, retineat causam, si verò bene, remittat. Rom. consil. 362. Etiam si totum negotium per rescriptum committeretur, quia tacitam conditionem habet, si male fuerit iudicatum. Idem Corn. consil. 312. lib. 3. quamuis verba rescripti includant etiam cognitionem principalis negotij, cum

cum ius commune repugnet, ex præsumpta principis voluntate, qui videtur sub conditione loquutus, si bene scilicet fuisset appellatum. l. rescripta. C. de precibus impera. offe. l. si quando. C. de inoffi. testa. Bellame. decisio. 419. Etiam, si mille commissiones emanarent super negotio principali, quod non censetur commissum, nisi &c. Rota decis. 67. de appel. in no.

2 Grauauit † insuper dũ articulos partis tacitè reiecit, procedẽdo in materia principali, vt scribit Corn. consi. 35. in princ. lib. 1. Nata consi. 172. in primo dubio. lib. 1. Rota Perusi. decis. 38. Rota Bono. decis. 7. Senatus Pedemonta. decis. 25. nu. 14. Etiam si statutum prohiberet ab interlocutoria appellationem, à tali attamen exclusione admitteretur. Bart. in l. 2. ff. de appel. recip. Deci. in c. ex parte. in 4. not. de appel. & in terminis Sraphi. de signa. iusti. fol. 319.

3 Et † licet tam coniunctim, quàm diuisim mandetur, intelligitur secundum iuris terminos. cap. causam quæ. de rescrip. vt patent ex d. c. vt debitus. cap. super quæstionum. §. 1. de offi. deleg. Expressio verò, quàm diuisim, cum de necessitate insit, nihil vltra ius commune operabitur, sed veniet accessoriè, & gradatim, vt primo pronuntietur super articulo grauaminis, hoc voluit Beto. q. 120. cuius dicta non probo, cum sibi ipsi pugnare videatur. Ideo visum est nobis clausulam (tam coniunctim) operari effectum etiam vltra ius commune, veluti si articulus grauaminis expediri non posset, nisi cum materia principali iungeretur, tũc iudex virtute illius clausulæ posset simul de vtroque cognoscere, cum multi sint casus, quorum vnus sine altero non solet diffiniri. l. quotiens. C. de indi. c. de vestra. de dona. inter mari. & vxo. c. tenor. de ord. cogni. c. 1. de caus. pos. saltem posset euenire casus in quo decisio articuli appella. requireret cognitionem materiæ principalis, tunc vtilis esset illa clausula. Et

4 † sic minus dubiũ erat quod diuisim cognosceretur, cum id regulariter fieri debeat. d. c. vt debitus, vt denotant istæ dictiones, tam, & quam. Nam (tam) maiorem includit dubitationem dictione, quàm. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniuriis. l. pro hærede. ff. de acq. hær. Et licet diuisim referri quoq; possit ad principale, quia vna determinatio, &c. l. iam hoc iure. ff. de vulga. tamen vt euitetur iuris communis correctio, siue alteratio, ad solum appel. articulum referendum est, sicut quando vnum determinatum est fauorabilius altero. l. si ita scriptum fuerit cũ Titius. ff. de manu. test. l. si seruus liber. ff. de statulibe. vbi relicta libertas seruo, & legatum cum filius fuerit 25. anno. si filius ante moriatur debebitur libertas non legatum. Ita licet, diuisim, vtrũque respiciat magis ad appel. articulum, quàm ad materiam principalem referendum est, ne ius commune corrigatur. Alex. consi. 5. num. 7. lib. 4. Deci. in l. in testamento. 3. no. C. de testa. mili.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio iuramenti an necessaria sit, vbi dolus, vel metus in contractu interuenisset?*
2 *Dispensatio, debet facere mentionem de periurio iam incurso.*
3 *Promittens se curaturum quod alius non petet, si faciat diligentias, non tenebitur.*
4 *Promittens proprio nomine, quod alius non petet, petente illo tenebitur.*
5 *Obligatione principali sublata, non corruit obligatio pœnæ.*
6 *Cautela vt securè cum minoribus contrahatur.*
7 *Fidem frangenti licitum est fidem frangere.*
8 *Promissio qualibet recipit interpretationem dũmodo dolus, vel læsio enormissima non interueniat.*

DECISIO CIII.

Promissio facta per maritum proprio nomine casu quo eius vxor petat, eum non obligauit si altera pars prius contraueniat, vel si fuerit enormissimè læsa, casus pulcherri. & quotidianus.



MARGARETA Daurela de Balmis in contractu sui matrimonij cum Petro Cassole mediante summa 700. fl. & vna domuncula, fatetur se sufficienter dotatam pro omni iure sibi competente super paternis, & maternis bonis. Iurauítque amplius non petere, Petrus Cassolus eius maritus casu quo illa peteret promisit dare proprio nomine 500. aureos, & ita iurauit se obligãdo formaliter. Ioãnes Daurelus pater promisit soluere dotem per annuas solutiones, quibus non solutis mortuus est. Eo mortuo Margareta egit coram ordinario contra Gabrielem fratrem, & hæredem patris, vt bona matris diuiderentur: protestatur frater de pœnis incursis, postea dispẽsati coniuges iterum petunt, causa committitur D. Valentiano auditori, dubitatum fuit quid iuris?

Dicunt actores licuisse petere non obstantibus iuramentis propter enormissimam læsionem, quã passa est à patre, & fratre decepta Margareta, vt pote quæ minor, & in patris potestate pro tam leui dote amplissimum defunctæ matris patrimonium remiserit, dicendo se sufficienter dotatã: quod non erat verum. Dolum malum adhibitum ab eo, qui curauit vt tota matris hæreditas sibi remitteretur: quæ ad filiam pro dimidia pertinebat iure proprio, & naturali, non esse opus dispensatione à iuramentis vbi dolus adest, aut enormissima læsio, authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. c. quamuis pactum. de pactis lib. 6. de his scribit Deci. consil. 180. num. 6. & consil. 181. num. 3. Nata consi. 144. & cons. 166. qui dicit hanc esse communem. Reus negabat assumptum. Si quidem etiam si vis, & metus interuenisset, dispensatio necessaria erat, vt ita communiter obseruari docet de Afflic. decis. 393. num. 11. & decis. 322. num. 6. Et hos esse periuros, debuisséque in postea impetrata dispensatione de periurio iam incurso mẽtionem facere, teste Matthæo de Afflic. decisio. 22. num. 17. Ruin. consil. 187. lib. 1. Et propterea incurrisse pœnam quingentorum aureorum, quam maritus suo proprio nomine promiserat.

Replicant, patrem, qui dotauerat priùs contrauenisse iuratæ promissioni, nõ soluendo in termino dotem. Ideo licuisse coniugibus contrauenire, sine vllo periurio. c. 3. & c. sicut. de iureiurand. Decius in l. cum proponas. 2. C. de pact. l. si quis maior. ibi non obseruando promissa. C. de transac. Vel timore pœnæ, quæ non debetur, nisi is qui eam petit, pro parte sua priùs contractũ seruet. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Gl. in l. ediles. 1. §. fi. ff. de edil. edic. Ang. consil. 43. in fi. Aret. cõs. 70. Ancha. cons. 330. Deci. cons. 452. nu. 3.

Tota difficultas huius contentionis residet super pœna, quam promisit maritus suo nomine casu quo peteretur. Si enim promisisset se curaturum, vel facturum, quod vxor nõ peteret non teneretur ad pœnam, si constaret de diligentia. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu. cum non sit in mora. Bar. in l. si duo. §. hæc verba. ff. de consti. pecu. & in l. si ita stipulatus. in 7. oppo. & ibi Alex. & Ias. ff. de verb. obl.

& in l.quod text.ff.si certum peta.Bart.in consi. 136. Feden.de Senis consil.121.Pan.consil.19.lib.1. Cano.in c.Gemma.de sponsa.de eo, qui promittit quod talis contrahet matri.cum tali.Aret.consil.142.Quia, qui facit quod potest excusatur.l.apud Celsum.ff. de excep.doli,etiam si ita iuraret.de Afflic.decis.295.nu. 4.Decius consil.313.num.2.3 l. iure ciuili.ff. de reg. Iuris.c.cum non stat.eo.tit.lib.6.

4 Hic † verò agimus de eo,qui promisit factum proprium si eius vxor peteret.Ideo videtur cōmissa pœna,facta per vxorem petitione.l. si quis autem. §. sed & si quis.ibi,quod si ea persona nolit fideiubere,puto teneri eum qui constituit.ff.de consti.pecu.l. stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.oblig.Et hoc modo tollitur difficultas probandi interesse, quotiens adiecta est pœna.l.fi.ff.de præto.stipula. Panor. consil.43. lib. 1. vbi valet promissio facta marito ne super dote à liberis primi matrimonij molestaretur.l.sanximus. C. de fideius.promittēs alium sistere, licet fecerit quicquid potuerit,nō liberatur à pœna.Quia,difficultas alium sistendi inerat à principio tempore factæ promissionis,secundum Bald.ibi,Soci.consil.288.nu.30. lib. 2. Decium consi.32.num.2.

5 Ex † alio etiam videbatur commissa pœna quamuis principalis obligatio vxoris corrueret propter immodicam læsionem, vel alia media rescissionis, quia,illa secūda mariti obligatio fundatur super propria virtute, & non ex antecedenti prohibita, à qua separata est, quæ valet contra promittentem. l. sed

6 † & si is.C.de prædiis mino. vbi, si tutor proprium fundum obligauerit ob euictionem rei pupillaris sine solennitate venditæ,valebit obligatio, licet principalis corruat, cum de alia obligatione quæratur, teste Alex.consil.66.in fi.lib.4.Neguzan. de pigno. 1. membr.3.par.no.42.Parisi.consi.16.nu.112.& consi. 17.nu.22.lib.2.Meno.arbi.lib.2.centu.2.casu 171. num.77. dicentes hanc esse vtilem cautelam pro illis,qui securè cum minoribus cupiunt contrahere, vt in terminis Nata consi.272.Nec inconuenit vt rupto principali firmum remaneat accessorium. d. §. alteri. Alex.consi.32.num.6.lib.2.

7 Sed † hæc omnia cessare videntur in proposita specie, in qua apparet patrem priùs cōtrauenisse non soluendo in termino:cuius mora nocuit coniugibus, & marito, qui sustinuit onera matrimonij sua dote priuatus. Ideo locum habet,l. cum proponas. C. de pact.vt frangenti fidem, fides frangatur eidem. Alex. consil.32.lib.2.& consil.85.lib.1.Imo.consil.15.hinc vulgò dici solet, cum Cretensi creticare. Et clauum clauo pellere licet. Et propterea non soluens in termino,non potest se tueri conuentione,quam præsumitur velle infringere, ex tacita contrahentium voluntate. Adeò vt non possit moram purgare, vt illi volunt,& Imo.consi.81.nu.2.Roma. consi. 242. nu. 2. 3. Nisi vtraque pars pœnam promisisset in casum contrauentionis,tunc enim non liceret alteri contrauenite,& pœnam petere,sed altero sit contenta, latè Bart.in l.1.§.cum arietes,& ibi Alexan.ff.si quadrup. paupe.fecis dica.

8 Vlterius † mouebat dominos illa læsio,quę mensuram communis damni excedebat,quam patiebatur filia,de materna hæreditate,cuius media pars æstimata erat quingentis aureis,& vltra,quod videbatur iniquum,& malè factum decipere filiam à materna hæreditate.Omnes enim promissiones, & liberationes ita restringuntur, dummodo dolus absit, vel immodica læsio.l. Cum putarem. ff. fami. ercisc. l. vnde si Neruæ.ff.pro socio.l.si superstite.C.de dolo. Bart. in l.quidam cum filium.num.4.ff.de verb. oblig. l. si libertus ita iurauerit.ff.de ope.liberto. Sicut si promitteret non reuocare donationem quod facere potest in casibus à lege expressis.l.fin.C.de reuocand.dona. in l.si vnquam,vbi de Rip.num.4.Tiraq.in fi.num.1. cum sequen.

Simile videri debet in hoc marito,qui promiserat pœnam, casu quo eius vxor peteret, vt in pœnam non incideret propter iniustissimas petitionis causas. Anchar.consil.330.nu.17.Cor.consil.10.num.9.cum seq.lib.3.Soci.consi.22.nu.7.lib.4.& consi.215.nu.7. lib.1.Ias.consil.133.num,17.19.lib. 4. & in l. si pacto quo pœnam.in fi.C.de pact.Rui.consi.138. num.10. lib.2. Imo verò tertius in pœnam non incideret si maior factus contraueniret ob iniquitatem contractus.Quia ea defensione vti potest,qua,& adultus. l. 1.& 2.C.de fideius.mino.l. minor. C. de procura. vt illi dicunt,& Nata.consi.115.nu.3.& consi. 308. nu. 53.& consi.324. nu. 78. io proptus huius causæ terminis,fuit conclusum contractum liberationis respectu bonorum maternorum rescindendum.

SVMMARIVM.

1 *Possidens sine vitio videtur legitimus contradictor, nec cogitur recipere de manu hæredis legatum.*
2 *Filius,an sit creditor respectu legitimæ? & num. 7. & 12.*
3 *Filius,ergo hæres.*
4 *Reparans,potest rei reparatæ insistere, donec soluatur expensa.& num.11.*
5 *Fideiubere non est soluere.*
6 *Offerens probationes in promptu impedit missionem.*
8 *Legitima debetur super singulis rebus arbitrio Iudicis.*
9 *Exceptio,quæ latiorem desiderat probationem,nō impedit hæredem.*
10 *Possidere non dicitur hæres vsufructuarij.*
12 *Arbitrarium est, quando probatio dicitur fieri incontinenti.*

DECISIO CIIII.

De hærede mittendo in pos. non obstantibus exceptionibus debitæ legitimæ,reparationum in hæreditate factarum,casus magnificus.

FVIT quondam Ioannes de Meyneriis, vir quidem magnificus,& excellens,legum doctor,Dominus, & Baro Aupedæ,& Vitrolæ,primus præses Aquensis senatus.Qui duas habens filias Claram, & Annam, Instituit primum masculum ex Clara nasciturum, & si nō nasceretur primum masculum Annæ, sub conditione si ille masculus esset doctor ex celebri, & famigerata vniuersitate, deferretque nomen,& insignia testatoris sine vlla additione: pœna priuationis hæreditatis.Eo mortuo, Clara pendente conditione, quæ extendebatur vsque ad vltimum vitæ spiritum.l.cum autem.§.& generaliter.C.de institutio.l.ex facto.§.si quis hæredem.ff.ad Treb.l. fi.C. de indic.vid.toll. Possidebat hæreditatem, vt aliis in testamēto relictis satisfaceret.iuxta l. si quis instituatur.ff.de hæred.insti.l.2.§.si sub cōditione.ff.de bonn. pos.secūd.tabu,Iaso.post Bar.& alios.in l.extraneum. nu.3.C.de hæred.insti.Paulus de Castr.consi.280.nu. 1.2.lib.1.Roma.consi.71.Et virtute arrestorum,quę à supremis Galliæ curiis lata fuerant. Tandem veniens ad mortem,& sine liberis,instituit Illustrē Antonium de

de Glandenes comitem de Porteriis maritum suum, vniuersalem hæredem. Ea mortua comparuit coram Illus. Cardinali magnificus dominus Franciscus de Perusiis baro de Lauris,& præses Aquësis, tanquam pater, & legitimus administrator domini Claudij de Meyneriis iurium doctoris sui filij, & iam dictæ Claræ, Annæ de Meyneriis producendo testamentū cum arresto Senatus Grationopolitani eiusdem testamenti confirmatorio, petens se mitti in possess.ex l.fi.C.de edic. Se opponit dominus de Porteriis, & priùs soluendam esse legitimam dominæ Claræ, & reparationes,quas in rebus hæreditariis vtiliter fecit,& his solutis non impedire, fuit dubitatum me relatore, quid Iuris?

1 Videbatur † legitimus contradictor, cùm sine vitio in possess.reperiatur,liceréque sibi hæreditati insistere donec postulatis fuisset satisfactum. §.interdum de rerum diuis.Hinc licet fideicommissarius teneatur à manu hæredis hæreditatem capere. l. restituta. l.facta.ff.ad Trebel.l.filiam fratribus.eo. Tamen quando sine vitio in possess. reperitur. nulla est opus restitutione.Glo.in l.fin. quæ ponit alios casus. C. ad Treb. Alex.in d.l.filiam.nu.3.Deci.consi.142.num.3.Bertr. consi.375.num.4.lib.1.Idem in legatario.l.Titia cum testamento.§.1.de lega.2.l.non dubium.vbi Ias.nu.2. 3.C.de lega.Hic autem iusto titulo, tanquam hæres D.Claræ,tenebat & possidebat. Ideò non videbatur priuandus donec facta liquidatione,propter commodum possessionis. §.commodum.Insti. de interdic. c. sæpe.vbi de Rip.num.2.de resti.spolia.

2 Deinde,† filia dicitur creditrix super bonis paternis respectu legitimæ.l.cùm ratio.ff.de bonis damna. l.si totas. C. de inoffi.dona. Glo.no.in l.si quis legatum.§.fi.ff.de fals.Et pater debitor, à quo inuito, illa exigitur.l.debitor. l. creditor. ff. de verb.signi. l.cùm queritur.l.parentib.C.de inoffi.testa.§.aliud quoque. in Authen.vt cùm de appel.cognos.Et sicut creditori permittitur insistere super bonis debitoris,donec soluatur debitum,vel vnam rem eligere pro suo debito. l.creditoris arbitrio.ff.de distrac.pign.l. Mochis.ff. de iure fis.Negusan.de pigno.1.memb.8.par.num.21.Ita filio,vel eius hæredi id debet licere,vt censuit Imo.in l.Marcellus.§.res quæ.in d.fi.ff.ad Treb. Glo. in d.l.fi quis legatum.§.fi.Iacob.de Arerio Cy. Albert.in Authen.res quę.C.comm.de lega.Cur.Senior.consi.13. nu.15.& consi.27.nu.30.Alexandri.consi.156. nu.16. Huic fecuit l.si quis filium.C.de inoffi.testa. Et si legatarius pro legato habeat hypothecam. l. 1. & 2. C. com.de lega.l.1.de lega.primo, fortius filius , vel filia (quæ maiori priuilegio gaudet) pro obtinenda legiti-

3 ma.l.Papinia.§.4.ff.de inoffi. testa. Huc,filius † ergo hæres,vt diuus Paul.ad Gala.4.cuius meminit Glo.in l.1.C.si minor ab hæredi.se abstinuerit. l.1.§.qui sunt in potestate.ff.si quis omis.caus.test.l.cùm quæsitum. §.sed,& si suis.ff.de fideicom.liber.l.in suis.ff.de libe. & posthu.Bart.in l.necessariis. ff.de acqui. hæred.Tiraq.de retract.consang.§.1.Glo.9.nu 51.

4 Præterea, † licitum est illi, qui reparauit, aut rem reddidit vtiliorem insistere rei donec debita pecunia soluatur.l.si necessarias.ff.de pigno.actio.l.si non sortem.§.si centum.ff.de cond.indebi. l.quod dicitur. ff. de impens.in reb.dota.fac.l.qua ratione.§.literæ.ff.de acq.rerum do. l. Paulus. ff. de excep.do.vnde dicebat ille, cùm domina Clara vxor mea charissima magnas fecerit impensas, & necessarias, pro conseruanda arce fortissima Aupedæ, ne ab hæreticis intercipere tur,pro retinendis domibus, & molendinis, æquum esse vt priùs illæ exsoluantur,antequam mittatur hæres in possess.l.cùm seruus.in fi.ff.de cond. &

5 demonstratio. vbi, † qui dare debet non auditur, si velit dare fideiussores:quia, satisdare non est soluere. l.promissor.§.fi.ff.de consti. pecu. l. item liberatur. §. qui paratus.ff.quib.mo.pig. vel hypo. solu.l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. Et in terminis de melioramentis priùs exsoluendis,scribit Paul.de Cast. consi.270.nu. 3.lib.2.Capi.decis.17.nu.7.

6 Offerebat † etiam facere probationes in promptu, dicendo, modò constat, modò agatur. iuxta l. ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Trebel.l.is à quo.ff.vt in pos.lega.l.2.C.de edic.diui Adri.Cùm tali casu impediatur remedium huius executionis, secundum Bart. in l.1.ff.quo.lega.& in l.fi.nu.2.C.quo.bono.& in l.si de vi,& ibi Paul.ff.de iudi.Ang.cōsi.135.Ancha.consi.145.Cor.consi.131.nu.15.lib.4.Ang. in §.quadrupli.nu.41.Insti.de actio.de Afflict.decis.14.nu.4.Rip. in l.1.nu.12.ff.quo.bono.Soci.Iun.consi.73. num. 6. lib.1.Cachera.decis. 26. nu.3.& 14. vt probat in specie.l.fi.C.quo.bono.ibi, omnibus amputatis frustrationibus, per interdictum quorum bonorum corpora in petitorem transferantur, (frustratio) pro morosa dilatione accipitur.l.in fideicommissi.§.fin. ff. de vsuris, ibi, non oportet frustrationem esse impunitam.l.non videtur frustrandæ dilationis.ff.de iudi.

His non obstantibus,insistebat dominus præses vt mitteretur in possessio.producēdo vlterius testamentum dominæ Claræ, quæ volebat vt bona quondam d. Ioannis patris relaxarentur Claudio sine molestia. Et quæ petuntur ab hærede, egere altiori indagine, quæ non solent impedire hæredem.d.l.fi.

7 Visum † est dominis,non obstante vtraque exceptione hæredem mittendum in pos. Quia, incertum erat, quid & quantum deberetur pro legitima, quæ incerta dicitur tā ratione loci. l Meuius.§.duobus,de lega.2.quàm quotæ, propter æris alieni incertitudinem,prius detrahendi.d.§.quarta, quæquidem incertitudo impedit acquisitionem possess.l.3.§. incertam. ff.de acqui.pos.

8 Debearúrque † super singulis rebus arbitrio iudicis.l.omnimodo.C.de inoffi. testa. l. scimus. §.repletionem.eo.l.2.vbi Bar. C. quand. & quib. quar.pars. lib.10.Aretin. consi.156.col. pe. versi. præterea non licuit.Alexan.consi.134.numero 4. libro 4. & in l. in quartam. numero 15. 16. & de Rip. numero 111. & in c.sæpè. numero 94. de resti.spolia.Bertrand. consi. 181.nu.6.7.lib.1.Meno.in retnii.de adipisc.4. remed. nu.643. vt scilicet filius non sit legitimus contradictor pro legitima, cùm debeat illam ab hærede petere,& non propria auctoritate.

9 Deinde, cùm † exceptio expensarū esset multum illiquida, & confusa, quæ non solet hoc summarium iudicium impedire.d.l.ille à quo. §. si de testamento, ibi,si cognitio prolixiorem tractatum habeat, & aliis prællegatis iuribus.& l.4.§.condemnatum,vbi de Rip. num.19.cum sequen.& l.à diuo Pio.§. si super rebus. ff.de re iudic.Bero.quęst.44. Rota Bono.decis.79.nu. 7.Rota Perus.decis.20.Meno.de adipis.quęst.100.nu. 840.& omnes in d.l.fi.

10 Nec † etiā poterat hæres hoc se colore tueri,quod hæreditatem possideret, cùm ab vsufructuaria vxore esset hæres institutus, cuius morte fuerat extinctus vsufructus.§.finitur.Inst. eod.l.2.§.fi.ff. quibus mod. vsuf.amitta.Deci.consi.597.num.2.per l.vxor Patrui. C.de lega. Et ita erat sine titulo, qui non potest impedire hæredem.d.l.fi.in illis verbis.Non autem legitimo modo ab aliis detinentur. & ibi Bar. Bal. Paul. Albe.Sali.Alexan.Ias.Deci.& nouis.Bar.in l.1.C.quo.

bono. Balb. in l. Celsus. nu.10.ff.de vsucap. vel quotiens titulus post mortem eius de cuius hæreditate agitur acquireretur. Glo.no.in d.l.fi. in verbo. legitimo modo, quam sequuntur doct. vt ibi Bart.attesta. cum sequacib.de Afflict.decis.119.nu.6. Cachera.decis.26.nu.21.

11 Consi.† Paul.de Cast.270. Locum habet, quando liquidatio facienda oritur ex verbis sententię, vt tunc secundum illius tenorem executio fiat. arg. l. ille, aut ille.§.cùm in verbis.de leg.3. Nos verò loquimur secundum iuris terminos repellentes exceptiones longiori dignas examine, vt ipsemet Paul.declarat.&Capi.decisio.17.nu.6.7.

12 Et † licèt sint aliqui, qui velint filium ad similitudinem creditoris posse insistere. Crebrior tamen, & verior alia est opinio. teste Alex. consi.117. num.20. lib.6.& consil.78.nu.5.lib.3.Deci. consi.235. num.8. Bertr.consi.281.nu.8.lib.1.Et quare magis legatario, quàm filio? quia iure cautum non reperitur. l. ante omnia.ff.de proba.& suprà, decis.52.

13 Quamuis † etiam is, qui se opponit se dicat velle incontinenti probare, non tamen illi credendum est facilè, nisi negotij natura, aut rei qualitas illud suadeat, vel patiatur, quod in arbitrio iudicis consistit. d. §.si de testamento. ibi, finge enim verba testamẽti de longinquo petenda, vt Bal.no.in d.l.Neuisa.consi.56. nu.3.& 7.Soci.Iu.consi.67.num.9.lib.1.Guid. Pap.q. 132.Cur.Iu.in d.l.fi.nu.46.Meno. de arbi. lib. 2. casu 12.nu.4. Ita hic videbatur, quod ex propositis exceptionibus multæ nascerentur quæstiones ferè indissolubiles, propter continuas lites, quæ inter partes agitatæ fuerant à morte patris hactenus, per viginti, aut circiter annos in diuersis Galliarum senatibus. Ideò fuit conclusum data cautione duodecim mille aureorum, in casum supplementi legitimæ, & legitimarum reparationũ, hæredem in possess.mittendum.

SVMMARIVM.

1 *Testis, non probat quando deponit ad suam exonerationem, vel suorum parentum, & nu. 4.*
2 *Auctore reprobato, reprobantur qui ab illo depẽdent.*
3 *Iuramentum suppletorium non habet locum, vbi testis non est omni exceptione maior.*
5 *Vestes pretiosæ, & Iocalia ad maritum pertinent, quotidianæ sunt vxoris.*

DECISIO CV.

Vxor non potest agere ad repetitionem vestium, & Iocalium à marito traditorum.

INSTANTE quodam Hebræo fuerat auctoritate domini vicegerentis pignoratus Ludouicus Fede auri faber, Lucia de Mesete eius vxor, petit reconueniendo ab illo vestes, zonas argenteas, & alia pignora, quæ dicit Iudæum detinere, & negante illo, produxit vnum testem, qui deponit, mandato Luciæ portasse in domum Iudæi illa pignora, & alium, qui dicit inuenisse per vias deferentem, qui dicebat detulisse. Et quia non erat plena probatio, delato iuramento suppletorio D.Vicegerens Iudæum condemnauit. A quo, cùm fuisset appellatũ, & causa D. Ioan. Fran.Farando commissa. Visum est curiæ malè iudi-
1 catum, quia, † ille testis nullo modo probabat, deponendo ad suam ipsius exonerationem. l. omnibus. C.de testi.Bar in l.deferre. §.idem.ff.de iure fis. Paul. de Cast.cons.301.nu.8.lib.1.Alex.consi. 44.nu.9.lib. 2.& consi.32.nu.4. lib. 6. vel quando depositio exoneraret parentes, vel proximos sibi. Alex.cons.71.nu. 4.8.lib.7.Craue.consi.112 nu.10. Nec alius similiter fidem facere videbatur: quia, sicut non creditur pri-
2 mo, ita, nec illi, à quo detulisse audiuit. Cuius † enim auctor repellitur, ipse quoque repellendus est. c. fraternitatis. de hær. c. nullus.3. q.4. Hinc, qui instrui non potest hæres, ita nec ille qui in huius est potestate.l.neque per se.C.de hær.insti.l.si mihi, & tibi.§. regula de leg.1.Deci.consi.82.num.1. & consil. 210. nu.9.Cra. consi.112. nu.13. vt accessorium naturam
3 sui sequatur principalis. Itaque † non erat locus iuramento suppletorio: quod non conceditur nisi vbi semiplenè probatur.l.admonendi, ibi, solent enim iudices in dubiis causis exacto iureiurando iudicare, secundum eum qui iurauit. ff. de iureiurand.l.in bonæ fidei.C.eo.c.fi.§.fi.eo.ti.quando scilicet ille testis esset omni exceptione maior, & cui macula impingi non potest, vt Gl.docuit.in §.item verborum inst. de inutili.stipul.& in c.1.in verbo maioris.de cons.& affini. Panor.in d.c.fi.§.fi.num.11.12. Ias.post Bar.in d.l.admonendi.nu.178. Alex consi.180.nu.4.5.lib.6.

4 Qualis † non erat ille, qui ex depositione sua laudem, vel vituperium consequi poterat: si forsitan ad Iudæum pignora non detulisset hæc, & his similia solent testes repellere. l. Lucius. circa fin. ff. de fideius. Alexand.consi.140.num.9.lib.1. facit l. nullus. C. de testib.& Bart.in d.l.Lucius.Felin.in cap.cùm a nobis. num.12.de testib.Ias.in l.sanum.C.de transact.& in l. si duo patroni.§.idem Iulianus. ff.de iureiur. Cur. Iu. consi.165.nu.21.Gram.cons.59.nu.5.Cachera. decis. 79.num.40.

5 Malè † etiam agere videbatur mulier ad repetitionem vestium, annulorum, & Iocalium. Cùm ad maritum pertineant.l.sed si vir ex lana.ff.de dona.inter vir.& vxor.l.si vt certo.§.interdum.ff.cõmo.Bart. in l.pe.§.1.ff.solu.ma. Maximè illæ, quæ magis ad ornatum, quàm ad corporis necessitatem destinatę fuerunt, vt distinguit Bar.in d.l.pe.& in l.si mulier. §. si vir.ff.de dona.inter vir. & vxo.Rolan. à Valle consil. 10.nu.12.lib.1.Ioan.Lup.in Rub.de dona.§.11. nu.2. 3.Neuisa.in sylua lib.2.nu.63. Clar. in verb. donatio. quæst.10. quibus adde Bertr. consi.125.num.1.lib.2. & consi.264.nu.3.lib.3. Quotidianæ verò sunt vxoris, qui maritus donasse videtur. l. si quis pro vxore, ibi, non enim donat vt repetat, qui necessariis oneribus succurrit.ff.de dona.inter vir.& vxo. Imo. in d.l. pe.nu.9.10.11.

Et quæ sint illæ? hoc iure cautum non reperitur, ideò in arbitrio iudicis consistit. l.1. ff.de iure delib.l. 1.ff.de effracto.considerata personarũ qualitate.Imo. vbi suprà.nu.12.de Afflict.decis.315. per to. cum addi.Gram.Meno.de arbi.lib. 2. centu.3.casu 218.nu.8.

In casu autem huiusmodi verisimilis erat præsumptio datas fuisse pignori pretiosiores, & quotidianas retinuisse ad vsum necessarium. Deinde, cùm non soleant Iudæi, & fœneratores in pignus capere panniculaia.l.creditor.2.ff.si cer.pet.vbi, si creditor pignus acceperit minoris valoris, non admittit exactionem eius debitæ quantitatis ad quam pignus non sufficit. Glo. ibi dicit.l.illam non habere locum in Iudæis, & fœneratoribus, vtpotè cùm soleant accipere pignora, quæ longè excedunt debitum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramẽtum in litem, an detur successoribus? & quibus.*
2 *Iuramentum in litem non datur contra hæredes.*

DECISIO

DECISIO CVI.

De iuramento in litem dando hæredi, vel successori, quando facti notitiam habet.

DOMINA abbatissa monasterij sancti Laurentij egerat recuperandę possess. interdicto, contra colonum: eo condemnato, petit sibi deferri iuramentum in litem, iuxta l. si quando. C. vn. vi. Ille negat, cùm nihil ab ipsa habuerit, sed à prædefuncta religionis matre, quæ sibi fundum locauerat, de cuius facto agitur, ipsa iurare non potest, ne anceps periurium incurrat. l. Marcellus. ff. rerum amota. l. videamus. ff. de in litem iuran. Sicut non solet quis ex alterius arbitrio iudicare. l. magistratibus. vbi Bart. ff. de iurisd. om. iudi. vel restan. l. illa institutio. l. captatorias. ff. de hæred. insti.

Quibus non obstantibus existimauerunt iudices, 1 † iuramentũ huiusmodi, in casibus, quibus deferri solet, dari quoque posse hæredibus, & successoribus in officiis, & dignitatibus, secundum Glo. in l. pe. §. fi. in verbo, si eorum intersit. ff. ne quis eum, qui in ius. Ias. in d. l. si quando. nu. 51. Roma. cõsi. 292. de Afflic. decis. 169. Rui. cons. 35. nu. 10. lib. 5. Bossi. titul. de Rapinis. d. l. pe. §. in eum. & §. fi. ibi, hæredibus autem dabitur. Et etiam competere successoribus spiritualibus, veluti abbatibus, rectoribus, & prælatis ecclesiarum. de Afflict. decis. 169. Cotta. memora. versi. iuramentum in litem, in fi. Quando scilicet dicerent se esse informatos eorum, quæ à prædefunctis gesta fuerunt. Alex. consi. 69. col. fi. versi. nec obstat. lib. 2. Imo. consi. 147. Illa enim iurandi facultas transit ad informatos hæredes, propter identitatem personarum. §. 1. in Authen. de iureiuran. à mo. præsti.

Alioqui, si eius rei, de qua controuersia est, nulla apud eos notitia esset, iniquum videretur, si istis iurare liceret, vt periurium incurrant temerè. Ias. in d. l. si quando. n. 53. & in d. l. admonẽdi. nu. 119. Soci. consi. 60. num. 12. lib. 1. & cons. 194. lib. 2. Ias. in d. l. pe. §. fi. In dubio tamen, quando hæres esset filius, vel pater, vel plurium coniunctus, vel forsitã domesticus, præsumerẽtur informati eorum, quæ à prædefunctis gesta fuerunt. c. 1. in fi. & ibi Glo. & Bal. si inter domi. & Vasal. lis oria. l. octaui. C. vnde cogna. l. de tutela. C. de in integ. resti. Roma. cons. 290. Soci. cõs. 264. nu. 9. lib. 2. Vel etiam quando esset extraneus hæres, qui habitasset cum defuncto, vel proximus vicinus, vt Plotus in d. l. si quando. §. 29. nu. 1. & sequen. Quod Rhetores dicũt, per manus tradere. vel de manu in manum, quoties dicimus factum, vel institutum, aut disciplinam, aut consuetudinem per manus traditam ad alios venisse. Et in his iudicis arbitrium maximè versabitur, vt discernat notitiam verisimilem. Meno. de arbi. lib. 2. cen. 2. casu 190. nu. 6. cum sequen. † Contra verò 2 hæredes iurari non potest ex dolo defuncti. l. alio. l. is qui. l. fi. C. de in litem iuran. Nec contra tertios bonorum possessores. Capi. decis. 90. Bertrand. consi. 291. lib. 3. Paul. de Cast. consi. 124. lib. 1. Nisi esset lis contestata. Bar. in l. in actionibus. num. 2. Ias. numero 38. Alexand. numero decimo octauo, Bart. in l. vni. C. ex delictis defuncto. lege prima, ff. de pri. delict. Plo. in d. l. quando. §. quadragesimo octauo, numero vigesimo primo. Itaque cùm ista domina docuerit viuente alia, huius rei notitiam habuisse, & gessisse simul negotia tanquam constituta procuratrix monasterij, Meritò illi iuramentum in litem deferendum censuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum auarissimum genus.*
2 *Culpa lata in delictis, dolo non æquiparatur.*
3 *Falsum sine dolo non committitur.*
4 *Notarius potest inter ignotos instrumentum sumere.*
5 *Sapientes tacent, quod probare non possunt.*
6 *Officij priuatio infamiam irrogat.*
7 *Statutum Auenio. præscribit formam, quando notarius inter ignotos instrumentum sumit.*
8 *Notarius negligens seruare statutum, quod artem respicit tenetur pœna quasi falsi.*
9 *Notarius & testes debent cognoscere testatorem.*
10 *Notarius non debet attestari, nisi de his quæ vidit, & cognouit.*
11 *Notarius abutens officio, grauiter, & variè punitur.*
12 *Auxilium præstans post delictum: deliquisse dicitur.*
13 *Falsi pœnam arbitrariam esse.*

DECISIO CVII.

De supposita persona in locum mortuæ, quæ illius nomine testamentum fecit, casus quotidia. & pulcher.

MARGARETA Comba infimæ conditionis mulier Auenio. persuasit Catharinæ Bonetæ quæ mendicabat, vt mediantibus decem florenis se supponeret in locum Iacometæ Balauardæ iã mortuæ fingendo illius personam, faceretque testamentum in quo ipsam Combam institueret hæredem. Vnde sublata mortua à lecto, & alia in eius locum posita, velata facie, quasi moriens, voce depressa coram testibus, & tabellione (cuius nomen ex industria taceo) testata est in Margaretæ fauorem. Completo posteà pro more funere, Margareta tanquam hæres domum vendidit, & quasdam alias res hæreditarias, fecitque vt ille tabellio, qui testamentum scripserat similiter istos contractus sumeret, & ipsa pretium. Tandem, quia nihil est tam occultum, quod non reueletur, vt Matthæi 10. & præsertim apud fœminas, quæ solent esse loquaces. detegitur falsitas, carcerantur, interrogatæ fatẽtur. Itaq; verũ † est, quod dici solet 1 mulierum genus esse auarissimum. l. sed si ego, vbi Glo. ff. ad Vellei. latè Tiraquel. in l. 9. connubia. num. 43. cum sequen. Et omnium malorum radicem auaritiam, quæ has miseras illaqueauit, & coëgit tantas parare fallacias. Tabellio negat dum testamentum sumebat sciuisse fictionem, non cognouisse testatricem. Cætera fatetur.

Fiscus dicit etiam hunc esse falsarium, quòd præscriptam formam ab statuto neglexerit, quando non cognoscebat contrahentes, vt titu. de offi. nata. latissimam commisisse culpam in officio delinquendo, debuisseque postquam præscium fisco denunciare. Non debebat sumere contractus venditionum de rebus hæreditaris alienæ, quas sciebat ad vendentem non pertinere. Ideò in pœnam statuti incidisse, quæ est tricentorum aureorum vel fustigationis, cum exilio perpetuo.

Hæc causa fuit in consilio recitata per d. Suares, & exquisitis votis concluditur, has duas mulieres secundum statutum puniẽdas mitiùs cum illis agendo, si quidem non videbatur statutum iam graue scelus, & nefandum includere, dignum profectò naturali morte, de quo loquitur M. Tullius Cicero pro Cluẽtio, qui supposita persona falsum testamentum obsignare

gnare curauit, & de legib.lib.1. Et hanc I C. legem
Corneliam testamẽtariam vocauit.in l. Paulus. l.lege
Cornelia.ff.de fal. Similem accidisse casum in ciuita-
te Aquensi recordamur, & omnes strangulatos qui
fuerant huius criminis participes. Refert Valerius
Maxi.tit.15.lib. 9. Laodicem interfecto per insidias
Antiocho marito Rege, dissimulandi sceleris gratia
in lectulo collocasse Artemium, qui se regem fingen-
do populo, & proceribus vxorem commendauit &
rogauit, vt ipsa in regno succederet, prout ipsa fecit,
ingressa per dolum, & falsum. Notarius autẽ de quo
agimus suis officiis priuatus fuit, cum perpetua inhi-
bitione exercendi, iuxta l.moris. §.solet. ff. de pœnis.
R. D. præses dicebat hanc pœnam contra notarium
nimis duram. Quia ignorabat suppositionem, in hoc
caruisse dolo, licet in latam culpam inciderit, nõ ob-
2 seruando statuti formam, sed latam † culpam dolum
non esse, maximè in delictis. Gl. communiter appro-
bata in l.in actionibus.ff de in litem iuran. Ias. nu.23.
3 25.Dec.nu.20.Clar.in §.fi.q.84.nu.1. falsum † autem
non committitur sine dolo malo. l.1.& l.quid sit fal-
sum.ff.de fal.Soci.Iu.consi.39.nu.83.lib.1. Clar.in §.
falsum.num.33.Ideò statutum, quod de falsario pu-
niendo loquitur, intelligi debet de illo, qui dolo ma-
lo falsum commisisset, non culpa lata.Ias.in l.1.num.
70.ff.de legib. Plotus in l.si quando.numero 765. C.
vnde vi.Cur.Iun in l.fi.numero 9.ff.quod quisq; iur.
4 Clar.in §.homicidium.nu.3. Et præsertim † cùm no-
tarius possit etiam inter ignotos rogari, instrumen-
táque sumere §.is qui.in fin.in Authen.de instru.cau-
tel.& fide.Bal.in Rub. C de fide instru.num.11. Rui.
consi.189.nu.17.lib.1.

Ex eo etiam quod non detexerit, non posse dici
falsum commisse, cùm nemo regulariter teneatur de-
lictum reuelare.c.placuit.6. q. 2. Nam viri sapientes
tacent, quod probare non possunt. c.plerunque. 2.q.
7. Gl. in c. si peccauerit. 2. q. prima, Bar.in l.vtrum.
ff.ad l.Pomp.de Parri.de Rip. in tracta. de peste.circa
fi.nu.124. Denique nitebatur ostendere non esse Fal-
sarium, licèt sciuerit res, quæ vendebantur ad vendi-
torem non pertinere, cùm liceat etiam rem alienam
vendere. l. rem alienam. ff. de contra. emp. & in hoc
nullã esse veritatis mutationẽ. quia verum est Marga-
retam has res vẽdere. Si iustè, vel iniustè, quid ad no-
tarium? Ideò volebat pro negligentia per eum com-
missa extra ordinem pecuniariter puniendum: absque
tamen infamia, quæ morti æquiparatur. l. iusta.ff. de
5 manu.vindi.l.isti quidem.ff.quod me.caus. Cùm † sit
expeditum, priuationem officij, dignitatis, vel cinguli
infamiam irrogare.l.qui cum vno. §.exauctoratus. ff.
de re milita.l.iudices. C.de dignita.lib.12. l.moris. ff.
de pœnis.Alex.in l. si quis ex argentariis.num.6.ff.de
eden.Iul.Cla.in §.fi. quæst.73.nu.3.

6 Respondebant † Domini, quãuis ab initio forsitan
fuisset falsitatis ignarus, tamẽ quia neglexit statutum,
quo præscribitur forma procedẽdi quãdo inter igno-
tos rogatur, falsum commisisse, vt omnes vno (quod
aiunt) ore attestantur. in l. Iubemus.vbi Paul. Ang.
Alberi. C.de testa.Cur.senior.consi.56. col.3.versi.4.
7 respond. Alcia.regul.3.præsump.13.nu.8. Saltem † vt
teneatur pœna falsi extraordinaria. Meno.de arbi.lib.
2.casu 379.nu.4.5.

8 His accedit, † quod tabellio, & testes debẽt cogno-
scere testatorem l. si nõ speciali.C.de testa.Iste autem
asserit in instrumento testamenti, dicendo constituta
coram me Iacometa Galauarda, &c quod nõ erat ve-
rum, cùm non viderit, neq; cognouerit facie velatam,
vt ipse fatetur, ergo falsum scripsit, vt in simili Bossi.
titu.de fals.de illo, qui erat post stragulam, quem no-
tarius dicebat vidisse, falsi pœnam incurrere. Si qui-
dem attestari non debet, nisi de his, quæ viderit, &
9 cognouerit. Idẽ Guid Pap.q.433. Scribit duos † no-
tarios, qui non dolusè contractum reprobatũ sum-
pserant fuisse à senatu deportatos. Cùm deliquerint
in officio, debebántque hoc intelligere. l.generali. C.
de tabel.lib.10. Illud etiam in cõsiderationem venit,
hanc latam culpam præcessisse casum, & fuisse cau-
sam subsequutæ falsitatis, quæ delictum aggrauat.no.
Bar.in l aut facta.§.delinquunt. ff. de pœnis. Ioan. de
Anna.in c.fin.nu.4.de his, qui propter. fili. occide. l.si
quis. §. abortionis. ff. de sica. vbi, propter poculum
amatorium ex quo subsequuta est mors, tenetur qui
dedit lege Cor. licet animum non habuerit occiden-
di, quia res mali exẽpli est.Meno. de arbi.lib.2.centu.
4.casu 358. Et præsertim considerata qualitate isto-
rum, qui notas & omnes hominum voluntates, &
dispositiones scribunt: & sinunt, in quorum pote-
state est mutare quadrata rotundis, euertere, & pro-
dere familias & domos: propter publicam fidem, quæ
10 eorum scripturis datur. Ideo, † si abutantur grauiori
pœna digni sunt.arg.l.presbyteri. C.de epis. & Cleri.
Hinc diuersis à iure puniũtur pœnis. Aliquando exi-
lij perpetui.l.Iubemus. §. his tabellionibus. C. de sa-
cro.eccle. Aliquando, priuantur officio cum nota in-
famię.c.1.de proh.feud.alie.per Lotha. Plerunque in
amputatione manus.c. imperialem.§.scriba. de proh.
feu.aliena. per Federi. quamuis in illis casibus falsum
non sit instrumentũ, sed quia temerariè legis formam
neglexerunt, lex contra illos irascitur, & punit.vt ibi
Bal. no. His adiũgitur quod posteà recusante hærede
soluere quod promiserat Bonetæ, quæ volebat dete-
gere fictionem, & ille mediator fuerit, vt pecunia sibi
solueretur, debebat denũciare cũ de suo facto ageba-
tur, vt purgaretur suspicio, quæ contra ipsum conci-
peretur propter statuti omissionem, tacendo sibi ipsi
conscius fuit, quasi omnia præcedentia ratificauerit.l.
Paulus, ff.rem ra.haberi.l.licet. C.de procu. sicut ille,
qui post maleficium auxilium pręstat.l.in furti.§.ope.
ff.de fur.vbi Bar.& in l.si quisquam.ff.ad Syllenia.l.4.
ad l.Iul.maiesta.ibi, siue mutuetur pecunia ei, qui iam
deliquit, siue eum associauerit, siue aliud fecerit, quod
ad eius vtilitatem pertineat, dicitur auxilium præsti-
tisse, vt pati pœna puniatur. Ang. de male. in verbo.
Et Andræam, Augus.n.5.6. Deci.latè in c.1.nu.11.de
offi.deleg. Denique scribendo contractus venditio-
num sciebat se falsum dicere. Nempe Margaretã do-
mum suam vendere, & in alium transferre, quod non
erat verum, dicebatúrque malũ malo addere, & men-
dacio fallebat emptores, qui posteà fisco instante coa-
cti sunt empta restituere non sine planctu, & lachry-
mis, vt vidimus. Vnde, cùm delictũ huiusmodi mul-
tis aggrauaretur circunstantiis, malique esset exem-
pli, noluerunt domini conniuere, licet multi essent
oratores, iuxta illud Demetrij. Stateram ne transgre-
diaris, & in eorũ opinione remanserunt. Cùm pręser-
tim falsi pœna hodie arbitraria sit. l. hodie.ff.de pœ-
nis.l.t.ff.de receptato. Ang.in verb.falsario. num. 48.
Clar.in verbo falsum.n.3 t. hinc falsum, quod fallendi
gratia, aut dictũ, aut factũ sit, sicut istud supposititiũ
testamentũ, quod non solũ scriptũ decepit hæredem,
sed omnes alios, qui lucrũ habere ex illo ambiebant.

SVMMARIVM.

1 *L.emptorem.C.loc.vtilis, & ampla declaratio per totam decis.*

2 *Coniunctor*

2 *Conductor virtute hypothecæ habet ius insistendi.*
3 *L.emptorem,non habet locum quando conductor habet hypothecam.*
4 *Emptor,offerendo interesse conductorem expellit.*
5 *Hypotheca generalis,an tantum operetur sicut specialis in locatione apposita?*
6 *Locator promittendo alteri non vendere, vendendo, conductori nullum facit præiudicium.*
7 *§.fi.l.creditor.ff.de distract.pigno.vtilis enodatio.*
8 *Iuramentum præcisè cogit facere, & non liberatur soluendo interesse.*
9 *Iuramentum impedit emptorem vti re empta, donec finitum fuerit locationis tempus.*

DECISIO CVIII.

Emptor domus tenetur stare inquilino, propter iuramentum à locatore præstitum. Casus vtilis, & quotidianus.

DOMINVS Iacobus de Nouarinis, legum comes, locauerat domum, & quædam alia bona Ludouico de la Granaria, sub generali, & speciali hypotheca bonorum, & præstito iuramento, posteà eandē domū vendidit Iosepho de Bona dona. Emptor petit se mitti in possess. domus, cum aliis bonis, se opponit conductor donec finitum fuerit locationis tempus. Alius dicit non
1 teneri stare colono, cū sit singularis successor.† l.emptorem.C.loca.l. qui fundum. ff.eo. Iudex à quo, ordinat soluto per emptorem interesse per expertos liquidando esse mittendum.

Appellatur, & causa mihi committitur, in qua vi-
2 debatur bene iudicatum. Quia,† licet conductor virtute generalis, vel specialis hypothecæ habeat ius insistendi in re cōducta, vt scribit Bar.in d.l.emptorem. Bal.Saly.& Pau.& Bar.in l.1.§. quod autem. ff.de superficieb. & in d.l. qui fundum.in l.si filiusfa. §. si vir in quinque.ff.so.matr. & ita limitetur.d.l.emptorem. vt Guid.Pap.quæst.480.Capi.decis. 420. cum multis aliis ab Alex.traditis consi.118.nu.20.lib. 5. cum additio. ibidem positis.

3 Tamen † vbi emptor offert conductori soluere interesse, non potest coductor rei insistere, vel impedire emptorem, teste Imo.in dict.§. si vir.nu. 8.& Paul. nu.4.Alex.nu.4. Quia hypothecaria est accessoria ad principalem obligationem, quæ solùm datur ad interesse, si patientia per locatorem inquilino non præstatur.d.l.qui fundum. Ideò, non plus debet operari accessoria, quam faciat principalis, nec ampliate ius personalis obligationis.l.item liberatur. ff. quib. mo. pig.solui.l.intelligere.cum Gl.C.de luitio.pigno.

4 Vnde,† quàm primum singularis successor offert colono habenti fundum hypothecatum soluere interesse, potest eū expellere.l.Paulus.§.pignoris. ff.quib. mod. pign. solui. l. cùm seruus. ff. de distract. pigno. Hinc videmus si secundus creditor offerat primo, præferendum esse in pignore.l. si secundus. ff. de distract.pigno.l.fi.C.de his, qui in locū prio. credi. succed. Ergo magis emptor, qui fortius habet ius in re empta, nempe Dominij, non creditor.§.creditor.Insti.quib.aliena. licèt vel non. Et hac de causa Bar. in d.l. emptorem. consulit conductori, ne ab emptore expellatur, vt curet quod locator pro obseruatione contractus obliget bona sua, & ita non exibit donec fuerit sibi de interesse satisfactum, refert Hypoli. singula.321.qui allegat Soci.consi. 29. in fin.lib.4. & consi.99.num.9.lib.1.soluto autem interesse gaudebit emptor re quam ipse emit.

5 Et † hæc vera sunt siue generalis, siue specialis hypotheca intercesserit in locatione, vt nostri maiores vna voce cōcludunt.in l.nihil.§.fi.de lega.1.vbi Paul. Angel.consi.245.num.6.Cor.consi.6.lib.4. Alexand. Lozeus in l.filiusfa.§.diui.nu.441. Coua.lib.2. Varia. resolu.c.15.nu.3. Ideò, cùm de vtraque in hoc contractu facta fuerit mentio, non videbatur conductor posse impedire alienationem, sibi reparato damno.

6 Sed † si locator promitteret rem locatam nō alienare firmior adhuc redderetur cautela, quæ faceret vt conductor suo omnino gauderet tempore, quod esset vtilius conductori, vtpote cùm sit difficilis, & incerta probatio ejus, quod interest. l.fi.ff.de præ.stipula.l.vni.C.de senten.quæ pro eo, quod inte: profe. l.
7 quatenus.ff.de reg.iuris. Vt † probat l. creditor. §.fi. ff. de distract. pigno. Si pactum sit à creditore ne liceat debitori hypothecam vendere vel pignus, quid iuris sit? an pactio nulla sit talis, quasi contra ius posita? Ideóque venire non possit, & certum est nullam esse venditiooem, vt pactioni stetur. Super quo §. magna inter nostros antesignanos controuersia nascitur, an generalis vel specialis hypotheca requireretur? Multi volunt ad solam specialem restringēdum, cùm sit contra iuris communis regulas, quæ permittunt domino res suas alienare. l.in re mādata.C.manda.& probat ille.§.ibi, quasi contra ius posita, & huius sententiæ fuit Bar.io l.si quis. §.ea lege. ff. de verbo.obliga.& Bal.Imo.num.8. Ang.num.9. Ias.nu.32. Alexand.in d.§.si vir.num.4.Ias.io d.§.diui.num.122. vbi commu.attestatur. Coua.lib.2.Varia.resolu.c.15. nu.3.4.5. Quamuis alij magnæ auctoritatis viri velint generalem sufficere, quæ etiam in singularē successorem transit.l.pignoris.ff.de pigno.l. si cùm venderet.in prin.eo. Bero. decis.182.num.53. Crotus in d.§.diui.col.27.Moli.in consue. Parisien. §.30.nu.23. Capi.decis.182.nu.3. Cachera.decis.156.num.4. Quæ non sunt præsentis speculationis cùm de nō alienando, verbum nullum. Ideò videbatur bene iudicatum.
8 Nisi † virtus iuramenti obstitisset emptori, cuius gratia nulla obligatio ad interesse succedit, sed præcisè tenetur facere is, qui iurauit. secūdum Glo. in l.si pecuniam.ff.de condic.ob caus.& ibi Ias.laus.Alex.cons. 89.col.2.lib.7.Panor.cons.12.in fi.lib. 2. Soci. consil. 16. circa fi.& consi.20.lib.4.Itaque cùm iurauerit locator non poterat posteà alteri vendere. in præiudicium conductoris.c.debitores.c.& si Christus. de iureiur.cum si. Ego tamen dicebam non obstare iuramentum, propterea quod non agitur contra locatorem qui iurauit, sed inter emptorem, & cōductorem, quiquidem emptor non afficitur iuramēto per alium præstito.c.veritatis.eo.ti.& ita voluit Cuu. vbi suprà. Hinc dicimus præferendum esse eum cui res tradita est, licet primùm fuisset alteri vēdita cum iuramento. vt Ias.in d.l.quotiens.nu.36.C.de rei vend. Inno.in d. c.cùm contingat.nu.85.eo.ti. Et valere alienationem etiam si iurasset non alienare, licèt efficiatur periurus.Inno.in c.dilecto.de preben.Albe.in l.ea leg.in fi. C.de condic.ob caus.Panorm. in c. sicut ex literis. de sponsa & in c.si diligenti.col. pe. de præscrip. & in c. intellecto.col.fi.de iureiu. Ergo multò fortiùs deberet valere venditio, quæ est fortior locatione, vt suprà dictum est.

9 Sed alia præualuit opinio, vt † iuramentū à locatore præstitum impediat omnino emptorem gaudere re empta, quousque finitum sit locationis tēpus, vt Soci.consi.90.nu.10. lib. 4. qui dicit Anto. de Buttrio ita tenere in c. fi. ne præla. vices. Negusa. de pigno.

primo

primo memb.2.par. num.9. Gosadi.consi.14.num.9. Nata consi.416.per totum. Plotus, de in litem iotan. §.4.nu.83.Roland.à Valle.consi. 6. num.29. Cephas consi.147.nu.12.vnde, si molritudini credendum sit, concludendum est malè fuisse iudicatum. Licèt & vera dura sit opinio.

SVMMARIVM.

Emptor fundi, an teneatur ad interesse, quod debebat venditor ante venditionem.

DECISIO CIX.

Debitor obligauerat fundum creditori, fuit in mora non soluendo in termino, posteà fundum vendidit, mortuo debitore egit creditor cótra emptorem, vt debitum soluat, cum interesse, possessor dicit se esse particularem successorem non morosum, nunquam interpellatum, ignorasseq; debitum, ideò non teneri ad interesse. Offerens principale debitum propter hypothecam super fundo interpositam, habuisse probabilem ignorantiam in alterius ios succedendo. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Contrarium visum est dominis, quia fundus transiuit in emptorem cum sua causa, & onere. l. si cùm venerit. §. si fundus. ff. de pigno. ac. qualiscunque sit possessor. l. si debitor. C. de distract. pigno. l. pignoris. ff. de pigno. Eo amplius, debitor io instrumẽto obligationis promiserat interesse, si non solueret in termino, vnde pignos obligatũ pro pœna, & interesse iustè retinetur, vt inquit I C. in l. gregc. §. fi. ff. de pigno. l. per retentionem. l. pignoribus. C. de vsur. Si verò nulla esset expressa obligatio vsurarum & pœnæ, non retineretur pignus. l. ideò. & ibi Paul. de Cast. ff. de compensa. & l. Lucius. ff. qui potio. in pign. habean. vbi prior in tempore pro sorte, intelligitur etiam potior io vsuris. no. in l. solutum. §. 1. ff. de pigno. actio. in l. Græcè. ff. de fideiuss. Bar. in l. si cùm dotem. §. fin autem, & ibi Alex. & Imo. ff. sol. ma. Rip. in l. priuilegia. num. 15. ff. de priuil. credito. Negusan. in primo memb. 5. par. nu. 14. Soci. consi. 41. nu. 2. lib. 4. & consi. 269. nu. 4. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Donatio iurium, quæ quis habet in villa, an contineat molendinum?*
2 *Donatio iurisdictionis, non continet palatium.*
3 *Dictiones omnimodo, quoquo modo, omne aliud, quicquid qualiter intelligantur? & nu. 1.*
4 *Donans ius exigendi vigesimam, non censetur donasse contra se.*
5 *Venditio saluo directo dominio ciuæ, sub quo reperiebatur, non continet dominium venditoris.*

DECISIO CX.

Nobilis Thomas de Galianis dominus de Isarnis anno 1499. vendidit nobili Francisco Mayando iurisdictionem, molendinum, terras, prata, & alia quæ habebat in loco, & territorio Vedenæ pretio 1690. aureorum solis, saluo tamen & retento, in & super dictis prædiis venditis directo dominio, dominorum sub quibus reperiebatur. Anno 152[illegible]. Mayandus donauit nobili Anneæ filiæ suę viduæ dicti Thomæ, omnia omnino, & singula iura, ouinesq; & singulas actiones, quoquo modo sibi competentes, & competituras in, & super castro, loco, & iurisdictione, territorio, & districtu Vedenę mero, & mixto imperio, homagiis, bannis, seruitiis, & vintenis, &c. Idem Mayandus anno 1525. donauit nobili Franceſiæ alteri filiæ suæ, vxori nobilis Francisci de Genasio domini de Acolea, Molendinum, domum, terras, tam cultas, quàm incultas circum circa molendinum, &c. Super quibus inter hæredes istarum donatariarum ortæ fuerunt quæstiones huiusmodi, me iudice, & relatore primò, an moleodinum in prima donatione continerctur?

1 Et videbatur cótineri, sicut † donatis iuribus quæ quis habet in villa, intelligitur etiam donasse fundos, vt scribunt Inno. & Panor. in c. ex litteris. de iure patro. Cum iurium nomen sit generale. l. bonorum. ff. de verbo. signifi. toto tit. de iure prædio. verba. & rusti. Et virtute illarum dictionum, omnium, omnino, quoquo modo & similium, quæ faciũt comprehendere res quæ aliàs ex natura sermonis non comprehenderentur l. pædiculis. §. Labeo. de auro, & argen. legat. l. Iulianus de legat. 3. Imo, quàdo istæ dictiones additæ sunt, non restringitur dispositio ad habilitatem, l. 1. §. nontiatio, ibi, omnibus dieb. ff. de noui ope. nuntia. Sed continent etiã impropriós casus, vt Rom. in l. in omnibus. ff. de vsuca. Geminant, & ampliant omnes dispositiones, l. Balista. ff. ad Trebel. l. generali. §. Idem quæsiit. de vsufr. lega. l. 1. §. debitũ. ff. de const. pecu. Cur. Iu. consi. 38. Maria. Iu. consi. 97. nu. 8. 9. lib. 3. Deci. consi. 599. nu. 2. Maria. Iu. consi. 38. nu. 2. lib. 3. his additur consi. Ancha. 291. vbi in donatione domus venit apotheca si eadem contignatione continearur, & per donantẽ fuisset simul acquisita. l. si prędus. §. si domus. de leg. 3. l. creditor. §. fi. ff. de actio. emp. sequitur Alex. consi. 113. lib. 2. Ias. in l. fi. col. 2. ff. de consti. pecu. & constet donantẽ simul acquisiuisse molendinũ cũ iurisdictione. Ideo, &c. vt in donationibus latior fiat interpretatio. c. cũ dilectus. de dona.

2 Cæterum † visum est, molendinum in donatione non contineri. Quia, cessabat intentio donantis, qui voluit donare quę propter iurisdictionẽ habebat, non proprietares, de quibus nullum verbũ in donatione fecit, & si voluisset molẽdinum donare, vtiq; expressisset, cùm sub illa iuris expressione, siue enonciatione non continetur. territorium enim, & districtus sunt nomina Iurisdictionem continentia. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. Fel. in c. Rodolphus. de rescr. Ideò donando iura competentia in territorio, vel super territorio, intelligitur de dominio, siue hypotheca ipsius territorij ex his, quæ no. Bar. in l. fundus qui. de anno. lega. Ioan. Fab. in §. itẽ seruiana. Inst. de actio. Non autem possessiones priuatas. teste Oldra. consi. 121. quem refert Alber. in dicto §. territorium. qui vult si princeps concedat alicui iurisdictionem castri, non videtur concedere palarium, & proprietates, quas ibi habet & possidet. Idẽ Imo. & Alexand. in l. tertia in princip. ff. de acqui. poss. Ias. in l. fi. num. 7. & sequen. ff. de consti. princip. Couaru. practi. quæst. cap. 1. num. 10. & sequen.

3 Nec † obstat Decis. Inno. & Panor. quæ intelligitur vbi donantur iura simpliciter, & donatio non sonat in iurisdictionem. vt no. Bar. in dicto §. vxori. in fi. vt recipiat restrictionem de habilitate. l. vt gradatim. §. primo. ff. de muneri. & hono. Bartol. & Ias. in dicto §. nunciatio. Ancha. verò in dicto consilio 291. loquitur quando eadem contignatione continebatur apotheca cum domo, non quod simul fuisset emptæ a testatore, vt ipse declarat, & Bero. in cap. Raynutius.

nutius.num.63.Denique si vellemus ita primā donationē extendere fieret prę iudicium alteri filię cui postea pater molendinum donauit.arg.l.assiduis. C.qui potio.in pign.habean. Tiraq. in l.si voquam.in verb. donatione.num.206.207.ita voluit d.And.Alcia.euius consilium in his actis propria manu scriptum reperitur.

Secundò † dubitatum fuit,nunquid hæres dominæ
4 Francesiæ teneatur soluere vigesimam fructuum (sicut præstant cæteri incolæ loci) pro terris quæ sunt prope dictum molendinum?

Dicebat nobilis Balthesar de Galianis modernus Vedenæ dominus hæredem teneri, quia, Franciscus Mayandus donauit Annetę filiæ ius percipiendi vintenum de omnib. terris in eodem territorio existentibus,adeo,vt in illa generalitate videantur etiā contineri terræ quæ ad ipsum donantem pertinebant. l. Paulus.§.fi.ff.de pignori.seruus sciente domino omnia bona domini obligauit, ipsum quoque obligatum pignoris iure.l. 1. ff. de sena. In generali enim sermone continetur persona loquentis. l. familiæ.ff. de verbo. signi. l. 1.§.1. ff.de mili. testa. Et cum vsus fuerit donando nimium generali, effusóq; sermone, sibi imputandum est.l.Aquiliana.ff.de transact. l. fin. C.de dotis promisc.dicendo omnia, & singula iura, cum vintenis.bamnis, seruitiis super loco, territorio,&c.generaliter loquendo.l.1.§.generaliter.de lega. præs. Et qui totum dicit, nihil excludit.c. si Romanorum.19.dis.cum si.

Nobilis Henricus de Genatio dominus de Chaysam filius, & hæres Francesiæ hoc negabat firmiter. Cum ille,qui donabat vintenum, non donauit molendinum,nec terras cōtiguas,quas retinuit sibi.Ideò non videbatur donare vintenum contra suas proprias terras, sed alienas.l.qui insulā.§.fi.ff.loca.Colonus ea lege villas acceperat,vt eas incorruptas redderet, præter vim,& vetustatem:si coloni seruus villas incendit, non videri eam vim exceptam respōdit, sed extraneam vim excipere voluisse. l.si mercedem. §.fi.vbi gloss.& Bart.ff.de actio.empt.de rustico vendente saluo iure coloni.& in c.1.§.fin.hic finitur lex. in verbo contra omnes.vbi vasallus iurando domino fidelitatem contra omnes, non intelligitur iurasse contra se ipsum. Et ne quis videatur velle contra se arma parare. l. nimis graue. C. de testi. vt de illo,qui promisit suam turrim contra quoscunque,non intelligitur promisisse contra se ipsum. l. inquisitio. C.de solut.Ias.in l.frater à fratre.num.16.ff.de cond.indeb. Cra.consi.274.nu.12. Decius in l.si quis.§.si procurator.num.20.ff.quod quisque iuris.Repugnat etiam ratio,ne quis sit debitor.& creditor eodem tempore. l.debitor.ff.ad Trebel.l.neque pignus.ff.de reg.iur.

Neque enim potest suus fundus sibi seruire. l. vti frui.ff.si vsufr. peta. Considerando etiam quod tempore donationis non erat in esse ius percipiendi vintenum:si quidem is qui donabat non percipiebat de suis terris vigesimam,non potuit ergo donare, quod non erat.l.qui res.§.aream.ff.de solu.Néue censeatur includere ea,quæ verisimiliter non erat donaturus.l. obligatione generali.ff.de pign.Oldra.consi.95.Cra. consi.3.nu.3.Nec obstat d.l.Paul.quia seruus habetur tanquam res domini,quæ in generali obligatione rerum continebatur,secundum Bart.ibi.Hypo.in l.1.§. si seruus.num.1.2.ff.de quæst.

5 Postremò † dominus Vedenæ dicebat Thomam in venditione quam fecerat Francisco reseruasse directa dominia prædiorum venditorum,census, & seruitia, quæ directis dominis debebantur. Ideo cum tempore venditionis haberet & ipse ius directi dominij super terris,& colligendi vicenos fructus,illud quoque reseruasse,sicut iura aliorum excepit,& salua esse voluit. Sed in hoc non fuit opus longa disputatione, cum dicat lex reseruationem ad extraneos pertinere, & venditori nihil proficere ad iura sua conseruanda. l.quicquid venditor.ff.commu. præd. Nisi nominatim fieret reseruatio, & retentio iuris, vel seruitutis. l. quicquid astringendæ.ff.de verbo.obliga.fuit conclusum,nullum ius vintenij super illis terris domino Vedenæ competere,& cogendum restituere fructus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio (circa) quid,includat,& significet?*
2 *Confines duo probant,licet tertius sit dissimilis.*
3 *Compensatio an locum habeat in debito iurato?*
4 *Moram purgare an liceat re integra?*
5 *Iudæis ne permittitur moram purgare?*
6 *Moræ purgatio non admittitur, vbi in iudicio fuit opposita.*
7 *Euictio non habet locum nisi prius facta denuntiatione.*
8 *Tutores non debent pati moueri lites super debitis liquidis.*

DECISIO CXI.

De permutatione facta cum Iudæo in qua venit interesse occasione maioris oneris,quàm fuerit expressum. Et an liceat Iudæis moram purgare?

IOANNES Andreas Caualicen. tradiderat Iudæo quadraginta & vnam salmatas terræ aut circa, saluo directo dominio & censu octo salmatarum duarum eyminarum, & duarum quartarum tritici, sex eyminarum auenæ, virtute inter eos initæ permutationis. Facta fide per dominum directum apparuit terras permutatas debere censum nouem salmatarum,& quatuor eyminarum tritici,& sic plusquam fuerat expressum. Viso antiquæ instrumento recognitionis Iudæus ita recognouit,& soluit.Postea egit contra Ioannem,seu eius hæredes ad interesse ratione maioris oneris, quod est decem eyminarum annis singulis. Viguerius Caualionis relaxauit hæredes, causa appellatio. fuit commissa d. Ioanni Valeoiano auditori, coram quo fuit dubitatum de sequentibus.

1 Primò, † in vno instrumento dicebatur continere duas salmatas cum dimidia,in alio verò tres,an essent diuersa corpora? Et quamuis fuisset apposita dictio (aut circa)non videbatur difficultatem tollere, sicut non probat testis qui dicit Titium possedisse decem annos,aut circa.Ruin.consi.10.nu.3.lib.5.Guid.Pap. q.436.quemadmodum non probaret vbi tempus debet esse completum. Alex.consi. 19. num.12.lib.7.& consi.82.in fi.eo.lib.Ias.in l.& si post tres.num.12.ff. si quis cautio.Rebuf.in praxi benefi.titulo de dispensa.super ætate.in verbo seu circa.num.4.5.

Deinde,quia ad modica refertur.l.hæc adiectio.ff. de ver.sign.c.fi.de despons.impub.sed hic non agitur de modico.Imò de quatuor eyminatis terræ,quæ faciunt vnam sextam partem triū salmatarum. Verun-
2 tamen † dixerunt domini, cum ista dictio circa & similes arbitrio iudicis regulentur, teste Accurs.in d.l. hæc adiectio.& in d.c.fi.& in c.1.§.fin.in verbo circa. de offic.ordina.lib.6.Meno.de arbit.lib.2.centu.1.casu 46.num.4.5.cessare dubium. Cum præsertim duo

3 †cōfines in vtroque instrumento designarentur omnino similes, licet tertius videretur diuersus, qui non solet aliis duobus conformibus nocere, vel designationem interuertere, auctore Bart. in l. demonstratio. nu. 15. de cond. & demonstr. Deci. consi. 13. in fin. Paris. consi. 65. num. 8. lib. 1. & consi. 58. nu. 1. 22. 23. lib. 3. Ruin. 11. num. 2. lib. 3. consi. 10. lib. 2. consi. 115. nu. 3. lib. 5. Soci. Iu. consi. 127. nn. 18. lib. 3. Alcia. respon. 316. no. 9. Deinde ibidem designabatur locus in quo situm erat prædium, l. forma. ibi, nomen cuiusque fundi, & quo pago est. ff. de censib. l. quod sæpe. §. fin. ff. de contra. empt. cum simi.

Aliod dubium ortum est, ob id, quod Iudæus promiserat soluere vni ex creditorib. Ioannis intra quindecim dies, & antequam soluisset egit ad interesse: cum debuisset priùs satisfacere suæ promissioni. l. si quis maior. C. de transact. & obseruare contractum pro parte sua. l. Iulianos. §. offerri. ff. de act. empt. Respondebat esse contentum cōpensare promissam pecuniam cum isto interesse sibi debito pro rata, secundum naturam compensationis, quæ vicem obtinuit solutionis. l. 1. & 2. de compensat. l. 4. ff. qui potio. in pig. hab. l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisc. l. diuortio. §. ob donationes. vbi omnes not. ff. sol. mat. §. compensationes. Insti. de actio. Alius, hoc non posse fieri propter iuramentum. c. ad nostrum. 2. de iureiur. Bart. in l. amplius non peti. in fi. ff. rem ratam habe. Mathesi. singula. 54. Alex. consi. 91. nu. 5. lib. 2. Cum impropriè soluere dicatur is, qui compensat. l. Iulianus. ibi, quasi dederit. de condict. & demonstr. Iuramentūmq; debeat impleri in forma specifica. Gl. in l. si pecuniā. & ibi latè Ias. ff. de cond. ob caus. Nisi debitor esset pauper, qui vellet compēsare. de Afflict. decisi. 164. & decis. 384. Tiraquel. de retract. consang. §. 3. glos. 3. nu. 6. Ias. in l. eum qui. §. 1. ff. de iureiurand.

4 Ideo Iudæus alia vtebatur responsione, dicendo † se soluisse & moram purgasse re integra: prout vnicuique hoc licet facere. l. & si post tres. ff. si quis cautio. Alex. consi. 131. num. 2. lib. 4. vbi partis nihil interest, secundum canonicam æquitatem. l. seruum. §. sequitur. vbi no. ff. de verb. oblig. vt voluit Butrius in c. dilecti. de arbit. Deci. consi. 138. num. 7. Bertrand. consi. 342. num. 8. lib. 1. Rip. in l. si insulam. ou. 93. ff. de verbor. obligatione. Rui. consi. 133. no. 9. 10. lib. 1. Hypo. singula. 463. Negabat alius hunc fauorem esse Iudæis concedendum, cōtra quos omnis rigor obseruandus est. Gloss. in c. 2. de Iudæis. Ias. in l. si insulam. num. 5.

5 Cæterum † crebrior est opinio vt hoc etiam Iudæis liceat, vt notatum reliquit Rip. in d. l. si insulam. nu. 10. Cum non sit facienda differentia inter nos, & illos: nisi expresso iure caueatur. l. Iudæi. ibi, communi iure. C. de Iudæis. l. iustitia. ibi, ius vnicuique tribuēs. ff. de iustit. & iure.

6 Veruntamen † maior nascitur difficultas ex eo, quod purgatio moræ, non admittitur quando opposita fuit in iudicio super eō facto adimplendo. Adeo, vt licet postea velit implere, non audiatur. Paul. de Castr. consi. [illegible] nu. 8. versi. non sufficit regi Poloniæ. lib. 1. Alexand. [illegible] 137. nu. 13. lib. 6. Deci. consi. 126. num. 6. Hypo. singula. 489. Cra. consil. 347. nu. 6. versic. 3. mora purgari non potest. Sicut hic factum videmus, hunc Hebræum lite pendente soluisse creditori Ioannis, cui in permutatione soluere promiserat. Sed hoc non obstitit. Quia, Ioannes priùs fuerat morosus in tacendo veritatem iusti, & debiti census promittendo, & Iurando terras nō debere nisi octo, cum deberent nouem, & ita locum habet regula. l. cum proponas. Cod. de pactis. & dictum fuit suprà decisi. 104. num. 7.

7 Dubitabatur † insuper, an actor debuerit recognoscere & soluere illum maiorem censum, nō facta denuntiatione venditori: Cum regulariter necessaria sit denuntiatio vt ille de euictione teneatur. l. si rem. §. quolibet. ff. de euict. l. emptor fundi. C. eo. c. fin. de emptio. & vendi. Cum libello, & copia citationis in forma authentica, cle. causam de electio. Bar. in l. non solum. §. morte. & in d. l. emptor. Alex. consi. 33. in fi. lib. 2. Rip. 10 c. cum M. num. 113. de constit. Etiam si emptor litem moram aliunde intelligeret, vt scribit Bart. in locis præallega. & in l. 2. §. voluntate. ff. solut. mat. Panor. in d. c. fin. Alexand. consi. 24. num. 5. lib. 4. Rip. vbi suprà, num. 166. Sed his non obstantibus votum omnes dedimus non fuisse opus denuntiatione, propterea quod publico instrumento apparebat de

8 illo maiori censu, & onere. Ideo † potuit ille bonam fidem agnoscendo debitum soluere, & recognoscere secundum antiquas recognitiones, vt omnes voluit in d. c. fin. & §. morte. vbi Alexand. num. 47. de Rip. in d. c. cum M. nom. 166. Bellamera 698. circa me. Capel. Tholo. quæst. 407. Feli. in c. cum olim. num. 11. versi. sicut etiam dici Glos. de re iudica. Ias. in l. si domus. §. si de euictione. num. 9. de leg. 1. de Afflict. decisi. 49. Soci. Iu. consil. 120. num. 11. lib. 3. Cra. consi. 179. nu. 6. Quia temerarium fuisset super re liquida litigare, & contendere super censu clare debito. Rolan. à Val. consi. 6. nu. 48. lib. 1. Sicut de tutore dicitur, qui non debet pati moueri lites super debitis liquidis, quæ patent publicis instrumentis. l. quotiens. §. sicut. ff. de administ. tutor. ibi, nec prohibentur tutores bonam fidem agnoscere. Idem in fideiussore, & similibus. l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. l. emptor. vbi Glos. ff. de euictionib. de Afflict. decisi. 49. num. 3.

Vltimò opponebatur de Bulla, quæ loquitur de debitis decennalibus non petendis, cum lapsi fuerint duodecim anni à tempore permutationis. Sed hæc oppositio visa est improbabilis, vt pote cum illa locum habeat in contractibus mutui cum Christianis celebratis vt decennio præscribantur. Hic verò agitur de interesse, quod Iudæus pariter contra conuentionem in permutatione interpositam ad quod non extendit, cum sit casus lōgè dissimilis. l. si ser ui vestri. C. noxalib. actio. c. cum dilectus. de consuetud. Ideo concluditur malè iudicatum, & hæredes teneri ad interesse pro decem eyminis tritici censualibus liquidandum per expertos in executione huius sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus condemnatis, quilibet in solidum conuenitur in criminalibus.*
2 *Criminalis causa dicitur, si pœna fisco applicetur.* 4.
3 *Singuli tenentur in solidum etiam respectu partis ciuilis.*
5 *Carceratum non licet retinere pro expensis.*
6 *Gulielmus de Patris rota præses ab Italo occiditur.*
7 *Gulielmus Blancus episcopus Tholonen. in eius locum positus.*

DECISIO CXII.

Pluribus pro crimine condemnatis ad pœnam pecuniariam, quilibet tenetur in solidum.

BVLLA

BVlla Innocentiana, quæ inter alia punit contrahentem cum minoribus ad decem pro quolibet centenario in tali reprobato contractu apposito, intelligitur
1 si plures contrahant, vt † quilibet in solidum teneatur hanc pœnam, & summam soluere. l. item Mela. §. sed & si plures. ibi, & si cum vno agatur, cæteri non liberãtur, cũ sit pœna. ff. ad l. Aquil. l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi. l. vulgaris est quæstio. ff. de fur. l. si plures. ff. arbor. furt. cæsa. Quia quilibet in solidum delinquit propter cõtrauentionem nimirum si vnusquisque eandem pœnam soluere debeat.

Veruntamen in discussione litis motæ inter curatorem Mondoni Rotæ minoris Auenionensis agentem iuncto fisco, cõtra Salomonem Cremieu & Vitalem Cresques, Iudæos Carpen. qui cum illo contraxerant vendendo illi triticum pretio 1700. florenorum: visum fuit dominis relatore D. Ioan. Francis. Farando hos duos solùm debere soluere 170. florenos, vt pro vno tantùm contrahente computarẽtur. Si quidem aliquali excusatione digni videbãtur, tametsi supina. Ex eo, quòd ille antea publicè contraxisset cum multis aliis, qui iam illum ad inopiam redegerant, & etiam quòd maiorem in alio publico instrumento se nominauerat. Licet ex inspectione vetus appareret minor. Et pœnæ omnes iudicis arbitrio moderari possint. l. quid ergo. §. pœna grauior. vbi Bart. ff. de his qui not. infa. Iul. Clar. in §. fi. quæst. 83. num. 11. Bossi. tit. de pœnis. nu. 8. 9. 10. vnde Cremieu, qui erat bene soluendo, & alius non volebat partem suam soluere: scilicet 85. florenos. Et à carcerib. liberari. Fiscus verò repugnabat. Mouebatur Cremieu, quod iam alterata fuerat illa ions communis dispositio circa principale quod omnes simul vnam solam pœnam soluerẽt. Ideo idem esse debet vt quilibet partem suæ partis soluat, secũdum naturam accessorij quod suũ sequitur principale. c. accessorium. de reg. iuris. lib. 6. Alterato enim principali, siue moderato, moderari debet & accessorium. c. 1. de cõsect. eccle. vel alta. lib. 6. hinc, vbi res semel facta est alienabilis perpetuo durat alienabilis. l. cum. pater. §. hæreditatẽ. de lega. 2. & causam semel delegabilem perpetuò delegari. not. Bart. in l. 1. ff. de officio eius cui manda. est iuris. & ibi Iason & Decius, sicut vulgò dici solet, fenestram aperire, quotiens rei cuiuspiam ingressum, initiúmque patefacimus.

2 Dicebat etiam, † quando pœna applicatur fisco, quæ descendit ex contractu illicito, non dicitur criminalis, vt Rob. Maranta in suo speculo, part. 4. Rub. iudicium criminale, & ciuile. num. 2. fol. 62. Ideo si sit ciuilis, quilibet tenebitur pro parte tantum. l. 1. C. si plures vna sent. cond. sint. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. & allegat Alexan. in l. 3. ff. de sepul. viola.
3 Sed † domini in contraria opinione fuerunt. Quia, si solùm pro parte quilibet teneretur, pœna ordinata pro delicto puniendo, tantùm modo pro parte exigeretur, si alius non solueret, contra tenorem sententiæ, quæ dicit fiscum debere consequi tantam summam tanquam sibi iure debitam. Ideo siue ab vno, siue à duobus illam habeat nihil interest. Imputetur illi, qui insufficientem socium sibi elegit. §. præterea. Insti. quib. mod. re contrah. obligat. Nec obstat quod de alteratione principalis dicebatur, si quidẽ sunt separatę causæ, & non sequitur, fuit facta gratia in vno, ergo in alio, &c. Cum sit strictè intelligenda Gl. in l. à D. Pio. ff. de re iud. l. quod vero contra. ff. de leg. Et
4 est veriùs † hanc causam criminalem esse, cuius pœna fisco applicatur. Gloss. in l. 3. ff. de sepul. viola. vbi Bar. Panor. in Rub. de iudi. nu. 5. Aret. nu. 19. Deci. nu. 95. Clar. in §. fin. q. 1. Bossi. tit. de pœnis. num. 2. cum seq. Et in qua quilibet tenetur in solidum, vt suprà. & l. 1. C. de condict. furti. Si res sit valoris centum, quilibet centum præstabit. Si plures tignum furati sint, licet singuli tollere nõ potuerint. d. §. si plures. Nec ad rem pertinet, quod Maranta dictitauit, cum cõtra cõmunem loquatur, & sine lege, referẽs Alex. ita velle, sed Alexan. allegat Bald. in l. 1. C. de legib. qui nihil dicit. Ideo locum habet. l. illam. C. de colla.

Dubitatum † etiam fuit an idem iudicandum sit de
5 expensis ex eo, quod procurator vtriusque Iudęi pro vtroque intercesserat, volebat contra vnum taxatas expensas in solidum exigere. Et videbatur posse, cum illæ accessoriç sint ad principale regulari debeant, secundum illud, vt suprà. deci. 55. c. accessorium. de reg. iur. Sed contra dictum est, quia non licet carceratum pro expensis in carcere retinere, quamuis pro pœna exsoluenda possit retineri: teste Bart. in l. solent. ff. de offi. præsid. Guid. Pap. q. 448. Ioan. Pap. tit. *de retention des corps*. lib. 18. arrest. 1. Nec dicatur criminalis causa, quæ inter aduocatum, & clientulum agitur, sed ciuilis, quæ mandati vocatur. l. 1. C. de suffra. Ideo, cum pro vtroque postulauerit, ab vtroque salarium petat. l. salarium. C. de procurat. vt separatorum sit separata ratio. l. fi. ff. de calũnia. l. Papinianus exuli. ff. de mino.

Dum † ista à nobis geruntur factus est magnus per
6 totam ciuitatem rumor, hora nona huius diei 17. mensis Maij anno 1580. Dominum Gulielmum de de Patris abbatem Grassensem & Rotæ præsidem fuisse occisum in loco Biturritarum, in quem iuerat anteriori die vt nepotem nobilis Petri de sancto Sixto in sacro fonte leuaret. Sed quantum obstupefactus fuerit optimus noster Cardinalis, & doluerit dici non potest. Sed postea intellecta rerum serie, & veritate paulatim conquieuit. Huius autem mortem pauci deplorauerunt, quia multorum sibi odiũ comparauerat, licet re vera ingenij esset perspicacissimi, multísque dotatus naturæ virtutib. In † huius locum
7 vocatus est. R. D. Gulielmus Blancus episcopus Tholonen. quem ille antea fecerat remouere, & deponere (sine causa tamẽ) qui stat, videat ne cadat, quia omnium rerum solent esse vicissitudines. Multa de illo circunferuntur, quæ si essent vera, hunc Macrine diem numera meliori lapillo.

SVMMARIVM.

1 *Minor non restituitur, vbi pretium vtiliter conuertit.*
2 *Metus purgatur, solutione post metum facta.*
3 *Fundus dotalis alienari non potest.*
4 *Metus semper durare præsumitur.*

DECISIO CXIII.

Mulier restituitur aduersus alienationes factas de fundis dotalibus, non obstante tacita approbatione primo metu durante.

FVERAT lata sententia per D. Valentianum auditorem in fauorem Margaretæ Balneolę per quam rescissi fuerant contractus venditionum per eam factarum, ann. 1570. de fũdis dotalibus, coacti emptores restituere prædia cum fructib. &c. A qua cum fuisset appellatum, & causa appellat. mihi commissa, appellantes nouiter produxerunt instrumenta, quibus constabat Margaretam emisse domum Biturritis pretio 26 flor. eo tempore,

quo domum,& alia bona vendiderat,& tunc soluisse 160. fl.& 22. pto Laudemio. Ideo videbatur male iudicatum, quatenus ascendebat pretium in emptionem domus conuersum, cum vtiliter contraxisset &

1 facta fuerit locupletiur. Quia † restitutio cessat, & contractus rescissio, quādo in vtilitatem contrahentis cedit. l. verum.ff.de mino. Ias. in l.non eo minus. C.de procur. Si statutum requirat certam solemnitatem in cōtractibus minorum, vel mulierum, de damnosis intelligitur, nō de gestis vtiliter. Bal.in l.neqoe. C. de conrr. stip. Ias. in l.iusiorandum quod ex conuentione. §. pupillus. & in l. qui iurasse.ff.eo.in l.is. cui bonis.in 1.nota.ff.de verb.oblig. Chass.in consue. Burgun.tit. *des droits appartenans à gens mariez*. Rub. 4.§. *la femme ne peut faire contracts*. nu. 26. latè Tiraq. de legib.connu.Gloss.8.num.66.cum sequent.

2 Ex alio † etiam, quod Antonius Constans istius mulieris tertius maritus soluerat venditori domus per vxorem emptæ restantes centum florenos. anno 1577. & sic post septem annos à tempore venditionum, per quod tacitè videbatur approbare venditiones.l.si ob turpem.vbi Ias.C.de condic.ob turp.caus. l.2.C.quod me.caus. Sicut in filio exhæredato, qui si capiat legatum excluditur à querela.l.pen.ff.de inoff. testa.c.pen. de his quæ vi metúsve causa fiunt de Afflict.decis.336.num.5.

Sed difficultas nascebatur, quod Margareta cum illo secundo marito quatuor fundos alienauerat voo ferè tempore. Nempe vineam 8. Augusti 24. fl. Aliam cum viridario. 28. August. 26. flor. eodem die aliam similiter cum viridario. 44. flor.& septima Septemb. domum 160. flor.& postremò. 10. Septemb. emerat sibi domum, de cuius autem pecuniis incerti sumus, quia diuersi fuerunt emptores. Et videbatur potius præsumendum de pecuniis illius, qui domom emerat propter proximitatem vtriusque contractus. ar. l. si seruos plurium.§.fin.de legat.1.& vtriusque summæ similitudinem, vt breui manu post tres dies præsumatur conuersa in emptionem domus vt à communiter accidentib. sumatur argumentum. Cor. consi. 158.num.24.lib.2.Cra.consi.84. num. 17. Tiraq. de retract.coof.§.32.gloss.vni.num.24.

3 Cæterum, † his non obstantibus visum est bene Iudicatum,& iniquos fuisse illos contractus, qui de fundis dotalibus alienādis initi fuerant, quos lex Iulia. prohibet alienare.l.lex Iulia.ff.de fund.l.vni.§.sed cum lex.C.de rei vxo.actio.l.si mulier.ff.de pact.dota.l. ex pecunia. C.de Iure dot.§. .Inst.quib. aliena. non licet. Bald. No.de dote.7.versi.secundo fallit. & versi.4.fallit.& in 6. Fal.Bertrand.consi.370.per tot. lib.1.& consi.123.libr. Deinde, quod à marito coacta vendiderat, vt testes dicunt, fuisse crudelem, prodigum, blasphemum, solitó percurere.l.interpositas. C.de transact. Minor erat 25. annis. quæ non poterat alienare.l.magis puto.§. ne passuri.ff. de rebus eo.de Afflict.decisi.249. damnū patiebatur vendendo bona, quæ in patria naturalique solo possidebat, vt migraret ad extraneos.arg.l.1.C.si curia.relicta ciui.tus habi.mal. lib. 10. Quod emerit postea domum non arguebat consensum quia semper durabat metus, quem passa fuerat ab initio. vt inquit Alex.consi. 98. num.8.lib.3.Ias.consil.165.lib.2.Deci.consi.219.nu. 7.& consi.498.num.15. Paris.consi.139.nu.25.lib.4. post Bart.in l. 2.C. quod me caus.quandiu viuit ille, qui metum intulit.Rui.cons.12.nu.18.lib.4.Soci.Iu. cōs.77.o.62.Nat.cons.451.n.17.& 29.Rol.à Val.cōs. 2.nu.87.& cons.95.nu.33.Boëri.decis.10.nu.13.Cacher.decis.179.n.12.fuit conclusum bene iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ciuitatis non ligantur forenses.*
2 *Delicti in loco, quilibet conuenitur, vt ibi puniatur.*
3 *Falsam monetam expendens falsi pœna extraordinaria tenetur.*
4 *Pœna capitalis dicitur, etiam exilium, vel mors ciuilis.*
5 *Remissio de loco, ad locū an fieri debeat, vt ibi puniatur.*
6 *Mandans fieri delictum, in quo loco puniri debeat? & qualiter.*

DECISIO CXIIII.

Exponentes falsam monetam arbitrio iudicis puniuntur mandans, & mandatarius eadem pœna.



ANTONIVS Charrier Carpen. iussu Guigonis patris,& Margaretæ Iabolinæ matris Auenionem venit, vt monetam per eos domi fabricatam expenderet,& emeret pharmaca. Appulsus, comparauit argenti viui libras duas & salmaronij libram vnam triginta pinatellis duplicibus, detectus,& captus fatetur, sed non integraliter. Iudices S. Petri Auenio.coram quibus causa vertebatur, mandato Illust. Cardinalis miserūt Carpentoracte, vt huius pater, mater, Iacobus frater, Martha soror, huc ducerentur. Cum Moneto Chaberto istorum genero, factis hinc inde interrogationib.& exhibitis inter se reis, apparuit Chabertum huius totius facinoris auctorem suasisséque his coniugib. vt hanc artem exercerent si cito cuperent fieri diuites,& ministrasse instrumenta. Omnes simul fabricasse vsque ad aureos quindecim, tres aut quatuor exposuisse Carpētoracti & restātem pecuniam remansisse domi cōpleto processu. d. aduocatus fiscalis institerit, quia de re graui agebatur, vt duo auditores Rotæ per D.Viguerium assumerentur in assessores. quorum vous ego fui, cum D. Iosepho Suarez.

1 Et viso † processu prima dubitatio fuit circa interpretationē statuti Auenionis. Quo cauetur vt fabricatores, excussores, expēsores, eisdem pœnis puniantur, quib. puniri debent fabricatores vel expensores monetæ S.D.N.P. Cum illa esset regia. Dicebar Aduocatus pauperum Antonium qui falsam exposuerat esse alterius fori & extraneum. Ideo non ligari statutis Auenionis.l.1.in fi.ff.de tuto.& cura.datis ab illis. l.1.C.neque qui tut.dari pos. l.cum vnus.§.pen.ff.de bonis auct. Iudi.possi. Alex.cons.164.nu.1.lib.6.post Bar.in l.omnes populi.in 5.q.de iusti.& iure.& extra territorium ius dicenti non paretur impunè.l.fi.ff.de iuris.omni.Iudi.c.fin.de const.separatas esse ciuitates Auenionis, & Carpen. propriásque habere leges & consuetudines. hæc ratio non erat probabilis. Cum

2 † iste deliquerit Auenioni falsam exponendo: itaque ratione delicti hic poterat puniri.l.1.C.vbi de crimi. agi oport.l.1.C.vbi senato. vel clariss.l.fin.C.de noxa. actio.(sicut ratione contractus.l.hæres absens.§.item apud Labeonem.ff. de Iudi. Cum valeat argumentum de vno, ad alterum.l.omnem. ff. de iudi. Couar. pract.quæst.quæst.11.nu.3. Iul.Clar.§.fi.q.58.nu.1.) Et secundum statuta loci. Bar.in l.1.nu.21.C.de sum. trinit.Ias.nu.30. Feli.in c.à nobis.1.in pri.no.de sent. excomm. Pan.in c.fin.nu.24. & Feli.num.24.de [illegible] compe.vbi com.attestatur Bossi.tit.de pœnis.n[illegible] Cla.in d.§.q.84.num.2. Ideo sequitur, hunc co[illegible] nandum ac si sommi pontificis monetam exp[illegible]

3 virtute statuti nostri. Expendens autem † falsam

mone-

monetam sui principis falsi pœna extraordinaria tenetur arbitrio iudicis, teste Bar. in l. lege Cornel. ff. de fal. Sal. in l. 2. C. eo. Hypo. in l. qui falsam. nu. 64. ff. eo. Alex. consi. 121. nu. 3. lib. 7. Couar. pract. quęst. quæst. 1. num. 4. Clar. in §. falsum. num. 38.

4 Et licet † hæc pœna dicatur capitalis. l. 1. C. de fals. mo. tamen ad mortem naturalem non extenditur. vt Alex. scribit. in d. consi. 121. vt mitior fiat interpretatio, cum capitalis etiam dicatur ex qua mors ciuilis infligitur, vel libertas adimitur, aut in exilium datur. l. 2. ff. de publi. Iudi. l. capitalium. ff. de pœnis. Ideo de exilio intelligenda est, tanquam de leuiori, & minori, l. præses. ff. de pœnis. gl. in l. 1. C. ne Iudæus Christ. mancip. habeat. dixi in §. Cor. felici. in Deci. num. 24. cum seq. Couar. vbi suprà nu. 4. Clar. in §. falsum. nu. 38. Et quod exilium pœna dicatur capitalis, probat l. hos accusare. §. omnibus. vbi gloss. in verbo capitis. ff. de accusa. l. eum patronū. ff. de Iure patro. l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confug. Et propterea solent iudices, quos vltimo condemnant supplicio dicere in sententia, ita vt mors naturalis inde sequatur. Ang. in verbo. & tibi caput. nu. 24. Ias. in l. transigere. nu. 9. & ibi Manina. nu. 108. C. de transact. Bossi. tit. de pœnis nu. 16. Clar. in §. fi. quæst. 67. & infra latius.

Circa verò Guigonem, & Iabolinam iam annosos coniuges dicebamus ab initio fore remittendos Carpen. puniendus per eorum proprios iudices, cum hic non deliquissent, necnon Monetum Chabertum pro falsa moneta per eos ibi fabricata.

5 Et quamuis † super ista remissione variæ sint opiniones, & dicant multi fieri debere. vt per Cæpol. inter consilia criminalia. consi. 59. versi. 1. Cur. in l. hæres. §. 1. nu. 5. & ibi Sapi. nu. 10. ff. de Iudi. Couar. prac. quęst. q. 11. nu. 6. Alij nullo modo secundum consuetudinem generalem, vt Bart. attest. in l. sepulchri. n. 3. ff. de sepul. viola. Pan. consi. 24. nu. 1. lib. 1. Gram. cōsi. 28. in fi. Hypo. in §. oportune. nu. 35. & consi. 32. nu. 9. & consi. 96. nu. 2. & in l. vni. nu. 143. C. de rap. virg. Rol. à Val. consi. 60. nu. 22. lib. 2. Gram. decis. 26. nu. 3.

Veruntamen, cum vtraque ciuitas eodem regatur principe, eo casu remissiones fieri debere attestantur. vt Couar. vbi suprà num. 10. Capel. quæst. 319. Clar. in §. fin. quæst. 38. num. 21. Tamen cum arguerentur isti coniuges tradidisse Antonio eorum filio pinatellas falsas, vt eas Auenioni expenderet, ratione mandati videbatur delictum Auenioni commissum. Ex quo duæ nascuntur dubitationes. Prima, nunquid mandans fieri delictum, sit puniendus in loco vbi mandauit, an vbi delictum consummatum est, Resp. in loco executionis, teste Panor. in c. fi. nu. 27. de foro compe. Maria. in c. postulasti. nu. 5. eo. tit. & in c. 1. nu. 15. de rapto. Lancel. Deci. in d. l. hæres absens. §. item apud Labeonem. ff. de iudiciis. Quia, mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto subsequuto. Bart. in l. non solum. §. si mandato. nu. 9. ff. de iniuriis, voluit mandantem, & mandatarium eadem coerctione dignos. Cuius opinio communiter obseruatur attestante Cur. Iu. consi. 237. nu. 4. Cota in verbo mandans homicidium. Ias. in l. 1. nu. 22. C. de seruis fugi. & in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandaui. num. 16. de acq. hæred. Carre. pract. cri. fol. 310. nu. 75. Couar. in cle. si furiosus. fol. 291. vers. hæc vero distinctio. Clar. in §. fi. quæst. 89. nu. 1. Cæterum, hæc vera sunt in pœna iure communi imposita. Nos verò, de illa, quam statutum Auenionis imponit contra exponentem, quando esset alterius principis. Ideo dubium est an mandans, & mandatarius puniri debeant æqualiter? Et propterea Bar. in l. si vuius. §. seruus. nu. 2. & seq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter. §. fin. nu. 3. ff. quod vi, aut clam. voluit, si statutum loquatur in personam, puta: si quis occiderit, vulnerauerit, damnum dederit, euaginauerit, &c. Non respicere mandatariū, vt eadem pœna puniatur, quia, alia est persona mandantis, alia delictum exequentis, contra quam statuentes disposuerunt, contra mandantem nihil. Si verò in rem conciperetur, veluti, pro homicidio, iniuria, damno, falso, furto, raptu, expositione falsæ monetæ, vel simili: sit pœna mortis, vel alia: mādatarium comprehenderet. Cum vterq; maleficium, id est, rem ipsam perpetrauerit, vel consummauerit. Ias. in l. si quis id quod. nu. 36. Deci. num. 38. ff. de iuris. om. iud. Cur. Iu. in l. 1. §. si procurator. nu. 4. ff. quod quis. iuris. Alex. in l. 1. in prin. nu. 23. ff. de verb. oblig. August. & Ang. in verbo Sempronium mādatorem. post nu. 33. Bollogni. consi. 34. Bossi. tit. de pœn. num. 14. Quia, mandans non propriè dicitur facere, sed interpretatiuè, ideo ad eum statutum non extenditur. Idem Paleatus inter consi. Alex. 65. nu. 19. lib. 4. Et quamuis omnibus non placeat hæc Bart. distinctio, tamen iudicando, & consulendo tenendam suadet Cla. in d. §. fi. q. 89. num. 2. in fi. Et propterea, cum statutum huiusmodi in personam concipiatur. ibi, tales fabricantes, expensores: non videbatur comprehendere istos miseros coniuges, qui mandauerant Antonium huc vt exponeret falsam, & sic solum erant puniendi pro mandato illicito, quod non erat tam graue, sicut si de moneta nostri principis ageretur, magis enim offenditur princeps quando propria imago corrumpitur. arg. c. ad falsariorum. de falsis. Deliquisse tamen cōnstat, quòd malum consiliū filio dederint, fecerintque proprij delicti executorem. l. velle non. creditur. ff. de reg. iur. Ideo, videbatur nobis istos coniuges, cum Iacobo, Martha, & Chaberto remittēdos ad eorum iudices puniēdos pro falsa moneta fabricata. Pro mandato autem pecuniaria pœna arbitrio nostro. Sed d. aduocatus fiscalis, ne continentia causæ divideretur obtinuit ab Illust. generalem causæ delegationem iudicibus. Itaque fuit conclusum Antonium, & Monetum hic fustigandos, & signandos in humero cum claue ardenti publicè, cum perpetuo exilio. Coniuges banniendos ad annos tres, & in quadringentis libris turonen. mitius agendo propter eorum debilem senectutem. Iacobum in exilium per duos annos, quia minor. Martham per vnum tantum à ciuitate Carpen. cum esset minor, & virgo.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex potest cogere reum, vt sufficienter respondeat, etiam per quæstionem.*

2 *Reus an possit moram purgare, facta declaratione per iudicem?*

DECISIO CXV.

Contumax respondendo, non potest facta declaratione pœna, moram purgare.

IVDEX interrogabat Titium, carceratum an literas in eius libro scriptas scripsisset? visis respōdit nō recordari. Iterū, sub pœna vt sufficientius respōdeat, dicit nescire. Iudex interloquitur, non valere responsiones. Ideo fateatur, vel neget, pœna viginti quinque marcarum argenti, quam (nisi cras interrogationi satisfecerit) incurrisse declarabit. Postridie monitus, dicit

respondisse, nec velle amplius respondere. Et voto dominutum commissarius declarauit incidisse in pœnam. Post latum decretum petente fisco;& agente gratias. Alius dicit scripsisse, petens se admitti ad defensiones. Fiscus verò hunc debere prius pœnam soluere antequam ad vlteriora procedatur. Alius repugnat, & potuisse illico moram purgare re integra. l.& si post tres.ff.si quis cautio.Alex.consi.131.num. 2.lib.4.Et ne summum ius summam iniuriam pariat. l.seruum.§.sequitur.ff.de verb.oblig.Deci.cons.138. num.7.Bertran.consi.342.nu.8.lib.1.Rui.consi.133. nu.9.10.lib.1.Hypo.singu.463.Ignoscendum esse sibi, qui qualitercunque voluit proprium sanguinem redimere.l.1.vbi Alex. post Bart. ff.de bonis eorum, qui sibi mor. consci.vbi no. eum nõ esse puniendum de periurio,qui iureiurando negauit delictum.Bossi. tit.de periu.num.2. Ne cogatur suam turpitudinem detegere.l.de periurio.ff.de crim.stel.l.qui iurasse.§.si pater.& ibi Bart.Alex.& Ias.ff.de iureiur.vel seipsum prodere.c.his auctoritatibus. versi. Non tibi dico.de pœni.dis.1. Nata in clem.sæpe.§.& quia.de verb.sig. Couar.varia.resol.c.2.nu.7. fuit conclusum,non esse audiendum nisi soluta pœna, quia fuerat contumax in non respondendo,& iudicem contempserat,& ob id licuit iudici ita facere,& punire inobedientem.l.1. ff.si quis ius dicen.non obtemp.vbi Cagno.num.91. l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de inter.actio.c.1.de confes. lib.6.l.ius alimentorum.§.sed si non cõstat.in verbo, & comminati.ff.vbi pupil. edu. debeat.l.1.§.quid ergo si non responderit? & §. cogenda.ff.de ventre inspici.Hypo.in l.quęstionis habendæ.nu.72.de quæst.

Etiam per quæstionem, si creuisset contumacia. Capi.decisi.145.Iod.Damhoud.in pract.cri.c.34.nu. 3.Clar.in §.fi.q.43.nu.6. Cui dici potest,amice tardè venisti,facta declaratione.Bart.in l.2.§.quod si actor. num.5.6.de iura.calum.Panor.in c.fi.eo.tit.de Rip.in l.si insulam.nu.89.ff.de verb.oblig. Nec obstat quod de purganda mora dicebatur. Nos de delicto loquimur,& cõtumacia iam incursa, & consummata,quæ propterea pœnitentia non tollitur.l.qui ea mente.ff. de fur.debebat debiti tẽpore hoc facere,& ante consummationem.Sicut dicitur, post bellum auxilium, quotiẽs serius adhibetur remedium,& alibi serò medicina paratur.l.multum interest.C.si quis alte.vel si. At in contractibus re integra hoc licet facere. Hic autem res non erat integra, cum vt iam dictum est consummatum fuerat delictum in non parendo iudici.l.fi.ff.de præuari.Cachera.decisi.66. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Testes producens an cogendus sit eosdem examini submittere? & num.4.*

2 *Testes debent pro vtraque parte deponere, & num.6.*

3 *Protestans contra testes non potest se iuuare eorum depositionibus.*

4 *Innocentij doctrina in c.præsentium de testi.reprobatur.num.6.*

5 *Impetrans rescriptum non potest illi renuntiare, citata, & inuita parte.*

7 *Veritas, quid sit?*

DECISIO CXVI.

De illo, qui produxit testes an possit pœnitere, ne examinentur?

1 PROCVRATOR magnifici Iacobi Sadoleti domini de Glaudiaco equitis aurati produxerat multos testes coram nobis ad probandum validitatem alienationis sibi factæ de quodam rure, & adiacẽtib.terris cõtra do.Iesuist.nouos priores agentes super nullitate, examinatis quibusdam testibus, declarat nolle,vt alij producti examinẽtur.Dominus rector contra,cum iurauerint, fuerintque solenniter recepti,credens illorum examen fore sibi vtile. Cui
2 † seruit illud,quod dicitur testes debere pro vtraque parte deponere.c.fraternitatis. vbi Gloss.& Cano.de testib.Gloss.in auth.si Iudex.C.de episc.& cleri.& in l.is apud quem.C.de eden.vbi Bart.& de Rip.nu.23. vt veritas intelligatur,pro qua Iudex debet esse diligens,& solicitus,quantum potest.l.iudices.C.de iud. & c.iudicantem.30.quæst.5.Bart.cum cæteris. in l.3. §.hoc autem iudicium.vbi de Rip.num.63.ff.de dam.
3 infect. Sed † obstabat,quod d.rector in productione fuerat protestatus(sicut de more fieri solet)de dicendo,contra personas,& dicta.auth.si quis testis.& l.fi. C. de testi. Ideo non videbatur audiendus, si postea dicat examinandos.c.præsentium. de testib. vbi ait si personas testium repellere fuerit protestatus, si quid pro ipso dixerint,de facili nõ credatur,ne ex eo consequatur commodum,quod nititur impugnare.l.qui falsas. C.de fal.l.Papini. §.meminisse. ff.de inoff.test. c.ex eo.de reg.iur.lib.6.

Sed communis opinio est,illam verbalem, & nudam protestationem non nocere, quando remansit in suis puris terminis,absque alia executione,productione,vel probatione.vt Panor.& Felin d.c.pręsentium.Cum liceat ante sententiam pœnitere. d.§.meminisse. l.alia. C. quib. vt indig.sicut etiam licet appellationi renuntiare.c.ei qui appellat.§.si quis libellos.2.q.6.Maximè,quando pars nullum patitur interesse.c.directè. & ibi Deci.num.2.& c.interposita.de appella.no.in l.postquam lite.C.de pactis.

Ista quæstio fuit coram me solo, dum in partibus testes examinabam proposita, & prima facie visum est mihi,insequẽdo cõmunes iuris regolas. Hoc examen fieri nõ debere parte inuita,quæ testes produxerat.arg.l.vni.C.vt nemo inuitus agere coga. Et si aduersarius credat sibi vtiles,poterit alio loco,& tẽpore illos producere,quia tunc alia pars viatica nostra exsoluebat, non videbatur æquum promiscuas operas tradere,& huic decreto partes acquieuerunt.

4 Postea † reuersus cupiens huius articuli scopum attingere,inuenio Innoc.in d. c. præsentium.col.fin. versi.hoc autem fixè tenendum est,dicentem, si pars semel produxerit testes super probandis obiectibus contra testes suæ partis propositis, non poterit pœnitere, quia testes pro vtraque parte iurare solent. c. non sanè.14.q.5.& poterit esse(inquit) si examinentur magis probabunt confirmationem testium,quàm reprobationem. Innocen. sequuntur nostri maiores, teste Panor.ibi,num.12.Imo.nu.6.Roma.consi.140, Et ideo,cum tunc producti fuissent testes,per dominum Sadoletum,tam super materia principali, quàm obiectibus testium DD. Iesuistarum, videbatur cogendus,vt illos examini committeret.

5 Hinc † videmus,si reus fuerit citatus virtute rescripti poterit eo vti, etiam inuito impetrante, qui non potest inuita parte illi renuntiare.c.ex conquęstione. vbi Panor.num.16.de restit.spolia.Ias.in l.3.num.12. ff.quod quisque. Aret.consil.140. cum sit commune citatione subsequuta.

6 Sed † pace D.Inno. & eorum,qui illum sequuntur

hæc

hæc decisio non videtur probabilis. Si quidem differentia quam facit inter testes productos ad probandum obiectus, vel materiam principalem, nulla ratione probatur, cum in vtroque eadem ratio militet.

Deinde nimis graue esset, si pars cogeretur suis expensis facere examina in vtilitatem aduersarij, & parare arma contra se.l.nimis graue. C. de testi. l.qui accusare.C.de eden. Nónne esse potest testes productos ignorare contenta in articulis, vel post productionem apparere suspectos? possunt etiã plures aliæ causæ cõtingere, quibus expediet parti, vt quos produxerit non examinentur.Interest iudicis hæc superflua rescindere.l.quidam existimauerunt.ff.si cer.pet. cap.finem.de dolo,& contu.

Nec obstat quod de rescripto dicitur, hoc ideo, quia rei interest, vt virtute illius possit reconuenire, & alia prosequi postquam fuit ab illo prouocatus. Feli.in Rub.num.3.de Rip.num.3.Rom. consil.343. nu.18.Bero.in c. quoniam contra.nu.112. de proba. Non sic est in sola productione testium.Licet debeãt pro vtraque parte deponere, quando examinantur tenentur dicere veritatem.c.1.de crim.fal. Quæquidem veritas vtrumque respicit,licet vnus affirmet,& alius neget.l.assumptio.ff. ad municip. Cum illa vox sola sit, & firma existentia rei. Glo.in §. 1.in auth.de instru.cautel.& fide.Alcia.respon.301.nu.10. Bart.& Ias.in l. cum falsã. C.de iuris, & fac. igno. de Afflict. decis.253.num.7. Nec etiam probamus quod Anto. Capi.decis.39.dicit, dominus visum est dictum Innocentij intelligendum quando testes iurassent,vt tunc teneatur producens ad examina eos exhibere. Quia militant in casu etiam isto eadem fundamenta, quæ s.diximus.Et quod inuitus cogatur sui aduersarij negotia gerere. Nullàque sit clementia bello.

SVMMARIVM.

1 *Soluere ante terminum debitori permittitur.*
2 *Vsufructuarius transmittit ad suos fructus pendentes:*
3 *Solutio facta moribundo prælato non præiudicat successori.*
4 *Solutio ante terminum fieri nõ potest in alterius præiudicium.*
5 *Soluens moribundo prælato, videtur colludere cum eius hæredibus.*
6 *Verisimile quod non est,arguit falsum.*
7 *Prælatus non transmittit ad suos hæredes fructus in horreis existentes,fallit in Gallia.*

DECISIO CXVII.

Hic agitur de solutione facta prælato moribundo, vt non faciat præiudicium successori.

PETERAT modernus episcopus à conductoribus iurium episcopatus certã pecuniæ quantitatem suo antecessori debitam,iuxta c.præsenti.de offi.ordina.lib.6. Non obstãte quadam liberatione,quam illi obtinuerant à moribundo prælato, quæ videbatur ficta,& in successoris præiudicium extorta, & procurata,si quidem non expectata die solutionis quæ erat vltima Septem.25.soluerant,& post biduum decessérit.

1 Illi verò,licuisse ante diẽ soluere. l. quod in diem. ff.de solut.non cogendos expectare diem solutionis. l.eum qui calendis.§.fin.ff.de verb.oblig. l.post mortem.C. de fideicom. Cum tempus debitorum gratia sit,appositum.l.cum tempus.ff.de reg.iur. Ideo posse proprio fauori renuntiare.l.fin. de pact. Soluisse episcopo eorum creditori vt constat publico instrumento,viuo,& mentis sano. Et eo tempore,quo liberam sui episcopatus administrationem habebat,nullo alio repugnante.c.requisiuisti. de testam. solut.extinctam obligationem.§.1.Instit.quib.mod.tol.obli.

2 Deinde, † quod illa pecunia debebatur pro præteritis fructibus iam perceptis, quos lucratus fuerat prædefunctus:tanquam à solo separatos, ad similitudinem fructuarij,qui eos lucratur,licet illico decedat. l. vsufructuarius messem.ff. quib. mod.vs.amit.l. defuncta. ff. de vsufruct. quæ quidem lex habet etiam locum in fructibus beneficiorum secundum Bald.ibi. & in d.c.præsenti. vbi Glo. Et vbi pensiones debentur ex fructibus,attenditur tempus perceptionis fructuum,nõ solutionis fiendæ. Ias.in l.diuortio. nu.49. ff.solut.mat. solutio autem facta est mense Sept. quo omnes fructus iam recollecti dicuntur. d. l. defuncta. Et propterea pensio verè debebatur prælato locatori vt non debeat eius successor eam repetere.c.1.de sol. Cum ille lucretur fructus pro rata temporis,quo suæ Ecclesiæ inseruiuit,vt inquit Alex. in d.l.diuor.nu.5. Et decedendo circa finem mensis Sept. pro nouem mensibus essent debiti fructus respectu totius anni.

3 Nos† verò arbitri,duo ex Rota,& alius extra Rotam videntes solutionem fuisse factã prælato iam in extremis posito,& ante diem termini,putanimus inualidam,vbi enim prælatus incipit infirmari:æquiparatur vsurario,vt inquit Gl.in d.c.præs. Et sicut vsufructuarius nõ potest de fructib.vltra suum vsum disponere. §.1.Iustit. de vsu, & habi. Ita,nec prælatus infirmus. Alioqui,hoc videretur facere in fraudẽ venturi prælati.c.de his.vbi Gl.de sepul.Matth.de Affl.decis.168. vbi ait,non valere liberationes per abbatissam ægrotantem generali procuratori, nisi aliis documentis veritas probaretur.vt Federi.de Senis consil.143.nu. 3.de Anna.consil.87.num.4.

4 Deinde † cum sit certa iuris regula, quotiens anteriori die facta solutio, alteri faceret præiudicium, ante diem fieri non potest.l.cum pater.§.à filia.de lega.2. vbi Bart.quærit de illo, qui post mortem tenetur in vita solueret.Ias.in d.l.post mortem.nu.7.Bald. consil.161.li.5.Deci.consi.116.nu.20.iterum Bart. in l.1.nu.11.de lega.1.Rom.consil.452.nu.2. Ita,& isti non potuerunt in præiudicium venturi successoris.

5 Et si † verum amemus, iudicabimus interuenisse collusionem cum defuncti hæredibus, modico scilicet dato,vel promisso,teste Bart.consil.231. Calderi. consil.2.de peculio cleri.Zarabel.consil.110.in 2.du-

6 bio. versicu.& credo. vt à verisimili † sumatur argumentum quod in iure nostro fortissimum est. l. non est verisimile.ff.quod me.caus.c.qnia. de præsumpt.l. ob carmen.§.fin.ff.de testib. c.in nostra.de test. Bald, consil.180.lib.5.Oldra.consi.13.in fi.Cra.consi.135. nu.33.Quis crederet conductores voluisse præuenire solutionis terminos? & soluere illico morituro, séq; submittere periculo reiteratæ solutionis? cum scirent moriendo ante terminum pecunias ad successores pertinere? cap.cum in officiis.c.quia nos.c.cum esses. de testam.hæc nimia diceretur liberalitas, quæ omni iudicio caret. l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno. actio.l. si cum aurum. ff. de solut.l. Campanus.ff.de ope.liber.

7 Et † licet pensiones referantur ad iam perceptos fructus pertinẽntque ad fructuarium habita ratione temporis præcedentis. d.l. diuor.& l.vsufructuarius messem.§.is verò.Insti. de rerum diuis. hæc tamen in prælatis cessant, etiam si fructus in horreis essent recondici.

conditi. authent. licentiam. C. de epiſ.& cleri. d.cap. relatum.not.glo.in d. cap.præſenti. Rota tit. de loca. deciſ.1.in not.

Fallit in Gallia ſecundum generalem regni cõſuetudinem vt Ioan. Fab. tit.de ſucceſſ.eccleſiaſt.arreſ.5. lib.21. tit.8. Nempe epiſcopos, & cæteros beneficia eccleſiaſtica obtinentes poſſe fructus beneficiorum, etiam ab inteſtato ad proximiores tranſmittere: ſecundum gloſſ.tit. de anna. §. item quod ſi eccleſia. in prag.ſanctio. Necnon de acquiſitis per eos ex fructibus beneficiorum diſponere, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, vt Guliel. Bened. in c. Raynutius.in verbo. & vxorem nomine.num. 164.

SVMMARIVM.

1 *Legatum conditionale non debetur niſi adimpleta conditione, etiam ſi conditio per alium ſit adimplenda.*
2 *Facti appellatione venit non factum.*
3 *Mater filys non poteſt præiudicium facere.*
4 *L.Paterfamilias teſtam. pulchra admodum, & vtilis declaratio. & num.7.*
5 *Moleſtare quis dicitur, ſi iniuſtè petat.*
6 *Auus non tenetur aliquid nepoti relinquere filio in medio exiſtente.*
8 *Ratio legis ſemper militat, etiam ſi ceſſet diſpoſitio, vel corrigeretur.*
9 *Regula nemo debet, alterius odio prægrauari. non habet locum in diſpoſitionibus teſtatoris.*

DECISIO CVIII.

Legatum relictum nepotibus ſub conditione ſi filia non moleſtaret hæredes ſuper legitima, filia petente non debetur.



V v s maternus in teſtamento legauerat ſuis ſingulis neptibus filiabus Magdalenæ filiæ ducẽtos aureos ſi Magdalena ſuos nõ moleſtaret hæredes ſuper legitima, vel illius ſupplemẽto, alioqui reuocabat legatum. Eo mortuo, petit illa ſupplementum, neptes ſimiliter legata. hæredes recuſant illa ſoluere, ſecundum voluntatem teſtatoris, cui licuit ſub cõditione relinquere, & adimere legatum. l. vni. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. toll. toto tit. de adimen. lega. Non ſolùm quãdo conditio reſpicit perſonam illius, cui relinquitur, ſed etiam alterius. l. ſi quis Sempronium. ff. de hæredi. inſtitu. vbi fuit inſtitutus Sempronius, Si Titius capitolium aſcẽderit, qui non erit hæres niſi Titius capitolium aſcendat. Natura
1 † enim relicti conditionalis hæc eſt, vt non debeatur niſi adimpleta conditione. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. d. §. ſin autem ſub conditio. Aret. conſil. 93. col. pen. verſ. Sed quando tota cõditio dependet ex facto alterius. d. l. ſi quis Sempronium. ex qua Imo. notat quod inſtitutio poteſt in alterius voluntatẽ referri, ſi fiat ſub conditione in facto exiſtente non ſi in mera alterius voluntate: quia, tunc captatoria diceretur.
2 Iſta † autem dicitur in faciendo conſiſtere, ſi non petat, ſi non moleſtauerit, quod facere dicitur petendo. Cum facti appellatione veniat non factum. §. ſi vxor. Inſti. de nupt. l. 3. §. item ſi in facto. vbi Iaſ. nu. 4. ff. de verb. oblig. l. 4. §. Cato. vbi de Rip. nu. 11. Alciat. num. 24. eod tit. Bart. in l. naturalis. ff. de præſ. verb. Alexan. in l. vbi autem non apparet. nu. 2. ff. de verb. oblig l. qui non facit. ff. de reg. iuris. Et ob id neptes excluſæ dicuntur matre petente legitimam.
3 Illæ autem nequaquam. quia † mater iure permittente petit. l. cum quæritur. l. quoniam in prioribus. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. l. cum ratio. ff. de bonis damna. Ita, vt non dicatur illis moleſtiã facere, ſi quod ſuũ eſt ab illis petat. l. ſicuti. §. Ariſt. ff. ſi ſeru. vendi, l. Gracchus. C. de adult. Et poſito quod à matre moleſtarentur, factum matris non debet nocere filiab. tit. ne filius pro patre. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta. l. tranſactione matris. C. de tranſact. l. de re filiorum. ff. eo. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.
4 Et hoc † in ſpecie probat. l. paterfam. teſtamento. ff. de hæred. inſtit. quæ ſecundum Bald. Ang. Imo. non habet parem in toto iuris corpore: teſtator voluit vt ſui hæredes ſibi facerent monumentum, alioqui eos exhæredabat, alter eorum monumentum fecit. Reſp. neminem ex alterius facto exhæredari poſſe. ideo illum ſolum hæredem eſſe.

Et cum hæc cauſa agitaretur inter proximos, & ſanguine cõiunctos, fuerat compromiſſum in quondam D. Alziarium de Cadenetn, & me auditores Rotæ, & pro tertio. D. Ioſephus Suares, qui tunc non erat auditor. Et diſcuſſo negotio viſum eſt nobis legata non deberi, deficiente cõditione per petitionem
5 ſupplementi. Dicebatúrque † mater moleſtare hæredes. teſte Accurſ. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. Etiam ſi iure illud peteret. l. die ſabbati. ibi, ne Chriſtiani aliqua moleſtiam ferant. C. de Iudæis Siue in iudicio hoc faceret, vel extra. l. fin. ibi, nullam pœnitus moleſtiam. C. de fundo patri. lib. 11. Alex. conſi. 52. num. 2. lib. 2. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. .nu. 2. ff. de verb. oblig. Curt. in addi. ad Panorm. in cap. in noſtra. verſi. adde quod promittens nõ moleſtare. de reſcrip. de Afflict. deciſ. 329. nu. 3. & in terminis de auo. Rui. conſil. 77. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. lib. 2.

Deinde, veniebat in conſiderationem, auum non
6 † teneri relinquere neptibus viuente filia, quæ primum locũ obtinet. l. ſi quis filio exhæredato. in princip. & l. poſthumorum. ff. de iniuſto rup. §. ſin autem. Inſti. de hæred. quali. & diffe. Adeo, vt datum nepti filij vel filiæ contemplatione donatum eſſe præſumatur. Alex. conſi. 31. nu. 1. li. 4. Deci. cõſi. 81. nu. 5. Bertr. conſil. .nu. 22. lib. 2. Quaſi à patre, vel à matre profectum. l. profectitia. de iure do. Ripa in l. in quartam. nu. 202. ff. ad l. Falci. Et ita voluntarium erat legatum, ſub condit. l. qui hæred. §. fi. ff. de condi. & demonſtr.
7 Non † obſtat hæredibus d. l. paterfamilias teſtamẽto, quæ loquitur de inſtitutione facta duobus purè, & de ademptione ſub cõditione. ibi, deinde, id eſt, poſt inſtitutionem ita ſcripſerat. & qui eorum non ita fecerit, omnes exhæredes ſunto: cum alter monumentum extruxiſſet, nunquid minùs hæres eſſet? Reſpondi neminem ex alterius facto exhæredari poſſe eúmque eſſe hæredem qui fecit. Ideo dicit ibi Bald. Sicut in hæreditate ius accreſcendi locum habet altero repudiante, ita & in onere adimplendi conditionem. Si verò inſtitutio eſſet conditionalis non haberet locum. d. l. ſecundum Bart. Bald. Ang. & Imo. ibi veluti ſi duos fabros, vel pictores feciſſet hæredes ſi templum pinxerint, ſi nauem fabricauerint, vno recuſante, alter non admitteretur. & hæc voluntatis quæſtio dicitur. l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſtam. Ibi, Quod ſi ex his quæ ſcripſit, vel dicit, oſtendatur contentus eſſe teſtator, vel alterum facere res expedita erit: nam alter faciendo, & ſibi, & ſocio proderit, aut ſibi tantum, prout voluiſſe teſtatorem apparebit. Si forte vtriuſque induſtriam elegiſſet. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. vni. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Quandoque enim iſtæ conditiones perſonis inhærent, quibus

bus ascribuntur, & ad alios non transeunt. l. si statu libera. §. si quis date. ff. de stat. liberis. not. Bart. in l. more maiorum. num. 17. Ias. num. 18. Deci. num. 10. 14. ff. de iurisd. omni. Iudi. Meno. de arbit. lib. 2. quæst. 68. huius etiam opin. fuit Ruin. consil. 150. num. 1. 6. 11. lib. 3. Tiraquel. per transenam de retract. consil. §. 23. gloss. 1. num. 6. Et propterea d. l. paterfamil. nihil ad casum, in quo separata erant legata relicta neptibus, & filiæ. Neque dare illæ iussæ fuerant, neque facere, sed earum legatum sub conditione pendebat si mater non molestaret, in cuius facultate erat conditionem implere. vel non implendo, filias excludere. l. 1. de lega. 2. di. lege. si quis Sempronium. Socin. consil. 21. num. 5. lib. 3.

8 Et si † dicatur, licet cesset casus legis, ratio tamen manet, cum sit generalis l. regul. §. licet. ff. de iuris, & facti ignor. l. nomen. §. fi. de lega. 3. l. cum mulier. ibi, ex mente legis. ff. solu. mat. & Bart. vbique hoc no. Alex. consil. 3. num. 4. & consil. 59. num. 3. lib. 3. Cra. consil. 217. num. 4. hinc correcta lege licet argumentum sumere à ratione legis, vt not. Bart. in l. omnes populi. in fin. & in l. fi. ff. de falsis. & in l. 1. ff. de coniungend. cum emancip. lib. eius. Panor. in c. 1. & ibi Dec. nu. 11. Bero. nu. 69. 70. de consti. probat l. eas. ibi, quia ciuilis ratio naturalia corrumpere non potest. ff. de capi. dimi. cap. auctoritate. de concess. præben. lib. 6. ita, & hic, ne facto matris filiæ exhæredentur. Respondetur rationem nullam habere potestatem contra expressam testantis voluntatem, qui potest sub alterius facto dare, vel auferre. d. l. si quis Sempronium. sequeretur enim si Titius non ascenderet capitolium, Sempronius deberet esse hæres. quia non debet quis alterius facto exhæredari. Imo ita, cũ testator hoc voluit, qui etiam potest pœnæ nomine legare, quo magis aliquid fiat, vel nõ fiat. §. pœnæ. Insti. de lega. Et in summa disponat testator & erit lex, dummodo non sit contra leges, vel impossibile quod à testatore præcipere tur. l. vni. C. de his, quæ pœnæ nomi. fuit tandem inter partes facta concordia mediante quadam pecuniarum summa tam pro legatis, quàm supplemento nobis arbitrantibus, & suadentibus.

SVMMARIVM.

Fructus, qui veniant in interdicto vti possidetis: & an percepti ante litem contestatam.

DECISIO CXIX.

SEptima die mẽsis Septẽb. Anni 1579. Dominus Ioannes Omagistet fuerat missus in possess. per præcentorem, & duos canonicos ecclesiæ sancti Petri, canonicatus, & præbendæ virtute collationis sibi factæ per Cardinalẽ, recusante Decano congregare capitulum, & responsum de fructibus. Octaua eiusdem D. Spiritus Garcinus presbyter, per collationem sibi à capitulo factam similiter per Decanum in possess. mittitur, responderúrque de fructibus. vterque inseruiuit, inter vtrumque super possess. litigatur tandem, quia Omagister erat tantum ætatis viginti annorum, qui non poterat promoueri ad sacerdotium repugnante fundatione, quæ vult canonias esse sacerdotales. Garcinus per sententiam Rotæ manutenetur, prohibitum Omagistro turbare, sine tamen præiudicio in petitorio. Nunc in executione sententiæ petit Garcinus distributiones descriptas in cartellis à tempore quo fuerat missus. (solet enim præcentor describere nomina seruientium diebus, & horis, & deinde post sex menses soluitur per administratores nominatos.) Alter repugnat, & potius sibi deberi, quia cartelli suo nomine fuerant descripti, inseruieritque ecclesiæ bona fide, munitus collatione legati, credendo capitulum non posse illam infringere. cap. cum inferior. de maior. & obedi. cap. 1. & 2. de offi. lega. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. & de quibus in sententia nulla est facta mentio, & si rigorem sequeremur, non posset petere nisi fructus post litem contestatam descriptos. l. in interdicto. ff. de interdict. Cæterum Garcinum iuuabat quod scribit Ioan. Faber. in §. retinendæ. num. 12. Instit. eo. qui apertè decidit in hoc interdicto venire fructus etiam ante litem contestatam perceptos, damna, & interesse, arbitrio iudicis. quem refert Meno. de retinend. remedio 3. quæst. 59. num. 286. quia inquit prætor, quãti ea res erit, id est, quantum vniuscuiusque interest possessionem retinere. l. si duo. §. fin. ff. vti pos.

Fuit conclusum Garcino debitos. Ego verò contra. Cum natura huius interdicti sit vt post contestationem fructus debeantur. d. l. in interdictis. l. quæsitum. §. in hoc interdicto. ff. de preca. Est enim speciale in interdicto vnde vi. vt fructuum præteritorum habeatur ratio, in cæteris verò non ita. l. 1. §. ex die. ff. de vi, & vi arma. Quicquid dixerit Faber, vel Meno. vel intelligendus est Faber quãdo possessor esset malæfidei. Domini fatebãtur si Omagister eos verè percepisset non teneretur restituere: quia multa facta tenent, &c. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Respondebam perinde esse, ac si percepisset, quia nomine suo videbat descriptos. l. qui actionem habet. ff. de reg. Iuris, arg. l. quod si neque. ff. de peri. & commo. rei vendit. vbi, videntur trabes traditæ, quas emptor signasset. ita & cum sub nomine istius essent signatæ, illæ distributiones pro traditis habebantur. quos propterea non tenebatur restituere, ad similitudinem bonæfidei possessoris, qui si habeat titulum lucratur fructus. l. Certum. C. de rei vendi. l. ex diuerso. ff. eod. cum si.

Hactenus fores Rotæ patuerunt omnibus volentibus, & petentibus, sed sæuiente admodum peste illa terribili coacti sumus eas claudere, & domi delitescere. Imò aufugere, & proprios relinquere lares circa finem mensis Augusti huius Anni 1580. Tandem per Dei gratiam anno reuoluto, eodẽmque mense reuersi sumus sani, & incolumes. Interea autem, quot, & quantos ex charissimis nostris ciuibus occiderit, perdiderit, & ad omnes miserias coegerit, dici profecto non potest. fertur numerum mortuorum excedere vndecim millia hominum. Ita vt ab initio ciuitas quasi nuda videretur, & deserta plorans filios suos.

SVMMARIVM.

1 *Peste contaminati debent domi continere, & infirmos reuelare sanitati præpositis.*
2 *Officium gerens publicũ grauius punitur, si delinquat.*
3 *Remedium extraordinarium cessat, vbi locum habet ordinarium.*
4 *Mora periculum allatura spernitur.*
5 *Confiscare bona, an liceat legatis de latere.*
6 *Legatus de latere æquiparatur præfecto prætorio, & dicitur superillustris.*
7 *Remissio an super sententiis legatorum mittatur?*
8 *Remedium extraordina. vbi est pinguius tollit ordinarium.*

DECI

DECISIO CXX.

De sententia lata contra eum qui celabat contagionem, & mortem suorum domesticorum, an requirat iudiciarium ordinem, vel mereatur confiscationem bonorum.



Retulit in consilio R. D. Episcopus Tholonen. & Rotæ præses, vxorem, & liberos quondã Ioannis Bocheti vehementer instare vt sententia per Illustr. D. Cardinalem lata per ipsum met reuideretur, & pro sua clementia reformaretur respectu confiscationis bonorum. Quia ex falsis testibus, & contra indefensum iudicatum fuerat, fiscum autem dicentem istud fieri non debere, cum ritè, & sanctè iudicauerit. Si quidem
1 † apparebat istum celasse patrem peste defunctum, & fecisse vt publicè, & cum pompa inhumaretur, licet fuisset bis, aut ter monitus sub pœna mortis de non tacenda veritate. Non reuelasse ancillã hac labe percussam, & mortuã, tacuisse aliam similiter infirmam quæ citò per vim eiecta in itinere mortua est: fecisse exire è domo clanculum cum præceptore filiũ contra præcepta maiorum, in stragem, & perditionem totius ciuitatis, & populi. l. ædiles. §. Pedius. ff. de ædi. edic. c. resecandæ. 24. q. 3. cap. 1. 21. q. 4. de Ripa. de remedio ad curand. pest. num. 2. 3. cum seq. Maximè illo tempore quo passim vigebant proditiones, eratque periculum si deserta fuisset ciuitas, & sine custodibus, ne in hostium potestatem reduceretur. arg. l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. Augetur delictum ex loco vbi commissum est, nẽpe in propria ciuitatis domo, ad quam quotidie veniebant consules, & alij reipubl. administratores. In qua publica erat custodia & stationarij milites, qui deinde hoc morbo ferè omnes mortui fuere. l. sed est quæstionis. ff. de iniurijs. §. atrox. Insti. eod. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. habebat etiam
2 † officium publicum in eadem ciuitate. delinquendo in eam grauius peccat. arg. l. presbyteri. C. de epis. & cleri. cap. sicut dignum. de homicid. cap. vilissimus. 1. quæst. 1. Et si se grauatos credetent posse appellare ad Papam non debere petere remissionem, cum sit functus officio. l. Iudex. ff. de re Iudi. cap. in liberis. de
3 offi. delega. remedium † extraordinarium cessare vbi ordinarium locum habere potest. l. in causæ. §. fin. ff. de mino. l. quædam. in princip. ff. de den. l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect. l. in prouinciali. §. 1. ff. de noui oper. nun. Cra. consilio 202. num. 17. Rebuffus
4 tracta. de literis ciuilib. ar. 1. glo. 2. num. 3. Nec † obstare omissum fuisse tunc ordinarium iudiciorum ordinem, quem obseruare non expediebat occasione eminentis periculi, iam inflammata ciuitate, in cuius domo habitabat contagio, & mors, quam oportebat cito, citoque expellere. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. no. nun. Bart. in l. 1. ff. de glande legenda. §. si quis filio. §. hi autem omnes. ibi, sed præueniendi periculi causa moram non recipiat. ff. de iniusto rup. & irri. facto testam. l. qui cædem. vbi Bart. & Hypol. num. 38. 39. 40. ff. de sica. & singula. 421. de Rip. tract. de peste. de priuileg. con. tract. nu. 141. cum seq. Rui. consil. 2. nu. 11. cum seq. lib. 5. vbi ait, non esse opus sententia declaratoria, quotiens dilatio posset præiudicium adferre. autore Bart. in extrauag. in verbo rebellando Ancha. consil. 27.

5 Super † quib. exquisitis votis, dixerunt domini licet contra huiusmodi crimen non fuerit expressa bonorum confiscatio. in authen. bona damnatorum. C. de bonis damn. Sicque prohibitum iudicibus in alijs casib. sine licentia principis confiscare. l. vlt. C. ne liceat iudici sine licen. princi. confi. no. Albert. in tract. statu. 3. par. quæst. 18. Guid. Pap. quæst. 43. Gandi. tit. de bonis malefacan princ. Rapha. consil. 138. Cepol. consil. 17. num. 23. 36. & Deci. in §. Cornelio felici. in verbo, & à fisco. num. 94.

6 Tamen † cum d. l. vlt. excipiat illos, qui in summa positi sunt administratione. legatus de latere de illis esse videtur vt hoc possit facere, quotiens delicti grauitas mereretur confiscationem, cum proconsulibus æquiparetur. cap. x. de offi. lega. lib. 6. habeatque in ea prouincia maius post principem imperium. l. & Ideo. ff. de offic. procons. Imò præfecto prætorio videtur similis, vt voluit glo. in l. vlt. ff. de offi. præfec. prætõ. Et dicatur superillustris. l. 1. C. de præpo si. labo. ibi, quos lateris nostri comitatus illustrat. Ias. in l. 1. nu. 8. ff. de offi. eius. Alioqui illa exceptio non posset verificari nisi de legatis à latere intelligeretur. Cum nulli sint qui eos in ea prouincia dignitate præcedant. l. si in aliquam. ibi, cum plenissimam iurisdictionem proconsul habeat. ff. de offic. proconsu. Credidit enim princeps quos ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibuit, non aliter iudicaturos, quàm ipse foret iudicaturus. d. l. vlt.

Deinde, quia hæc potestas in legatorum contenta est facultatib. vt pro arbitrio hoc possint facere in capitalib. causis. vt in simili Angel. in verbo, & bona eius publicamus. & August. ibid. nu. 4. Bossi. tit. de bono. publica. in princ. Alex. in pract. crimi. q. 8. nu. 5. Rol. à Val. consil. 99. num. 28. lib. 1. & consil. 97. num. 2. lib. 2. Meno. de arbit. q. 93. num. x. Carre. in pract. in verb. circa secundum. num. 71. fol. 23. Capel. Tholo. q. 90. Clar. in §. fin. q. 78. num. 5.

7 Sed quamuis † hoc potuerit Illustr. Cardinalis tamen videretur pium, & æquum vt petita reuisio, siue restitutio concederetur. Non quidem vt credamus male iudicatum, sed esse potuit ex falsis probationib. emanasse iudicium. quod tunc eminens periculũ non patiebatur vt longiori examine discuteretur, occasione publici, & maioris mali. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de Iudi. ibi, existimo iudicem debere querelam rei admittere. l. in causæ. 2. §. fin. eum l. seq. ibi, possunt in integrum restituere, tam in alijs causis, quàm contra sententiam suam. ff. de mino. c. tam ex literis. vbi Panor. num. 2. de in integ. restit. dicens, licet à sententia Papæ non possit appellari. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. tamen aduersus illam petitur restitutio ratione læsionis. vel ex alia iusta causa. vel si pro temporis necessitate feratur, quæ tamen alio tempore reformari potest. arg. c. nõ debet. de consang. & affi. Et per illum, qui eam tulit non extraneum. c. qualiter. 1. de accus. c. nos. si incompetenter. 2. q. 7. Sicut docet Imperator. in §. 1. in authen. de nupt. Rebuf. de lit. ciuili. Beneintendis decis. 79. de Afflict. decis. 231.

Nec obstat impugnatio d. aduocati, quæ mero iure procedit, at si æquitatem sequamur, vix patiemur istos omnibus bonis priuatos, in tam longinqua ciuitate appellationem prosequi, contra tam fortem, & duræ ceruicis aduersarium, qualis est fiscus. vt inquit Bald. in l. executoré. col. 2. C. de execu. rei iudi. Matth. de Afflict. in consti. Neapol. de defenso. imposi. num.
8 45. Sæpe † etenim omisso ordinario permissum extraordinarium remedium assumere, vel implorare, teste Panormit. in d. cap. tam literis. num. 7. & num. 18. Ancha. num. 5. Imo. num. 4. Vel quotiens extraordinarium pinguius consulit, vel fauet plusquam faciat ordinarium. gloss. in l. fin. C. si aduer. rem iud. l. in

prouin

prouinciali.vbi Bart.ff.de no.ope.nuntia. Cra.consil. 202.num.19.

Præsertim cum isti sint pupilli,& personæ miserabiles,quarum protectionem, & curam solet princeps suscipere.l.vni. C.quando impera. inter pupil.& vid. vbi dicitur extra domicilium litigare cogantur. Tandem Illustr. Cardinalis pro sua solita humanitate viduam,& liberos fecit contentos.

SVMMARIVM.

1 *Discutione in generali bonorum, primò soluuntur expensa litis.*
2 *Creditor,qui credidit in rei reparationem cateris præfertur.*
3 *Salarium laboris nemini denegandum.*
4 *Fiscus pro expensis litis non præfertur creditoribus.*
5 *Fiscus tenetur prosequi delinquentes,cum ad eum pertineant confiscationes.*
6 *Fiscus quasi hæres delinquentis dicitur, vt teneatur ad debita.*
7 *Fiscus pro parte reo succedendo, pro ea parte ad debita tenebitur. an creditor poßit agere Hypothè. aduersus partem fisci?*
8 *Fiscus an habeat Hypo.in bonis delinquentium.*
9 *Confiscatio bonorum non habet locum, nisi sequuta declaratione.*

DECISIO CXXI.

Hic de iure fisci agitur.

PENDENTE accusatione contra Titium criminis proditionis patriæ,vnus mercator Auenionis egit contra illum vt consequeretur pretium creditarũ mercium, condemnatúrque eidem soluere 730.libras turonen. Et postea ad vltimum supplicium propter proditionem detractas de confiscatione bonorum:vbi autem agitur de exequenda sententia non repetitur soluendo detracto illo debito pro expensis litis,vnde fiscus
1 vult illas priùs detrahere. Sicut solet fieri † in generali bonorũ discutione,in qua primo gradu collocantur expensæ litis, & creditores secundum tempora hypothecarum.l.priuilegia.ff.de priuileg.toto tit.qui potio.in pigno.habean. Sine quibus nullum formaretur iudiciũ.l. terminato.C.de fruct.& litiũ expens.

2 Sicut † etiam ille cæteris præfertur, qui in rei vtilitatem credidit, vel fundum reparauit. l. si ventri.§. diuus.ff.de priuil.credi.l.1. ff.de cessio. bono. quamuis alij essent anteriores expressam hypothecam habentes : quia huius pecunia causam totius pignoris saluam fecit.l.interdum.cum l.sequen. vbi Bart.ff.qui potio. in pigno.habean. Ias. in l.creditor.num.3.4.ff. si certum petat. Rip.in d.§.diuus.num.2.3.Negusan. de pignor.2.mem.5.part.num.15.cum sequen. Ita,& fiscus saluum videtur fecisse mercatorem, & omnes alios ciues prosequendo patriæ proditorem, & qui conabatur nõ solum bona,sed & vitam auferre ciuib. l. .ff.ad l.Iul.maiesta. Clar.in §.læsæ maiesta.in prin. Arguendo de minori ad maius. authent. multo magis.C.de sacr.eccles.Si enim pro saluandis rebus præferatur, quanto magis si personas saluas faciat. l. sanximus.C. de sacro. eccles.l.2. ff.de sta.homi.l.iustissi-
3 mè.ff.de ædilit.ædict. Dicebat † etiam non certare de lucro, sed de damno magis euitando, proinde, vt laborum consequeretur salarium, quod nemini est denegandum. §.quod autem. in authent. de iudici.cap. sacerdos.1.quæst.2.l.penult.§.illo.C. de necess.seruis hæredib.instituend. Non petere pœnam fiscalem,sed proprium debitum propter operas consequendum. Et ita cessat ille titulus, qui disponit pœnis fiscalibus creditores præferendos:quia opera loco pecuniæ habetur.l.si non fuerint.§.si verò placuerit.ff. pro Soci. §.de illo. Instit.eod. Et ne reddantur tepidi,& negligentes delictorum prosequutores si cessarent viatica, quod cederet in magnum reipubl. detrimentum.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. cap.vt famæ. de sentent.excom. hinc in Gallia cõfiscatis bonis creditores repelluntur. vt Rebuf. ait,tit.de sentent.executo.ar.vlti.in glo.num.25.

4 Sed † alia præualuit opinio, ex eo quod, bona dicuntur deducto ære alieno. l.subsignatum.§. bona.ff. de verb.oblig.l.in quãntate.ff.ad l.Falcid. igitur confiscatis bonis,non veniunt illa, quæ aliis sunt debita: quæ nõ sunt in bonis delinquentis: alioquin alter ex alterius delicto puniretur,quod esset iniquum. l. sanximus.C.de pœnis.l.debitorum. C. de pact.l.1. C.ne filius pro patre.d.l.1. C.pœnis fisca.credi. præfer.lib. 10.l.in summa.l.nõ possunt.l.quod placuit. l.Statius. §.Cornelio Felici. ff. de iure fis. Non vult Imperator ampliare imperium pecuniarum copia,sed magis hominum adiectione.l.fin.ff.de bonis damnat.

5 Nec † mouebat animos postulatio fiscalis, propterea quòd tenetur ille commissa crimina prosequi, & curare vt puniantur delinquentes.l.1.C.de mulier. quæ se pro.seruis immis.cõgruit.ff.de offi. præsid. l.illicitas.§.qui vniuersas. eo. Cum ad eum confiscationes pertineant,mulctæ,& pœnæ pecuniariæ.C.de modo mulcta.c.principes.23.q.5.de Afflict. in proœ. const.num.29.& tit.de regaliis. sentiat ergo,& onus. Deinde venit in cõsiderationem expensas litis exigi, à temerè litigantib. vel ab illis, qui occasione delicti in Iudicium vocantur.l.eum quem temerè.ff.de Iudi. l.properandum.§.sin autem alterutra. C. eod. absurdum itaque foret, si creditor, qui nec temerè litigauit,neque deliquit,hac pœna afficeretur. l.sanximus. C.de pœnis. Et quamuis in discutionib.primo gradu de expensis collocatio fiat : hoc ideo,quia, instantib. & petentibus creditoribus, fieri solent illæ collocationes,& ad eorum commodum. hic verò secus,solo accusante fisco,qui non potest aliis nocere. l. sæpe.ff. de re Iudi. toto tit.C.res inter alios acta.l. si vnus.§. ante omnia.ff.de pactis.

6 Fiscus † etiam in priuati ius succedendo iure priuati vtitur.l.2.C.ad l.Iuliam de vi pub.Et loco hæredis habetur.l.fiscus cum in priuati ius. ff.de iure fis. l. cum quidam.§.fiscus.ff.de vsur.Puta,quando ex confiscatione bona occupat,quasi hæres creditoribus tenetur.l.cum fisco.ff.ad Syllenia. Glo.in l. non intelligitur.§.cum ex causa.ff.de iure fis.Roma.consil.73.& consil.93.Bart.in l.inter eos.§. fin.ff. de fideiuss. & in l.si verò pro cõdemnato.ff.qui satis.cogan. Ias.in l.ex facto.§.Iul.nu.23.ff.de vulga. Crauc.consi.263.nu.7.

Licet propriè ille hæres non sit.Bar.in consil.166. in fin.de Afflict.decis.385.num.2.Clar.in §.fin.q.78. num.29.Et huius opin.fuit Gigas in tract. crimi.læsæ maiest.q.12.in vltim.par. Quibus adde l.si marito.in princip.& ibi Bart.Imo.Alex. & alios.ff.solut.mat.vt scilicet ad eum, ad quem transeunt bona onus quoque transeat æris alieni.l.2.C.ad l.Iuliam de vi.Bossi.
7 tit.de publica.bono. num.11. Et si pro † parte bona fisco publicarentur, reliquæ partis daretur creditoribus petitio.l.si constante. §.fin.ff.solut.mat. l.fin.ff.ad l.Iul.de vi priua.Panor.consi.102.nu.6.li.2.& consil. 29.num.4. libro 1. Sed an possit creditor in solidum agere

agere contra fiscum in illa parte per fiscum occupatat quod videretur. l. creditoris arbitrio. ff. de distract. pign. Cum non possit debitor delinquendo suis præiudicare creditorib. l. debitorem. C. de pigno. l. si conuenerit. §. si rem. ff. de pign. actio. Bart. in l. Moschis. ff. de iure fis. Rom. consil. 128. nu. 1. 2. Contrarium probat. l. fi. C. de debitori. ciuita. lib. 11. ibi, pro rata rerum quas possident conueniantur. l. 1. C. quo quisque ordi. conuenia. eod. lib. quod æquius esse videtur. arg. l. 2. C. de pigno. & l. cum in plures. §. vestimenta. ff. loca. Et hanc opinio. obseruasse testatur Matth. de Afflict. Ferdinandum Regem tit. de defens. impo. & de contemp. & pœna. num. 19. lib. 1. constit. Neap.

8 Dubitatum † præterea apud nos fuit, an fiscus habeat hypothecam in delinquentium bonis? multi dicunt nequaquam, cum possit reus post contractum capitale crimen bona alienare sua. l. post contractum. ff. de dona. Licet dicatur fiscus habere ius pignoris. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisc. Hoc intelligitur quando ex suo contractu ageret, non si petat ex maleficio pœnam. l. quod placuit. ibi, vt priuilegium in pœna contra creditores non exerceatur. & Bart. ibi post Glo. ff. de iure fis. & in d. §. fiscus. num. 8. & in d. l. post contractum.

His non obstantibus communis maiorum nostrorum sententia nos admonet fiscum habere hypothe. à die sententiæ latæ contra delinquentem, teste Alex. in l. rescriptum. num. 8. 9. ff. de pact. Boss. tit. de bono. publica. num. 81. Ang. in verb. dictum Sempronium. num. 11. Clar. in §. fi. q. 78. num. 32. Licet Bald. in l. 1. num. 14. C. de iur. fisc. lib. 10. repugnet.

9 Verum † vt recoquemus, siue reformemus primum propositum dubium, videbatur hunc mercatorem, qui contraxerat cum illo proditore nõ potuisse pretium mercium suarũ repetere. Quia, statim contracto illo crimine, neque alienare, neque eidem soluere debitor potest. l. fin. C. ad l. Iul. maiest. Adeo, vt liceat fisco alienata, etiam titulo oneroso reuocare, non soluto pretio emptoribus. l. Imperator. 2. ff. de iure fis. l. ex iudiciorum. ff. de accus. ad quod instabat fiscus, cum actis constaret iam à longo tempore de proditione tractatum, & ante merces creditas, vt voluit Bart. in d. l. post contractum. col. 4. vers. Secundum tempus, quod tamen nimium esset crudele, & asperum. Cum ille ante accusationem haberetur pro fideli & probo, & esset sanguine clarus. arg. l. si quis filium. ff. ad Macedo. Et contra Bart. tenet Alciat. in d. l. post contractum. numero 16. vt dixi latiùs in d. §. Cornelio Felici. in verbo, & à fisc. q. num. 8. cum seq. Deinde, quod confiscatio locum non habeat, nisi præcedente sẽtẽtia hominis declaratoria. l. eius qui delatorem, ibi verum oportet constare prius, & de crimine pronuntiari. ff. de iure fisci. contra Gloss. in cap. cum secundum. de hæred. lib. 6. not. Bart. & doct. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. Feli. in cap. Rodulphus. in verbo declaratoria. de rescript. Bossi. tit. de sententia. num. 47. 48. 49. Clar. in §. læsæ maiestatis. numero 9. & ita à nobis omnibus iacta est alea.

SVMMARIVM.

1 *Testes plures vincunt minores vbi sunt eiusdem conditionis.*

2 *Pactum redemptiuum in venditione appositum facit, vt res vendita minoris æstimetur, etiam lapso tempore. & 4. 6.*

3 *Pactum loco pretij esse solet, & fundi pars.*

5 *Aduocatus quo modo probare debeat rem minus valuisse?*

7 *Laudemium duplex soluitur, vbi res redimitur virtute pacti redemptiui.*

DECISIO CXXII.

Super probatione læsionis vltra dimidiam iusti pretij, & de laudemio post redemptionem soluendo.



VDOVTEVS de Costa Anno 1567. vendiderat domino Ioanni Lamberto Doctori Medico pratũ nouem modiorum, centum, & viginti aureis, cum pacto redẽptiuo ad tres annos proximos, quibus elapsis egit ipse, vel alius eius nomine remedio l. 2. tãquam læsus vltra dimidiam iusti pretij, probando decem testibus valuisse vnumquemque modium triginta aureis, & tamen facto calculo nõ fuerat venditus nisi tresdecim, cum viginti solidis. Emptor verò, per quinque testes ostendit valuisse tan-
1 tum decem, & octo, vel ad plus viginti, vnde † videbatur actor suam probasse intentionem, quia maior numerus testium minorem vincit quando eiusdem conditionis existunt. c. si testes, vbi Glo. 4. q. 3. in nostra. vbi cano. de testi. vel etiam vbi hinc inde rationes adducunt, sicut hic. l. 3. l. ob carmen. §. fi. ff. de test. c. licet causam. de proba. Alex. consil. 141. nu. 11. lib. 1. Crau. consil. 145. num. 10.

2 Cæterùm † vnũ obstabat venditori, quod in venditione fuerat appositum pactum redemptiuum, cuius occasione res minoris æstimari solet, quàm si simpliciter venderetur, cum illud sit onus. Bald. consilio 164. nu. 2. lib. 5. Panor. in c. ad nostram. nu. 9. de empt. & vend. & cap. in aliquib. in 2. not. de deci. Ita sæpius respondisse, & errasse multos. Bertrand. consil. 168. nu. 3. & consil. 169. in fin. lib. 1. Deci. consil. 167. nu. 2. & consil. 308. num. 3. & consil. 543. nu. 5. Alex. consi. 148. nu. 1. Ias. in l. . §. si hæres num. 10. Socin. nu. 3. de Rip. num. 26. ff. ad Trebel. Cogitur enim emptor virtute pacti, etiam inuitus rem suam vendere. contra l. nec emere. C. de iure deli. l. nemo. C. de Iudæis. vnde
3 † verum est quod dicitur pactum loco pretij esse, & fundi partem. l. fundi partem. ff. de contra. empt. ibi, si modò. Ideo vilius fundum vẽdidisti, vt hæc tibi conductio præstetur. l. si venditor. in fin. ff. de seruis exportan. quoniam (inquit) hoc ipso homo minoris videatur venisse, si ea lege venditus sit ne exportetur. l. si seruus. in princip. ff. de condi. fur. Quod secundum theologos æquum iudicabitur, quando scilicet bona fide volebat purè emere, sed vt venditori complaceret hoc pactum fecerit. iuxta l. 2. C. de pact. inter emp. c. cum Ioannes. de fide instru. vt scribit summa Ang. in verbo vsura. 1. num. 66. & Tiraquel. de retract. conuen. in præfa. num. 20.

4 Quamuis † lapsus fuerit terminus, & emptor eo onere liberatus, adhuc minoris valuisse semper iudicabitur. l. habitationum. ff. de peri. & com. rei vendi. vbi, si domus vendita fuerit salua habitatione libertorum mortuis illico libertis, emptor ob eam causam venditori non tenebitur. Deci. consil. 308. Cagno. in d. l. 2. q. 56. Quia, valor, & æstimatio semper refertur ad tempus venditionis, quicquid postea contigerit. l. 2. & l. si voluntate. C. de resc. vend. cap. ad nostram. vbi cano. de emp. & vend.

5 Sed dubium nascitur, quanto † minoris propterea æstimari debeat? cum videatur incertum nisi probatis

batis quantitatibus, quæ huic annexæ sunt oneri, vt docet Bart.aduocatum.in d.§. si hæres percepto fundo.Iaf.ibi,nu.10.Soci.nu.3.4.Rip.num.29.vt d.l.vni, ibi,in aliis autem casibus, qui incerti esse videtur iudices per suam subtilitatem.& l.fi.ff. de præt. stipulat. iterum Bart.in l.pretia rerum.ff.ad l. Fal. Sed Bartho. Soci.consi.15.nu.57.lib.1. dicit qood nō emeret rem valeotem centum pro septuaginta, refert Tiraquel.in præfa.de retrac.conuen.nu.20.Socin.loquitur de pacto perpetuo, quod magis grauat emptorem, quam faciat triennale.argumen.l.puté.§.fin.ff. de exceptio. doli.& tit.de perpetuis,& temp.actio.Decius verò in d.consi.308.de triennali,sed non dicit quantùm.Ideò credimus hanc diminutioné ratione huius pacti non temerè esse faciédam,sed arbitrio boni viri,ac discreti moderatoris,vt docet Couaru.lib.3. varia. resol. c. 10.cō sideratis huius negotij qualitatibus illud etiam veniet in considerationem pratum de quo agitur liberum esse,& sine vllo alterius dominio, quod ideo facilius poterat redimi à venditore sine laudemij solutione, quæ plerunque retrahit venditores ad redimendum. Cum oporteat duplex laodemium soluere. no. Alberi.in l.ab emp.ff.de pact.Beto.decis.182. nu. 39.Cra.consi.215.Bertr.consi.45.lib.2. Tiraq. de retrac.cōuentio.§.6.gl.2.nu.19.Papo.*de droitz Seigneuriaux.* arres. 23. quando scilicet ex interuallo fuit appositum.vt Moli.in consue.paris.tit.1.§.23. num. 26. cū aliis supra allega.hæc causa indecisa remansit propter absentiam petitoris.

S V M M A R I V M.

1 *Antonij Montarentij thesaurarij summi pontificis miseranda mors.*

2 *Cadauer illius,qui sibi mortem intulit, an suspendi debeat,nu.6.arbitrarium esse.nu.7.*

3 *Cadauera licet sensu careant aliquando puniuntur.*

4 *Manus,qua necē parauerat à corpore abscindebatur.*

5 *Crimen augetur dignitate delinquentis.*

8 *Cadauer illius, qui sibi mortem intulit , an careat ecclesiastica sepultura?*

9 *Confiscatio bonorum an habeat locum contra illum qui sibi intulit manus?*

10 *Manus sibi inferens in dubio præsumitur id fecisse tadio vitæ,nisi fiscus cōtrarium probares.idem in contrario casu.*

11 *Authentica bona damnatorum corrigit etiam confiscationes eorum,qui sibi mortem intulerunt.*

DECISIO CXXIII.

De pœnis eorum,qui sibi mortem intulerunt.

1 HODIE quinto idus Ianuarij anni saluatoris nostri 1582. Reuerendissimus Dominus Gulielmus Blancus episcopus Tholonensis Rutæ pręses,recitauit in consilio hortendum, & miserum casum.Nempe Antonium Montatensium Bononiēsem legum doctorem, & collateralem , qui iam à multis annis pro S. S. in his regioonibus stipendia militibus erogabat,heri impias sibi intulisse manus, in húc qui sequitur modú. Miserat ille hora quartu vni sibi charissimo,& fideli vnum fasciculum literarum , in quo ligatæ erant quatuor epistolæ,vna ad S.D. N. Papam Gregorium.13.altera ad Ill.Cardinalem Comensem. Tertia ad Ill.Cardinalem Armaignacum,& postrema ad ipsius Montarensij fratrem,cum tribus claub.Rogando amicum per apertam alteram scripturam vt hora quinta in eius cubiculum accederet quod erat in palatio maiori vbi eum expectabat pro grauissimis vrgentib.causis,& vt postea literas mitteret,& traderet. Cum auté amicus hora præscripta venisset,cum literis & claub.& pulsasset ostium,nemóque responderet cogitans ne forsitan hac de causa misisset claues singulis in sera positis per vnam ianuam aperuit, iogressus nullum videndo clamauit,& vocauit: conuersus ad lectum illius vidit prostratum,& mortuum demisso super facie pileo.Quo viso,& huius horrendi spectaculi timore percussus , & semianimis subito clauso ostio festinauit ad Cardinalem , &c. facta postea pleniori inquisitione, visus & iuxta lectum proiectus , distensúsque pistoletus , in proxima sede cyphus argenteus, in quo erat pars poculi veneriari. & ibi etiam nudus pugio,latúsque culter pennarius.Relatio medicorum continebat , hunc priùs venenum sumpsisse , & deinde propria manu laxasse in stomachum illam igneam glandem.ille insanus in suis literis conabatur suas malas excusare manus,& ostendere illud non esse nouum cum plurimi etiam grauissimi viri olim ita fecerint. A Papa petebat benedictionem,& vt miseræ animæ piis faueret soffragus. Cardinalem verò nostrum rogabat , vt corpus suum catholicorum more sepeliretur.In subscriptione literarum se infelicissimnm Montarentium vocabat. Aliæ duæ claues ad duo scrinia plena papyriis pertinere visæ sunt,quæ tute seruata fuere.

2 Vnde † primò dubitatum fuit,quid agendum erat de isto cadauere? furca figendum compluribus placebat , vt & conspectu deterreantur alij ab eisdem facinoribos.l.1.§. si sibi manus.vbi not.ff. ad Syllenia. c. mulier 5.q.1.Exod.22.c. Bald. qui ita obseruari attestatur in l.2.nu.6.7.& Alex.no. 9. Iaf.nu.2.C. qui testam.facere possunt.Benedic.in c. Raynutius. in verbo,si absque liberis.2.num.24.Ang.in verbo,qui dominus iodex videns.nu.43.Bossi.tit.de accusa.nu.33.

3 Solent enim † iudices etiam post mortem delinquentium punire cadauera,tametsi senso careant,veluti quando iubent,vt in frusta diuisa ponantur in itineribus,& publicis locis.l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis Gl.in l.2.ff.arbo.fur.cæsa.Iaf.in d.l. 2. nu.2. Marcus decis.953.nu.7.Clar.in §.fi.q.101.

4 Nonnulli † manum,quæ mortem parauerat , tanquam impiam à corpore abscindendam , & reponendam in publicum spectaculum Græcorum more , vt refert Alex.ab Alex.lib.5.dierum genia.c.fi.in fin.Tiraqoel.de nobili.c.31.num.562.Meno.de arbi. lib. 2. centu.3.casu 284.num.5. 6. Sicut abscinditur manus Scribę,qoi falsum instrumentum fecit.c.Imperialem. §.scriba.de prohibi.feud.aliena. per Federi. vt per ea, qoo quis peccat,per ea torqueatur.c.literas. de temp. ordinan.& Sapien.11.c.

5 His † accedit,hunc fuisse doctorem,& militem,in quo maior desideratur constantia , & fides. l. si quid aliquis.§.miles.ff.de pœnis.Augetur enim petulantiæ crimen dignitate præpositi.l.omne delictum. §. 1. & §. qui se vulnerauerit.l.2.in fin.ff.de re mili.l.pręsbyteri.C.de epis.& cleri.c.sicut dignum.de homi. c. vilissimus.1.q.1.

6 Planè † alia opinio videtur humanior , cum delicta morte extinguātur.l.defuncti.ff.de publ.iudic.l.in senatus.§.si propter.ff.ad Turpil.cap.qoorundam.22. dist.c.1.23.q.2. Et mors omnia soluat. §. deinceps. in auth.de nupt. Ideo inquit Angel.in d. l. 2. numer. 5. non esse licitum suspendere , vel comburere cadauera delinquentium,licet quidam assessores contrarium

faciant,& malè.Decius ibi.nu.8.& in l.pupillum.§.in hæredes.ff.de reg.iur.Bald.in l.vni.C.ex delic.defuncto.in quan.hæred.conuenian.Ang.in verbo.qui dominus iudex.nu.48.Clar.in §.fi.q.51.nu.15.

7 Tandem † singulorum suffragiis,visum est,hoc in arbitrio iudicis consistere, authore Alex. & Decio in d.l.2.eodem.Decio in l.imperiũ.nu.16.ff.de iurisd.om.iud.Hypoli.in l.quæstionis modum.nu.31.& in l.fin.nu.29.ff.de q.Beto.decis.31.nu.9.Meno.de arbi.lib.2.casu 185.num.7.

Dicebat D.præses habendam esse rationem,quod iam à longo tempore in eo munere fideliter perseuerauerit à principe approbatus.Fertur eodem fatali die suis famulis integra soluisse salaria. Et mercatoribus, quibus debebat egregias summas. Fuit conclusum, non esse sæuiendum in cadauer.

8 Illud † etiam in dubitationem cecidit , an esset dignus sepultura ecclesiastica? Si defuncti voluntatem spectemus,nõ denegabitur, quam a Cardinali per literas postulauit , & rogauit. Si præterea eius testamentum valeat.d.l.2.Multomagis dispositio sepulturæ.Arguendo de maiori ad minus.cap. cui licet quod plus.de reg.iuris.lib.6.Sitque pium & religiosum defunctorum corpora sepeliri.l. at si quis. §. hæc actio. ff.de relig.& sump.fune.l.1.& 2.de sepul.viola. Sicut non denegatur illi, qui reperitur in puteo præcipitatus.c.ex parte.vbi Pan.nu.4.de sepultu. Ioan. Lup. in Rub.de dona.§.89.nu.2.& §.70.nu.6.7.Soci. Iunior. consi.51.lib.1. Quibus non obstantibus dixerũt domini,careat,careat,& inter stercora prouciatur.c.placuit.23. q.5. vbi Gloss. quæ dat illi caninam sepulturam.& Lud.Rom.singul.264.Bened. in cap.Rayn. in verbo mortuo itaque testatore.1.nu.57. Ludo. Carre.fol.107.Placa.in epito.delicto.c.23. nu.14. Quinimo,cum sacri canones prohibeant pro istis orare,& oblationes facere.d.c.placuit.c.1. de tornea.cap.super eo.de raptori. frustra sepulturam peterent , quæ sine illis orationibus,& oblationibus fieri non solet. titulo de sepulturis.Si sibi nequam,cui bonus?Eccles.13. c.si non licet.23.q.5.Si sibi nõ pepercit, cui parceret? l.fi.§.si quis autem. ff. de bonis eorum. huius desiderium,& opus inter se discrepãt.l.professio.C. de mune.patri.lib.10.contraria petens.c.diaconi. 8. dist. l. nemo potest.de leg.1.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iuris.Non sequitur valet testamentum,&c. quia Iudæi, & pagani testantur,& tamen catholico sepulchro carent.c.ecclesiam.& c.sequens.de consecra.dist.1.

9 Postremò,† petebat fiscus omnium bonorũ confiscationẽ , propterea quod metu criminis imminentis sibi mortem consciuerat.l.3.ff.eo. timens accusari ob malè consumptos principis nummos. Et hũc esse casum adiudicandæ confiscationis. l. ex iudiciorum. ibi,repetundarum.ff.de accusa.l.2.ff.repetunda.l.1.ff. pecula. Cum illa pecunia sit militaris , & publica ad tuendam patriam , & repellendos hostes a principe missa.arg.l.1.ff.ad l.Iul.maiest.Et [illegible] esse quod fuerit accusatus,vel de proximo accusandus.arg.l.pen.ff. de mili.testa.l.si quis cum sciret.ff.pro emp. l. liberorum.§.non soleni.ff.de his qui not.infa.l.in fraudẽ. §. eius bona.ff. de iure fis.

10 Cæterum † veniebat in considerationem hũc miserum hoc perpetrasse tædio vitæ, vel impatiẽtia doloris , quem con[illegible] per occasione sibi illatæ iniuriæ à quibusdam belli ducibus à quo maiora forsitan extorquebant more eorum qui castra sequuntur. & inde visus est totus mutatus ab illo. hinc Claudia. de rap.Proserpinæ.

Rabiem liuoris acerbi nulla potest placare quies.

Existimans gloriosum mori potius, quam contumeliam pati,Sicut fecit illa Lucretia, de qua disertissimè loquutus est diuus August lib.1.de ciuita. Dei. ca.18. Empedocles,& multo philosophi Vlpiano attestante in l.si quis filio.§.eius qui.vbi gl.ff.de iniust.rup. Tiraquel.de nobili.cap.31.num.512.Sed inquit dominus non occides nec te,nec alterum. Sicut fecit ille Iudas proditor. Et diliges proximum tuum sicut te ipsum. c.si non licet,23.q.5.c.displicet.23.q.4.c. tu dixisti, c. non est nostrum.c. placuit eadem q.5. Tiraq. vbi suprà.num.559.

Generaliter autem iure constitutum reperimus,ad hoc vt fiscus in desperati bona succedat,opus esse, vt ille apprehẽdatur, vel accusetur propter commissum crimen.l.3.§.ergo aut postulati.ff.eod. & l.4. C. eod. quod cessat in homine isto,qui hactenus omni prorsus suspicione caruit. Ideo si fiscus hoc velit dicere, probet.vt docet gl.in d.l.2.vbi Bald.num.10.Paul.de Castr.num.4.Alber.num.5.Alex.nu.4.Ias.num. 5.Decius.nu.16.Et econtrario si deprehenderetur , vel accusaret de crimine , liceret hæredibus probare innocentiam,vt illi vno(quod aiunt)ore attestantur. Sicut si statutum conuictum , & confessum præsumeret, permitteretur etiam innocentiæ causas allegare,vt illi dicũt.quibus adde Areti.consi.146.versi. his tamen non obstan.Imo.in l.creditor.§.iussus.nu.5. de appel. ff.Decium consi.438.num.1.2.3.

11 Imò † etiam si accusaretur sibi commissos surripuisse nummos , non mereretur confiscationem bonorum.auth.bona damnatorum.C. de bonis damna. Cum non sit maiestatis reus susceptor , vel ærarius, qui fraudem commisit, sed aliis puniatur pœnis. l. 2. C.de suscep.lib.10.l.excellentia.C.de eroga.mili. anno.lib.12.l. 2. C. de pala. sacra. largi. lib. 12. Rip. de præserua.reme.pes.à nu. 8.vsque ad nu.40. lex autem Iulia punit eum,qui publicam maiestatem lędit.qualis est ille,cuius opera, & dolo malo in illos inciderit casus qui in l.1.2.& 3.enumerantur. ff. eo. quos plenius recitat Gigas in rub. Clar. in §. maiestatis. Cra. consi.6.in princ.inter quos non reperitur iste,& hoc probat.l.3.§.idem scribit.ff.de bonis eo.ibi, vt si conuincerentur,bonis careat.

Vnde,cum d.auth.bona damnatorum , restringat etiam confiscationes eorum qui sibi mortem quæsierunt, nisi quando accusarentur maiestatis crimine, teste Albeti.Alex.Ias.& Decio in d. l. 2. Non potest habere locum in hoc iudicio petita cõfiscatio. vt Ias. ibidem in fin. communem attestatur. & ita omnes opinati sumus.

SVMMARIVM.

1 *Bulla pia super contractibus minorũ, non habet locum vbi illi vtiliter contraherent.*

2 *Bulla pia,an comprehendat comitatenses.4.5.8.*

3 *Vniuersalis dispositio omnes casus , & personas includit.*

6 *Actus sequens , intelligitur secundum terminos præcedentis.*

7 *Relatum est in referente verè,& propriè.*

9 *Error calculi an possit opponi post obligationẽ ex calculo descendentem?*

10 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur.*

11 *Instrumentum liquidum an sit exequendum , si opponatur calculi error?*

12 *Probatio incontinenti facienda: quam dilationem habere debeat? arbitrarium.*

DECI

DECISIO CXXIIII.

Hic agitur de intelligentia bullæ piæ, an comprehendat comitatenses, & de errore calculi si impediat executionem instrumenti.

IOANNES Antonius Romilhonus insulanus minor, & ætatis viginti triū annorum post solitas renunnanones promittit soluere Petro Ingimberto socero suo ob causam resoluti caleuli 2197. florenos, & sex solidos. Isto mortuo agit Ingimbertus hypothecaria. Se opponunt hæredes multis rationibus pignorationem impugnantes. Primò, quia non fuit obseruata in obligatione bullæ piæ, & programmatis forma, quibus cauetur, nullos esse contractus cum minoribus, & filiisfa. gestos: nisi duorū consanguineorum, vel iudicis præsentia interueniat, vt hominum fraudibus obuietur. l. in fundo. ff. de rei vend. c. quanto. de diuor. de qua suprà decis. 22.

1 Respondebat † creditor, tametsi bulla eum suo programmate generaliter loqueretur, non tamē haberet locum in illis contractibus, qui cederent in vtilitatem minorum, vel filiorum familias. l. neque. vbi Bald. in fin. C. de contra. stipula. l. cum bi. §. eandem transac. ff. de transac. Alex. in l. mutum. num. 10. ff. de acqui. hæred. Ias. in l. is cui bonis. nu. 3. de Rip. nu. 45. ff. de verbo. oblig. Ias. in l. non eo minus. num. 3. C. de procura. Deci. cons. 331. num. 4. Tiraquel. de legibus. connu. Gl. 8. num. 56. 76. Cum in claris non sit opus coniecturis. l. continuus. §. 1. ff. de verbo. obliga. Cessetque prohibitionis ratio in volitet gestis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. c. cum cessante. de appella. Tiraq. in tract. cessante causa. 1. par. nu. 214. 215. Alioquin quod eorum fauore introductum est, in eorum odium retorqueretur. contra l. quod fauore. C. de legib. c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. Sed cum docuerit soluisse nomine adolescentis illas pecunias tam occasione transactionis initæ cum illis, qui ab eo maiorem partem bonorum petebat, quàm studiorum causa eidem in Academia Tholosana degenti, videretur iniquum, si contractus, qui minori vtilis fuit rescinderetur.

Ista solutio non concludit, licet isti duo casus essent veri, & probabiles, cum tanquam negotiorū gestor potuerit alia recepisse, quæ probari non possunt nisi prius reuisis, & dispunctis rationibus. l. cū seruus. de cond. & demonst. quid & quantum expensum sit videre oportet.

2 Ad † bullam autem non esse habēdam rationem, quæ solos Auenionēses ligabat. l. fi. ff. de iuri. om. iud. c. nihil. de electio. & locales leges locum euanescere. c. eum leges. 63. dist. Gl. in c. 2. de consti. Cum limitatam causam habeant. l. in agris. ff. de acqui. rerum dominio.

Vnus dominorum replicabat, quamuis esset localis, programmata autem quæ à vicelegato emanauerant cuius imperium totam prouinciam afficit, & regit. l. 3. & l. illud. ff. de off. præf. insulanos etiam ligasse generaliter prohibendo. ibi, *contre toutes personnes, de*

3 *quelque estat & condition qu'ils soyent.* virtute † vniuersalis orationis, quæ omnes includit. l. 1. §. generaliter. de leg. præst. l. quicquid. ff. de verb. oblig. Bart. in l. si plurib. de leg. 2. & nihil intactum relinquit Bald. cōsi. 305. lib. 1. Deci. cons. 5. in fi. Omnes personas, & casus continens. c. de const. Ang. in l. fin. in fiu. ff. de iuri. om. iudi. Calderi. consi. 1. in prin. Etiam si personæ essent priuilegiatæ. l. in fraudem. §. fin. ibi, quia generalis est determinatio. ff. de mil. test. Bald. in l. omnes populi. ante finem. ibi, item nota quod generale statutum. Tiraquel. de retra. consan. §. 1. Gl. 14. num. 96. & 101. Et odiosa esset dispositio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ vsu, & aleato. Decius in c. sedes. in 3. no. de resc. Tiraq. in l. si vnquam. nu. 115. Multo igitur magis ista cum sit pia, fauens minoribus, ne decipiantur, & corrumpantur. l. 1. ff. de mino. l. 1. ff. ad Maced. adiuuat. l. 1. §. pecuniam. ff. de calum. l. sed & Iulia. in prin. §. mutui. ff. ad Macedo. c. quanto. de priui. c. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6. Deci. cons. 5. nu. 2. Crau. cons. 118. n. 14.

4 His † accedit quod in eodem legitur programmate, consules locorum in quibus aliter cōtraheretur, posse cogere transgressores ad consentiendum cancellationibus per incarcerationes personarum, &c. vnde videtur dare iurisdictionem illis consulibus aduersus suos ciues, & incolas quando aliter facerent non adnersus Auenionēses, qui per suos iudices cogi vtrique

5 possunt ad bullæ obseruationem. Et † vt vna determinatio æqualiter determinet, nempe vt hæc data potestas cōsulibus æquè respiciat minores locorum, sicut incolas, vel etiam si vtraque pars cōtrahens loci eiusdem esset. Cum generaliter edictum, & sine distinctione loquatur. l. de pretio. ff. de publicia.

Ego verò contra, quia in corpore bullæ de solis fit mentio Auenionensibus, & illis postulantibus edita fuerit. Licet refricatio, & inhibitio sint generales. Si

6 quidem, † vbi actus sequens venit in executionem præcedentis, intelligendus est secundum illius terminos, & modos. l. si pecuniam. in fi. ff. de cond. ob caus. Paul. de Castr. consi. 64. num. 3. lib. 2. Craue. cons. 135. nu. 13. in quo censentur repetitæ omnes alterius qualitates. Ancha. consi. 262. Alex. consi. 94. num. 1. 2. 3. lib. 3. Sicut lex interpretans, & declarans: secundum ea quæ continentur in lege interpretata & declarata in l. nihil. ff. de coniung. cum emanc. libe. §. si verò. in

7 auth. de filiis ante dota. instru. na. Hinc † relatum in referente verè, & propriè inesse dicitur. l. asse toto. ff. de hæred. insti. l. si ita scripsero. de cond. & demonst. l. institutio talis. ff. de cond. institu. Bar. in l. 1. ff. de recepta. & in l. si. ff. si fami. fur. fecis. dica. Cra. consil. 45.

8 nu. 4. Bertr. consi. 362. num. 2. lib. 1. Ideo illa † generalis proclamatio ad personas in edicto nominatas referenda est, & restringenda: hoc autem ita factum est, ne fraus fieret prohibitioni, si extra ciuitatem iuuenes ducerentur: & alio contraherēt locō. Ne quod vna via prohibitum est, alia permitteretur. Alioquin statutum altero claudicaret pede, si quod domi prohibitum est, foris vuque liceret. Sicut in simili cōsuluisse video Areti. consi. 73. col. 5. vers. fatendum. de illo qui in fraudem statuti extra ciuitatem ducebatur vt contraheret. Cæterum sub dubio remansit iste articulus, & indecisus.

9 Opponebat † etiam hæres in calculo fuisse erratum, & iterum reddendas esse rationes. Alius negabat, postquam partes facto calculo inter se pepigerāt. Sēque mutuis stipulationibus liberauerant. l. vni. C. de erro. calcul. Bar. & Ioā. de Pla. in l. 2. de iur. fisc. lib. 10. Corn. cons. 61. per to. lib. 4. Et ratione iuramenti in transactionem præstiti.

Fuit responsum, etiam sæpius computatas rationes denuo retractari posse, comperto errore, & veritati non afferre præiudicium. d. l. vnic. Paris. cons. vlti. nu. 26. 27. lib. 1. Quia eadem facilitate promisit, & iurauit, sicut calculum fecit. l. doli. §. diuertium. ff. de noua. l. fi. §. idem quæsiit. ff. de cond. indeb. Bart. in l. si ex cautione. numer. 6. 7. C. de non nu pecu. At si super calculo fuisset litigatum, & deinde facta transactio, illa obseruaretur secundum Bart. in d. l. 2. vt declarat

Iaſ.in d.l.vni.nu.6.7.Ruin.conſ.71.ou.1.2.3.lib.4. &
10 conſ.134.n.12.eo.lib.& Parif.vbi ſuprà.Non † obſtat iuramẽtum cum reguletur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponitur.l.fi.C. de nõ numerata pecu.c.ad audiẽtiam,quod me.cauſ.neque extra conſenſum extenditur.Bart.Alex.& Iaſ.in l.ſed & ſi quis. §.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Bar.in l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſ.Pan.in c.cum contingat.nu.28.de iureiur. Soci.conſi.214.nu.8.lib.2.Deci.conſ.493.nu. 25. 26. 27.& conſ.240.per to.Boëti.deciſ.3.nu.4.Bertr.conſ. 261.ou.1. 2. lib.1. Conſenſus autem nullus eſt ſi pecunia non deberetur.Nata conſ.488.nu.2.3.

11 Creditor † vt hos euitaret anfractus,petebat inter has moras,inſtrumentum ſuum cum ſit liquidum,& obſcura exceptio exequẽdum fore.iuxta l. ille à quo. §.ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. l. ſi is à quo.ff. vt in poſſeſſ.legato.l.3.§.ibid.ff.ad exhibendum.l.2. & l.fi. C.de edic.D.Adri.toll.not.omnes.in l.4. §. condemnatum.ff.de re iudica.Et quia promiſit certam quantitatẽ,& ſummam. Cuius executio per allegationem erroris differri non debet, vt Soci. ait in l. pecuniam quam.nu.10.Iaſ.nu.8.Deci.nu.8. Alcia. in princ. ff. ſi cer.pet.Socin.in l.quibus diebus §.quidam Titio. nu. 10.de cond.& demonſt.Gram.deciſ.58.num.11.Saltem præſtita cautione de reſtituendo , ſi poſtea error appareret.Cagno.in l.is damnum.§.quod pendet.nu. 4.5.ff.de reg.iur.Galeſ. de for. cameræ obliga. 3. par. de vi inſtrumento.nu.4.

Hæres ſe offerebat incontinenti probaturum executionis impedimenta:iuxta terminos d.l.ſi is à quo. ibi, hodie conſtat , hodie agamus , quo caſu differtur executio.c.literas,& ibi per Cano.de reſti. ſpolia. lib. 6.l.1.§.hoc interdictum.& ibi Bart. ff. de tabu. exhibend.& in auth. ad reprimendum. in verbo ſummariè.Iaſ.in l.ait prætor.2.num.25.ff. de iureiurand. Gl. &Cano.in c.cum cõrogat.de offi.deleg.Guid.Pap.q. 132.Capi.deciſ.167.num.1.2.

Sicut impedit executionem ſententiæ exceptio, quæ illico verificaretur d.§.condemnatum. vbi Bart. Paul.Alex.Iaſ.& Rip.nu.11.Pan.in c.ſuſcitata. nu. 7. de in integ.reſti.& conſ.5.nu.2.lib.2.Alex. conſil.83. nu.8.lib. 5. vel etiam ſi ſtatutum omnes exceptiones excluderet,illas non tolleret,quę breui tempore aperiri poſſunt,& comprobari.Pano.conſ.63.nu.6.lib.1. Fel.in c.ex parte.2.nu.9.Deci.num.5.7. de off. deleg. Corſe.ſing.92.promptuariæ enim probationes, præſumptas fraudes excludunt.l.ſi debitor.ff. de iudiciis.

Fuit concluſum relatore D.Ioſepho Suares.Cum iſtud incontinenti probandũ in arbitrio iudicis conſiſtat,vt docet Gl.in d.l.2.C.de edic.& Bar.in d.l.ſi.in 2.oppoſi.& ibi Cur.nu.43.Guid.Pap.q.632.Soci. Iu. conſ.67.nu.9.lib.1.Fel.in c.ſuborta.num.4.de re iud. Pariſ.conſ.121.nu.25.lib.1.Tiraq.de retrac.conſ.§. 3. Gl.3.nu.11.Soci.regula 61.de Affl.deciſ.121.& 163. Roland.conſ.17.nu.14 lib.1.Meno.de arbit.lib.2.cẽt. 1.caſu 12.& caſu 14.nu.5.hunc opponentem debere probare errorem intra tres dies exhibitis per creditorem rationibus,tandem facta exhibitione &calculo nulla apparuit erronea ratio. Ideo ordinatum fuit executiones ceptas continuandas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in habitu & tonſura honeſtè viuunt.*
2 *Apoſtaſia dicitur temerarius à fide, vel religione receſſus.*
3 *Clerici magis à vitijs abſtinere debent quàm laici.*
4 *Deſcriptio bonorum rei delati, vtique permittitur.*
5 *Informationes debẽt præcedere capturam,fallit mandante principe.& 6.*
7 *Repertus in flagrãti poteſt ſine informationibus capi.*
8 *Reus non eſt intrudendus, quando conſtat quod debet relaxari.*
9 *Clericus poteſt habitum intermittere ex cauſa belli, & periculi.*
10 *Reuertendi animus ex quibus dignoſcatur?*
11 *Apoſtaſia tribus modis dicitur.*
12 *Monitio vindictam præcedere debet.*

DECISIO CXXV.

De clericis qui tonſuram, & habitum pro certo tempore dereliquerunt.

NVPERRIME ducitur ad carceres palatij Apuſtoli Auenio.Titius præſbyter loci de Agonto prouincialis, qui in ciuitate Caualionis degebat:propterea quod ſine habitu,& tonſura,& militum more incederet , & quod illiciros,& vſurarios iniret contractus.Ille reſpondet pugnaſſe viriliter contra hæreticos à primis tumultibus,vſque ad hæc tempora tam in prouincia,comitatu Venayſino quàm in Gallia in ciuitate Aurelia-cen. vbi erat præpoſitus cohorti catholicæ pro cuſtodia ciuitatis iubẽte Rege, & eius illuſtriſſimo fratrẽ, ſicut publicis conſtabat literis. Nullas exegiſſe vſuras,nec velle exigere aſſerebat.

1 Hæc † cauſa in Rotam cecidit,commiſſa D. Ioan. Nicolao, in qua ab initio multum iraſcebatur fiſcus, & fremebat in illum, quòd in Diœceſana ciuitate virgatam,& viridem veſtem deferret publicè, accinctus enſe,& pugione, ſicut miles armatæ militiæ , contra quos ſacri canones acclamare ſoleut, & inſurgere. c. 1.& per to.21.q.4.c.clerici.de vita, & honeſ. cleri. ſicut D.Auguſt.ait,Incõpoſitio corporis , indicat inæqualitatem mentis.c.cleri. 41. diſt. ſcandalum eſſe & peſſimum exemplum, videntibus ſacerdotem qui antea ſacra dabat, nunc prophana , & vitia tractate, & violare ſine vllo rubore ſacras patrum traditiones, quibus anathemate feriuntur tranſgreſſores.c. ſi quis omnem.1.q.7.Pan.in c. ſi quis ex clericis.de vita, & honeſ.cleri.Et tanquam apoſtatæ puniũtur.c.eos.20.
2 q.3.c.1.c.tuæ.c.fin.de apoſtã. Cum † apoſtaſia ſit temerarius à ſtatu fidei , obedientiæ eccleſiaſticæ , vel religionis receſſus.vt ducet Ioan.de Anna.in Rub.eo. ſumma Ang.in verbo apoſtaſia. de Affl. tit. de apoſt. quaſi retrogradatio.c.non obſeruetis. 27.q. 7. Cuius pœna eſt confiſcationis bonorum,& capitis.l. 1. l. hi qui ſanctam.& l. apoſtatarum. C. eod. deinde quod aliud vſuræ vitium committeret , exigendo vnũ modium tritici annis ſingulis pro ſalmata,quam mutuabat ruſticis qui fatentur recepiſſe nouẽnarios fructus pro octo pluribus contra omne ius diuinũ, & huma-
3 num,& multo † grauius eſſe , vbi clericus his criminibus reperitur labefactatus, cum augeatur delictum dignitate præpoſiti.c. inter dilectos.de exceſ. præla. c.2.de vita & honeſ.cleri.c.duo ſunt genera.ibi, ſe,& alios virtutibus regentes.11.q.1.l.præſb.C.de epiſ.& cler. hæc cumulata pœna augere. l. 2. vbi Bart. ff. de priua.delic.Clar.in §.fi.q.84.nu.4. dicatúrque malum malo addere,& in abiſſum cecidiſſe malorum. Cuius rei probandi gratia huius libros & Calendaria ceperat,& producebat.

Cæterũ adhibito cõſilio,non placuit iſte nimium durus agendi modus , cum iſte caſus non contineat
4 confiſcationem.Rectè † tamẽ fieri poterat deſcriptio bonorũ mobilium, quæ fideli committerẽtur ſequeſtro,ne lite pẽdente perirẽt.l.fi.ff.de bonis auto. iudi, poſſ.l.mãdatis.& ibi Bar.ff.de requi.reis.l.1.§.rectè.ff. vſufr.

vsuri.quemad.caueat.Bart.in l.post contractum.in fi. ff.de dona.Bossi.tit.de procla.num.2.Clar.in §. fin.q. 44.Cachera.decis.68.nu.26.

5 Præambula † etiã necessaria erat de delictis commissis informatio, sine qua nõ solemus cõtra quempiam criminaliter agere.c.qualiter & quando.2. §. 1. & si de accusa.c.licet Heli.de Simo.c.1. de accusa.lib. 6.c.Deus omnipotens.2.q.1.Bart.in l.congruit.ff. de off.præsid.& in l 2.§.poblico.ff. de adulte. & in l. de minore §.tormenta.ff.de quæst.Alex.consi.120.nu.1. lib.7.Hypo.in §.constante.num.12. Deci.consi.170. Ang.in verbo,qood fama præcedenti.nu.4.Clar.in §. fi.q.5.nu.3.4.& q.28.nu.2.

6 Respondebat † d.aduocatus, hæc mandante principe facta fuisse, qui non tenetur iuris communis regulas obseruare,vt inquit Bald.in l.nullus.C.ad l.Iul. maiest. quando proprio motu nullo postulante fieri ita iubet.Gl.in c.2.de accus.lib.6. Deci. consi.256. in fi.Aug.ad Ang.vbi suprà.nu.5.Hypo.sing.14.& in d. §.constan.nu.21.22.Cla.in §.fin.q.8.nu.8.qui cõmunem affirmat,quæ tamen nõ caret scrupulo,cum potuerit princeps etiam à maleuolis, & inimicis informari.vt scribit Alex.consi.34.nu.2.lib.6.

7 Dicebat † etiam fiscus, hunc (qui ita difformatus publicè incedebat)in flagrãti crimine reperisse, & ob id cessare omnes iuris obseruationes. l. 1. C. quand. vni lic.sine iudi.se vind.l.prætor ait.§ si debitorem.ff. quæ in fraud.cred.l.interdum.§.qui furẽ. & ibi Ang. nu.8.ff.de fur.Bart.in l.leuia.nu.1.2.ff.de acc. Ang.in l.ictus fustiũ.nu.2.ff.de his qui no.inf.Cagn.in l. vni. nu.98.ff.si quis ius dicen.non obtemp.Cla. in §.fi.q. 8.nu.3.Huic seruit.c. euidentia. de acc. Cum soleant iudices in notoriis causis ab executione incipere. c. quanto.vbi Cano.de trans.epis. Inno. in c.cum olim. de censi.Bald.in d.l.ictus fustium.num.4.Hypo.in §. examinanda.nu.7.cum sequen. doc.in l.ea quæ.C.de accusa.Ate.consi.167.nu.6.Gram.Decis.36. num.45. Meno.de arb.lib.2.centu.2.casu 235.nu.14.cano.in c. quoniam.de cohabi.cleri.& mulie.& probat l.proinde.ff.ad l.Aqui.& l.1. ff. de in integ. resti. & instabat

8 † vt iste,qui data cautione fuerat relaxatus,nũc,dum discutitur processus teneatur carceres reintegrare,Ne illusoria sit sententia, si pœnam contineat corporalem,in qua non datur fideiussor, qui non potest pro alieno delicto fideiubere. l. liber homo.ff. ad l.Aqui. Bart.in l.1.& 2.ff.de custo.reo.de Anna. cons. 1. Hypo.in §.expedita.nu.55.& in §.examinanda.num.12. Ang.in verbo,pro quibus.nu.1.cum seq.Clar. in §.fi. q.46.num.7.

Publicato processu apparebat hominem istũ esse dimittendum: ideo frustra nouiter petebatur incarceratio.l.nullus.C.de requir.reis.Bald.in l. sed si is.ff. de in ius vocan.Alex.consi.180.num.9.lib.2. Roma. singula.490.Bossi.de carce.fideius.commit. num. 15. vt euitetur circuitus inutilis,& vanus.l.singularia. ff. si cer.peta.cuius euentus nihil operatur.l. aliquando. ff.ad Velleia.

9 Propterea † quod fideliter,& diligẽter obsequium præstiterat reip. Christianæ bellum gerendo contra hæreticos & Huguenotos,qui fuerunt causa tanti, & vniuersi mali. In tantáque necessitate iustè habitum mutare potuit.c.clerici.de vita,& honest. cleri. clem. quoniam.eo.tit.Cum liceat pro defensione patriæ,& legum paternarum arma sumere, & fidẽ catholicam tueri.c.si nulla.23.quæst.8.Oldra.consi.72. num.3.

10 Neque † dicatur ab officio diuertisse qui habuit animum reuertendi sedatis tumultib. l. quid sit fugitiuus.ff.de ædi.edic.l.omne delictũ. §. per lasciuiam. ff.de re mili.l.destitisse.ff.de iud.Sicut Attilius Regulus qui iurauerat se Carthaginem reuersurum non dicebatur Romam reuersus.l.5.ff.de capti.Decius, & Cagno.in l.quicquid.ff.de reg.Iuris.Oldra.cõsi.202. nu.3.dicens timere istorum insidias si inermis deprehenderetur ab illis, quibus nulla fides pietásque dignoscitur. Et huius rei gratia se à superiore licentiatum diplomate ostẽdebat donec aliter prouideretur. vnde ab omnibus vna voce absolutus est,ab hoc apostasiæ crimine, sibíque iniunctum vt deinceps in habitu,& tõsura presbyterorum more viueret:sub præscriptis in sacris canonibus pœnis.Rol.à Val.consi.4. nu.31.lib.1.

11 Si † quidem huius criminis tria sunt capita, vnum est eorum,qui sanctum baptisma prophanãtes in nefandam sectam transierunt. l. hi qui sanctam. C. de aposta.c.non potest.2.q. .c.quidam. de aposta. summa Angeli.in verb.apostata.de Afflic.eo.tit.in consti. Neapo.nu.1.2.3.4.Clar.in §. fin.q.78. quibus vltimi supplicij pœna imposita est, cum bonorum publicatione.l.apostatarum.C.eo.Illi verò,qui dimisso habitu clericali,vel monachali incedunt,(quos irregulares vocamus)si moniti non desistant excommunicantur. clem. quoniam. de vita,& honest.cleri.idem ex sacro Triden.conci.sessio.14.c.6.Panorm.in c.1.num.3. de

12 aposta.post † scilicet admonitionem, quæ vindictam debet præcedere.c. Deus omnipotẽs.2.quæst.1.sacro. c.contingit. de senten.excom.c.consuluit.de offi. delega.c.inter quatuor.de maio.& obedien.cap.cum sit Romana.vbi Deci.nu.32.33.34.de appella.l.inter accusatorem.ff.de publ. iudi.c.1.vbi Deci. nu.25. & de Rip.num.81.de iudi.Coua.§.9.2.par.rela.num.4.hic autem,captura præcesserat admonitionem. Generaliter verò, qui mandatum sibi a superiore impositum temerè transgreditur,dicitur apostatare.c. si quis venerit.c.illud.de maio.& obedien. vel mortaliter peccando.cap.fi.38.dist. ibi magis diaboli,quàm Christi membrum esse ostenditur, qui rebelliter viuit. Non constabat etiam vsurarias cepisse pensiones, fuerunt tamen rescissi contractus & ab illis pensionibus liberati debitores.

SVMMARIVM.

1 *§.non omnia.l.inter causas.ff.de mand. vera declaratio. & num. 5.*
2 *Mandatarius repetit expensas gratia mandati factas.*
3 *Ciuitas potest cogere ciues ad suscipiendũ legationem, vel defensionem.*
4 *Mandatarius captus ab hostibus recuperat pretium suæ redemptionis,nisi fuerit in culpa. num. 7.*
6 *Casus fortuitus præstatur, qui erat tempore obligationis:licet de illo nulla facta fuerit mentio.*
8 *Nuntius transiens per inusitata,si deprædetur non repetit à mandante.*
9 *Culposus an dicatur,qui de insidijs admonitus non retrocessit.*
10 *Aequitatem magis sequendam in iudicando. Culpa in dubio non præsumitur.*

DECISIO CXXVI.

De illo, qui captus fuit à latrunculis an repetat à mandante pretium suæ redemptionis.


O tempore, quo ille nepharius hostis Minerbiam occupabat consules, & concilium loci de Bonilis miserunt Auenionem ad Il.

M Cardina

Cardinalem collegatum Michaëlem Antranum eorum incolam, pro necessariis reipublicæ negotiis. Iste cum duobus aliis dimissa recta, & cómuni via (prout ita opportebat facere) in dexteram partem iter arripuit, & eo die in loco de Agouto illiuc proximo pernoctauit. Et cum summo mane quattuum leucæ, aut circiter ambulasset, fuit à nostris, qui excubias in hac nocte foris fecerant admonitus vt sibi caueret. *Car l'ennemy est en campagne.* Ille habito consilio cum suis, quid in hoc discrimine agendum esset vltra progreditur, peracta leuca à loco monitionis ab hostibus capitur, vexatus, tortus cogitur se redimere, & soluere septingentos aureos, quos reuersus repetit à ciuitate, quæsitum fuit me relatore quid veniat ordinandum?

1 Licet † text. in l. inter causas. §. nō omnia. ff. manda. dicat mandatarium non, imputare mandatori ea quæ impensurus non fuerat. veluti, quod spoliatus fuerit à latronib. aut naufragio res amiserit, vel langore suo, suorúmque apprehensus quædam erogauerit, quia hæc magis casib. quam mandato imputantur, tamen secundum gloss. ibi, illa dispositio de curialitate non obseruatur. Et cum euenisset casus inquit Bald. similis in ciuitate Perusiana de quodam ambassiatore captiuato, & coacto se redimere, fuit seruata
2 æquitas, & curialitas gl. Cum † sit æquum impendia gratia mandati exequendi, & bona fide facta debere restitui. l. si quis alicui. §. impendia. l. si mandassem. l. si quis mihi mandauerit l. ex mandato. ff. manda. Ne damno afficiatur, qui mandatum suscepit. l. si quis ex signatorib. ff. quemad. testa. aperi. l. si seruus. §. quod vero. ff. de fur. Néve bonum vertatur in malum. Cum
3 † possit ciuitas inuitos, & nolentes cogere ad suscipiendam legationem, & defensionem pro patria, & ciuitate. l. 1. §. 1. l. munerum. §. legati. ff. de mune. & houo. l. post legatum. §. aduocatum. ff. quib. vt indig. l. cū postulassem. ff. de dam. infec. cui nos parere oportet. l. veluti. ff. de iusti & iure. l. postliminium. §. filius. ff. de capti. Ortus enim nostri partem patria vendicat, partem amici. l. 1. §. generaliter. ff. de ventre in posses. mittend. & M. T. Cicero. 1. officio. Notat Ias. in l. 1. §. huius studij. nu. 13. ff. de iusti. & iure. E mādato igitur quod inuitus capit, non debet iterum grauari, vt damnum si quod interea contigerit patiatur solus. l. eum qui. ff. de iureiu. l. iure. ff. de iure dotium. c. qui in vno grauatur. de reg. Iuris. lib. 6.

Imò etiam si liberè susciperet istæ bonæ fidei contractus talem rigorem non admitteret. l. si non fuerint. §. fin. ff. pro socio. l. emptorem. §. ibid ff. de actio. emp. cum ex officio, & amicitia originem trahat. l. 1. ff. manda.

4 Maximè, † quando mandati tempore itinera erant periculosa, & mandantibus nota, qui poterant cogitare ista posse contingere. Et non credere mandatarium velle facere beneficium cum hoc suo tanto, & misero damno. l. cum de indebito. ff. de proba. c. constitutus. de fideiusso. l. si cum aurum. ff. de solu. Ideo debet ciuitas soluere redemptionem, teste Bald. in d. §. non omnia. idem censuit Pan. in c. sicut. 2. nu. 17. & Imo. nu. 5. de Iureiur. Bart. in d. §. quod verò. & Alex. ibi. Paris de Puteo de sindica. in §. iudex in officio. nu. 5. Aret. in l. si pater. §. in arrogato. de vulga. Corn. consil. 157. nu. 3. lib. 2. Nata consi. 137. & consi. 168.

5 Nec † obstat d. §. non omnia, qui locum habet, quando mandans non poterat sinistros præuidere casus qui post mandatū contigerunt. Alioqui si in mandati tempore apparebant, mandans tenebitur, auctore Bart. in d. §. quod verò. Bald. in d. §. nō omnia. Ang. Sali. in l. quoniā multa. C. ad l. Iul. de vi. Ioan. And. & Pan. in c. olim. de resti. spolia.

6 Sicut † ille casum præstare debet, qui erat tempore obligationis, licet de illo non fuerit expresse obligatus, quia, promissio soluendi intelligitur secundum statum existentem tempore promissionis. l. de illo. §. qui bona. ff. de dam. infec. l. fi. §. de his. C. de sponsa. gl. in l. habitatores. ff. loca. Ioan. And. in addi. ad Specul. in Rub. de locato. Bald. in l. ea lege. in fi. C. de vsur. & consi. 329. lib. 1. Alex. cons. 112. nu. 4. lib. 1. Soc. consi. 123. nu. 8. lib. 4. Ias. in l. si ab arbitro. ff. qui satis. cogan. Gosadi. consi. 70. in princip. Rip. de peste. §. venio ad secundam partem. nu. 41.

7 Ciuitas † se opponit, & hunc fuisse in culpa cum monitus à nostris non retrocessent, quod securè facere poterat propter loci vicinitaté. & redire Agoutū, qui à loco monitionis solum distabat vno miliario prout oculari inspectione cognouimus deinde, quod ab eodem loco, vbi moniti fuerant, poterāt videre peractum iam iter, & discernere insidias, siue discoperire hostes. Quia, ille locus erat altus, & alius per quem transiuerant paululum inferior inter vnam peractam vallem. Loca autem per quæ transituri erāt cauernosa, montuosa, plenáque nemoribus, in quibus insidiæ latere solent. l. qua actione. §. 1. ibi, negligentius per lubricum transierint. ff. ad l. Aqui. Bart. in l. 2. & in l. si quis per publicum. C. de curs. publ. lib. 12. & in l. qui fiscales. per illum text. C. de nauicula. lib. 11. Contra ambassiatores, & nuntios, qui vadunt per vias indirectas & transuersales. l. non solùm. §. annus. ibi, non ex circuitu. ff. de excusa. tu. l. 1. §. quod si propter loci iniquitatem. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. in rebus. in princip. ff. commoda. quibus cauetur, deprædatos à latrunculis non posse agere, si per vias insolitas transiuerint. Idem Bald. in l. 3. C. de nauti. fœno. Ang. in l. imperator. ff. de appella. Rip. de peste, de præserua. remed. nu. 79. cum sequentib.

9 Augetur † culpa, siue temeritas ex eo, quod illi, qui admonebant erant quatuor aut quinque, qui simul iuncti redire poterant in vicinum lucum sine periculo, amasse periculum, & perisse in illo. l. & Aristoni. ff. manda. doct. in l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cautio. l. item quæritur. §. si gemma. ff. loca cano. in c. 1. commodo. Culpam præcessisse casum. l. cum proponas. ibi, inciuili debitoris audacia. C. de nauti. fœno. l. si merces. §. culpa. vbi Bart. ff. loca. Deci. in l. contractus. num. 20. ff. de reg. Iuris. l. qui officij. §. fi. ff. de contra. emp. Roma. singula. 436. Non cogitauit, quod facilè poterat euenire. l. qui bona. §. cum inter. ibi, sed eum prospicere sibi potuerit. ff. de dam. infec. l. habitatores. §. fi. ibi, iusta causa cur periculum timoret. ff. loca. Alex. consi. 41. num. 5. lib. 3. Bald. consi. 395. nu. 7. lib. 2. Craue. consi. 179. nu. 5.

Replicat Antranus, Monitionē, (*Que l'ennemy estoit en campagne*) fuisse generalem, non dixisse qua in parte grassaretur ante vel post terga, à dextris, vel à sinistris, omnémque generalitatem confusam esse. l. legato generaliter. de leg. 1. l. in tradēdis. ff. commu. pręd. l. prætor edicit. §. quod autem prætor ait. ff. de inut. l. cum stichus. ff. de solu. l. ita fidei. ff. de iure fis. Nō valere consequētiam, poteram videre eos qui venissent retrò, ergo & illos, qui erant à lateribus, cum sint distinctæ separatæq; viæ, quarum dextera respicit Minerbiam, sinistra Ioquasium, & vbique angustiæ, & pericula. arg. l. neque natales. C. de proba. cap. in præsentiam. vbi Deci. numer. 6. de proba. Si retrocedendo euenisset casus, dixissent aduersarij, quare inceptum dereliquisti iter. arg. l. pen. C. de solu. sed in

tanto

tanto discrimine elegisse viam, quæ sibi tutior,& sanior videbatur sine astutia, putans euodo longius Auenionem versus posse melius euitare hostes, retro verò cedendo,magis habere proximos. tunc habuisse animum versantem huc, & illuc: non potuisse diuinare, quo se verteret nesciens,&c.

Decisio huius certaminis dubia admodum visa est nobis, si quidem quæ hinc inde mittuntur,dura sunt iacula. tandem facta per me relatione,& declarata loci figura, dixi, dum ille fuit monitus iam transegerat fluuiolum Limerge vocatum, qui in pede vtriusque monticuli fluere solet, cuius ripa ab vtraque parte salicibus repleta est, ideò eius transitus metum poterat incutere, & tunc erat in medio ingressi monticuli in aurora diei vix vnus, alium discernebat. In ea etiam parte per quam reuersuri erant fuisse rura, in quibus latere poterant hostes sicut sæpius ibidem, & vsque ad mœnia Agouti furentes visi fuerant & occidisse multos. Ideò poterat reuertendo timere periculum, vt à solitis argumentum sumamus proinde in hac dubitatione, & tam ambiguo casu fuimus omnes opinionis sequendam esse partem quæ actori prodesset contra ciuitatem: quæ faciliùs poterat istud dispendium sustinere, quàm vnus solus, omisso iuris rigore pro æquo & bono. l. placuit. C. de iudi. l. si sic legatum. vbi Ias.num.22.26.de lega.1. Hypo.consi.8. nu. 25.& consi.15.nu.16.Paris.consil.56.num.5. libro 1. Et vt aliis faciamus sicut in nostris facimus, vel fieri nobis cupimus,capitu.primo, prima distinctio.Bar.in l.prima.ff.de solu.Roma.in Rub.de arbi. Deci. in l.in personam.§.generaliter.ff.de reg.Iuris. Craue.consil. 190. num. 5. Meno. de arbi.lib.1. quæst.13.num.15. cum sequen. Adde, quod hic erat dubium an in culpa fuisset, propter multa, quæ ipsum anxium & dubitantem reddebant, quæ propterea in dubio non præsumitur.l.merito.ff.pro soci.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba.no.gl.in l. exceptione. vbi Bar. ff.de fideius.Ias.in l.non amplius.§.si certum.num.5.de leg. 1.& l.prima.§.si seruus.numero 3. ff.de acqui.poss.de Afflict.decis.13.num.18. Cra.consi.8.no.20.& consi. 83. num.5.vnde in dubiis causis non solemus quempiam pro culpa condemnare, sed potius absoluere. l. quotiens.ff.de reb.dub.l.quotiens. ff. de regul. Iuris. no.Bal.in l.si creditor.C.de pigno.actio.Oldra.consi. 307.in fi. Alexan.consi.383.num.6.libro 7. Cra.cons. 8.num.30.& consi.151.nu.19. Condemnaretur autem, si à sua petitione excluderetur. l.quarta, §. condemnatum.ff.de re iudi. Bart.in l. quid tamen.§.si arbiter.in fi.ff.de arbi. Ideò fuerunt condemnati rei expensis compensatis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ex causa potest contra ius gentium statuere, & rem auferre: soluto tamen pretio. & num.2.*
3 *§.si quis à principe l.2.ff.ne quid in loco pub. vera declaratio contra Pinel.& nu.11.*
4 *Via publica destructa vi fluminis, quis restaurare teneatur.*
5 *Domus communis destructa ob delictum vnius, alijs non nocet socijs.*
6 *Princeps si rem priuatam publicam faciat, tenetur ad pretium.*
7 *Papa, si alicui beneficium auferat, tenetur de æquè bono prouidere.*
8 *Princeps non debet pœnam quæ parti competit remittere.*
9 *Princeps legatum pium non debet interuertere, nisi in alios pios vsus conuertat.*
10 *Princeps tenetur salarium præstare rectoribus suarum rerum.*
12 *Relatio fit cum omnibus qualitatibus termini relati.*
13 *Fortè dictio, quid significet.*
14 *Non facilè quod fit, fieri tamen potest.*
15 *Modica læsio, quomodo æstimetur?*
16 *L.2.C.quib.ex caus.serui pro præmio liber. accep. declaratio contra Bero.*
17 *§.si constat.l.venditor.ff.commu præd. vera, & noua declara.contra eundem Bero.*
18 *L. mulier.ff.de capti.vtiliter declaratur cōtra eundem Berouum.*
19 *Superioris iussus, etiam iniustus excusat.*

DECISIO CXXVII.

Agimus de satisfactione, quæ præstanda est Domino, si ille pro principe, pro rep. vel communi vtilitate rem suam erogauerit, vel amiserit. pulcherri.& quotidianus casus.



NOBILIS Andreas de Costa Aueniō. Habebat extra locum Interaquatum, & iuxta mœnia molendinum magnis ornatum ædibus, suisque debitis instrumentis. Comes villæ Claræ, qui pro D. N.P. in his regionibus Bellicarum rerum imperium habebat, mandauit vt solo æquaretur. Ne fortè hostis illud intercipere & posteà locum occuparet. Nunc petit dominus à consulibus loci, in quorum commodum facta est demolitio molendini pretium, & damni reparationem, dubitatum fuit me relatore quid agendum sit: maximè cùm multum præiudicialis sit quæstio belli occasione, cuius gratia ferè vbiq; oportuit auferre priuatis proprietates, & in publicum conuertere solum.

1 Certùm † est principem ex iusta causa posse statuere contra ea, quæ iure naturali, aut gentium statuta fuere.l.fi.vbi Glo.Bar. & docto. C. si contra ius, vel vti.pub.in l.omnes populi.in 3.q.ff.de ius.& iure. l.fi. ff.de pigno. actio. in l. Antiochensium. ff. de pri. credi.in l.bene à Zenone.l.omnes.C.de quadri. præscrip.c.quæ in ecclesiarum.vbi Feli.nu.49.Deci.num. 13.Bero.num.130.& sequen.de consti. Zas.in l.princeps.num.12.ff.de legib. de Afflict.decis.101. Cuius voluntas legis habet vigorem. c. cūcta per mundum. 9.q.3.l.1.ff.de consti.princip. Cui proinde licebit auferre dominia rerum possessoribus. l. item si verberatum.§.1.ff.de rei vend.l.Lucius. ff. de euictio. fauore publico, & contra communes iuris regulas. l. quod semel. ibi, si vtilitatem publicam respiciat rescissio prioris decreti.ff.de decre.ab ordi.faci.l.iure. C.de fabri.lib.11.l.Iubemus nullam.C.de sacro.eccle.Ias.in l. ex hoc iure.nu.43.& in l.fi.nu.3.C.si cōtra ius.Coua. lib. 3. Varia. resolu.c.6. Quibus adiungitur l.si pendentes.§.si quid Cloacarij. ff. de vsufruct.vbi colligitur aliquid pēdendum pro aquæ ductu, quæ per alie-
2 num ducitur fundum. Ita † tamen si rei ablatę domino pretium soluat.l.venditor.§. si constat. ff. commo. prædio.l.1.& 2. C. quib. ex caus.serui pro præmio liber.accip.l.mulier.ff.de capti.l.lege Corne. ff. ad Syllenia. Ne inde nascatur iniquitas vnde iura nascūtur. l.memineriint.C.vn.vi. Et quod pro omnib. datū est omnium contributione sarciatur.l.1. ff. ad l. Rho. de
3 Iac. Néve † pręsumatur vni fauere in alterius dispendium.l.2.§. si quis à principe.ff.ne quis in loco publ.

l.nec auus. C. de emancip.libero.l.si quis imperatori.
C.qui testa.face.pos.l.ex imperfecto. C.qui test.face.
possunt. Nihil enim magis propriũ imperij est,quàm
legibus viuere l.digna vox. C. de legib.c.cùm tenea-
4 mur.de præbend. c si quando.de rescrip. Hinc † si vi
Fluminis via publica amissa sit, vicinus proximus
viam præstat soluto fundi pretio. l. si locus. §. fi. ff.
quemad. serui amittan. licèt Glo. ibi dicat illum tex.
non esse in vsu.& Bar.in l.fi.ff.de pign.actio.
Hoc amplius,si ciuitas faciat fossas per alienũ fun-
dum,tenetur fundi pretiũ Domino persoluere. Bal.&
Ang.in l.2.C.serui.& aqua.Ias.in l Barbarius. nu. 38.
ff.de offi.præto.Feli.in d.c.quæ in ecclesiarũ.nu.28.
5 Quando † ex delicto Socij domus communis de-
strueretur,alius,qui nõ deliquit debet à fisco pretium
suæ partis recipere.l.1.& ibi Bar.& Ioan.de Pla.C de
6 deserto.li.12.Idem † quando princeps rem priuatam
publicam faceret,ne quis re sua indebitè,& sine cau-
sa priuetur. l. id quod nostrum est. ff.de reg.iur. c. 2.
de consti.vbi delictũ non est, debet & pœna cessare.
l.sancimus. C.de pœnis.Puteus decis.82. qui respon-
det ad l.3. §.quod ait prætor.ff.de incend.rui.nauf.
7 Illud † similiter ad propositum facit, quod nostri
dictitant,si Papa alicui beneficium auferat,tenetur il-
li prouidere de æquè bono cambio. Ias. in d.l.Barba-
rius.num.36.cum seq.
8 Sicut † non debet princeps remittere pœnam,quæ
parti læsæ applicanda est Glo.Bar.Bal. & Ias.num.10.
cum seq.C.de in ius vocand.Ang. consi.139. num.3.
Alex.consi.151. nu.3.lib.6. & consi.101. nu. 8.lib.1.
Ias.consi.213.lib.2.& consi.46.lib.3. Mantua. in d.c.
9 quæ in ecclesiarum.nu.45. Nec † etiã legatum pium
interuertere nisi in alios quoque pios vsus & ex cau-
sa cõuertat. l.legatum.ff.de admi.rerum ad ciui.perti.
l.legatum vbi Bart.ff.de vsufruct.lega.cle. quia contin-
git.vbi Cardi.de religio.domi. Felin. in c. cùm acces-
sissent.nu.18.de consti.
10 Si † currum, si nauem, vel equos meos pro ve-
hendis rebus principis accommodauero,mihi quoq;
salarium præstare tenebitur. l. iudicibus. C. de cursi.
pub. lib.12. And. de Iser. titulo quæ sint regaliæ, in
verbo,plaustrorum. Ita,si molendinum pro commu-
ni bono destruendum mandauerit,tenebitur pretium
domino præstare.vt maiores nostri concludunt com-
muniter in prænotatis sedibus.
11 Cæterum † adhuc manebat scrupulus, qui ex di-
cto §.si quis a principe,oriebatur,in illis verbis, nisi
fortè.hoc impetrauerit. scilicet quod non obstante
incommodo alterius possit impetrans in loco publi-
co ædificare. Glo. ibi ab omnibus probata, intelligit
de modico præiudicio,quando constaret de principis
voluntate.per l quotiens.C de precib.impera.offe.se-
cundum Bart in d.l.fi.C.si contra ius.Alex.cons.215.
nu.14.lib.2.Cùm de modicis nõ sit curandũ.l.scio.ff.
de in integ.resti.c.& si quæstiones de simo.c.terrulæ.
12.q.2.c de appellationib.de appel.doct.in d.c.quę in
ecclesia.vbi Feli.nu.16.versic. 4. casus, adde similem
Glo.in l. seruitutes. §. publico. ff. de serui.dum in eo
dicitur à principe peti potest vt per viam publicam li-
ceat aquam ducere sine incommodo publico, videli-
cet magno,quod tamen non placet d.Pinel. Lusitano
in prima parte Rub de res ind.vend.c.2.num. 8. quia
diuinat.deinde, in respicientibus iustitiam etiam par-
ua attendantur. l. & in maioribus. C. de appella. l. si
proprietarius. ff. de dam.infect.Ideò credit I C.solius
impetrationis meminisse, non quod voluerit decide-
re iniquam vel iniustam impetrationẽ, sed ambiguam
reliquit,quę si fiat sequuta satisfactione iusta dicetur,
alioqui iniusta.l.fin.ff. de nata.resti. Nos verò potius
sequendos esse illos summos, & antiquos viros cre-
dimus, qui dixerunt ibi decisionem fuisse positã non
facti contingentiam. Cùm ab initio scripta sit regu-
la, vt non liceat in publico ædificare ex principis re-
scripto in alterius incommodum. Deinde exceptio-
nem ibi,nisi fortè hoc impetrasset, dictio nisi negati-
uam sequens,affirmat.l.actione.C.de transact. Et ex-
ceptio secundum terminos regulæ intelligitur.l. 8.
vbi not.ff.de regul.iuris, sed regula decidit. Ita quoq;
eius exceptio.dicit regula, quando simpliciter impe-
trauit,exceptio, quando expressè. Et si præsuppone-
retur satisfactio,relatio non esset bona,cùm dicat,ni-
si fortè hoc,scilicet vt cum damno alterius, secũdum
12 † naturam relationis, quæ fit cum omnibus qualita-
tibus termini relati. l. si prætor. §.si iudex.ff.de re iu-
dicat.l.asse toto.ff.de hæred.instituẽ. l.si ita scripsero.
de cõditio.& demõstra.Bart.in l.1.ff. de receptaro. &
in l.prima.§.fina. ff.si fami. furtum fecis. dicatur. Ro-
ma.consi.30.in fin.Decius consi.647.nu.3.
Et si liceret dicere,legum latores referre facti con-
tingentias, & non decidere casus, nodosas profecto
iuris difficultates hoc medio facilè possemus dissol-
uere,quod non permittitur. arg. eius quod Glos.no.
in l.filium quem habentem. C. fami. ercisc. Igitur ea
ratio esse potest, quod liceat impetranti in loco pu-
blico ædificare, etiam in alterius incõmodum. Cùm
locus ille ad principem pertineat non ad priuatum.c.
1.in verbo,viæ publicæ,quæ sint regaliæ. facit l. in re
mandata.C.mãda. Et licet vicinus super illo ius quo-
que habeat ratione interesse,tamen maius dicitur re-
spectu principis, qui si non posset de illo disponere
totus diceretur ad priuatum pertinere, & ita desine-
ret esse publicus. Ideò de illo princeps potest. Cæte-
rùm Accursius, qui mentem principis ratione regu-
latam videbat,credidit noluisse per huiusmodi rescri-
pta magna damna inferre proximis, sed modica tan-
tum,vt tolerabilior sit concessio, quæ modicam læ-
sionem afferret,secundum ea, quæ dicimus de modi-
13 cis non esse curandum. Quod † tamen raro solet fa-
cere, vt innuit dictio forte, quæ denotat dubitatio-
nem.l.si duo.§.1.ff.de arbi.vbi Glo.inquit, sub dubio
forte respondẽr sæpe perin.l.si forte. ff.de castr.pecu.
c.si forte.de elec.lib.6.Feli.in c accedens.1.vt lite non
contesta. vt in simili colligitur ex l. 2. ff.de nata.resti.
vbi non facilè solent Imperatores quenquam natali-
14 bus restituere, nisi consentiente patrono. Et † quod
non facile fit, fieri tamen potest. c. 2. de cogna.spiri.
lib.6.Panor.consi.84. nu.6.lib.1.) Et vt generale di-
ctum ratione restringatur.l.cùm pater. §. dulcissimis.
de lega.3.ex mente principis.c. si quando. de rescrip.
15 cum simi. Quæ † autem dicatur modica læsio? ar-
bitrio iudicis remittitur. l. hæc adiectio. ff. de verbo.
signi.Meno. de arbi. lib. 2. centu.2.casu 145. Vel ad
duos aureos referendo ad libram auri, quæ 72. au-
reos pendet.l.id est.ff.de dolo.Cagno.in l. 2. nu.129.
C.de rescind.vendi.
16 Dicunt † insuper, qui à cõmuni recedunt via.d.l.
2.C.quib. ex caus.serui.locum habere in casibus spe-
cialibus, quod enormia delicta detexerint, vt seruo-
rum pretium ex bonis delinquentis, vel illius, in cu-
ius vtilitatẽ vindicta sumitur pręstetur.d.l.lege Cor-
nelia.ff.ad Syllenia.no.Alex.in l.æris alieni.ff.ad l.Fal-
cid. Ideò regulariter non teneretur princeps, quando
ex iusta causa quempiam priuaret re sua. ad pretium.
arg.l.ius singulare.ff.de legib. Et huius opi.fuit Bero.
in d. c. quæ in ecclesia. numero 166. Nos commu-
nẽ sequimur,cùm sit iustior, & æquior, quæ vlterius
probatur

probatur ex d.l.lege Cornelia.ibi,si iude ea quantitas redigi nun possit, ex publicu accipiat.& d.l.2.ibi. Vt eorum domini pretiũ à fisco percipiant: quia interest reip.vt delicta puniantur.Ita interest reip.vt diruatur domus, pro publico, & communi bono.ideò rei dominus vt consequatur pretium similiter æquum est.

17 Iterum,† ad §.si constat.Bero.vbi,suprà respondet quod nun loquitur vbi ex iusta, & publica vtilitate vellet princeps lapides incidere, quia tũc possset,cùm priuatæ præferatur,authen.res quæ. C. com.de lega. & verba,nec priuato,nec publico nomine,intelligenda esse,quando publica,vel priuata persona,illud impetrasset à principe, iuxta terminus d.§.meritu. Iste fallitur,quoniam vbi agitur de publica persuna, quæ vellet lapides incidere, illa causa respiceret publicam vtilitatẽ.l.vtilitas. C.de princ. lib.12. l.ius publicum. ff.de pac.l.vni.§.fi.C.de cadu.toll.Bart.in l.1.in fi.vbi de Rip.nu.1ru.ff.solu.matri. Et tamen ibi dicitur,inuito te,nec priuato,nec publico nomine quispiam indecedere potest,cui id faciendi ius nõ est,& ita vtroque mudu pretium includit, alioquin esset seruitus, & contra.l.nec emere.C.de iure deli. Ideò, à contrariu sensu te volente incidere potest publicus, vel priuatus,ita tamen (quæ limitant præcedentia. l. neganda. C.qui accu.nun pos. leg.Lucius. §. ita tamen. vbi Bart.ff.ad Trebel.regulam scilicet,& consuetudinem) postquam satisfecerit domino, quæ quidẽ verba nisi referantur ad volentem dominum essent superflua respectu consuetudinis,cùm iam dixisset, nisi prius solitum salarium pru dominu præstet. Cùm iure naturali vnicuique liceat alium pruhibere fundum ingredi suum. lege tertia.ff. de acqui. rerum dumi. §. planè.Insti.de rerum diuis. Multo magis licere debet nec capiat fructus, quales etiam sunt lapides ex lapidicina, vel alia, quæ ex fundis nostris accipimus.l. item si fundi.cum l. seq ff.de vsufruct. his adiungitur l.vni.§.fi.C.de cadu.tol.vbi, quod communiter prodest, hoe rei priuatæ nostræ vtilitati præferendũ esse censemus, & nustrum esse subditorum commodum. §.1.in authen.de hæred.& falcid.

18 Nec † credimus etiam insistendum circa uouum intellectum quem tradit idem Bero. ad d.l.mulier.ff. de capti.quod specialem casum contineat, vt magis inertentur milites ad redimendum captiuus. l.in bello.§. si quis seruum.ff.eo.& fauore pustliminij, quod plura cuntinet priuilegia. l. lex Cornelia. ff. de vulg. Sed ibi nulla legitur specialitas, nec ius postliminij. Minus,quod iure belli in suam causam redierit. Imò iure commercij vendita,& redempta fuit, ideò dicit, pretium ex fisco reddendum est:quia inquit Glo.fisci negotium vtiliter gessit, quo casu actiune negotiorum gestorum tenetur.l.2.l.soluendo. ff. de neg. ges. hinc si eœperu malefacturem, vel exulem,quod huius oecasione erugaueru tenebitur mihi suluere fiscus.l.ita tamen.§.in hac.ff.iud.sol.l.qui pruprių.§.litis impendia.ff.pro socio.Bal.in c.1.nu.3. hic finitur lex. in vsib.feudo. Et ita explanata remanet via remotis obstaculis ad cũsequendam satisfactiunem, quotiens pro rep. vel principe quis suum erogasset, vel perdidisset. Sed visum est,malè fuisse petitum contra consules, qui non fuerant causa buius demoliriunis. Et
19 † quia probatum est gubernatorem Italum coëgisse consules, & incolas, minis, & baculu,facere demulitionem, vnde absoluti fueruut rei,l.non videntur. §. qui iussu.ff.de reg.iur.l.mulier.§.fi.ff.de lege cum.vbi Bar.ait si præeeptu Marchionis(licet iniusto)domum alterius destruxerit,non tenebitur. arg. l. non minorem.ff.quod me.caus.l.prohibere.§.pe. ff.quod vi,aut clam,& in tract.de trini.7.quæst.Alex.consi.57.nu.4. lib.4.de Afflict.decis.54.Deci. consi. 690. per to.Cra. consi.95.nu.1.cum seq.quia,illi parere cogebatur.Ias. iu l.iustè possidet.ff.de acqui.pos.

SVMMARIVM.

1 *Pascua,& illis similia ad incolas pertinent,iurisdictio ad dominum.*
2 *Res de facili reuertitur in propriam naturam.*
3 *Feudum ad ecclesiam reuersum potest licitè alienari.*
4 *Ciuitates non possunt se vnire sine consensu principis.*
5 *Confirmatio non tribuit robur,nisi causa cognita fiat.*
6 *Aliud est facere tanquam singuli, aliud tanquam vniuersi.*
7 *Sententia contra sententiam non valet.*
8 *L.si quis maior,an locum habeat contra ciuitatem?*
9 *Contrauentio alteri parti vtilis, non est in consideratione.*
10 *Plures, vt vniuersi, non possunt spectis alijs communi nomine contrahere, vel pecunias in vsus pios conuertere.*
11 *Liber rubeus Comitatus Venaysini.*
12 *Scriptura in archiuis reposita,an fidem faciat?*
13 *Finium regundorum actio domino datur.*
14 *Nemo præsumitur velle facere actum frustratorium.*
15 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
16 *Determinatio vna debet æqualiter determinare.*
17 *Alter,dictio,ad hunc,vel alium refertur.*
18 *Instantia data,tollitur consequentia.*
19 *Termini includunt,quicquid intra illos includitur.*
20 *Verba enunciatiua,in antiquis probant.*
21 *Iurisdictionis exercitium probat vnitatem locorum.*
22 *Ruina durante non currit præscriptio contra locum ruinatum.*
23 *Præscriptio immemorialis nunquam videtur exclusa, & an præcedat si mala fide? & an mortuis primis procedat in successoribus.num.25.*
24 *Ciuitas quæ ab initio fuit in mala fide,quomodo potest præscribere?*
26 *Præscriptio tanquam odiosa non extenditur de casu,ad casum, nisi alius non possideret.num.27.*

DECISIO CXXVIII.

Hic agitur de vna dura, atque difficili contentione quæ inter duo vicina oppida orta est, occasione vnionis,quam petebat maius oppidum ab inferiori,casus egregius & magnificus.

NTIR Murmurionem, & Flaxanum lueus proximos, antiqua fuit quæstio dura,& animosa, ex eo, quud ille dicit, istum esse vicum, & partem sui territorij. Alius negat. Imò habere separatam remp. distinctósque magistratus. Pręcipua huius certaminis causa nascitur ex transactione inita anno 1533.inter vnum cõsulem Murmurionis,& quinque incolas Flaxani eorum pruprijs nominibus, occasione litis ulim motæ prętextu creationis bauli,& aliorum officiariorum. Cui propterea renunciant, gratiis,& aliis quibuscunque, quibus fieret separatio à iurisdictione,territorio,& foro Murmurionis. Quod dcineeps creabuntur tres consules, quorum tertius erit de Flaxano, sine quo alij duo publica negotia gerere nun pussint,erit vnus populus, vnúmque territorium, in priuatis antẽ rebus disponat vnusquisque sicut

sicut placebit. Hanc confirmauit R. Legatus Auenio. præsente fisco, eodem videlicet die, & post alios quadraginta, decem & octo Flaxanenses gesta ratificant priuato etiam nomine.

Anno 1538. & secunda Octobris Murmurio Iudicialiter mouet qui transegerant, & ratum habuerant pro obseruanda transactione, propterea quod ea non obstante illi vectigal vini vendiderat, creaverantque officiarios, & custodes territorij. Huic liti adiungitur nobilis Ioannes Raxius Græcus (qui à Paulo tertio pontifice maximo anno 1536. Iurisdictionem Flaxani oppidi impetrauerat) vt separatum locum, & territorium consequeretur, tandem per duas sententias conformes dictum fuit seruandam esse transactionem à transigentibus & ille à sua repellitur petitione.

Nunc autem in hac tertia instantia coram domino Iosepho Suares iudice appellationis, hæc omnia, & alia multa nouiter producta in Rotam circunferuntur, ita vt ferè plaustro opus sit vt hoc tam graue deferatur onus.

1 Instant † igitur actores vt obseruetur transactio. Cuius mediu facta est cōcordia inter litigantes, facta est vnio territoriorum, præscriptaque eligendorum consulum forma, pro administratione rerum ad eorum commoditatem pertinentium, de quibus potuerunt transigere. Sicut licet de syluis, lignis, aquis, & pascuis, & propria commonicare. l. 1. ff. de pac. rito. de pascuis publi. & priua. lib. 11. C. §. fi. Insti. de seruitu. rusti. præd. l. 1. ff. quod cuiusque vni. Gl. & cano. omnes. in c. si diligen. de præscrip. Anribo. in tract. mu. §. 4. nu. 92. de Afflict. titu. de animalibus in pascuis affid. quæst. 3. 4. 5. & 6. Chas. titu. *des forests, & pasturages*, Rub. 13. §. 5. Bertr. consi. 57. ou. 1. 2. lib. 1. Vbi ait, iurisdictionem ad dominum pertinere, pascua verò, & illi similia ad iocolas, idem Paul. de Cast. consi. 56. libr. 2. Craue. consi. 154. nu. 1. Cùm præsertim auctorante principe sit facta, cuios præsentia, & voluntas omnes defectus tollit. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. l. omnium. C. de testa. c. cùm accessissent. c. cùm M. de consti. præsente etiam fisco. l. si procurator Cæsaris. ff. de iure fisc. l. 1. C. de vendi. rerum fisc. lib. 10. Liberaliter, & sine vllo timore graue esse fidem fallere. l. 1. ff. de consti. pecu. l. contractus. ff. de reg. iur. Alioquin nunquam esset litium finis. l. fratris. C. de transf. terminato. C. de fruct. & li. expen. l. iusiurandum. C. eo. Fueritque transactū non de re noua, aut insolita. Sed de his, quæ iam olim priscis illis temporibus ita gesta fuerant, & obseruata inter maiores eorum, sicut vetera monumenta testantur, vt in simili consuluit Bartho. Soc. consi. 15. per tot. lib. 3. Ideo non posse dicere se fuisse læsos. lege 1. §. si quis ædificium. vbi Bar. ff. de noui ope. nun. l. fi. C. de Iudæis. c. 3. eo tit.

2 Cum † res in suam propriam naturam facilè reuertatur. leg. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. §. pa-uonum. Insti. de rerum diuis. c. ab exordio. trigesimaquinta dis. Si quidem per occasionem facilè redimus ad mores naturales, & eos, quos ab antiquis nostris accepimus. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Deutero. ca. 32. vbi enim antiqua reuocātur, noua non sunt. c. præceptis. ibi, sed illa, quæ olim indulta videntur firmamus.

3 12. dist. vbi Gloss. Si † episcopus iurauerit non alienare feudum, poterit antiquum vacans alienare. c. ex parte. de feud. c. Achatius. 24. quæst. 1. c. non satis, ibi, rem non nouam loquor. 34. quæst. 1. Calder. consi. 11. per to. And. de Iser. ti. qui feud. da. pos. Cra. consi. 223. nu. 6. 12. huic seruit. l. 4. §. si ex conuentione, ibi quippe cùm accesserit aliquid rei iudicatæ, non est à re iudicata recessum. ff. de re iudicata. Anch. consi. 54. nu. 2. 3. hinc bene dicitur, à primordio tituli, posterior formatur euentus. l. 1. C. de imponend. lucra. descript. lib. 10. vt inspiciatur magis origo obligationis, quam ipse titulus. l. 3. C. ad Macedo. l. qui id quod. ff. de dona. l. 3. ff. de priui. credi. vt secundum illam iudicetur. l. si procuratorem. ff. mand. l. 1. ff. de orig. iuris. Cagno. in ea Rub. Alex. consi. 103. num. 6. lib. 5. Deci. consil. 53. de feudo nouo, & antiquo. & consil. 88. de bonis patrimonialibus venditis, & recuperatis, & consi. 238. no. 5. Chas. *des droicts appartenans à gens mariez*. §. 32. Soci. consi. 228. nu. 11. lib. 2. Tiraquel. de retract. consang. §. 19 Glo. 2.

4 Alij † verò, hanc transactionem plenam maculis: si quidam voluerunt transigere super rebus ad eos non pertinentibus: veluti, de vniendis territorijs, & populis, de iurisdictione, & foro, quæ ad principem pertinent, non ad priuatos homines. l. populus. §. territorium. ff. de verbo. signi. l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. ff. de offi. eius. l. ius publicum. ff. de pact. l. priuatorum conuentio. C. de iurisd. om. iudi. c. si diligenti. de foro compet. c. fi. de consti. in nostris terminis de Afflict. decis. 254.

Replicabant actores, superioris confirmationem hanc maculā deleuisse. l. adoptio. ff. de adop. l. ea quæ, vbi Panor. & Feli. de re iudica. c. 1. & fi. de confirma. vti. vel inon. Ea enim nostra dicimus, quibus auctoritatem impartimur. l. 2. §. sed neque. C. de veteri iure enuclea. l. omnium. C. de testa. c. inter dilectos, de fide instru. c. quia diuersitatem. de concess. præbend. Alex. in terre terminis. consi. 219. num. 5. lib. 6. Cùm præsertim vtriusque loci iurisdictio ad summum Pontificem pertineat, & consequenter ad legatum eius. l. & ideo. ff. de offi. proconsf. c. 1. & 2. de offi. de lega. lib. 6.

5 Verum † confirmatio huiusmodi non potuit tribuere ius rei confirmatæ, cùm sine causæ cognitione facta reperiatur. c. 1. & 2. de cōfirma. vtil. vel inuti. Nisi ex certa scientia principis fieret. c. 1. & cap. veniens. de transact. licèt Alex. contrarium dixerit d. consi. 219. Cuius opinio communiter reprobatur, teste Moli. ibid. & contrarium consuluit idem Alex. consi. 1. 2. num. 11. lib. 4. & consi. 123. num. 18. & 22. eo. lib. Bal. in l. mote. & l. & quia. ff. de iurisd. omni. iud. Oldra. consi. 164. Signo. consi. 213. in prin. Pan. consi. 62. lib. 1. & consi. 57. lib. 2. Iterum Alex. consi. 1. nu. 35. lib. 5. Deci. in Rub. de confirma. vti. & in c. 1. nu. 5. Ideò eo tendit oratio si ante transactionem ius competeret Mutiour. vt infrà, larius.

6 Secundò, † transactionem à personis particularibus factam nocere non potuisse ciuitati. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. l. in tantum. §. vniuer. ff. de rerum diuis. Aliud est enim facere tanquam vniuersi, aliud tanquam singuli, teste Bart. in l. quod maior. ff. ad municip. & in l. ciuitas. ff. si cer. peta. Deci. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Itaque si essent mille, qui transigerent proprio nomine non obligarent ciuitatem. no. Bar. in l. omnes populi. nu. 18. Nisi simul, & deliberatè id facerent, in l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. c. cùm omnes, vbi Panor. nu. 10. Feli. num. 24. Dec. nu. 8. de constitu. Ange. consi. 165. & consi. 145. Alex. consi. 68. lib. 2. Adeò, vt in vno solo non consentiente resideret ius, vel libertas totius ciuitatis. l. sicut. ff. quod cuius. vni. vel si omnes delinquerent excepto vno, ciuitas nō diceretur deliquisse. c. cum Vintonen. vbi Panor. no. 1. de electio. Host. in c. bonæ. de postula. præla. de Rip. in c. eam te. num. 43. de rescrip. In oppido autem isto aderant, & alij, qui non consenserant, quibus ideò præiudicatum non fuit. l. si vnus.

§. ante

§.ante omnia.ff.de pac.l.1. C.res inter alios acta.Cur. Iu.in consi.fin.Nata consi.289. de Rip.in l.4.in princip.nu.40.ff.de re iudica.

Non constat Flaxanum tempore transactionis,nec ante habuisse syndicum. Ideò quomodo poterat fieri transactio nomine vniuersitatis? l.decē. ff. de verbor. obliga. Licèt etiam tunc haberent baiulum a legato nouiter creatum,non potuit legatus , aliis non vocatis ius quod in vicum habebant tollere. l.qui ex vico. ff.ad municipa.arg.l.2.§.si quis à principe. ff. ne quid in loco puhlic.l.nec auus.C.de emancipa. libe. Sicut literæ creationis loquuntur , quod antea nullos habebant in eo loco iudices , ideò eo tendimus an esset antea vnitum.

7 Tertiò, † itaque loco producunt Flaxanen. quandam sententiam latam anno 1538. 8. Iunij,ante hanc motam litem per iudicem cameræ petente Raxo domino Flaxani præsente fisco , vocatísque consulibus Mur.quæ declarauit distincta esse territoria, plantandos terminos pro diuisione territoriorum , à qua (vt dicebatur) non fuerat appellatum , transiuisse in rem iudicatam.l.eleganter.§.si quis post rem iudicatam.ff. de cond.indeb.l.post rem iudicatam.ff.de transl.l.t. ff. de re iudi. Et propterea infirmasse transactionem. l. nam & postea.§.si damnetur.ff.de iureiu. d. §. si quis post.l.ingenuum. ff. de sta. homi. l. res iudicata. ff.de reg.iur. Et alias duas sententias, quæ posteà latæ fuerant.l.1.C.quand.prouo.non est necesse. Vbi sententia contra res prius iudicatas , à quibus prouocatum non est vires non habet.Bart.& Ias.num. 5. in l.si diuersa.C.de trans. Cano. in c. inter monaste. vbi Feli. num.15.de re iudi.Alex.consi.95.num.17.lib.2. Cor. consi.216.lib.1.Cra.cons.103.nu.5 .Ias.in d.§.si damnetur.num.4.cum sequen. Aduersarius hunc nodum dissoluere septem nitebatur modis sed illis non obstantib.remanebat indissolubilis , & facta dubitationis communicatione,quasi quodam fortuito casu reperta fuit alia sententia quæ hanc reuocabat, à iudice appellationis lata. Ideò omitto illas responsionum farragines.

8 Quartò † opponebant rei,actores priùs contrauenisse transactioni vēdendo vnam pensionem septem aureorum sine Flaxanen. anno illi proximo 1534. & ob id licuisse etiam à transactione recedere. l. si quis maior. C. de transa. quæ habet locum contra ciuitatem, quæ iuratam transactionem non obseruauerit. teste Ias.ibidem.nu.7. Et quamuis communis opinio velit leges pœnales contra singulares personas impositas non comprehendere ciuitates , & populos. l. mortuo.ff.de fideiu. l. metum. §. animaduertendum. vbi Glo.& Bar.ff.quod me. caus. & in d.l.omnes populi.colum.pe.versi.sed nunquid.Alcia.consi.4.num. 10. & consi.118. lib.1. tamen omnibus placet denegandam esse actionem etiam ciuitatibus , quæ pacta non obseruarent,vt Alcia. scribit consi.167. num. 10. Rolan. à Valle consi.69.lib.4.Cùm illud sit generale, neminem posse petere sibi seruari pactum , nisi prius ipse illud obseruet.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca. l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp. Bar.in l.t.§. arietes.ff.si quadru.paupe.fecis.dica.& in l.cū pater. §. libertis.de lega.2.Ne liceat alteri fidē frāgere. l.cū proponas.C.de pact.Ber.cōs.314.n.16.lib.3.& 3.déc.103.

9 Respondebant actores,† contrauētionem nullum illis præiudicium attulisse,imò magis vtilitatem,cùm non fuerint obligati illa annua pensione. arg. l.cùm hi.§.eam transactionem. ff. de transact. l. non eo minus. C. de procura. Non solent audiri , qui spontaneam molestiam sumunt , vel quorum non interest. l.1.ff.de appella.recipien.l. .6. .ff.de appella.Hinc illi omnes, quibus interdicta est bonorum suorum administratio possunt liberè & sine requisita solennitate contrahere si suam conditionem meliorem faciant.l.is cui bonis.vbi Bal. Alex. Ias.ff.de verbo. obliga Panor.in c.causam quę.in fi.de iudi.c.fi.vbi Frāc. eo.tit.lib.6.Alex.consi.59.num.3.lib. 2. Tiraquel. de legi.connu.Gl.8.à num.5 .vsque ad 88. Hinc socius socio nullam iniuriā facit,si se alteri proprio nomine obligaret.l.si Socius.vbi Deci.1.no.ff.si cer.peta.Alexand.consi.76.in fi.lib.4.consi.fi lib. . Cra.cons.129. nu.12 Et alias multas hinc inde paratas adducebant responsiones, sed magis laborem serere videbantur, vt est in adagio. quem euitare poterant si diligentius acta perpendissent,quib. constabat anteriori die citatos fuisse Flaxanenses pro recipiendis illis pecuniis conuertendis in emptionem granorum gratia pauperum , & relatum tertium consulem noluisse obligari, vnde nulla dicenda est contrauentio.l.quod maior.ff. ad municip.l.nulli,& l.sequē.ff.quod cuius.vni.nomi. c.cùm omnes, vbi omnes ca.Deci.nu.6. Bero. nu.74. de constit.hoc decidit l.duo ex tribus. ff.de re iudica.
10 l.Pomponius. l. nec enim. eo.tit. Itaque † ille tertius consul nō poterat impedire quo minus illæ pecuniæ in pios conuerterentur vsus. c. fi. de his quæ fiunt à maio.par.capi.d.c.cùm omnes.vbi Panor.nu.6.& Bero.nu.76. Lapus allega.131. quando fuisset præsens, vel legitimè vocatus.c.quod sicut. c. venerabilem, de electio.d.c cùm omnes,vnde ex quatuor , duo adhuc insanata remanent vulnera illata transactiom. & ob id oportuit perquirere iura , quæ ante transactionem partibus competebant , vt sciamus huius certaminis causam,& originem.

11 Flaxanen. † pro libertate exhibent quendā librum (qui rubeus vulgò dicitur) in archiuis publicis repositum , & custoditum, in quo descripta sunt dominicalia iura,quæ olim Comitib.Tholosæ competebant super Comitatu Venaysino. Inter alia in eo legitur dominum Comitem habere in villa Flaxani octauam partem iurisdictionis,vnam garenam,&c. Deinde in alio capite, quæ in loco Murmur. percipiebat:distinguendo vnum locum ab alio,ostendens separatas esse iurisdictiones,& homagium præstitum domino Comiti à Barralli vno ex dominis Flaxani anno 1253. 3.
12 calend.Ianua. dicunt † huic libro magnā adhibēdam fidem , cùm sit publicus, in scrinio principis fideliter custoditus.l.proximos. C.de præposi. sacro. .lib. 11.authē.ad hæc.C.de fide instr.c.peruenit.3 .quęst. 1.c.ad audientiam , de præs.Bart. & omnes.in l.1.ff.si cer.peta.Panot.in c.cùm causam.nu.1.Feli.nu. 7. Decius num.7.de proba.& consi.596. nu.4. Cra. consil. 157.nu.4.5. Habeátque illa tria,quæ faciunt authenticum librum & probabilem. Cuius locus est publicus,inter publicas scripturas , & fideliter custoditus, ab his ,qui iura principis tuentur , & seruant. Bal. in Rub.& in l.exemplo. C. de proba. Bertrand.consi.3. nu.2.lib.3. Eius etiam antiquitas mouere debet animos ad probationem.Panorm.consi.74. in fin. primi dubij,lib.1.Deci.in d.c.causam.nu.5.in authen. si quis in aliquo,in 7.fall.C.de edendo,& ibi Ias.nu.9

Huic adiungitur vna diuisio dudum anno 1270. facta inter Raymundum de Agnoto dominum Saltus,Moniliorū , & Aureli ex vna.Et Murmurionem, in qua nominatur Flaxanum tanquam à Murmurione separatum.Illa etiam tria superiora loca constituerunt syndicos ad agendum coram senescallo comitatus contra Murmur.& homines , & dominos Flaxani. Et si Flaxanum illis fuisset vnitum non oportebat

ita

ita ſeparare, ſufficiebat dicere contra Murmu. quia
totum ſuas continet partes. l.rerũ mixtura. ff. de vſu
cap.l.vulgaris.ff.de fur.c.ſi Romanorum.19. diſtinct.
l.ſemper in generalibus.ff. de reg.iur. Alij dicũt iſtud
inſtrumentum magis probare vnitatem, quia ſolus
Murmurio agebat ad diuiſionem cum illis vicinis
13 populis, etiam ſuper Flaxanenſi agro, & ita † præ-
ſupponebat illius eſſe dominum cum finium regun-
dorũ actio ſoli domino detur.l.ſed & loci. §. finium.
l.de modo. ff. eodem. l. ſi tibi: cum municipibus. ff.
quod cuiuſ.vniuerſi. probétq; dominium inter diui-
dentes.l.ſi quis.C.fin.regun. Gloſſ.in capitulo, cùm
olim, de cenſi. Panormita. in cap. ad audientiam, de
præſcript. Alioqui fuiſſet inutilis diuiſio reſpectu
Flaxani ſine mandato, & citatione. l.de vnoquoque.
ff.de re iud.c.1.de cauſ.poſ. & proprie.de quibus non
conſtat.
14 Ideò † ne præſumãtur voluiſſe actus fruſtratorios
facere l.3.ff. de milit. teſtam. l. quotiens. ff. de rebus
dubiis.l.ſi prætor.ff.de iud.c.abbate. de verborum ſi-
gnific.cap.in ciuitate.de ſentent.excommunica.lib.6.
cap.Rodulphus, vbi Felin.de reſcript.credendum eſt
iſtos tunc Flaxanum fundum ſub eorum dominatio-
ne habuiſſe. Et cum de re graui ageretur inter duas
prouincias ſuper limitrophis finibus arg. cap. vbi pe-
riculum. de elect. libr. 6. Hunc ſolitum iuris non
amiſiſſent.
15 Replicant rei, † Seneſcallum conſeruaſſe iura Fla-
xani, etiam illo abſente, in illa per eum facta diuiſio-
ne, cuius factum reputatur factum partis.l.ſi ob cau-
ſam.C.de euictio.l.ſi pignora. ff. eo. l.eleganter.ff. de
pigno.ac.l.libera.C.de ſenten. Alexand. conſi.11.nu-
mero primo, ſecundo, libro 5.Bertran. conſi.347. nu.
8.lib.1.Tiraq.de retrac. conſi. §.1. Gl.14. num.13. vt
legitur in ſententia per eum lata, vbi dicit, quicquid
poſt deſignatos terminos ſitum erit, ſit de territorio
Murmu. & de Flaxino, & de Villa longa, & alterius
eorum, ſingulis locis adiudicando territorium. Vna
16 determinatione, quæ † ſolet æqualiter determinare.
l.iam hoc iure. ff. de vulga. l. quamuis. C.de impub.
Cur.Iu.in l.iubere.nu.9.ff.de iuriſ.om.iudi.Deci.con-
ſil.416.nu.17.& conſi. 456.nu.6. Et virtute copulæ,
quæ coniunctos æquales facit.l. reos. §.cùm in tabu-
lis.ff.de duob.reis.Glo.in c. querelam.vbi Panorm.de
ſimo.de Rip.in c.2.nu.40.de reſcrip.
17 Et per verba, † & alterius eorum, quæ ad hunc, vel
alium referuntur.Bar.in l.ſi is qui 200. §. vtrum.ff.de
reb.dub.Ripa in l. hæredes mei. §. cùm ita. num.6.ff.
ad Trebe. Non ſequitur etiam, quod propterea Mur-
murio fuiſſet alterius dominus, licèt fuerit proſequu-
tus territorium diuiſionem, ſiquidem prior Flaxani
nullum fecerat mandatum, & tamen conſtat ad Mur-
murionem prioratum non pertinere.
18 Itaque † ad tollendam conſequentiam ſufficit da-
re inſtantiam.Glo.in l.creditor.ff.de noui ope. nun-
cia.& in c.ſicut vrgeri.1. quæſt.1. Iaſ. in l. pro fundo.
num.11.C.de tranſac.Cachera.deciſ.169.nu.13.Sunt
etiam multæ in emphiteoſim donationes, tam per
theſaurariorum cameræ, quàm priores Flaxani, de
quibuſdam prædiis deſignatis in territorio Flaxani,
ab annis 13-1. & 1498. & ſucceſſiuè conceſſæ. hæc
ſunt iura reorum.

Actores vero in iſto litis murmure, alia etiam iura
producunt. Nempe vnam diuiſionem factam ab eo-
rum maioribus 1335.cum Vilenſibus vicinis populis,
ſuper iure depaſcendi, præſcriptiſque limitibus con-
uenitur ne liceat vltro, citróque excedere. Saluo ta-
men, quod licebit hominibus de Vilis in territorio
Murmurionis videlicet in territoriis de Flaxano, &
de Conſolatu, & de Aleyraco animalia immittere.

Deinde extat compromiſſum, & latum laudum in-
ter eaſdem partes anno 1443. quo prohibentur Vi-
lenſibus paſcua in territorio Murmu. Niſi in illis tri-
bus territoriis de Flaxano, de Aleyraco, & Comba de
caualis. His adiungitur vna ſententia lata per D.Car-
dinalem de Fuxo.legatum Auenio.per quam permit-
tit vtriuſque loci hominibus tempore glandium fa-
cere confines in medietate montaneæ de Flaxano, &
vetare paſcua.

Adeſt poſteà vna relatio facta rectori 1493. per D.
Stepha. Bertrandum iureconſultum ſuper liminibus
illorum territorium occaſione iuris depaſcendi, quæ
antiquas diuiſiones confirmat.

Quintò, ponitur in hoc tam magno ſcripturarum
aceruo alia diuiſio territoriorum cum Bedoinen. an-
no 1501. per quam poſiti termini ex parte Murmu.
19 Flaxanum includunt. Vnde illius dicitur, † cuius ſunt
termini l.æde ſacra.§.1.ff.de contra.emp.l.inſulæ Ita-
liæ.ff.de iud.l.quicũque.C.de fund limit.lib.11.Deci.
conſ.517.num.9.Rui.conſ.92.nu.12.lib. 4. Maria.Iu.
conſi.139.lib.3.Pariſ.cõſi.4.in prin.lib.4.Craue.conſ.
105.in prin & medium ab extremo trahatur.l.3.§. ſi
quis.& §.ſcio.ff.de mino.Gl no.in l.qui ſella.§.in ru-
ſticis.ff.de ſeruit.ruſti.præ. Meno. de arbi. lib.1.quæſt.
37.num.29.
20 Maximè † cùm in antiquos verba enũciatiua pro-
bent, doc.in l.cũ aliquis.C.de iure delibe. & in c.cùm
cauſam.de proba.Alex.cõſi. 90.nu.2.3.lib 6. & conſi.
89.nu.6.lib.5.Are.conſ.42.Soci.conſ.166. in princip.
lib.2.Iaſ.conſi.166.nu.2.lib.4.Maria.Iun. conſ.28.nu.
13.lib.4.Pariſ.conſ.104.nu.26.lib.2.Sottus in memo.
verſi.inſtrumentũ.Cra.de antiqui.parte 1.§. propoſi-
tũ.nu.62.& §.ampliatur.n.6.Bru.cõſi. 34.in princ. de
Afflic.deci.83.nu.2.Craue.conſi.50. nu.8.cũ ſequen.
21 Quibus † accedit, quod probatur multis teſtibus
magiſtratus Murmu.à.30.40.50.& 60.annis, & citra
exercuiſſe iuriſdictionem in homines, & per locum,
& territorium Flaxani ſine vlla diſtinctione, vnde lo-
ci, & territorij vnitas probatur, vt ſcribit Alex. conſi.
70.nu.9.lib.3.& conſ.42.circa fi.lib.1. Iaſ. conſi.116.
in princ.lib.4.Fel.in c.cauſam.nu.3.de præſcrip. Natt.
conſ.204.nu.4.cum ſeq.Bru.conſ.34.Bertrand. conſi.
260.nu.7.lib.2.Balb.de præſ.1.par.5.par.quæſt.19.

Extant prçtereà antiqui libri, ab anno 1400.& ſuc-
ceſſiuis ſequentibus annis, in archiuis recondita, reci-
tantes quæ geſta fuerant priſcis illis temporibus in
comitiis à clero, nobilibus, & populo, & vbique ſyn-
dici locorum nominantur, ſed Flaxani nulla mentio,
quaſi non fuiſſet: his adiungitur aliud inſtrumentum
anni 1336. quo conſtat datam fuiſſe facultatem per
Benedictum 12. Murmu. conſtituendi nundinas, &
forum in eadem ciuitate: delegatus autem, qui ſuper
viciniis locis inquirebat nullam de Flaxano mentio-
nem fecit.

Producũt quoque octo alia inſtrumenta ab anno
1472.vſque ad annum 1527. quibus legitur in vẽdi-
tionibus, in emphyteoticis cõtractibus deſignari prę-
dia in territorio Murmu.loco dicto ad Flaxanum.

Illud deniq; apparet anno 1414. æſtimatam fuiſſe
vniuerſitatem illorum agrorum, pro exſoluendis pa-
triæ ſubſidiis per æs, & libram, & in eadem peræqua-
tione includitur Flaxanenſis fundus.

Ad hæc reſpondent, conſtare teſtibus ab vtraque
parte productis, olim deſtructum oppidum ab illo
crudeli Remundo de Turena, diſperſos incolas, atque
deſertum remanſiſſe locum, in quo nec gallus, nec
gallina

galina cantabat. Nisi à quinquaginta ab hinc elapsis
annis, quo tempore ceperunt homines paulatim lo-
22 cum restaurare, & habitare in eo. Ideo † durante rui-
na aduersarios non potuisse præscribere. l. Arulici-
nius.ff.de serui.rusti.prædio.quia agere non poterant
nec interrumpere præscriptionem. l. 1. C. de anna.
præs.l.si locus.ff.quemad.serui.amittan.l.r. C.de bo-
nis mater.l.cum notissimi.l.illud. C. de præs. 30. vel
40.an.& in terminis voluit Bald. consi. 158. num.5.
lib.5.Parisi.consi.27.num.132.& consi.104.nu.103.
lib.1.Balb.de præs.2.par.6.num.3.Bello.consi.1. An-
gelica in sum.in verb.ciuitas.Rebuff. titu. de pacific.
posses.num.302.

Nisi auctoritate superioris destrueretur, sicut fuit
Carthago.l.si vsusfructus ciuitati.ff.quemadm.vsufr.
amitta.l.pater.§.Tusculanus. de lega. 3.c. & hæc di-
cimus.16.q.7.c.fi.vbi Inno.& Panor. de verbo signi.
At si destructa reędificetur antiqua retinet priuilegia.
Alexand.consi.43.num.3.lib.1.& consi.193. num.7.
lib.2.Bertrand.consi.192.lib.5.

23 Aduersarius † hoc intelligebat, de communi, & or-
dinaria præscriptione, non de centenaria, vel imme-
moriali, quæ nunquam censetur exclusa verbis etiam
generalibus, vt scribit Panor.in c.fi. num.35.de præs.
Feli.in Rub.num.18.Alexan.consi.60.in fi.lib.6.Are.
consi.15.colum.pen.versi.circa 3. Deci.consi.585.&
consi.496.& consi.171. Soci.Iu. consi.115.num.19.
lib.2.& consi.76.nu.93.lib.1.& cõs.6.lib.3.Ias.consi.
209.lib.2.Barb.consi.41.lib.1.Bartho.Soc.consi.127.
n.7.lib.1.Bellu.cons.55.Cap.deci.4.n.20.Rip.in l.ne-
mo potest.n.115.de leg.1.& in l.quominus.n.40.& n.
208.ff.de flum.Tiraq.de retr.conuẽtio.§.1.Gl.2.n.23.

Prieterea quod tam longus temporum vsus, cuius
origo memoriam hominis excedit iure constituti lo-
co habetur.l.3.§.ductus aquæ.ff.de aqua.quo.& æsti.
Et tanquam si esset datum à principe priuilegium. c.
super quibusdam.§.præterea. de verborum signifi.&
ibi Gloss.Imo, & legis habet vigorem.l.1.§.fin.ibi, ve-
tustatem vicem legis obtinet.ff.de aqua pluuia arcen.
& in l.in summa.in princip.ibi, vetustas, quæ semper
pro lege habetur.cod.tit.c. conquestus.9. quæst.3.c.
hæc est fides.24.q.1.Per quẽ præscribitur non solum
contra priuatos sed contra pontifices, imperatores,
ecclesiam & principes, super imperio, iurisdictione,
& iure regali.d.§.præterea. Paul. no.in c. 1. quæ sint
regaliæ.l.Domini.C.de agri.&censi.libro 10.Bald.in
l.nec exemplo.C.de proba. Barthuqui.de Gabel.pri.
par.nu.11.Ias.in l.de quibus.nu.43.Alex. cons.6. nu.
12.lib. 1.vbi dicit, habere vim veritatis, licet ius
commune resistat.c. ad decimas. de res. spolia.c.1.de
præs.lib.6.Balb.vbi suprà 2.par.3. par.nu.3. vsque ad
31.Deci.consi.85.nu.3. de ciuitatibus Italiæ contra
Imperatorem.& de Gulfo Venetorum.Bar.in l.iniu-
riarum.1.§.fi.de iniuriis.Aug. consi. 289. Deci.cons.
271. Ang. in l. non solum. ff. de vsucap. Coua. in c.
posses.§.4.nu.4.

Sed quo modo potuerunt præscribere, cum fue-
rint in mala fide. scientes Flaxanum ad eos non per-
tinere, ex inspectione diuisionis saltus, in qua iudex
ipsis præsentibus adiudicauit Flaxano & ipsis, quod
24 ad eos respectiuè pertinebat? Sunt † qui putant, hanc
immemorialem locum habere, etiam si mala fides in-
terueniat, auctore Sali. in l. 2. num.8.C.de serui.&
aqua.Deci.consi.496.num.5.& consi.638.& in l.tra-
ditionibus. nu.12.C.de pact. Boëri.decisi.59.num.7.
Et quia post triginta annus præsumitur bona fides,
secundum Bart.in l.fin.C. vnde vi.Sed alia prænaluit
opinio quæ probatur ex c. possessor. ibi, vllo tempo-
re.& c.fi.vt nulla valeat absque bona fide pręscriptio,
vtendo vniuersali negatiua quæ omnes alios modos
excludit.l.si is qui 200. §. vtrum.ff. de rebus dub.c.si
Romanorum.19.dis.Bar.autem loquitur de præsum-
pta bona fide, nos, quando cõstaret de mala, quæ om-
nem maculat præscriptionem, vt voluit Gloss.in c.1.
de præs.libr.6. vbi Fran.num.14.Aret.consi.154.col.
fin.Rube.consi.13.num.14.Cra.consi.146. & de an-
tiqui.§.materia.num.19. Balb. vbi suprà, num.40. de
Afflict.decisi.368.nu.20.Capi.deci.4.& hanc comm.
attestatur Couar. in d. c. possessor.§.8.num.4.vt piè,
& sanctè viuant homines in hoc sæculu.

25 Et † propterea videbatur non potuisse præscribere,
quod verum est, donec viuebant illi primi ciues, sed
illis mortuis, potuit præscriptio ab aliis initium su-
mere, teste Innoc. in c. cura pastoralis. de iure patro.
Bart.in l.potest.in fi.ff.de vsucap. Soci.consi.187.nu.
27.lib.2.Balb.2.par.3.par.nu. 85. Licet Soci.d.consi.
26. teneat, quod mala fides populi cõtinuetur de ge-
neratione, in generationem, cum sit idem populus. l.
proponebatur.ff.de iudi.qui allegat Bald. in l. impe-
rium.ff.de iuris.om.iudi.Idem Cur.cons.43.num.18.
lib.2.& consi.22.nu.11.lib.1. Sed veriùs est, vt sicut
in hærede mala fides purgetur, in illis, qui nouiter
succedunt.l.potest.& §.nam si hæres.Insti.de vsucap.
præsertim in istis tam magnis, & inueteratissimis
præscriptionib. vt suprà diximus, quibus adde Alex.
consi.13.num.16.

Sed aduerte, transactum fuerat, vt esset vnus po-
pulus, vnum territorium, quod crearetur tertius con-
sul de Flaxano. Ista capita nihil habent commune
cum iure depascendi, quod concesserunt Vilensibus,
vt eorum animalia immitterent in territorium Fla-
xani, & hoc propterea non sequitur quod debeat esse
vnus populus, &c. Vel quod Murmurio habeat ius
depascendi in agro Flaxanu non infertur vnitas ter-
ritorium, cum pactua, & pascua possint esse commu-
nia inter vicinos ex inita conuentione.§.fin.Instit.de
serui.rusti.prædio.

26 Maximè, † quia præscriptio tanquam odiosa non
est amplianda, etiam ad iura similia, sed est restrin-
genda. c. odia. de reg. iuris. libro sexto, vbi Gloss.
Quod præscribens visitationem, non præscribit pro-
curationem: quia tantum præscriptum, quantum
possessum. l. quod meo. §. fin. ff. de acquirend. pos-
sess. leg. prima, §. si quis hoc interdicto. vbi Bart.ff.
de itine. actúque pri. c. auditis. vbi Panormita. &
Felin. numero decimo, cum sequent.de præs. c.cum
olim. c. cum contingat. de decim. Alexand. consilio
trigesimo tertio, numero octauo, libro quinto, So-
cin.consilio 74. numero 8. lib. 1. & consi. 275. nu-
meru 7.libr.secundo, Balb. in tract. præs. in 8. part.
princ.num. 9. Cæterum aduertendum est etiam eos,
qui dant ius depascendi super aliquo luco, & ter-
ritorio ipsi præsupponunt, & credunt se esse domi-
nos illius territorij, & loci, vel quod continetur in
altera eorum parte: quia, nemo dat quod non ha-
bet, & cum hæc actio finium regundorum domi-
no detur, vt suprà diximus, vnde respectu Mur-
mu. dici non potest tantum præscriptum quantum
possessum, cum totum Flaxanum agrum possede-
rint, sed aduersus Vilenses procederet exceptio si
vltra præscripta pascua vellent se extendere. Itaque
27 † cum nullus alius tunc Flaxanum possideret, pos-
sessio vnius, duorum, vel trium actuum quam ha-
bebant Murmur. potuit etiam generare ius vniuersa-
le circa omnes alios actus.c.1.vbi Pan.nu.3.4.de reli-
gio.domi.& consi.71.n.3.lib.2.Bar.in d.§.si quis hoc

interdicto.Rota tit.de præſ.deciſ.2.nu.3.in no.Fel.in d.c.auditis.num.19.Balb.in 2.part. princip. num.21. Porro, illi tam ſæpè reperiti dominationis actus, & per tam longa tempora, vſque ad illum tranſactionis diem, videntur tribuiſſe Murmutionem ius vnitatis, & conſequenter, vt dicamus tranſactionem non fuiſſe factam de re noua, aut inſolita, ſed ſecundum antiquas maiorum obſeruationes, concluditur bene iudicatum, male appellatum neutram partium in expenſis. 22. Septemb. 1582.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de redimendo totiens quotiens, an præſcribatur 30. annis?*
2 *Infinitas toleratur ex voluntate contrahentium.*
3 *Decipi non debent contrahentes ſuper contractibus.*
4 *Mala fides impedit præſcriptionem.*
5 *§. ſi quis ita. l. quod ſi nolit. ff. de ædil. edict. optimè declaratur.*
6 *Statutum tollens præſcriptionem, non tollit longiſſimam,*
7 *Venditor remanens in poſſ. inducit præſumptionem ſimulationis.*
8 *Locationis modicitas arguit ſimulationem contractus.*
9 *Simulatio contractus impedit præſcriptionem.*
10 *Simulatio an præſumatur? arbitrarium*
11 *Præſcriptione completa non poteſt prælatus extendere pactum reſolutiuum. & nu. 12. Fallit. nu 13. 16.*
14 *In foro eccleſiaſtico benignius agitur, quàm in ſeculari.*
15 *Eccleſia dicitur cultrix æquitatis.*
17 *Clauſula promittunt partes omnia, & ſingula obſeruare perpetuò, &c. an tollat præſcriptionem?*

DECISIO CXXIX.

De pacto redemptionis totiens quotiens an tollatur longiſſima præſcriptione? caſus vtilis & pulcher.



VCIVS Titius vt piam vxoris defunctæ voluntatem exequeretur, anno 1512. vnam miſſam ſingulis diebus celebrandam fundauit, & dotauit mille florenis, pro quorum ſolutione tradidit capitulo domum, & vineam duodecim eyminatarum, quarum directum dominium ad capitulum pertinebat ſub cenſu trium florenorum, & ſex ſolidorum, redimendas tamen totiens quotiens videretur fundatori, vel hæredibus eius. eo etiam die capitulum locauit eoſdem fundos eidem Lucio Titio ad tres annos triginta tribus florenis, annis ſingulis, continuatúrque locatio vſque ad annum 1563. ſæpius renouata Titio, & eius liberis, verum, quia Brutus Lucij Titij filius coram vicario conuentus vt ſortem ſolueret, non ſatisfaciebat, domum, & vineam coactus fuit capitulo dimittere, quo mortuo Laura, & Nicoſtrata aliæ filiæ, & hæredes Bruti virtute paternæ ſubſtitutionis hanc litem ſuſcipiunt, dicentes patrem fuiſſe enormiſſimè læſum, domúmque venditam à capitulo mille aureis, & vineam valere quadringentis, quæ magis fuerant datæ pignori, quàm in veram ſolutionem, paratas ſoluere mille florenos, cum diuerſis penſionibus, & litis expenſas, & alia multa coram d. Ioanne Valentiano auditore, recuſantibus canonicis pretium recipere, quia redimendi facultatem præſcripſerant 30. annis, & vltra. Ideo primò fuit diſcuſſus ille articulus, an facultas redimendi totiens quotiens illo tempore præſcribatur?

1 Plurimi † ſunt, qui partem affirmatiuam ſequuntur, vt infinitas euitetur. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profe. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. Et quia, illa verba totiens quotiens, ſemper quandocunque, & ſimilia reſtringuntur ſecundum iuris terminos. l. nemo poteſt. de legat. 1. l. ſecunda. C. de noxa. l. ſi duo. vbi Bald. ff. de acquirend. hæredita. l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthum. Ne præſumantur partes voluiſſe vno generali verbo totam illam præſcriptionum obſeruationem tantis vigiliis excogitatam radicitus euellere. arg. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. Cum bono publico introducta fuerit, contra deſides, & ſui iuris contemptores. l. 1. ff. de vſucap. l. vt perfectius. C. de anna. excep. Hinc videmus contra dotes mulierum præſcriptiones currere. l. in rebus. §. fin. C. de iure do. quamuis lex dicat dotis cauſam ſemper, & vbique præcipuam eſſe. l. 1. ff. ſolut. matr. Si ſtatutum, vel alia diſpoſitio dicat, nulla obſtante præſcriptione, illa ſolum tollitur quæ eſt longi temporis, non longiſsimi, vt Gloſſ. voluit. in c. 1. §. præterea. de capitu. Cora. quam ſequitur Bald. Alua. & de Iſernia. Panorm. in fin. numero 35. de præſ. & conſi. 14. lib. 2. de Afflict. deciſi. 254. Iaſ. in l. c. 1. nu. 40. C. de ſeruis fugi. vbi dicit commun. Et hanc opi. tenuere Ang. & Iaſ. in l. petens. C. de pact. Ancha. conſilio 233. Balb. in tract. præſ. 4. part. 5. part. quæſt. 3. Alexand. conſi. 3. num. 3. 6. 7. quam communem vocat. vt triginta annis præſcribatur, & conſi. 75. Rui. conſi. 167. lib. 1. de Afflict. in c. 1. nu. 58. de contr. feudi. Boë. deci. 182. & deciſi. 351. Cephas conſi. 40. num. 2. & nu. 45. lib. 1. cum aliis citatis per Tiraq. de retract. conuentio. §. 1. Gloſſ. 2. num. 6. & 26. Cagno. in l. 2. quæſt. 8. ſenatum Pariſien. ita iudicaſſe.

2 Alia † tamen opinio videretur probabilior, ſi quidem verba contrahentium apta ſunt importare infinitatem, quæ toleratur quando ex partium voluntate naſcitur. l. cum quidam. ff. de vſuc. l. ſi ita ſtipulatus Seyo fuero. & ibi Bart. ff. de fideiuſſ. l. in annalib. C. de lega. l. eum debere columnam. ff. de ſerui. vrba. prædio. leg. 1. §. 1. ibi, totiens quotiens. ff. ſi fami. furt. feciſ. dica. Alex. conſi. 145. num. 3. lib. 2. Imo. conſi. 25. in princi. Bald. in d. l. vni. nu. 32. Ferretins autem voluit, vt totiens quotiens ipſe vellet, liceret ſibi redimere: Ergo etiam poſt triginta annos alioquin non diceretur totiens quotiens. Cum generalis loquutio non patiatur reſtrictionem. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtand. l. 1. §. quod ait. ff. de aleato. Bald. conſi. 305. lib. 1. Craue. conſi. 133. nu. 5. Vt verba ſecundum eorum ſignificationem veram, & propriam intelligamus. l. non aliter. de lega. 3. l. ille, aut ille, cum in verbis. eo. tit. Bald. conſi. 174. in fi. lib. 2. & conſi. 352. circa fin. lib. pri. Cra. conſi. 105. num. 2. his adiungitur regula, quod in claris non ſit opus coniecturis. l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig.

3 Deciperentur † etiam contrahentes ſi hoc caſu curreret præſcriptio, qui non vendidiſſent. niſi liceret eis perpetuo redimere. l. fin. ibi, tali fretus conuentione. C. de pact. inter empt. & vendit. comp. l. 1. §. magiſtratum. ibi, alioquin contrahentes deciperentur. ff. de exerci. actio. Cum ſit generale cõtractus ex conuentione legem accipere. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſi. l. contractus. ff. de reg. iur. Et nullum verbum debere eſſe otioſum in contractibus. l. hac lege. ff. de contra. emp. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. l. ſi quãdo. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuileg. Bald. in Rub. q. 9. de contra. empt.

empt. Cra.consi.20.num.9.Bertrand.coosi.50. lib.1.
Siquidem sine illis verbis, quæ perpetuitatem deno-
tant simplex redimendi facultas vsque ad triginta an-
nos extenditur. l. si quis. §.1.C.de præs.30.an.l.1.C.
de auna.excep.Ang.consi.55.Alexan.consi.228.in fi.
versi.non obstat.lib.6.Balb.3.quæst.4.par.5.par.prin.
Zasius consi.75.lib.1.

4 Sed † qualiter emptor poterit præscribere,cũ sciat
se perpetuo obligatum reuendere? & ita cum mala
fide,quæ omnem maculat præscriptionem. d.c. pos-
sessor. & c. fin. de præs. Sicut debitor non præscribit
contra creditorem.l.sicut.C.de præs.30.vel 40.anno.
l.1. C.si aduer.credi.Bar.in l.si per fundum.ff.de acq.
pos.Panor.in d.c.fi.nu.15.cum seq.Paris.consi.92.nu.
29.lib.3.Nec contra iura,quæ in mera facultate con-
sistunt.l.seruum quoque.§.fi.ff.de hæredi.inst.l.fi. C.
de cond.inst.Bart.in l.pig.in fi.ff.de vsucap.l.viam.ff.
de via publi.Dec.cons.271.nu.5.Sicut est istud,quod
in voluntate venditoris cõsistit, quando voluerit re-
dimere.

5 Fundamentũ † huius opinionis iacet super l.quod
si nolit.§.si quis ita.ff.de ędil.edi.vbi,lex limitat tem-
pus sexaginta dierum ad declarandum voluntatem si
res empta placeat.At si diceretur,quãdocunque,per-
petuo durat, idem in dicta l.2.C.de pact.inter empt.
ibi, rem venditam restituere quandocunque oblato
precio, huius etiam opin. fuerunt quamplurimi viri
grauissimi.præsertim Fabia.in tract.empt.& vendi.7.
quæst.13.quæst.princip.Barba.consi.51.col.8.versic.
capio secundum.lib.1.& consi. 22. in vltimo dubio.
Ioan.Cro.in d.l.nemo potest.col.pe.vers.nota etiam.
Alcia.in d.l.petens,& in Rub.de præs.num.64.68.&
tanquam æquissi.tenendam in practica.Chassa.titul.
des rentes vendues à reachapt.§.1.Glos.1.versic.limita.
& ita iudicasse senatum Burgundiæ.& consi.11.num.
10.Fulgo.coosi. 123.Ioan.Igneus.in l.in cognitione.
ff. ad Syllenia.

Possunt etiam partes conuenire vt intra certum
tempus hoc facere liceat,veluti intra tres,vel decem,
viginti,triginta,vel quadraginta annos,cur ergo non
poterunt hanc facultatem in perpetuum extendere?
arg.l.fin. ff. de fundo instruct.l.& in maioribus.C.de
appella.l.de die.cum l.seq.ff.de pact. dota.per verba,
quæ sine vlla temporis præfinitione generalia sunt,
& futura comprehendunt,quæso responde mihi,va-
let ne conuentio vt intra centum annos liceat redi-
mere:sicut etiam non valebit, vt totiens quotiens mi-
hi,aut hęredibus meis placuerit redimatur?Non mu-
tat substantiam rerum verborum diuersitas.l.pedicu-
lis.§.Labeo.ff.de auro,& ar.leg.l. Labeo.§.sed de his.
l.vestem.ff.de suppel.leg.l. in rebus.C.de iure do.ni-
hil ad casum nostrum iuncta cum d.l.1.ff.sol.ma.quæ
loquitur de prouisione legali, nos de illa, quæ fit à
contrahentibus, quæ est fortior altera. l. assiduis. C.
qui potio.in pign.habe.vbi Gloss.Bart.& doct.

6 Et † licet statutum tollens præscriptionem, non
tollat longissimam, hoc verum,quando sumus in ca-
sibus in quibus vtraque præscriptio cadit,vt Bald.in-
quit in d.§.prætérea.num.4.veluti, quod instrumen-
tum mandetur executioni non obstante aliqua præ-
scrip.tunc intelligitur tollere longissimam vt aliquid
operetur.Are.d.consi.15.Rip.in d.l.nemo potest.nu.
114.Ita,& in casu isto quo sola tricennalis locum ha-
bere potest, quam tollere videntur contrahentes per
illa verba totiens quotiens.

Cæterum si multitudini cedendum sit,alia opinio
videtur communior,licet ista sit æquior,& conscien-
tiæ aptior,vt fatetur Alcia. ind.l.petens,quæ propte-
rea in proposita specie locum magis habere posset,in
eo scilicet, qui pro pio fundaodo opere charos, &
proprios alienabat Lares, habens quinque liberus,vt
deberet ecclesia cũ benefactore, & patrono seu eius
liberis benignè, & humaniter agere, & illos audire
quotieus promissum vellent exsoluere pretium. arg.
c.filius.16.quæstio.7.c.à nobis,de iure patrona. Ne ex
liberalitate damnum sentiant. l. ne ex liberalitate. ff.
7 de re iudica.Ex † eo etiam quod istarum pater,& eius
liberi semper remanserunt in possess.domus,& vineæ
ab illo tempore vsque ad annum 63.ex quo quædam
nascitur simulatio cõtractus.l.sicut. §. superuacuum.
vbi Bart.ff.quib.mod.pig.vel hypo.solui.& in l.post
contractum.nu 3.coniect.ff.de dona. Deci.consi.235.
& consi.587.nu.8. &.consi.648.nu.4. Cur.Iu. consi.
108.num.11.& coosi 100.nu.3.4. Meno.de arbit.lib.
2.casu 39.nu.1.Paris.consi.53.nu.21.& consi.54.nu.
77.& consi.155.nu.54. lib.1. Quamuis venditor ex
causa locationis possideret teste Ioan.de Ana.consil.
58. Bart. consi.56.Bald.in l.1. C.de dona.ante nupt.
Calca.coosi.28.Craue.consi.196.num.10.Paris.cons.
54.num.71.lib.1.

Communis etiam opinio non procedit quando
ius offerendi est sequela exceptionis, veluti si ego
possideo fundum, qui est oneratus magno censu li-
cet non redemerim longissimo tempore secundum
pactum, possum tamen semper per viam exceptio-
nis offerre & me liberare. l. paulus. §. fin. ff. quib.
mod.pign. soluit. Deci.consi.164. num.4.Cra.consi.
71.nu.4.Couar.varia. resolut.lib.1. c.9.nu.8.Cepha.
consi.40.num.42.lib.1.

8 Quibus † adiungitur modicitas pretij locationis
factæ per capitulum de re quę erat valoris tunc tem-
poris mille florenorũ,pro triginta tribus.Cum com-
muniter septuaginta præstentur. Et ne præsumatur
clericos voluisse sua perdere, vel iactare.l.cum de in-
debito.§.1.ff.de proba.l.cum autum.ff.de solu. Bal.in
terminis consilio 311. col.1. lib.5. Craue. consi.156.
num.12. Cepha.consi.198.num.23.libr.2.Cepol. de
simula.contract.præsumpt.17.

Accedit præmissis vna alia nota locationis anni
1549. in qua locatur domus, & vinea triginta flo-
renis pro renta,& tribus florenis pro censu, & anno
sequenti procurator ecclesiæ fatetur accepisse cen-
sum iamdictum,& pensionem 30. florenorum.Ideo,
si censum recipiat dici non potest Dominos, cui res
sua seruire non potest. l. vti,& frui.ff.si serui.vendi.l.
neque pignus.ff.de reg.iur.de eodem censu loquun-
tur sexdecim apochæ signarę à diuersis ecclesiæ pro-
curatoribus ab annis 1516. vsque ad annum. 1551.

9 Ex † quibus resoliat aliqua simulatio,quæ omnem
impedire solet præscriptionem, & vsucapionem. c.
possessor.de reg.iuris.c.fin.de præscrip.c.significante.
de piguo.c.dudum.de deci.l.fin.§.sin autem.C. com-
mun.de lega. l. quemadmodum. C. de agri. & censi.
lib. 11. Paul. de Castr. consi. 70.num. 9. 10. libr. 1.
Alexand.in addit.ad Bart.in l.Celsus.ff.de vsuca. Ca-
gno.in l.2.columna secunda,versi.ille verò.C. de res.
vendi.Tiraquell.de retract.conuent.§.primo,Glos.2.
num.32.

Canonici dicunt fuisse erratum à procuratorib.
scribendo censum, & non potuisse veritati præiodi-
cium facere.l.cum falsa. vbi Bart. Bald. C.de iuris,&
fact.igno.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præs.Quia na-
tura locationis repugnat vt transferat in conducto-
rem dominium:l.rei.ff.loca.l.confessionibus.ff.de in-
terroga.actio.Imò, probat Dominium, & possessio-
nem esse penes locatorem. l. si quis conductionis.

C.loca.Bar.in l.ad probationem.C.loca.l.non abs te.
C.vn.vi.Gosa.consi.94.num.57. Et per alias sex loca-
tiones priores,& posteriores,quibus nulla fit mentio
census, errorem probari, & istis magis esse creden-
dum quàm aliis.l.cum plures. §. locator horrei.ff.lo-
ca.l.pacta nouissima.C.de pact.

Cum sit generale vltima derogare priorib.l.si quis
cum procurator.ff.de procura.c.cæterum.de rescript.
Alex.consi.122.nu.1.lib.4.Et plures vnam vincere.l.
hoc carmen.§.fi.ff.de testib.l.quod maior.ff.ad muni-
cip.l.diuus.ff.de in integ.restit. Ista responsio satisfa-
ceret,si esset vnica simulationis præsumptio. Sed iun-
cta cum aliis arguit nescio quid mali. Quis crederet
canonicos passos venditores tenere res venditas sub
10 iam modica pensitatione? Maximè † cum sit arbitra-
rium quales coniecturæ sufficiant ad simulationem.
l.dolum.C.de dolo.Soci.consi.83.num.3.4.lib.3.Pa-
ris.consi.54.num.22.lib.1.Crauc.consi.156.num.14.
Cuius probatio difficilis est. c.cũ Ioannes.de fide in-
strum.Bald.consi.311.prope fi.lib.5. Cor.consi.346.
in fi.lib.1.Cepha.consi.119.nu.17.lib.2.Couar.lib.3.
Varia.resolu.c.7.num.3.& c.8.nu.4. Menoc.de arbit.
lib.2.centu.3.casu 247.

11 Simili † modo inquiunt,procuratores non potuisse
præiudicare ecclesiæ per illas liberationes in iã quæ-
sito iure.c.cum dilectus.vbi Gloss.de ordin.cognit.c.
delictum personæ.de reg. iuris.lib. 6. Bart. in l.Iube-
mus nullam.C.de sacro.eccle.Alexand.consi.5.num.
15.lib.5.Rip.in c.sæpe.nu.95.de resti.spolia.& in l.fi.
num.173.C.de reuocan.dona. Moli.in consue. Paris.
§.30.quæst.14.num.58.cum sequent.Tiraquel.in l.si
vnquam.in verbo.donatione largitus.num.175.C.de
reuo.dona.Et hi omnes de prælatis loquuntur. For-
tiùs ergo de procuratoribus vt non possint debitum
liquidum dimittere. Etiam si cum libera mandatum
haberent.l.contra.in fi. ff.de pact.l.filiusfam.donare.
de dona.l.qui Romæ.§.Calimachus.vbi no.ff.de ver-
bor.oblig. Hæc responsio non tollit scrupulum,pro-
pterea quod singulis annis solent procuratores red-
dere rationes capitulo,& exhibere libros exactarum
pecuniarum, & ostendere quo iure illas receperint,
ita vt ignorantia non præsumatur.l.non est ferendus.
ff.de transact.Alcia.consi.15.in fin.lib.1.l.nec supina.
ff.de iuris,& fact.ignor. c. cum inhibitio. de clande.
desponsa. Viget etiam decretum a vicario latum, vt
liceret bruto prædia redimere soluto pretio cũ pen-
sionib.& expensis.Cui acquieuerunt canonici in ca-
pitulo congregati, & vt exhiberent parecelam ex-
pensarum per totam diem, quod non fuit factum,
fuerúntque in mora.l.quod te.ff.si cert.pet.

12 Illi † respondent,neque iudicem,neque capitulum
potuisse post absolutam præscriptionem, & domi-
nium ecclesiæ acquisitum,illa decreta, & pactum re-
solutiuum facere in ecclesiæ præiudicium. l. si ad re-
soluendum.C.de prædi.mino.l.1.§.fi.l.2.ff.de reb.eo-
rum.Paul.de Castr. & Ias.in l.contra iuris regulas.ff.
de pact.Cagn.in d.l.2.nu. 207.Negus.de pign.part.4.
num.37.Tiraq.de retract.con.ad fin.num.1.cum seq.
13 Vbi † enim semel ius acquisitum est ecclesiæ non li-
cet illud temerè,& neglectis solennibus alienare, aut
perdere.doct.in l.seruus,vbi Ias.nu.2. C.de pac.Alex.
consi.14.nu.10.11.lib.2.Dec.consi.688.num.15.Rol.
à Val.consi.15.nu.23.lib.1.

14 Replicant † actrices,multa in hoc casu occurrere,
quæ mouebant iudices ita ordinare, si quidem vide-
bant initium huius molestiæ descendere ex bono
opere,& non esse æquum vt eorum liberalitas verte-
retur in tantum damnum. l.ne ex liberalitate.ff.de re
iud.l.ad res donatas.ff.de ædil. edict.deinde quòd vl-
tra triginta annos mansetant in possessione prædio-
rum post in solutum dationem, soluendo modicum
sub colore locationis annis singulis. Quòd enormis-
simè etiam læsi fuerant:cum sola domus mille aureis
vendita fuisset,ista,& similia possunt mouere iudices
etiam post tempus,redemptionem extendere,vt scri-
bit Chas.tit.*de rentes vendues à reachapt.* §.1.nu.22.&
in tit.*de reachapt.*§.10.in verbo,*à fait diligences*,in fin.
Tiraq.vbi suprà.num.53.Et quia agebatur coram ec-
clesiastico iudice (in cuius foro benigne, & semoto
iuris rigore iudicari solet.cle.dispendio.de iudi.clem.
sæpè.de verbo.signifi.) qui propterea voluit eam ser-
uare opinionem quæ suadet licere perpetuò redime-
re,cum sit æquior,& animæ fauorabilior. c. Iuuenis.
de spons.omissis iuris apicibus.l.si fideiussor. §.quæ-
15 dam.ff.de fideiuss. Ne † ecclesia,quæ solet esse mater
æquitatis,& dilectionis.c.clientulus.§.1.de alien.feu.
c.per tuas,de don.inter vir,& vxo.l.inter claras.C.de
sum.trini. cum tanta istorum locupletaretur iactura.

Si iudex vellet extendere pactum resolutiuum cla-
rum,& liquidum,hoc non posset,nec capitulum,tu-
tor vel curator,ita loquuntur illi,quos paulo antè ci-
tauimus, hic verò erat dubium propter multa,& va-
ria argumenta,quæ suadent extensionem.

16 Sicut † regulariter permittitur iudici pro arbitrio
ita facere inspecta æquitate. l.mancipiorum.ff.de op.
lega.l.planè.ff.de pet. hære.l.3.ff.de bonis aucto.iud.
poss. l. quis instituatur.§. 1.ff. de hære.insti.l.quod si
ephesi.ff.de eo quod cer.lo.à cuius decreto cum non
appellauerint illud approbasse videbantur. l. 1. C.de
postulan.l.1. C. si sæpius in integ.restit.fuerit post.c.
quo ad consultationem.de re iudic.Pan.consi.73.nu.
3.lib.1.Cra.consi.108.num.3.

17 Ego † vlterius dicebam cessare præscriptionem
propter illa verba in instrumento cessionis apposita,
quibus promittunt partes omnia, & singula perpe-
tuo obseruare,& in nullo cõtrauenire,vt voluit Ang.
quem sequitur Imo. in l. 2. ff. de vsucap.quia,si post
triginta annis negarent reuendere non dicerentur
perpetuo obseruare promissam reuenditionem,vnus
ex dominis respõdebat clausulas, quæ appositæ sunt
in executionem præcedentis obligationis non alte-
rare præcedentem obligationem.cle.1. in fi.de præb.
Panorm.in c.cum nostris.nu.11.de concess.præbend.
Card.consi.25.in fin.tit.de præb. Deci.consi.2.nu.9.
11.Sed tanquam accessorias sequi naturam principa-
lis obligatio.l.fin.C.de non numer. pecu.hinc si quis
procuratorem constituat,& promittat habere ratum
quicquid per illum gestum fuerit, non censetur de-
disse liberam potestatẽ:quia illud verbum quicquid,
appositum videtur non vt amplier,sed magis in exe-
cutionẽ præcedentẽ.Deci.consi.500.nu.9.10.11.12.
& consi.470.nu.4.Rui. cons.157.nu.10.lib.2.Rebus
scilicet sic stantibus.l.quæro.§.inter locatorẽ.ff.locat.
l. si fuerit. ff. pro socio, & vt restringatur secundum
communem iuris dispositionem.l. si duo.ff.de acqui.
hære. quæ perpetuũ vocat triginta annorũ spacium.
§.1.Insti.de perpe.& tempo.actio.l.minor.§.statu li-
berum.ff.de euictio.l.prætor ait. §. hoc edictum per-
petuo datur.ff.de noui operis nuntia.Cæterùm Rui.
consi.111.nu.7.lib.1.Angel.sequitur & Imo.Et quia
executio pacti de reuendendo consistit in ipsa reali,
& actuali reuenditione, non in promissione adim-
plendi omnia,& singula.Et ita volebamus conclude-
re licere actricibus redimere, nisi facta esset concor-
dia inter partes.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Pensionem super beneficio impositam an teneatur soluere hæres promissoris.*
2 *Pensio super fructibus, si nulli percipiantur non debetur.*

DECISIO CXXX.

De pensionibus super beneficijs si transeant ad hæredes promittentis?

DOMINVS Matthæus de Selua resignauit prioratum Beatæ Mariæ de Nazareth loci Veleronis D.Barth.Meynerio reseruata sibi pensione vigioti aureorum, pro qua se obligauit, & omnia bona soa, suósque hæredes & successores quoscunque. Mortuo Meynerio, de Selua agit cootra hæredem Meynerij vt soluat pensionem post moriem decursam, & debitam. D. Vicegerens otdinauit continuandam pignorationem. dicebam ab inirio, male iudicatum. Quia, licet Meynerius obligauerit se, & suos hæredes, &c. intelligebatur tebus sic stantibus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. si fuerit. ff. pro socio, id est, quandiu possideret beneficium, & noo vltra, veluti, si moreretur, cum mors omnia soluat. §. deinceps. in autben. de nopt. l. 4. ff. loca. Deinde, quia promissio soluendæ pensioois facta erat super fructibus beneficij, vt legitur in signatura reseruarionis, ibi, per te, & successores tuos dictum priotatum pro tempore obtinentes. Ideo, cum hæres non obtineat prioratum, oec illius fructus percipiat, videbatur ab obligatione liberatus. l. talis scriptura. de lega. 1. l. in ratiooibus. §. prorsus. ff. ad l. Falcid. l. si vsusfructus mihi. de vsufr. lega. l. quod te. ff. si cert. peta. Fructus enim tanquam accessurij naturam sequuntur principalis, quod est beneficium quo extincto in persona debitoris necesse est, vt & ipsi fructus extincti sint, sine quibus oon præstatur pensio. Panor. io c. nisi essent viri prouidi. nu. 10. in fi. de præben. Et licet obligatio ad hæredem transeat. l. veteris. C. de contra. stip. boc est verum respecto debiti, quod in vita defuncti debebatur. l. filiæ meæ. de annu. lega. l. post duos. C. de aduo. dioer. iud. Bar. io l. 1. §. Diuus. ff. de variis, & extra. cogni. Calder. consi. 2. de pecu. cler. Rebuf. de pacifi. pos. nu. 130. Sed defunctus nibil debebat cũ in vita soluerit, & à debito morte fuerit liberatus, quæ omnia solnit: igitur bæres illud debitum non debet soluere: quod cum persona defuncti extinctũ est. arg. l. vni. §. ne autem. C. de cadu. tol. Sicut pacta personalia ad bæredes non transeunt. c. de cætero. c. veniens. de trans. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. c. fi. de arbi. no. Gl. & Dynus. in c. priuilegium personale. de reg. iuris. lib. 6. Idem Gigas in tracta. pensio. q. 39. no. 8. Contrarium concluditur virtute obligarionis, per quam resignatarius suum obligauit hæredem vt faciat habere, & teoere resignanti promissam pensionem, cogátque possessorem soluere. Alioqui illa verba, (bæredes, & successores, quosconque) esseot superflua nisi locum haberent post mortem promittentis. Com viuus hæredem non habeat. c. cum Marte. de celebra. mis. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. Saluo tamen regressu contra eum qui beneficium obtinebat, vnde noo dicitur personale pactum, cum de hæred. mentionem faciat. l. si pactum. ff. de proba. no. Bar. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. Tiraq. late in tract. retract. conuen. §. 1. Gl. 6. no. 1. cum seq. Hinc, licet vsusfructus personalis sit. §. finitur. Insti. eo. tamen si de hærede meotio fiat ad hæredem transit. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obliga. Bar. in l. 4. §. Cato. in pen. q. ff. eo. propter illam generalem regulam, quæ habet contractus ex conuentione legẽ accipere. l. coottactus. ff. de reg. iur. Hoc ita, oe fiat fraus illi, qui suũ in alterum trãstulit beneficiũ. arg. l. ne ex liberalitate. ff. de re iu. & vt fraudibus bomioum obuietur, l. in fundo. ff. de rei vendic.

SVMMARIVM.

1 *Maritus sauiens in vxorem, maléque viuendo an teneatur ad alimenta tantùm, vel totam restituere dotem, & num. 4.*
2 *Vxor maritũ non accusat adulterij, nec testificatur contra eum, propter reuerentiam quam ei debet.*
3 *Vxores magno odio prosequuntur pellices maritorum.*

DECISIO CXXXI.



VXOR coacta est ob nimiam mariti sui sæuitiam, & malos motes ab illo diuertere, & cũ suis viuere fratribus. Et quia etiam nutriẽdo scorta suã dissipat substantiá perit dotem cum augmẽto. Ille offert dare alimenta per menstruas præstationes, & consignare fundos, donec aliter ab alto fuerit prouisom, de quo Plautus, fundum alienum arat, suum incultum deserit. Sunt qoi putant hoc casu maritó tantùm teneri ad alimenta, nõ ad integros dotis fructus. per l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solot. mat. ibi, necessitas imponatur marito omnẽ mulieris sustentationem sufficere, & alimenta prestare si infirmam negligat. Idem videtur quando in illam seuiret, vt ibi, si verò dotem ita dissipare manifestũ est, oportet tũc dotẽ sequestrari, qoatenus ex ea mulier competens babeat solatium. Non dicit integros fructus, & huius sententiæ fuit Paul. de Cast. consi. 65. no. 3. versi. 2. lib. 1. Nã si dotis fructus non sufficerẽt. Imò, si nulla esset dos, tenetur præstare integra alimenta. oo. in l. quod in vxorẽ. C. de neg. gest. auth. præterea. C. vode vir, & vxor. l. quod si nulla. ff. de relig. & sũp. fuoe. ita si fructus alimenra excedant, debent apud illum remanere, vt contrariorum eadem sit disciplioa. vt no. Rub. ff. de acq. poss. ita arguit Paul.

2 Conquerebatur † etiam maritus de nimia vxoris suæ licentia, siue audacia, qood cõtra illum iudicium criminale intentauerit, & accusauerit crimine adulterij: contra l. 1. C. ad l. Iul. de adulte. l. placet. C. de repud. l. publico. ff. eo. Tiraq. de legi. cooou. lege 1. num. 43. Licet hoc maritus possit, tamen turpior est, & grauior impudicitia mulieris quàm viri. l. fin. C. de comm. ser. manu. l. si qua illustris. C. ad otfi. l. 1. C. de mulieri. quæ ptop. ser. se im. hinc prohibetur mulier cootra proprium virum testificari in causis criminalibus, propter honotem & reuerentiam quam marito debet. c. placuit. 33. q. 2. c. non mœchaberis. 32. q. 6. Et quia est subdita viro. l. sicut. ff. de oper. liber. c. manifestum. c. hæc imago. 33. quæst. 5. sicot non potest libertus contra patronum. l. libertorum. C. de testib. l. penult. C. qui accusa. non poss. l. 1. C. de quæst. Nec vassallus contra dominum. c. 1. §. similiter. de consuet. recti feud. de quibus Panorm. scribit io cap. in literis, in fin. de testib. Hypo. consi. 22. nom. 5. 6. 7. Et malefacere eos, qui discotdiam seminabant ioter coniuges, reprehensione dignos, & puniendos magis. l. reprehendenda. C. de institut. & substit. l. fratris. C. de transact. l. Iulianus. §. 1. ff. si quis omiss. causa. testa. l. miles. §. socer. ff. de adulter.

2 Alij † verò arbitrantur qnoties maritus sine causa

N 3 vxotem

vxorem expelleret, cogendum integram dotem restituere, vt inquit Bald. in l. fi. in fi. C. de sent. quæ sine cer. quan. profe. Cum matrimonij onera non sustineat. l. pater. ff. de except. doli. sitque dos proprium mulieris patrimonium, ex quo viuere ipsa debet. l. 4. §. sed verum. ff. de minor. Et nullam grauiorem iniuriam maritum posse vxori inferre nisi quando ipse inhonestè viuit. l. isti quidem. ff. quod met. causa. l. cum ita legatum. de cond. & demonstr. Impatientes sunt sanè huiusce rei, præ cæteris rebus omnibus mulieres, quæ non possunt bonis oculis pellicem inspicere, iuxta illud Deianiræ in Herculem.

O quàm cruentus fœminis stimulat dolor.
Cum patuit vna pellici, & nuptæ domus.

Tiraq. in 13. legem connu. nu. 28. iste autem tetnas se cum habuisse probatur, & tantæ infatiatæ libidinis.

4 Bald. † sequitur Alex. consi. 78. col. 1. lib. 5. quando à marito expellitur, & Socin. consi. 64. num. 1. lib. 4. Craue. consi. 253. num. 10. Tiraq. de retract. conf. §. 11. Gloss. vni. num. 12. cum seq. licet Paul. de Castr. contrarium teneat cuius dicta infirmat Io. Lop. in c. per vestras. §. 49. num. 4. Dicens hanc opinio. tanquam æquiorem tenendam. Et maximè, quia contra hominem istum tria concurrant mala, sæuitia, adulterium, & inopia præparata. Liceátque mulieri propter solum adulterium mariti, à marito dotem repetere, teste Paris. consi. 54. num. 42. lib. 4. Claro, qui communem affirmat in §. adulterium. num. 3. Iure autem canonico permitteretur adulterij accusatio etiam mulieribus quando agerent ad thori separationem non vt punirentur in corpore. no. Gloss. in d. l. 1. §. publico. & in c. apud misericordem. §. publico. 32. quæst. 1. & in c. apud nos. & c. fin. 32. quæst. 5. Panor. in c. tuæ. nu. 7. de procurat. Tiraq. in l. 1. connu. nu. 42.

SVMMARIVM.

1 *Aliud pro alio, an inuito creditori soluatur?*
2 *Authen. Hoc nisi debitor. C. de solu. vera declaratio.*
3 *Argumentum de ciuitate ad priuatum an valeat.*

DECISIO CXXXII.

De simulata solutione subterfugiendi gratia facta, casus quotidianus apud nostrates.



OCVS Rupis supra Paternas narrauit Cardinali se debere multis vltra decem mille aureos, quos mutuo accepit tempore belli, famis, & pestis, vt tantis subueniret periculis. Non posse soluere pensiones, cum sit sterilis, & petrosus totus ille fundus, quadraginta incolas vix cōtinens, & omnes egenos, & pauperes, qui si cogerētur soluere in pecunia oporteret locum deserere, fugere, & mendicare, sicut est Azanea regio quædam Arcadiæ sterilis, & culturæ inhabilis in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Ideo supplicat vt cogantur creditores prædia in solutum accipere per expertos æstimanda, & velle dare fideiussores secūdum terminos authen. Hoc nisi debitor. C. de solutio. Et interea obtineat inhibitiones contra creditores ne lite pendente suas exequantur obligationes. Et audiat D. Ioan. Valentianus, apud quem instant creditores vt tollantur inhibitiones, & obstacula executionum.

Pugnat sindicus, & posse ita soluere, & admittendos articulos, quib. probatis apparebit de huius tantæ nomerationis impossibilitate, tanquam si vellent ex arena funiculum nectere, vt dici solet. Mouentur

1 † rationib. quas ego docendo notaui. in l. si emancipati. num. 140. C. de collatio. vbi dico debitorem, qui suis creditorib. pecuniam soluere promiserat, & intrauerat posse dare bona in solutionem: quando est illi impossibile inuenire emptores, quia data impossibilitate iuramentum non obligat promittentem. c. & si Christus. de iureiur. c. impossibilium. de reg. iuris. lib. 6. Vbi, scilicet, post obligationem casus ille fortuitus emersisset, belli, vel alterius calamitatis, propter quā pecunia ex reb. venalib. reperiri non posset, vt intelligatur reb. sic stantib. l. cum quis. ff. de solu. c. cum inter. de renuntia. Bal. in l. ordo. col. fin. C. de execut. rei iudi. Et id voluit Purpu. in l. 2. §. 1. num. 116. de Rip. no. 28. ff. si cer. peta. Aufre. in decis. Tholosa. 68. quan-
2 do esset incarceratus vt liberetur à carcere. Ista † non placent creditorib. propter regulam quæ prohibet vt aliud pro alio inuito creditori soluatur. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. l. eum à quo. C. de solut. Roman. consi. 163. in prin. Paul. de Cast. consi. 47. num. 3. libr. 2. Gosa. consi. 27. num. 27. Cepha. consi. 195. nom. 5. & seq. Tiraq. de retract. consang. §. 1. Glos. 7. num. 21. Non obstante d. authen. Hoc nisi debitor, quæ multa exigit, quę cessant in huiusmodi casu, Roma. inquit in d. consi. 163. Ias. consi. 9. nu. 13. lib. 1. Ripa vbi suprà num. 25. Loquitur etiam de simplici, & priuato debitore, non de publico, id est, de ciuitate, quę potest collationes facere super capita ciuium, & vendere quotas fructuum pro solutione æris alieni. l. 1. & 2. ff. de administ. rerum ad ciuita. pertinent. l. 2. vbi omnes no. ff. de re iudi. Oportet etiam vt realiter, & cum effectu detur fideiussor non per solam oblationem, vt nostri dicunt, quos suprà retulimus, & Nata. consi. 344. nu. 3. 4. Bene intendit decisi. 28. Et propter iuramentum, quod in forma specifica obseruandum est, non per æquipollēs, vt aliud pro promissum aliud solutū. Alex. consi. 37. nu. 25. 26. lib. 2. Ias. & Gosa. vbi suprà, Rol. à Vale consi. 6. nu. 44. & consi. 53. in fi. lib. 1. Cum magna sit differentia inter prædia, & numeratos nummos. l. 1. ff. de contra. emp. l. nummis. ff. de in litem iurand. Sicut alia est vox noctuæ, alia cornicis, vt est in adagio, ita male sonat audire debitorem dicētem pro pecunia liquida, velle soluere agrestem fundum. Imò hac via fois priuati agris magis locum desererent, & à cultura euocarentur quod non permittitur. l. 3. C. de omni agro deserto. lib. 11. l. 2. ibi, non euocentur ab opere rustici, & alibi vacabit sua statione sedens in foro? nequaquam. ff. de nundi. §. 1. in authen. nullum creden. agricolæ. col. 4.

3 Hæc lis magis † procurata visa est, quàm necessaria, si quidem post absolutos, & denegatos saluos conductus introducitur, vt interea quiescant. Merito locum inter cautelas habere debet pro dilatanda debiti solutione. Tandem eo reducitur quæstio, an dispositio, quæ de priuato loquitur debitore, extēdenda sit ad ciuitatem? quòd non videbatur, cum de persona loquatur debitoris, non sit intelligenda de ficta. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. sicut ciuitas dicitur. l. mortuo. ff. de fideiuss. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod me. caus. quæ nunquam moritur. l. proponebatur. ff. de iudi. c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. c. quoniam abbas. de offi. delega. Loquamúrque de facienda extensione odiosæ dispositionis, vtpotè quæ venit contra pacta, & conuentiones iuratas, promittendo promissam fidem fallere, seu rumpere. Nimirum si paululum restringi debeat, ne ad personam fictam extenderetur. l. quod verò contra. ff. de legib. & quæ propter necessitatem exempta sunt, non debent in argumentum trahi. l. quæ propter. ff. de reg. iuris.

Imò

Imò dicit sindicus, esse æquam, & rationabilem ne quis cogatur ad impossibile. d. c. impossibilium. Néve liceat debitorum personas indebitè vexare, & detinere. l. iustissimè. ff. de ædi. edi. l. 2. ff. de sta. ho. l. 2. ff. de libe. homi. exhi. §. in pecudum. ff. de rerum diuis. quæ nascitur ex clementia legis contra rigorosos creditores, qui suos radunt debitores vsque ad cutem, sine vlla misericordia contra præceptum domini, vt apud Diuum Matthæum legitur. 18. c. & ca. in singulis. 86. dis. Sicut id ipsum considerasse videtur Imperator. in §. quod autem. in authent. de fideiuss. & vt æquitas magis spectanda sit, non summum ius. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Sicut etiam id suadet. Mar. Tul. Cic. in oratio. pro Murena. & l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. l. placuit. C. de iudi. c. odia. de reg. iur. lib. 6.

Cæterum istæ rationes, & similes non possunt cogere inuitos remittere iura debita. l. donari. ff. de reg. iur. quia prima charitas incipit à seipso. l. præses. C. de seru. & aqua. c. non satis. 86. dist. c. duæ. 45. dis. Deinde, quia ratio impossibilitatis, videtur cessare in huiusmodi casu, si quidē ciuitas potest facilius facere quod soluendo sit, quàm faciat priuatus, multæ enim manus, onus leuius reddunt, vt dici solet, plus possunt plures, quàm vnus, segnius expediunt commissa negotia plures. c. prudētiam. de offi. deleg. c. de quib. 20. dist. Et si dicatur, tanta esse posset æris alieni grauitas, quæ etiā redderet impossibilem solutionem. Respond. hæc altiori egere examine, quæ non possunt liquidam instrumentorum executionem impedire. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. l. 2. & fi. C. de edic. diui Adri. tol. Ideo dixerunt domini, tollendas inhibitiones, & admittendos esse articulos.

SVMMARIVM.

1 *Litigandum non esse contra principem, an nescis longas reges habere manus?*
2 *Venditor regulariter de euictione tenetur, etiam vbi restitutio in integrum locum habet.*
3 *Clausula, siue de iure, siue de facto, qualiter intelligatur, & num. 5. 6.*
4 *Venditor an teneatur de casu fortuito insolito. & nu. 8. 11.*
7 *Indefinita æquipollet vniuersali, quādo eadē est ratio.*
9 *Vniuersalia verba continent maiora expressis.*
10 *Clausula in fine posita, derogat præcedentibus.*
12 *Angeli Perus. decis. in l. 1. C. de peri. & commo. rei vend. amplè declaratur.*
13 *Restitutio in integrum, quando retrotrahatur?*
14 *L. Lucius. ff. de euictio. noua, & vera declaratio contra omnes.*
15 *L. item si verberatum. §. 1. pulcherrimus intellectus.*
16 *Quod alias fuit habetur in consideratione.*
17 *Princeps vendendo tenetur de euictione ad pretij restitutionem, & nu. 21.*
18 *Principi summo non licet dicere cur ita facis?*
19 *Principi obediendū est, si mandet vt quis interficiatur, vel suis priuetur bonis, quia iusta causa præsumitur.*
20 *Princeps non potest auferre Dominis res suas, nisi ex causa, & soluto pretio.*

DECISIO CXXXIIII.

Si venditor promittat de euictione, quæ de iure, vel de facto contingeret an tenebitur de casu qui ex voluntate principis euenit? casus pulcher, & difficilis.

ANTONIVS Partelus Auenionen. fisci creditor in 204. aureis Anno 1569. emit à fisco domum quæ fuerat vnius hæretici eodem pretio. Postea eandem vendidit Ioan. & Baptistæ Eymonetis fratribus, & Petro Guigono quadringentis, & viginti quinque aureis, promittendo de euictione, in ampla forma sicut fieri cōsuetum est. Emptores autem post septem annos virtute edicti pacis, quod pro recuperanda Minerbia (loco inexpugnabili) à nostris principibus emanauit, coacti sunt domū hæredibus hæretici restituere, & remittere sine vllo iudiciorū ordine.

1 † Quærebatur an de euictione teneretur Partelus? Et si agere possit contra fiscum, qui priùs illi domum vendiderat? Ista lis in Rotam delata est, & sæpiùs per me reportata. Cum sit difficilis, infinitos propemodum respiciens casus similes, periculosa admodum, quia vt vulgò dicitur cum principe non esse pugnandum iuxta illud,

Ardua res homini mortali vincere numen.

Et alibi.

An nescis longas reges habere manus?

2 Si † communes iuris regulas sequamur, venditor tenebitur, cum expresse promiserit, si res vēdita euinceretur. l. oblig. §. verbis. ff. de act. & obliga. l. 1. ff. de pact. l. contractus. ff. de reg. iuris. Etiam si petita in integrū restitutione, rem oporteret restituere. l. si cum vēditor. §. 1. ff. de euictio. si quidem omni modo emptor ad suum authorem reuertitur. l. sed vbi. ff. de mino. l. minor. ff. de euictio. secundum naturam emptionis, & vēditionis. l. ex empto. ff. de actio. empt. l. pacta conuenta. ff. de contra. empt. Neque enim bonæ fidei contractus hoc patitur, vt emptor rem remittat, & venditor pretium habeat, & retineat. l. emptorem. §. fi. ff. de actio. empt. l. sed & si stipulatio. ff. de euictio. Etiam si nulla fuisset super euictione promissio, ne vēditor cum alterius iactura locupletaretur, ex æquitate. l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. l. emptorem. §. qui autem. ff. de actio. l. 2. §. fin. C. com. de leg. l. si familiæ. & ibi Glo. & Bart. C. famil. hercis. l. qui libertatem. ff. de euictio. Roma. singul. 382.

3 Hinc † multò magis, si de iure, & de facto contingeret, cōprehendens omnes casus, qui ea natura contractus alias non continerentur. vt not. Glo. in l. cum pœna. ff. de arbit. quam Bald. sequitur. Imo. & Alex. in l. si domus. §. de euictio. de lega. 1. Alex. consil. 4. nu. 2. lib. 3. Cur. Iu. consi. 1. num. 20. Gosadi. consi. 1. nu. 19. & consil. 102. num. 5. Tiraquel. de retract. ad fi. nu. 97.

4 Dicit † venditor, vendendo, & tradendo, tibi transtuli in te omne ius, necnon fortuitum, & violentum casum secundum naturam istius contractus. l. 1. C. de peri. & com. rei vēdi. l. necessario. ff. eo. l. fi. C. de actio. emp. vbi dicit venditorē non teneri de illata emptori violentia. Ancha. consil. 87. Vel si iudex per imprudentiam malè iudicaret. l. si per imprudentiam. ff. de euict. si res vendita periret incendio, ruina, naufragio. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. l. damnum. C. loca. l. incendium. C. si cert. pet. Quia casus fortuitus lædit rei dominum, quādo sine culpa venditoris contingit. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. l. stipulatio ista. in prin. vbi Bart. circa fin. Alex. nu. 14. Ias. nu. 14. ff. de verb. oblig. Bald. in d. l. fi. C. de actio. empt. Rui. consil. 85. nu. 5. & 11. lib. 1. & consil. 59. nu. 14. lib. 4. Can. in c. fi. de emp. & vend. Et istum esse fortuitum casum, qui ex voluntate principis euenit. l. Lucius. ff. de euict. Nec obstant
5 illa verba, † tam de iure, quam de facto, quæ intelliguntur, vt teneatur venditor emptori in iudicio assistere, expēsas soluere, & ad alia, quæ factū respiciunt,

vel illum incertum iudiciorum exitum. l. quod debetur. ff. de peculio. quando accideret culpa iudicis ordine tamen iudiciorum ſeruato. vt ſcribit Ang. conſilio 176. quem noſtri præceptores ſequuntur in d.l. ſtipulatio iſta.

6 Quod † non probamus, cum in eadem euictionis clauſula expreſſa fiat mentio de ſoluẽdis expenſis, & aſſiſtentia, vt aduertit Paul. de Caſt. in d.l. fi. nu. 4. poſt Bald. cõtra Bart. Nec etiam poteſt referri ad illum incertum iudiciorum exitum: quia nõ dicitur iudex de facto procedere, ſi præſcriptum à iure ordinẽ ſeruet. Licet contra ius litigatoris iudicaret, illáq; ſententia vim obtineat iudicati. l. cũ prolatis. ff. de re iud. c. cum inter. eo. Et præſumatur legitimè lata, iuris quodam adminiculo. l. Herennius. §. Caya. ff. de euict. l. pen. ff. de iuſti. & iure. l. ingenuum. ff. de ſta. homi.

7 Ideo † adhuc remanet obiectio, quod hunc caſum promiſerit cum indefinitè de facto fuerit locutus, & indefinita æquipoleat vniuerſali. l. ſi pluribus. vbi Bar. & l. ſi ita relictum. de leg. 2. Alex. conſil. 26. num. 3. 4. lib. 4. Pano. in Rub. de conſue. in fin. Deci. conſil. 585. nu. 8. Quando in vtroque eadẽ ratio militat. vt Deci. inquit conſil. 490. num. 4. & conſil. 388. nu. 5. Couar. Varia. Reſolu. lib. 1. c. 13. nu. 9. Nempè, qui promittit illud quod de facto fiet, qualecunque ſit, dicitur promiſiſſe illud cuius repugnat vt fieri debeat. l. meminerint. C. vnde vi. l. prohibitum. C. de iure fiſ. lib. 10. l. deuotum. C. de meta. lib. 12. hinc ius eſt certum, facta incerta, quæ etiam prudentiſſimos fallunt. l. 2. ff. de iuris, & facti igno. quæ tanquam diuerſa ponuntur, vt in Rub. Itaque dubiam ſemper, & incertã promiſſionem fecit. d. l. ſtipulatio iſta, & l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de verb. oblig. Et qualiſcũque eueniat caſus, per quem res de facto euinceretur, videtur in obligatione comprehenſus. Panor. conſil. 43. lib. 1. Alex. conſil. 4. num. 2. lib. 3. Deci. conſil. 323. nu. 4. Cachera. deciſ. 48. num. 8. Pariſ. conſil. 76. num. 21. lib. 3. Gram. reſpon. 7. nu. 23. lib. 1. Nata in repeti. cle. ſæpè. in verbo cauſas. col. fin. de verb. ſignif.

8 Imò † inquit venditor, de iſto nunquam fuiſſe cogitatũ, quis credidiſſet hæreticos diuinæ, & humanæ maieſtatis reos obtenturos reſtitutionem cõtra diuinas, & humanas leges, ad bona, quæ delinquẽdo amiſerant? Iſte euẽtus dicitur præter omnem expectationem, qui nullis probabilibus coniecturis ſperabatur. l. fiſtulas. §. frumẽta. ff. de contra. empt. l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis cautio. l. Seyo. §. medico. de annu. lega. Bald. in l. falſus. C. de furtis. Soci. conſi. 123. nu. 2. lib. 4. Rip. de peſte, de priuil. contract. nu. 97. & 102. qui dicunt, eum, qui ſe obligauit ad caſus fortuitos non teneri pro inſolitis. Iſte autem non ſolum inſolitus, ſed etiam credebatur impoſſibilis, toto ſcilicet repugnante iure. l. conditiones. ff. de condit. inſtitut. l. impoſſibilium, vbi Deci. & Cagno. ff. de reg. iur. Bart. in l. 1. C. de condi. inſtit. hactenus inuiſus, & inauditus. l. nam ad ea. ff. de legibus.

Cæterùm eo etiam tempore promulgata fuerat quædam alia indulgentia in fauorem iſtorum requirente Rege, ad ſedandos magnos Galliarum tumultus, ad quam pars hic non aduertit.

9 Aduerte † etiam, quod in clauſula iſtius euictionis nullum reperitur verbum, quod ſit vniuerſale, veluti quomodocũque, vel qualitercunq; contingeret euictio. illud enim ſolet maiora expreſſis includere. l. Iul. de lega. 3. Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufru. lega. Cra. cõſi. 190. nu. 4. & conſi. 294. nu. 1. Tiraq. de retra. conſi. 6. 1. Gl. 7. nu. 20. Et de illis verbis loquitur. Pan. d. conſil. 43. lib. 2. Alex. d. conſi. 4. & alij ſuprà allegati.

10 Imò, † in fi. clauſulæ dicitur, promiſit eum defendere tanquam euictionarius, quod intelligitur ſecundum iuris terminos. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. l. quidã cum filium. ff. de verb. oblig. Alex. conſil. 133. num. 5. lib. 5. ſubiectámq; materiam. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de vſu. l. ſi vno anno. ff. lo. l. ſi inſulã. ff. de præſcript. verbis. Pano. in c. conſuluit. num. 6. & cap. fin. nu. 8. de vſuris. Alex. conſil. 43. nu. 21. 22. lib. 4. Rip. de priuil. contract. nu. 57. & ſeq. Iuris autem diſpoſitio hæc eſt: ne vẽditor fortuitos teneatur præſtare caſus. d. l. 2. de peri. & com. rei vend. & d. l. Lucius, & tanquam in fi. poſita ſolet poſteriorib. derogare. l. pacta nouiſ. C. de pact. l. nihil prohibet. de adimen. leg. l. ſi cum fundum. ibi, tamen inferiore parte me ſatis liberatum puto. ff. de verb. ſignif.

11 Venit † etiam in conſiderationem, quod omnes emptores iſtorum bonorum coacti fuerunt illa reſtituere, ſine vllo iudiciorum ordine, repugnantibus legibus, quæ volunt male meritos publicè (vt exemplo alijs ſint ad deterrenda maleficia) egeſtate laborare debere. l. bona fides. ff. depoſi. l. itaque fullo. ff. de fur. c. cum ſecundum leges. de hære. lib. 6. Ideo locum ſibi vendicat diſpoſitio d. l. fin. quaſi vi expulſi fuerint. C. de actio. empt. Nata conſi. 181. num. 4. Rolaud. à Val. conſil. 45. num. 3. & ſequen. lib. 3.

Iſti loquuntur de deiectione violenta, ſine vllo iuris ordine illata. Hic de edicto publico, à principe emanato, & maturè, cauſa publici, & maioris boni, & auditis partibus exequuto, tametſi ſummatiè, & breuiter. Cuius ideo mora maius erat allatura periculum. Itaque quæ à principe fiunt, bene facta cenſentur. doct. in d. c. quæ in eccleſiarum. vbi Deci. nu. 27. Alex. conſil. 101. num. 8. lib. 1. Iaſ. conſil. 233. lib. 2. & conſil. 46. lib. 3. Cra. conſil. 103. nu. 14. & conſil. 172. in princ. & conſil. pro genero. num. 112.

12 Veruntamẽ † ſeruiebat emptori, vna deciſio Ang. in l. 1. num. 2. C. de peri. & com. rei vendi. Vbi inquit, ſi exitij ex forma legis, vel pactorũ fuerint reſtituti ad eorum bona, vẽditor tenebitur de euictione. Cum fictione iuris euictio præcedat contractum. Virtute reſtitutionis, quæ retrotrahitur. l. in cauſæ. §. reſtitutio. ff. de mino. hanc ſequitur Cachera. deciſ. 48. nu. 8. & ita iudicatum à ſenatu Pedemontano.

13 Huic † reſpondet venditor, iſtos non poſſe dici in integrum reſtitutos, neq; plenariam obtinuiſſe reſtitutio. de qua loquitur d. l. in cauſæ. §. fin. & l. 1. C. de ſenten. paſſis, & reſtit. vt pote cum illis adhuc in hæreſi remanentibus prohibitũ ſit, hic habitare: deinde, quod illis ex noua cauſa non ex antiqua bona fuerint reſtituta, cum delinquendo hoc ius amiſerint, & perdiderint, quod ſemel extinctum non reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. vt multis probatur legibus. l. cum allegas. C. de re milita. lib. 12. l. 1. §. ſi pendeat. ff. ad Macedo. l. in inſulam. & l. fin. vbi Bart. latè. C. de ſenten. paſſ. l. fi. C. de remi. pignu. c. quamuis. vbi Glo. de reſcript. lib. 6. Et quia ex gratia facta eſt, non propriè reſtitutio vocatur, vt ibi ſcribit Glo. & Fran. nu. 3. 4. cap. ex inſinuatione. de ſimo. Alex. in d. §. & quid ſi tantum. nu. 22. Cur. ſe. conſil. 71. in fin. Couar. lib. 1. cap. 3. nu. 13. Ang. verò de hac impropria non loquitur reſtitutione, nec Cachera.

Hæc ſolutio non tollit dubium, ſi quidem per articulos pacis, ad corũ bona pleniſſimè reſtituuntur, eo excepto, quod hic nõ habitabunt propter contagionis periculum. Nec poſſunt fructus petere, quod eſt naturale huius reſtitutionis. authent. Idem de Neſtorianis. C. de hære. Nõnne illi exitirij priuati fuerãt eorum bonis propter delictum, & tamen emptores pretium

tium recuperant? In articulis etiam sunt clausulæ, vt nihil illis opponi possit occasione delicti, vel incursæ confiscationis, &c. vt aduertit Alex. in d.§.& quid si tantum.nu.21.Fortu.Gar.ou.225.Et dum in hoc dubio esset iudicantium animus, nouiter adducitur, vna decisio Putei 391.lib.3.in terminis, de illis, qui emerant bona cõfiscata Bentiuoliorum, qui post modum fuerant à summo Pontifice restituti: deciditur, venditores non teneri. Cum ille casus dicatur fortuitus, qui a voluntate principis dependebat. d.l.Lucius. & ita Rotam iudicasse, vnde Cardo huius quæstionis residet super d.l.Lucius.

Lucius Titius prædia in Germania trans Rhenum emit, & partem pretij intulit. Cum in residuã quantitatem hæres emptoris conueniretur, quæstionem intulit, dicens has possessiones ex præcepto principali partim distractas, partim veteranis in præmium assignatas. Quæro, an huius rei periculum ad venditorem pertinere possit? Paulus respond. futuros euictionis casus post contractam venditionem ad venditorem non pertinere. Ideo secundum ea quæ proponontur pretium prædiorum peti posse.

14 Ista † lex in vtranque partem flectitur, & seruit vtrique venditori, vt futuros non teneatur præstare casus, qui post venditionem contigerunt, veluti, si princeps prædia vendita militib. assignauerit, tenetur nihilominus emptor pretium prædiorum exsoluere venditori, & pati illum fortuitum casum. Etsi, casum euictionis ibi euenisse post cõtractam venditionem, per illa verba, Respondi futuros casus post contractam vendi. hic verò, ante virtute restitutionis, per quam reponuntur in eo statu, in quo erant tempore priuationis.d.§.restituto. d.l.1. C.de senten. pass.l.videamus.§.in Fauiana.ff.de vsu. quæ retrotrahitur, vt nostri seniores aduertunt. in d. §. & quid si tantum. vbi Ias.nu.77.78.79.de Afflict. decis.361.nu.7.Boër. decis.38.num.7. Capi.decis.69. in princ. & num.22. Rolaod.à Val.num.115.lib.3. Ideo venditor præstabit casum, ante venditionem contingentem, quia emptor adhuc non erat rei dominus.

Præterea, in ea dicitur ex præcepto principis poss. partim fuisse distractas, id est, publicatas, secundum Glo.ex delicto emptoris, alioqui, si ex delicto venditoris, hoc fuisset iniquum, vt probat l. si fundum. ff. loca.si fundum tibi vendidero, & is publicatus sit, teneor tibi pretium restituere: & ita, ibi venditor, deliquerat. hic emptor, vt Glo. in vtraque lege ita declarat, & Paul.de Castr.num.2.& Alber. Ideo princeps vtramque fecit & distractionem, & assignationem ex delicto emptoris, vt vna determinatio æqualiter determinet. l. iam hoc iure. ff. de vulga. vnde dico ego (licet omnes alij aliter sentiant) legem Lucius, non probare voluntatem principis fortuitum esse casum, vel quod possit rei dominium alteri auferre. Quia secundum Glo.communiter approbatam, emptor delictum commiserat, quo casu iure communi eius bona ad principem deferebantur.l.1.ff.de iure fis. Ita, vt ille casus facto emptoris acciderit post perfectã venditionem. Nimirum si dicat ad venditorem non pertinere, cui alienum factum nocere non debet. l. saoximos.C.de pœnis. Et quia dicit, ex principali præcepto, quod causa cognita proficiscitur.l.1.ibi, vel ex edicto præcepit.ff.de consti. prin. quæ quidem verba sunt potiùs iuris, quàm facti, demonstrantia ex iusta causa emanasse, tantum abest vt tale præceptum dicatur fortuitus casus. l.qui contra legum præcepta.ff. de incest. & nef. nupt. hinc iuris præcepta dicuntur quo modo dici potest volũtas principis casus fortuitus, qui dicitur cui humana prouidentia præuideri non potest. l. quæ fortuitis. C.de piguo. actio.l.contractus.ff.de reg.iur. At princeps est animal rationale.d.l.digna vox.& latè Rol.à Val.consil.13.num.33. cum seq.lib.3.igitur casum fortuitum ipse facere non potest, cum illi casui per rationem prouidere possit & illum tollere? Illa autem quæ velo leuato, & immaturè à principe fiunt, vel fieri mandantur, non solent habere executionem.l.si vendicari. C.de pœnis. c.si quando.de rescript.c.cum teneamur, de præbend. Et si dicatur, ratio in l.posita aliter videtur persuadere, ibi, futuros euictionis casus, &c. Resp. delictum etiam casus dicitur fortuitus.l.contractus.ff.de regul. iur.& not.in l.quæ fortuitis.C.de pign. act. Bart.in l. his.in principi.ff. solut. matri. Et si iterum impugnaueris quod hoc modo, modicam haberet dubitat. Respondeo, tantam, sicut d.l.si fundus, quis negat, si fundum mihi locaueris, & is ex delicto tuo sit publicatus, liceat mihi pretium repetere, quamuis per te non stet quominus eum mihi præstes. Ita, & hic, per venditorem non stabat, quo minus emptor re empta frueretur.

Obstat denique latem si verberatum.§.1. ff. de rei vendi. vbi etiam sine delicto possessoris princeps assignauit prædia militibus modico dato. Aliqui dicunt modicum ibi accipi pro vero rei valore, quia semper modicum dari videtur, quando ab inuito res auferretur, vt volunt Cy. Iaco.Bald.ibi, arg.l.nec emere.C. de iure delibe. Licet Pinel.in 1.par.Rub.C.de rescin. vendi. num.14. existimet I.C.noluisse explicare quid præstandum sit re ablata, sed referre solum facti contingentiam, sicut aliquando solet.l.denunciasse.§.fin. ff.de adulte.quod non placet: tanquam refugium miserorum. Cum ibi principaliter dubitetur, quando bonæfidei possessor necessitate distraxit, an verò domino debeat pretium, quod habuit restituere, veluti si fructus ante tempus minus vendidisset, dubitans ne corrumperentur, si fundus fuisset militib. assignatus modico accepto. Si modicum pro æquiualenti satisfactione acciperetur, inanis esset dubitatio, & contra propriam verbi significationem, vt modicum pro toto accipiatur. Similiter si solà facti contingentiam recitaret sequeretur, quod fundi dominus posset à possessore verum pretium petere, quia, non quod fit, sed quod fieri debet inspicimus.l.pen.ff.de iusti.& iure.l.sed neque.ff.de offi.præsid. Nec etiã quod honoris gratia referatur ad possessorem, cui nullus dicitur fieri honos, si tantum modicum pro re acciperet.cap. ecce.99.dist.sed ad milites, quibus in præmium laborũ prædia assignatur.d.l.Lucius. Et propterea quando ita esset, quod prædia militib. per principes assignarentur oporteret intelligere de illis fundis, qui expulsis hostib. ad Dominos redierunt. iuxta l.si captiuus. §.expulsis.ff.de capti. & post. reuer. Propterea quod res illa semel fuerat deperdita, perpetuò durabat in eadem qualitate.l.cum pater.§.quindecim. de lega.2. Bart.in l.1.in prin.ff.de offi.eius.c.quæris. versi. item per hãc societatem.de consecra.dist.4. Ne si prospera fortuna, & militum virtute redempta fuisset, & recuperata.arg.l.qui res.§.aream.ff.de solut. Ideo facilius de his disponit princeps fauore militum, vt impellantur cõtra hostes pugnare.l.in Bello.§.si quis seruum. ff. de capti. quam de alijs bonis, quæ non fuerant in hostiũ manib.arg.l.si vnus. §. pactus ne peteret. ff.de pact.§.pauonum.Insti.de rerũ diuis. c. ab exordio.35. dist. Ponderando etiam dum dicit militib. vel veteranis, quæ quidem qualitas demonstrat, quod agebatur de re militari, quasi militib. debita, vt qualitas adiũcta

verbo

verbo intelligatur secundum tempus verbi. l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa.Bart. & alij in l. ex facto. vbi de Ripa.num.29.cum seq.ff.de vulga.Hinc statutum dans fidem libris mercatorum, intelligitur dum modo contrahant in causam illius mercantiæ,& artificij.l.3.§.eodem modo.ibi,qui exercentes negotium suum recipiunt,cæterum si extra negotiū receperint, non tenebuntur. ff. nau. caup.stabu. Roma. consilio 204.nu.3.& consil.205.nu.3. Aretin.consil.33.in prin. Bart.in l.admonendi.& ibi Ias.nu.124.de Rip.127.ff. de iureiur. Plerunque enim habetur ratio, cius quod alias fuit.l.1.C.de comi.qui pro. regunt. lib.12. l.seruos.C.de quæst.l.fi.C.de decurio.no.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.num.81.de constitu.ita & hic,qua fundus ille alias fuerat hostium,& amissus à domino facilius de illo disponit princeps facta recuperatione. Alioquin si vellet mihi auferre aliud prædiū, vel domum meam & dare militib.vel alteri hoc non potest.Cum rerum dominia sint iurisgentium, contra quod non potest princeps.l.ex hoc iure.ff.de Iusti. & iure.§.sed naturalia.Inst.de iure natura.gen.&ci.l.digna.vox.C. de legib.l.Nepos proculo.ff.de verb.sign.adde, quod secundum cōmunem opinio. Illa verba honoris gratia. posita in d. §. item si verberatum. referuntur ad milites, quibus videtur honorificum si illis fuerit assignatus ager, quem armis ab hostibus recuperauerunt. vnde, dicebat Iacob filio suo Ioseph. do tibi vnam partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio,& arcu meo.vt Genes.48.cap.

18 Obstat † tamen,quod non est licitum nobis dicere principi,Cur ita facis.l.sacrilegij. C. de crimi.sacri. l.quæris.ff.de natali.restit.l.1. ff. de consti. prin.Bald. in prælu.feudo.num.34.& in l.2.num.39.C.de serui. & aqua. Hypol.in l.de vnoquoque.num.16.cum seq. ff.de re iudica. Ego (inquit Cæsar) mundi Dominus, lex autem maris. l. deprecatio. ff. ad l. Rho.de iac. l. bene à Zenone. C. de quad.præsc.in memoriam.19. dist.cap.sollicite.de maior.& obed.cap.nouit.de indi. Qui præsumitur omnia iustè,& ritè facere.l.si quando.C.de inoffi.testam.Cle.1.de proba.Deci.in c.quæ in ecclesiarum.num.24.de consti.

19 Imò † si mandet,vt aliquis interficiatur, vel bonis suis priuetur,illi parēdum est,quia creditur hæc, non sine magna causa facere, & occasione publici,vel maioris boni.c.quid ergo.23.q.1.Panor.consil.84.nu.7. lib.1.Alex.consil.216.nu.18.19.lib.2. Ang.vero in d. l.item si verberatum.§.1.audacter dicit,posse auferre res proprias dominis, & qui cōtrarium dicunt,mentiuntur.Deci.consil.191.nu.3.4.5. & consil.498.nu. 24.de Afflict.in c.1.§.similiter.num.24.de capita.qui curiam vendi.Capi.decis.166.Gosadi.consil.5.nu.25.

20 Verumenimuerò,† multi grauissimi magnæque auctoritatis patres, tantam licentiam restringendam putant, vt hoc non liceat sibi, nisi ex causa, & prius domino soluto pretio.Ne videatur à Deo,à quo omnis potestas descendit hanc peccandi facultatem habere,vel posse alteri iniuriam facere,vt scribit Barr.in l.fi.C.si contra ius,vel vti.publ.& in procem.ff. Nam tunc non Dei, sed tyranni locum diceretur habere: quia posse non dicitur quod peccādo faceret. c.faciat homo.22.q.3.l.nepos.ff.de verb.signi. l.conditiones. ff.de cond.insti.l.impossibilium. ff.de reg.iur.Capi.d. decis.166.nu.12.Garcia.gra.in d.§.& quid si tantum. nu.190.cum seq.Alcia.in l.recensere.ff.de verb.signi. Corras.in l.frater à fratre.num.71.ff.de condi.indeb. hinc Bald. in l. Æmil. ff.de mino. inquit, Magnus est Cæsar,sed eo maior est veritas,& ratio.Pinel.in 1.par. Rub.de resc.vend.c.3.num.25. Videmus etiam quàm acerrimè fuerit ab omnipotenti, & summo Deo castigatus ille Rex Israel, quod Nebutæ repugnanti vineam abstulerit,vt 3.Reg.cap.21.de quo loquitur D. Ambrosius in cap.conuenior.23.quæst.8.

21 Hinc † inte merito ex cōtractu obligatur princeps. l.Cæsar.ff.de publi. c.1. de proba. quia est animal rationale vt inquit Bald. in l. si aquam. C. de serui. & aqua. latè Dec. in d. cap.1. Alioquin priuaretur commercio hominum, nemine cum illo contrahere volente, quod esset illi maximè damnosum. l.hi qu.C. de apoch.Roma.consil.252.num.24. Ideo si ipse,vel eius procurator rem fiscalem vēdiderit, de euictione tenebitur.l.bene à Zenone. C.de quadr. præs. l. procurator Cæsaris.ff.de iure fisc.l.fin.C. de vendi. rerum fisc.de his scribit Archid.in c. per principalem.9. q.3. & Ias.in l. Barbarius.nu.36.ff.de offi. prato.& dixi 3. decis.127. Ideo si Parrellus de euictione teneatur erga emptores,eadem ratione fiscus Parrello tenebitur, cum expressè pro illa fiscus se obligauerit, vt tenore instrumenti constat.

22 Sed † illud magis vrgebat indicantiū animos quod si ita iudicaremus, Idem in similibus, eodémque tenore condemnandus esset princeps pretia venditionum alijs similiter emptoribus restituere, qui coacti fuerunt damnatis & proscriptis bona empta reddere, quod esset perdifficile propter multitudinem damnatorum, & tam magnam denariorum molem. Sed quid tandem? verè vti possum illo Terentij ænigmate, quod scio, nescio, incertus admodum in recolligendis nostrorum votis. Omnes fuerunt voti repellendos actores ab eorum petitionibus, relaxandúmque Parrellum,me excepto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenionis permittens debitori, cuius res ad instantiam creditoris alienata fuit, vt possit intra mensem rem suam redimere, non soluere laudemium. An habeat locum in eo, qui sola hypotheca tenetur?*

2 *Debitor propriè dicitur, qui est personaliter obligatus,& num.8.*

3 *Statutum odiosum restringi debet. & num.5.*

4 *Debitori legata liberatio non continet debitum reale.*

6 *Ratio similis,similes decidit casus,etiam in odiosis.*

7 *Fauorabilis dicitur decisio, licet respectu alterius odium contineat,quia inspicimus quod principaliter operatur.*

DECISIO CXXXIIII.

Vide summarium, num.1.

1 STATVTO † huius ciuitatis canetur. Si debitor cuius res distracta est, & liberata ad instantiam creditoris, infra mensem pretiū,& expensas exsoluerit, res sit inempta nec teneatur laudemium soluere. Maria Droina,cui à patre legata fuerant mille egit hypothecaria contra domum alienatā ab hærede,quæ quidem possidebat Catharina Bodolia, & factis pro more licitationib. liberata fuit Petro Cucurono pretio septingentorum,qui declarauit emisse nomine Bodoliæ, quæ quidem post duos, aut quatuor dies pretium cum expēsis Droinæ creditrici expediuit.Domini Celestini tanquā directi domini petunt laudemiū ex illa venditione debitum, quęritur quid iuris?Ista causa prius vertebatur coram dd. iudicibus ordinarijs, & vtraque pars petijt vt illi de voto Rotæ iudicarent. Et † videbatur deberi:quia 2

statutum

statutū de debitore loquitur, qui dicitur, à quo inuito
pecunia exigi potest. l. debitor. ff. de verb. signif. Is au-
tem qui tenetur reali actione, nullo iuris vinculo
astringitur. §. 1. & §. omniū. Insti. de actio. ibi, aut cum
illo agit, qui nullo iure sibi obligatus est, mouet ta-
men ei, de aliqua re quæstionem. Licet grosso modo
dicatur obligatus, vt inquit Glo. in d. §. 1. tamen, quia
verba statuti propriè, & strictè intelliguntur. l. 3. §.
hæc verba. ff. de negot. gest. Bart. in l. omnes populi.
nu. 58. non videbatur istum casum comprehendere,
3 cum sit † odiosum, & cōtra communem iuris dispo-
sitionem, quæ dat dominis directis pretij quinquage-
simam, quoties emphyteoticaria alienatur. l. fin. C. de
iure emphyteo. Ideo locū debet habere. l. quod verò
contra. ff. de legib. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu.
Bart. not. in l. 1. ff. de fonte. Hinc si statutum dicat, si
intra decem annos non fuerit petitum debitum, libe-
retur debitor, non liberabitur, qui reali actione tene-
retur. vt scribit Bald. consil. 485. nu. 4. lib. 1. Gomesi.
in d. §. 1. de actio. licet Alcia. in l. pecuniæ. §. fin. ff. de
verb. signif. contrarium velit.

4 Si † testator liberaret suos debitores, illi, qui ad
rem restituendam tenentur nō gaudebunt liberatio-
ne l. Aurel. §. Mæuia. de libera. lega. Bald. consil. 45. &
consi. 46. lib. 1. Ideo cum loquatur de debitore de ve-
ro intelligendum est, nō de largo, & improprio. Suf-
5 ficit † si statutum in vno solo verificetur, vt minus
ius commune lædatur. l. seruum habeo. ff. ad Macedo.
c. cum dilectus. ff. de consue. l. 2. C. de noxa. Alex. con-
sil. 75. num. 10. lib. 4. Roman. consil. 328. col. fin. Cor.
consil. 100. num. 5. lib. 3. Bertr. consil. 227. nu. 4. lib. 2.
& consil. 374. num. 4. lib. 1. Cra. consil. 197. num. 6.

6 Cæterum † visum est nobis hanc statuti liberalitatem locum etiam habere, in eo, qui actione hypothecaria teneretur, ex identitate rationis. Cum gratia possessoris edictum fuerit, ne re sua priuaretur, & ad extraneas perueniret manus. arg. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. l. 2. C. de alluuio. & palu. cap. 1. de in integ. resti. Et ne retrahatur à redemptione, laudemij sustulit solutionem, vt hoc facilius possit, & valeat. Congruit siquidem æquitati, antiquos fundorū possessores nouis præferendos. l. prædia. l. congruit. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. Hinc iura retractus, Protomiseos, & similia, quæ permittunt redimere alienationes. c. cōstitutus. de in integ. resti. vt latè per doctiss. D. And. Tiraq. de iure retrahendi. Solemus etiā in statutis odiosis, & cōtra ius commune disponentib. facere extensiones de casu, ad casum in quo eadem militat ratio. Bald. in d. l. quod verò cōtra. & in l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. Deci. consil. 333. nu. 4. Cra. consi. 336. nu. 10. Nam sicut genus comprehendit species. l. semper. ff. de reg. iur. ita generalis ratio comprehendit diuersas species casuum emergentium. vt not. in l. iura non ad singulas. ff. de legib. & in d. l. quod vero cōtra. Bald. in l. de quib. eod. tit. & in c. quia V. in fin. de iudi. Non per extēsionem, sed per tacitam dispositionem. Bald. in l. his solis. C. de reuo. dona. Ancha. consil. 96. num. 3. Paul. de Cast. consil. 83. nu. 1. & 5. lib. 2. Huic seruit, lex nominis, & rei. §. verbū ex legib. ff. de verb. signif. Tiraq. de retract. consil. §. 20. Glo. vni. num. 2. & in l. si vnquam. in verbo, libertis. num. 37.

Imo maior ratio militare videtur in huiusmodi casu, Nam si liceat illi, qui est personaliter obligatus atque realiter fundum distractum redimere, fortiùs debet illi licere, qui vna tantum obligatione tenetur. Cum duo vincula sint fortiora vno. authent. itaque. C. com. de success.

7 Et † licet respectu dominorum appareat odiosum, tamen principaliter illis, qui rerum suarum patiuntur distractionem fauere dicitur, & id magis in considerationem venit, vt odium vincat. l. diuus. ff. de in integ. restit. l. non solum. ff. de ritu nuptia. l. qui duos. §. si Lucius. vbi Socin. in 4. not. ff. de reb. dub. c. transmissa. qui filij sint legi. cap. literas. de præsumpt. Sicut illud quod stantib. masculis fœminas excludit, communi voce fauorabile dicitur. Idem in quacunque reciproca dispositione, vt est Gloss. quam omnes sequuntur in l. 2. C. de in ius vocand. vt Cyr. Bart. Bald. Alberi. Roman. Alex. Ias. Cur. & Deci. ibi attestantur. & Deci. in §. Cornelio Felici. in præfa. num. 22. Alex. consil. 75. nu. 14. lib. 4. quocirca tanquam fauorabile venit ampliandum. Ias. consil. 24. lib. 1.

8 Imò † nulla ampliatione opus est, cum ille debitor etiam dicatur, qui reali actione conuenitur. l. pecuniæ verbum. §. fi. ff. de verb. signif. l. creditores. eo. tit. Nec ob. d. §. omnium. qui loquitur respectu personæ non ipsius rei, quam tenetur restituere. d. l. creditores. ibi, ex quacunque actione. In d. §. Mæuia. apparebat de contraria mente testatoris, qui vere redditas sibi rationes existimabat: Ideo legando liberationem, non censebatur voluisse legare, quod ad ipsum iure Dominij pertinebat. leg. fin. §. Titia. eo. tit. & Bald. declarat in l. cum necesse. C. de fidei. Alcia. in d. l. pecuniæ verbum, quod debebatur actione personali incertum erat quid, & quantum, quod verò ad testatorem iure dominij certum. Nimirum si cum incertitudine non præsumitur certum reliquisse. Vltimò, omne dubium tollitur: quia statutum loquitur de debitore pignorato ad instantiam creditoris, proinde locum sibi vendicat in quocunque possessore, qui sola reali actione teneretur, & ita fuit conclusum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens contrahere sine certa solemnitate, locum etiam habet, si in alio loco contraheretur.*
2 *Mulieres, faciles, vagæ, & mobiles.*
3 *Statuendi potestas inter subditos territorio non arctatur.*
4 *Statutum loci, de bonis in loco sitis intelligitur, non alibi.*
5 *Nomina debitorum locum non occupant.*
6 *Legato fundo instructo non continentur pecunia à colono debita.*
7 *Donatio facta de bonis Parisiis existentibus non continet nomina debitorum, Parisiis existētium. Fallit num. 8.*
9 *Fauor personæ facit valere contractum per statutum reprobatum.*

DECISIO CXXXV.

De his, qui contrahunt extra locum statuti, non obseruata statuti solennitate, casus vtilis, & quotidianus.

LVDOVICA Oliuetia vxor Rolādi Corseti armatorij Auenionis existens in loco Minerbræ apud generum donauit Ludouicæ Martinæ nepti, & filiolæ suæ quinquaginta aureos post mortem exsoluēdos deinde reuersa in ciuitatē facto testamento Margaretam aliam filiam suam hæredem fecit, quæ recusat soluere donationem, ex eo, quod non fuerit obseruata statuti Auenionis forma, quæ prohibet mulieribus nuptis contrahere sine cōsensu duorum consanguineorum, quod locum habet vbicunq; mulier contraheret sine

præſcripta ſolennitate. Sicut de minore dicimus, cui in certo loco datus eſſet curator. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. Idem in prodigo, cui bonis interdictum eſt. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. Iul. ff. de cura. furio. l. relegatorũ. §. interdicere. ff. de interd. & relega. Eiuſdem generis eſt ſententia, quæ in vno loco lata, vbique ſe extendit. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. c. fi. de foro compe. Bart. in l. ſi duo. ff. de admi. tut. & in l. 1. num. 32. C. de ſum. trini. Rom. conſil. 39. in princ. Alex. conſil. 41. num. 7. 8. lib. 5. Hypol. in l. fi. num. 142. ff. de iuriſ. om. iud. Quod ita introductum fuit ne ipſæ mulieres ob ſexus fragilitatem fallantur, & decipiantur. §. 1. Inſtit. quib. aliena. licet vel nõ. Iaſ. in l. non tantum. num. 7. ff. de re iud. & in fin. num. 16. C. de indic. vidui. tol. Proinde, ſi liceret extra locum aliter contrahere, ſtatutum omnino redderetur illuſorium ſubornando mulierẽ vt alio ſe conferret con-
2 trahendi gratia. Cum † ſint faciles, vagæ, & mobiles. c. forus. de verb. ſignif. l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſt. c. de viduis. 2. 27. q. 1. iuxta illud, ſed flecti poterit, mens eſt mutabilis illis. Glo. in l. 1. C. de confir. tuto. Tiraq. in 9. l. coonubia. num. 129. Et contra mentem ſtatuentium, qui voluerunt diuerſis hominũ fallaciis occurrere. l. mercatores. C. de commer. & merca. l. 2. C. de eunuchis. l. in fundo. ff. de rei ven. cap. porro de diuor. & ne quod vna via prohibitum erat, alia permitteretur. c. cum quid. de reg. iur. li. 6. l. fi. C. ſi manci. ita veneat ne proſti. Bart. in d. l. 1. in 6. q. C. de ſum. tri.
3 dicit † ſtatutum, quod diſponit filiũ fami. non poſſe obligari ſine conſenſu patris, ſuas vires extendere ad omnes contractus etiã extra territorium geſtos: quia poteſtas inter ſubditos non arctatur territorio. l. fi. ff. de decre. ab ordi. facien. l. ſi quis in hoc. C. de epiſ. & cleri. latè Tiraq. de legib. connu. Gl. 8. nu. 219. quamuis Aret. contrarium dicat conſil. 54. col. 2. verſi. 3. ratio. & conſil. 73. col. 3. quibus reſpondet Tiraq. vbi ſ.
4 Et † ſi dicatur, diſpoſitio non extenditur niſi ab bona quæ ſunt in territorio diſponentis, & non ad alia. l. ſi vnus. §. is qui. ibi, eo loco cuius cura ad iubentem pertinet. ff. de bonis auro. iud. poſſi. cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti. Bart. in d. l. 1. num. 41. & ibi Saly. nu. 13. Si Lucanus in Anglia domicilium habeat, & bona in loco originis, in bonis Anglicanis ſeruabitur ſtatutum Angliæ, in aliis ſtatutum Lucæ. l. incola. ff. ad municip. l. reſcripto. §. fi. ff. de mune. & hono. Soci. conſil. 292. nu. 2. verſi. ſed præmiſſis. lib. 2. Cor. conſi. 115. nu. 3. lib. 2. Hinc decretum ſuper alienatione rei minoris, ab illo iudice interponitur, in cuius territorio res ſita eſt. l. ſi prædium. C. de reb. mino. l. 1. C. vbi petant tuto. Craue. conſil. 30. num. 2. Ideo, ſi donatio non valeret pro bonis, quæ Auenioni ſita ſunt. Saltem valeat ſuper aliis, quæ extra locum ſtatuti obligata reperiuntur pro quantitate donata?

5 Reſpondetur, † hoc verum eſſe ſi donaſſet bona, quæ habebat extra locum ſtatuti, ipſa autẽ obligauit generaliter bona ſua, quæ quidem obligatio nõ occupat locum. l. ſi fideicommiſſ. §. tractatum. ff. de iudi. l. Caius. de lega. 2. Sed cohæret perſonæ debitoris. l. quæro. ff. de ſolu. l. quis ergo caſus. ff. de pec. l. 3. ff. pro ſocio. Ex qua non debetur ſpecies, ſed quantitas in genere, quæ non dicitur mobilis, vel immobilis. l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio. Lapus allega. 91. num. 9.

6 Hinc † legato fundo inſtructo non continetur pecunia debita per colonum teſtatori, cum fundo non cohæreat. l. quæro. §. peto. l. qui habebat. §. fi. l. prædia. §. fin. de leg. 3. d. l. Caius. Bart. & doct. in l. ſeruum filij. §. eum qui. de lega. 1. Alex. conſil. 68. per to. lib. 6.

7 Vel † ſi donauero quæ Pariſiis habeo non continentur nomina debitorum Pariſiis exiſtentium. d. l. Caius. l. vxorem. §. legauerat. & ibi Bart. de lega. 3. l. fi. C. de præſ. longi temp. Bal. in l. 1. ff. de ſta. homi. Alex. conſil. 31. num. 7. lib. 1.

8 Niſi † in illo loco ſolutio fieri deberet, de iure, vel de facto. l. ex facto. §. proinde. ff. de hæredi. inſti. l. quæro. ff. de ſolu. Effectus itaque ſolutionis, ſiue exactionis facit, vt præſumatur eſſe pecunia in eo loco vbi illa ſoluẽda eſt, vt ſcribit Alex. d. conſil. 31. nu. 10. lib. 1. Bertrand. conſil. 74. num. 9. & conſil. 105. nu. 11. lib. 1. Vnde licet illa, quæ donabat haberet bona in loco de Laneis, non poſſunt dici donata, ſed obligata: pro obſeruatione donatio. quando eſſet valida, Sed ſi principale non valeat non valebit acceſſorium. l. non dubium. C. de legi. l. fin. C. de non numera. pecu.

9 Dictum † fuit me referente donationem validam: quia licet ſtatutum requirat certam ſolennitatem in iſtis contractibus, tamen vbi contrahitur cum perſona fauorabili, conſanguinea, & bene dilecta, ceſſant ſimiles prohibitiones. cap. 1. §. 1. per quos fiat inueſti. cap. 1. §. fin. de aliena. feud. Vbi quamuis prohibitum ſit, ſine domini voluntate feudũ alienare, fallit, quando in proximos alienaretur, vel coniunctos, hoc dicit Bald. conſil. 407. lib. 2. & conſil. 37. in fi. lib. 3. Cra. conſil. 39. nu. 14. Cepha. conſil. 109. nu. 20. conſil. 13. num. 41. conſil. 161. num. 25. Itaque cum eſſet neptis ex filia, & filiola donatricis, pauper orbata vtroque parente, viſæ ſunt denegationes friuolæ, & iniquæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenio. ſuper reuelationibus monitoriorum declaratur.*

2 *Reuelatio, & teſtificatio, parti non notificanda propter timorem ſubornationis.*

DECISIO CXXXVI.

1 STATVTVM, † quod ſuper faciendis reuelationibus à noſtris ſapientib. edictum, eſt. lib. 2. tit. 33. aliquam in ſe habet difficultatem, dum dicit, quod omnes, qui aliquid ſcient de cõtentis in monitorio teneantur reuelare, ei, qui dictũ monitorium obtinuit, ſe de cõtentis in eodem tale quid ſcire, ſe offerentes paratos teſtificari coram iudice, quando eos ad teſtificandum vocabit, quo facto ſint ab eodem monitorio exempti.

Vtrum teneantur totum factum exprimere in ſpecie, an verò in genere, dicendo parti, vel iudici ſe aliquid ſcire? Aliqui dicebant, hoc fieri debere in ſpecie, propter illa verba, tale quid ſcire, quæ ſignificant rei geſtæ narrationem. l. talis ſcriptura. de lega. 1. l. talem inſtitutionem. ff. de hæred. inſtit. l. tales conditiones. de cond. & demonſt. hinc Mar. T. Cic. lib. 2. offi. quales ſumus, tales eſſe videamur, & Virgi. Æneid. 2. tanti talẽ genuere parentes. Fuit concluſum, non eſſe opus facti narratione ſcriptis, aut verbis, ſed ſufficere, ſi dicat iudici, vel parti, Scio aliquid de contentis in tuo monitorio, & quando ero vocatus à iudice offero me paratum teſtificari, & tunc ſit ille exemptus, & vbi vocabitur, tenebitur dicere veritatem. Olim parrocho, vel notario cauſæ fiebat reuelatio in ſcriptis, cuius notitiam conſequebatur impetrans, & ſi placebat producebat reuelantes, in teſtes, qui ſe referebant ad reuelata, & quaſi obligatos cogebat ad teſtificãdum.
2 Hinc † mille ſubornationes, & falſa teſtimonia. §. quia verò in authent. de teſtium. cap. fraternitatis. de teſt.

test.c.fi.eo.lib.6.Bart.in l.eos.ff.de falſ.Pau. de Caſtr. conſi.168.nu.2.lib.1.Alex.conſi.84 nu.5.lib.4.Boër. deciſ.108.per totam. Et quia non licet ante publicationem dedicere teſtificata,& videre atteſtatioues. d. c.fraterni. vnde ſolent teſtes ſecretè deponere vt inquir Gloſſ.in l. ſi quando.C.eo.& ibi Bart.nu.9. & in l.ſolam.nu.11.eo.tit.c.nihilominus.3.q.9.Cra. conſi. 534.nu.48.de his Neuiſa.in Sylua, in verbo monitoriæ,nu.61.Iaſ.in l.legata inutiliter de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit ex officio interrogare teſtem an ſit catholicus, vel Huguenotus?*

2 *Obiectus non dantur contra teſtes publicatis atteſtationibus. Fallit.nu.3.*

4 *Teſtis cogitur iudici detegere propriam turpitudinem.*

DECISIO CXXXVII.



LLVD apud nos in dubitationem cecidit,an iudex ex officio teneatur interrogare teſtem in generalibus interrogatoriis, ſi ſit Catholicus, vel Huguenotus? Aliqui dicebant minimè,ne teſtis
4 cogatur ſuam detegere turpitudinem,l.iuſiurandum, quod ex conuentione.§.procurator.vbi Bart.Alex.& Iaſ.nu.18.ff.de iureiurand.l. tranſactione finita, cum ibi no.C.de tranſac.l.mercalem.C.de cõdic. ob turp. cauſ.l.viro atque vxore.ff.ſolu.ma. Alex. conſil.58.in fin.lib.1.Cano.in c.cum ſuper.de conceſ.præbend.& in c.inter dilectos.de dona.Fel.diligenter. in c. ſciſcitatus.de reſcrip.de illo ſcilicet, qui in adeptione officij non detegit defectum ſuum,per l. qui cum vno.§. in inſulam.ff.de re milita. Et quia iudex de facto ſupplere non debeat.l.vni.C.vt quæ deſunt aduo.par.iudex non ſup.Neque impartiri officium ſuum niſi fuerit petitum.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe. l.de pupillo.§.qui opus.ff.de noui ope.nun.

2 Sed † viſum eſt,hoc debere facere, etiã nullo excipiẽte teſtes inhabiles ex officio repellere,& de conditione illorum inquirere.l.quos prohibet.ibi, etiam ſi aduerſarius eos paratur poſtulare. ff. de poſtulan. Gl.not.in l.1.§.ſi præſes.ff. de magiſtra. conueniend. tex.ad literam in l.teſtium fides.ff.eod. vbi diligenter examinanda eſt teſtium fides,in primis conditioniſq; an honeſtæ, vel inculpatæ vitæ notatus, vel irreprehenſibilis ſit,&c.§.teſtium.4.q.4.Feli.no.in c.intimauit.nu.9.de teſti. hinc licet publicatis atteſtationibus non poſſit pars obiectus proponere,cum præſumatur malitioſè prouocatus.c.præſentium.de teſti.

3 Fallit, † quando ageretur de teſtium inhabilitate, quæ partis voluntate tolli non poteſt,vt Pan. & Feli. in d.c.præſentium, vt quia eſſet Iudæus, hæreticus, vel excommunicatus,vel ſimilis maculæ,ſecus ſi ageretur de exceptione,tacitè remitti poteſt,veluti, quia domeſticus,vel conſanguineus,vel proxeneta, vt docet Bald.in l. ſi quis teſtibus. C. eodem. Nec obſtat, neminem cogendum propria vulnera pandere, priuato ſcilicet, ſed iudici ſecus, cuius intereſt ſcire teſtium conditiones vt deinde iudicando ſuper his rationem habeat.d.l.3.§. tit magis ſcire potes. Alexand. conſi.122.nu.8.lib.2.de Rip. in d. §. hoc autem iudicium.num.64.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *L.clarum.C. de auto. præſtan. in multis locis non obſeruatur.*

2 *Confeſſio nullis præcedentibus indicijs ipſo iure nulla, & 5.*

3 *Habilitas ſuperuenientis non confirmat actum de ſe nullum.*

4 *Confeſſio delicti coram iudice incompetenti ſufficit ad quæſtionem.*

6 *Variatio,an ſit indicium ad torturam?*

DECISIO CXXXVIII.



VM foiſſet carceratus Carpentoracti Frãciſcus Ferrarius Italus,quod ſocium ſuum ab Italia Aueniouem veniendo proditoriè occidiſſet,& poſtea effracto carcere aufugiſſet abſente R.D.rectore, Capitur Aſcanius, vnus ex domeſticis,à iudice interrogatus negat omnia, poſtea in quæſtione poſitus, fatetur opem, & auxilium illi præſtitiſſe, vt euaderet iuſſu nobilis Coſmi Gerij equitis aurati, & familiaris magnifici domini generalis Gubernatoris. Reuerſus D.rector,(qui tunc Minerbiam iuerat pro conſtruẽda arce) hæc grauiter ferens, curauit vt cauſa huiuſmodi D.Ioſepho Suares committeretur. Huc ductus Aſcanius primo perſiſtit in confeſſione,poſtea negat, dicens metu tormentorum feciſſe confeſſionem. Negat ſimiliter Coſmus, ſolum fatetur mandaſſe per Aſcanium commentarienſi,vt humaniter cum illo ageret. Viſitaſſe,dum erat Villænouæ poſt euaſionẽ, ſoluiſſe illi ſex aureos ex obſequio debitos. Probatur gaudium quod iſte habuit,dum liberatum audiuit,& vidit cum mutuis amplexibus, qualiter Ferrarius fatebatur ſe multum Coſmo eſſe obitoxium, ſine tamen cauſæ expreſſione, formato proceſſu dubitatum fuit quid agendum eſſet contra vtrunque?

1 Certum † eſt confeſſionem factam per Aſcanium ſibi non nocuiſſe,cum appareat minor 25. annorum, & ſine curatore.l.clarum. C.de authori præſtãda. vbi Alberi.& alij,dicunt,proceſſum contra minorem formatum criminaliter eſſe ipſo iure nullũ, multos alios citat Rolan.à Vale.conſi.31.nu.1.lib.1.Boſſi.tit.ſi aduer.rem iudi. nu.22.Licet in pleriſque prouinciis, & ciuitatib.d.l.non ſit in vſu. vt aduertit Ang. in verbo comparuerunt.nu.13.Veluti Italiæ, Venetiis. Gram. conſ.crimi.16.Clar.in §.fi.q.55.nu.13. Et Galliæ, vt Rebuf.atteſtatur.in prælu.ad regias ordina. Gl. 5. nu. 72. Guid.Pap. q.35. Nos autem iure cõmuni vtimur. vt Placa.lib.1.delicto.c.32.nu.12.

2 Alia † ſubinde orta eſt nullitas, quod iudex nullis præcedentibus informationib. à quæſtione iudicium cœpit,contra.l.1.ff. de quæſtio. Vnde ſi poſtea noua indicia ſuperuenirent confitenti non poſſunt nocere. vt Gl.no.in l.pen.ff.de q. & in l. maritus. vbi Bart. ff. eo.Matheſi.no.55.cum multis allega.per Hypo.in d. l.pen.num.12.cum ſeq.Propter interuerſum iudiciorum ordinem,& procedendi formam,quæ dicit indicia debere præcedere quæſtionem,& non ſequi.Sicut iuramentum debet præcedere depoſitionem à teſte factam,vt non valeat ſi poſtea interponatur.l.iuriſiurandi.C.de teſti.Idem in authoritate tutoris, vel curatoris.§.tutor autem.Inſtit.de auto.tut. Vel laudum latum non præcedente compromiſſo ratificari non poteſt.cap.examinata.de confir. vtili, vel inuti. Alex. conſi.185.nu.28.lib.2.

3 Quia,† habilitas ſuperueniẽs non cõfirmat actum de ſe nullum.l.obligatio.§.tutor.ff.de autho.tuto. l. ſi quis in ſenatorio.l.ſi quis tutor.l.eos.ff.de ritu nup. l. 1.in fin.C.ſi rector.prouincię.c.1.de deſponſa.impube.lib.6.Idẽ de eo, qui nõ erat ætatis tẽpore collatio-

nis.c.si eo tempore.de rescrip.lib.6.his seruit. l. inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.obliga.

4 Illud † tamen obstare videbatur, quod confessio delicti coram iudice incompetenti indicium faciat ad inferendam quæstionem.vt uo.Alex.in l.magistratib. nu.6.ff.de iurisd.om.iudi.& ibi Decius.nu.8.Imo.in c. at si clerici.nu.7.de iudi.Boë.decis.90.in fi.Etiã si postea confessionem reuocaret ne de facili fiat fraus iustitiæ,nisi edicto de errore.vt Cla.in §.fi.q.21.nu.32. 33. Imò etiam quando esset extraiudicialis confessio secundum Gl.in l.capite 5.ff.de adulte.Hypo.singula. 310.Feli.in c.olim.num.5.de rescrip.Deci.in d.c. at si clerici.nu.17.Clar.vbi suprà.nu.31.Et si postea neget iterum torquẽdus sit,vt scribit Bart.in l.vnius.§.reus. in vltimis verbis.ff.de quæst. estque communiter recepta hæc opinio,vt Bossi.attestatur ti.de tortura.34. vsque ad tertiã torturam quando perseueraret in negatiua,quibus expeditis est absoluẽdus, vt August. ad Ang.in verbo comparuerunt, & confitentur totum. nu. 10.Clar.vbi suprà.nu.36.

Itaque cum Ascanius,etiam coram d. Suares præsente curatore, & ritè formato processu sit delictum confessus, videbatur iterum torquendus reuocando confessionem:quia cessat causa grauaminis. cap. cum cessante,de appel.nouum iudicẽ habens, qui nõ grauauit,nec metum intulit.l.non est verisimile.ff.quod me.caus.Et hac de causa introducta est appellatio, vt iniquitas primi iudicis reparetur,& corrigatur.l. 1. ff.
5 de appel. † Hypo.autem in §.occurrit.in practi. cri.in hac dubitatione proposita, & discussa concludit non nocere repetitam cõfessionem etiam coram alio magistratu factam: quia semper durat metus, nisi esset homo sagax & practicus, hæc distinctio non retinet animum,sed magis dubitantem reddit,considerando, datum esse appellationis remedium grauatis, & oppressis,& si duraret metus ad quid appellaretur? sunt enim separati iudices, vnus cum alio nihil habens commune, vnus sine ordine procedens, alius ordinem seruat,& solitam iudiciorum formam. Vanus est ergo ille timor,qui non iuuat meticulosum.l. vani timoris.ff.de reg.iur.

6 In † hac causa diuersæ erant sententiæ,quibusdam placebat, hunc attentis tot variationib. & mendacijs iterum torquend.lũ.qui varia.ff.de testib. Bart. in l.fi. nu.3.ff.de quæst.Gram.consi.5.nu.1.Bossi.ti.de indiciis.nu.36.Hypo.consi.15.nu.15.& consi.130.nu.46. licet sit arbitrarium.vt Cla.in §.fi.nu.39. Et quia erãt alia,quæ hanc variationem iuuabant, vt torqueretur, nempe commendatio quam fecerat commentariensi mandato Cosmi,amicitia magna Cosmi in illum,qui effugerat:gaudium, quod habuit Cosmus ex euasione, mutui inter eos amplexus, & quod ille fatebatur se plurimum Cosmo obnoxium, pecunia data, quæ suadẽt Ascanium ab isto rogatum effregisse carceres. Non erat alius in domo relictus(in qua erãt carceres) qui hoc facinus poterat perpetrare personis sufficienter enumeratis, omnes alij domestici dominũ sequebantur rectorem, apparet adhibitum fuisse cultellum in huiusmodi effractione qui seruiebat coquinæ domus,vt facta collatione & coniunctione ad foramina Ianuæ videbatur.Quis hoc fecisset nisi domesticus,& qui domus secreta sciebat?arg.l.1.§. si vir aut vxor.ff. ad Syllenia.l.consensu.§.super seruis.C.de repud.cap. nulli.de accusa.Alij verò contra, & istas confessiones descendere à radice infecta. Confessiones extraiudiciales vel coram incompetenti iudice plus habere iudicij delicti commissi:quam habeat, quod contra legem factum est.l.non dubium.C. de legibus.l.1. ff.de quæst.Et nihil ad Ascanium, quæ per Cosmum gesta fuerunt quæ possunt esse sine crimine,& dolo.l. sciãt cuncti.C.de proba.l.neque natales. C. de proba.c. in præsentia.de proba.l.merito.ff.pro soc.Craue. consil. 151. per to. & illas præsumptiones multum à delicto remotas secundum quas neminem iudicamus. l. absentẽ.C.de pœnis.no.in c.afferte.de præsum.Omnes domini fuerunt voti,excepto vno, absoluendos reos.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio qualis dicatur.*
2 *Contractus appellatione non propriè venit donatio. Fallit vbi eadem est ratio.nu.3.*
4 *Error communis an faciat ius?*
5 *Contractus factus per mulierem, quæ communi opinione credebatur vidua, an valeat repugnante statuto quo requiritur duorum consanguineorum præsentia.*

DECISIO CXXXIX.

De donatione facta per eam quæ credebatur vidua communi opinione,an valeat.casus pulcher, pro declaratione statuti Auenio.


VDOVICA Molinaca maritũ habens in loco Pertusij degentem,& ipsa Aueniori, donauit Iacobo de Brianotario domum,& quendam ortum,non obseruata statuti solennitate, quo cauetur vt mulier maritata non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum.Mortuo illo marito,& contracto alio matrimonio cum Thoma Pumeiano,facti pœnitens,petit reuocari donationem,tanquam cõtra formam statuti factam.l.nõ dubium.C.de legib. cum si.Alius se opponit, dicendo hanc mulierem tempore donationis communi omnium opinione pro vidua fuisse habitam, vt probat testibus, & per lectionem multorum contractuum, in quibus cum aliis contrahendo se vocabat viduam à tali relictam,de qua statutum nõ loquitur.arg.l.si verò.§.de viro.ff. solu.matr.

1 Illa † enim communis opinio dicitur, quãdo omnes illius ciuitatis,& regionis ita credunt,& dicunt.l. si vicinis.C.de nupt.c.quãto.de præsump.gl.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.hęred.& in l.inter omnes.vbi Bart.& alij.ff.qui satis.cogan.& in l. fin.C. sine cens.vel reliq.Bart.& Hypo.in l.minore.§.plurimum.ff.de quæst.vel quando maior pars eorum, qui eam cognoscunt,ita credunt & opinantur. l. 3. ff. ad maced.l.2.C.eod.vt not. omnes in l. Barbarius. ff. de offi.præto.& in l.1.C.de testa.Ioan. Fab. & alij. in §. sed cum aliquis.Insti.de testa.

2 Deinde, † cum statutum loquatur de cõtractibus non videbatur donationes comprehendere,quę propriè non dicuntur cõtractus. l.Labeo.§. contractum. ff.de verb.signi. & ibi Bart. vt verba statutorum propriè intelligantur.l.3.§.hæc verba. ff. de nego. gest. l. quicquid astringendæ.ff.de verb.oblig.l.1. §. si is qui nauem.ff.de exercito.Ideo,si de quolibet cõtractu sit soluenda gabella, non debebitur ex donatione. Alex. consil.76.num.9.lib.5.Barto qui.de gabel. in 3.par.8. par.quæst.12.in terminis Bald. consil. 139. numer.5. lib.2.vt probat text. in l.interdictum. ibi magis enim ad donationem,& beneficij causam, quàm contracti precarij spectat conditio. ff. de preca. vnde in donationib.non iuuatur Velleiano. l. sed si ego.ff. ad Velleia.senatus enim obligatæ mulieri succurrere voluit,

non

non donauti.hoc ideo,quia faciliùs se obligat mulier,
quàm alicui donet.l.si à sponso.§. quod si sponsa. ibi,
quod raro accidit.C. de dona. ante nup.l.si stipulata
in fi.ff.de dona.inter vi.& vxo.Bald.consil.455. lib.2.
Are.consil.54.col.1.Cor.consi.224.num.1.3.lib.2.Et
quod proptereà hæc noua lex non videbatur donan-
tes mulieres comprehendere.

3 Alia † tamẽ opinio visa est sanior & melior si qui-
dem multis iuribus probatur donationẽ contractum
esse.l.si donatione.vbi gl.& Bart.C.quod me.causa.l.
bene à Zenone.circa princ.C.de quad.præs.l.contra-
ctus.C.de fide instru.l.si.ibi neque donationes, neque
alium cõtractum.C.de pact.Cor.consi.41.nu.6.lib.1.
Soci.in l.1.nu.7.de Rip.nu.10. de lega.1. Et quia ra-
tio prohibitionis etiam militat in donatione, ne fra-
gilitate sexus decipiantur ad donãdam suam substan-
tiam,cum donare sit perdere.l.filiusfam.donare.ff.de
dona.ne inde sera nascatur pœnitentia.l. perfecta do-
natio.C.de dona.quæ sub mod.l.sicut.C. de actio. &
oblig.Cra.cons.77.nu.14.latè Tiraq.de legib.connu.
gl.nu. 48.cum seq.

4 Dubium † solum remanebat super illa communi
opinione, qua illa mulier tunc credebatur vidua. Et
licet in plerisque casibus ille communis error nõ so-
leat actum validare.vt in l.2.ff. de eo , qui pro tuto.l.
qui neque.C.de reb. eorum qui sub tutel. Sicut si fi-
liusfam. testaretur,qui communi voce haberetur pro
emancipato.vel sui iuris.vt not.Alex.& Ias. in l.1.C.
de testa.Alex.consi.147.nu.17.lib.7. Idem vt non va-
leant instrumenta ab eo sumpta , qui nunquam crea-
tus fuerat notarius,licet communi opinione pro tali
haberetur.vt doct.notant in d.l.Barbarius.vbi Ias.nu.
45.cum seq.cano.in c.1.de fide instru.Alex.cons.138.
nu.6.cum seq.lib.1.Bertran.consil.23.num.2.lib.1. &
hanc communem vocat Ias. licet multi repugnent,
quia virtus probationis magis dependet à publica fi-
de,quàm à titulo.vel collatione officij. Et ne decipiã-
tur contrahentes.d.l.Barbarius.Bald.consi.118.lib.3.
Lanfran.in verbo instrumentorum productiones.nu.
23.Deci.in d.c.1.nu.16.17.de fide instrũ. Tamen vi-
5 demus † multos alios contrarios casus quos cõmu-
nis opinio firmat & validat. vt d.l. Barbarius. sed lo-
quitur in his,quæ respiciunt officium publicum, non
priuatum.vt Bald.inquit,quem sequitur Ias.num.22.
valebit etiam mutuum si credebatur paterfam. is qui
accepit.l.3.ff.ad Macedo.l.2.C. eo. sicut testimonium
illius , qui testis in testamento adhibitus credebatur
liber.l.1.C.de test.Idem de illo, qui erat in possessio-
ne iuris patronatus,eligendi , vel conferendi benefi-
cia. c. consultationibus.de iure patro.c. querelam.de
electio.c.cum olim.de causa possess. & proprie. & in
similib.vt Alex.refert consi.138.nu.2.lib.1.Tiraq. gl.
8.num.146.cum seq.qui tandem nu.158.tenet valere
contractum à muliere celebratum , quæ communi
opinione sui iuris credebatur. Cum agatur solum de
priuata vtilitate,illius scilicet qui contraxit. Arg. d.l.
2.& 3.ad Macedonia.Obstat tamen, quod hic videa-
tur defectum in substantia,seu in causa efficienti. pu-
ta quia, reputabatur libera , quæ in veritate erat sub
potestate mariti.Sicut dicitur de seruo,& filiofa.qui si
facerent testamentum , non valeret non obstante illa
communi existimatione.vt omnes nostri antesignani
dicunt in d.l.1.C.de test. in d.l. Barba. vbi Ias.nu.22.
in l.2.C.de sent. & inter. omnium Iudi. & hic de illa
quæ facit contractum repugnante lege,l. cum lex. ff.
de fideius. & sic deficiente substantia , & causa effi-
cienti.Nec obstat d.l.Barbarius.d.l.2.Illud fit propter
vtilitatem publicam ne acta corruant.& idem de illis
qui sunt in possessione beneficia conferendi. ne sint
in pendenti collationes.c.in electio.de elect.libr. 6.c.
actus legiti.de reg.iur.lex verò 2.& 3. ad Maced. quia
odiosum est,& in multis cessat casib.d.l.2.lex 1.C. de
testa.hoc fauore vltimarum voluntatum. Hic autem
militat fauor,vt rumpatur contractus, propter fragi-
litatem illius,quæ contraxit , quæ donando perdidit.
Nimirum si vir ille doctissimus Tiraquellus in hoc
periculoso negotio,subinde dubitare videtur. In no-
bis verò maior esse debet dubitatio, vt id fateamur.si
quidem ille loquitur de contractu qui poterat esse
vtilis mulieri. Nos de donatione quæ propriæ sub-
stantiæ perditionem continet. l. cum de indebito. §.
sin autem is.ff.de proba.l.fin.C. si maior fac.ratã alie.
habuerit. de Rip. de reuocand. dona.respon. 15.Cra.
consil. 162. per to. Et de illo,cui facta est,penitus ex-
traneo,qui nouerat media , vt hoc sibi acquireretur.
vt no.gl.in l.ab Anastasio. C.mand. Aliqui dicebant
non caruisse dolo , quod se viduam sæpe affirmasset,
fortè,ad decipiendum homines,iuxta.l.1. C. si minor
se maio.dixerit. Imò potuisse ignorasse , & ita credi-
disse propter locorum distantiam.c.quosdam.c.quan-
to.de præsump. Cæterum omnes domini fuerũt opi-
nionis, & voti , vno excepto relaxandum reum refe-
rente D.Iosepho Suares.

SVMMARIVM.

1 *Duobus in locis non debet quis onera personalia susti-*
nere.
2 *Incola dicitur,qui pro maiori parte anni in eo loco ha-*
bitat.
3 *Habitans in loco cum vxore,& liberis & conuersando*
cum alijs præsumitur incolatum contraxisse.
4 *Incola quis esse potest duorum locorum.*
5 *Habitare quis in loco dicitur , si in eodem seruos ha-*
beat,vel institores ad eius commodum negotiantes.

DECISIO CXL.

De muneribus,& oneribus,& in quo loco illa subi-
re oporteat?

COMMVNITAS loci de Balmis agit
contra Huguetum Vernaret , tanquam
incolam,& habitatorem,vt contribuat
ad onera ciuitatis, cum in eodem terri-
torio molendinum habeat ad parãdum
pannos, in quo residet , vtendo iure aliorum incola-
rum.Ille negat, & dicit non teneri ad munera perso-
nalia,cum sit ciuis, & incola ciuitatis Carpen. in qua
solita subsidia soluit,tam realia,quàm personalia.non
1 esse † æquum,vt in duobus locis simul oneretur , &
grauetur. l. nauis. §. cum autem. ff. ad l.Rho.de iac.
l.incola.§.fin.ff.ad municip.l.Titia.§.qui inuita.de le-
ga.2.l.si cum dotem.§.si pater.ff. solu. ma. l. quæ do-
tem.de dote præleg. Gloss. in l. planè. §.1. de lega.1.
dicens , quod onus gabellæ in duobus locis præstari
non debet. l. non quocunque.§.qui Caium. de lega.
1.Oldra.consil.214.ante fin.Et de collecta tradit Bar.
in l. vni. colum.3. vers. sed quæro cui imponi possit
collecta.C.de mulieri.lib.10. & in consil. 196. col.2.
versic.non obstant notata in c.1. Anchar.consil.277.
circa fin. Ita , & Papa per suum mandatum non gra-
uat ordinarium duplici onere collationis.cap.manda-
tum.de rescript.Imo in c.capitulum.eo.tit.cano. in c.
pen.de rescript.libro sexto.Crauet.cons.201.numero
27.Gloss.& Bartol.in l.interdictum.§.quotiens.ff. de

publica. Hinc, fundus semel decimatus, iterum decimari non debet. c. fi. de deci. Barthol. Soci. consil. 302. nu. 3. lib. 2. Gl. in c. pastoralis. de deci. Sicut de delicto hominis sæpius quæri non solet. l. licet. §. fin. ff. nau. caupo. sta. c. de his. vbi Gl. & doc. de accusa. Et ne quis duplici onere grauetur. l. eum qui. ff. de iureiuran. vt verba intelligantur per priùs, & non per posteriùs. l. Boues. §. hoc sermone. vbi Tiraq. in reg. nu. 152. ff. de verborum significatione.

2 Probasse, † pro maiori parte anni residere Carpen. & ibi Larem fouere cum vxore, & liberis, nō in molendino, licet quandoque in illud ire soleat, & visitare operarios, & deferre quæ ad viuēdum, & huic operi sunt necessaria. Sed citò redire in propriā domum, in qua continuum domicilium retinet, & fouet. L. cum de lanionis. §. Sabinus. ibi, quæque ibi maiore parte anni moratentur, de fundo instruc. l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiec. vel effud. l. si quis ita legauerit. de condi. & demonst. vbi Soci. num. 5. Bertran. consi. 75. num. 6. 7. 8. libr. 2. Gram. consil. 159. in princ. Cepha. consi. 80. num. 6. 7. Qui dicunt loci incolam eum esse, qui ibi inhabitat pro maiore parte anni, licet interdum in alio loco pro suis necessitatibus morā faciat, dummodo propositum habeat reuertēdi. l. si quis ita. de condi. & demonst. l. ciues. C. de incol. libr. 10. l. assumptio. §. iuris. & l. domicilium. ff. ad municip. l. hæres absens. 6. 1. ff. de iudi. l. cum hæres. §. Stichus si hęredi. ff. de statu. libe. Roma. consil. 264. nu. 2. 3. Gram. decis. 87. nu. 5. 6. Etiam si in alio loco maiorē partem fortunarum suarum haberet, vt scribit Gl. in d. l. ciues. Maria. Soc. in c. fi. col. 7. vers. Sextò principaliter quęro. de foro compe. Meno. de arbi. libr. 2. casu 86. nu. 2. vel per multos annos ibidē habitasset si haberet animum reuertendi: domicilium non cōtraheret. l. quæsitum. vbi Bald. de lega. 3. Bart. & Alex. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniutiis.

Vnde dicebat, cum domicilium facto, & animo transferatur. l. domicilium. l. non vtique. l. fi. §. pen. ff. ad munic. declarasse sæpiùs se esse ciuem, & incolam Carpen. (vnde sibi origo est) non alterius, qui nō potest inuitum, & nolentem quempiam suum facere ciuem. l. eius. §. Sabinus. ff. ad municip. Panorm. in cap. fin. in fin. de parro. Deci. cons. 283. num. 11. Adeo, vt locus originis semper alteri sit præferendus. l. libertus. §. præscriptio. ff. eodem. quem à natura accepimus, & perpetuo retinemus. l. assumptio. ff. eodem. l. 2. Cod. de incolis. l. ordine. §. ius originis. ff. eod. Glos. in d. l. ciues. Bart. in l. qui habet, per illum text. ff. de tutel.

3 Qui † actoris partibus fungebatur probabat, hunc à decem annis, & vltra traxisse moram in molendino, cum vxore, liberis, & seruis, vsum illis iuribus, quibus, & alij incolæ gaudere solent, simul conuersari, viuere, & festa colere. Ex quibus causis verus acquiritur incolatus, vt inquit Bertran. in d. consil. 75. cum aliis suprà allega. licet ille in eo loco probaretur non semper residere, secundum Bart. in l. 1. §. 1. ff. de libe. agnoscen. & in d. §. habitare, & in l. si mulier. ff. quib. mod. vsu. amitta. Gloss. in l. consentaneum, & ibi Bart. Cod. quomo. & quand. iudex. Rnin. consilio 18. numero 9. libro quinto. Felin. in cap. quoniam. num. 2. de offi. ordi. cano. in c. is qui habet domicilium. de sepultu. lib. 6. Et eo amplius, quod molendinum maiorem partem fortunarum suarum continebat. d. l. ciues. vbi Gloss. dicit alterum sufficere, vel larem constituere. l. 2. C. vbi sena. vel clariss. l. sed & si susceperit. §. fin. & l. si fideicom. §. tractatum. ff. de iudi. Eam esse domum vnusquisque nostrum debet existimare, vbi quisque sedes, & tabulas haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset. l. in lege Censoria. ff. de verborum signific. quamuis ibi, & in d. l. ciues, copulatiuè legātur illa duo, tamen in alternatiuam resoluuntur, sicut sæpe ita fieri solet. l. sæpe. ff. de verb. signi. vt aduertit Meno. vbi suprà. nu. 19. 20. & Ber. d. cōsi. 75. nu. 7. & consi. 57. nu. 15. lib. 3.

Nec impedit quod probauerit se habere domicilium in ciuitate Carpen. Si quidē fieri potest vt quis duo, vel plura habeat domicilia. l. Labeo. l. assumptio. §. Iurisprudentibus, & ibi Bart ff. eod. vnum, in quo magis, aliud, in quo minus conuersetur. l. eius. §. Cel-
4 sus. eo. Bal. cons. 234. num. 2. lib. 1. Imò, † qui per seruos, domesticos, vel institores in aliquo loco operatur, ibi habitare dicitur, & moram trahere. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniuriis. Glos. in d. l. 2. de incolis. Bald. consi. 393. lib. 1. c. ex parte. vbi Pan. de foro compe. Rolan. à Vale consi. 79. nu. 53. lib. 3. Feli. in c. dilectus. 2. nu. 12. de rescrip. Gram. decis. 1. nu. 3. de Afflic. Deci. 401. in fin.

Ista causa priùs coram me agitata fuerat, in qua dixi pignorationem continuandam, & cum fuisset appellatum, & commissa domino Valentiano, Instante Vernarelo, examinati fuerunt multi testes super habitatione. Non tamen constat quo in loco maiores habeat facultates, prout probare debet is, qui hoc dicit, vt scribit Ang. consi. 27. nu. 2.

Huius decisio plurimum confert, non solum ad subeunda onera. Verum ad munera, honores, & priuilegia. l. filios. C. ad munici. de origi. lib. 10. & tit. de mun. & onerib. Bald. in l. si non speciali. C. de testa. Bart. consi. quod incipit quidam est effectus ciuis, seruit etiam in faciendis citationib. d. l. hæres absens. cle. causam. de electio. Rui. cons. 6. nu. 22. lib. 5. Deci. cons. 460. col. fi. Tiraq. de retract. consi. §. 9. Gl. 2. *à son domicile*. nu. 20. & 26.

Hic verò cernitur probationum conflictus. Nempe dicunt testes, hunc habitare Carpen. pro maiori parte anni. Alij in molendino, in vtroque cum vxore, & liberis, &c. Si ageretur principaliter de probando quo in loco plus temporis habitaret, vinceret appellans, propter maiorem testium numerum, qui vincit minorem. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. c. in nostra. & ibi, gloss. eo. tit. Sed quærimus, an is, qui in alieno territorio molendinum apertum habeat ad alienos parandos pannos, quotidie lucrum faciens, ex sua, vel suorum opera, dici debeat incola eiusdem loci, vt teneatur ad onera personalia, quæ à cęteris incolis præ-
5 stantur: Quod æquum † videtur, quia, licet suo ibi perpetuo non maneat corpore, suorum tamen præsentia, & ope continuam residentiam facit, quod perinde est ac si ipsemet adesset præsens. l. quod meo. ff. de acquir. pos. regula, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, vt inquit Ruin. cons. 18. num. 8. 9. lib. 5. Corpus enim serui fingitur corpus Domini, vt declarat Bart. in l. si is, qui pro emptore. colum. penultima. versiculo venio ad secundum. ff. de vsucapionibus. Deinde, quia ipse dominus commodum percipit ex illa suorum habitatione, quæ propterea, tanquam propria dicitur. vt no. Bal. in prælud. feudo. num. 40.

Denique illa personalia onera, quæ indicuntur pro custodienda ciuitate, in faciendis excubiis vel ciuium capitatione. iuxta. l. numerum. §. personalia. & §. hi quoque qui custodes. ff. de mune. & hono. æquè recipiunt, & tangunt istum, qui recusat subire, sicut & alios ciues. Nonne interest sua vt tutè custodiatur ciuitas, ne ab hostibus occupata occidatur ipse, vel

sui

sui occidantur domestici? suásque facultates perdat? igitur quod pro cōmuni vtilitate exponitur, omnium cōtributione sortiatur. l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iac. fuit dictum bene iudicatum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius quis dicatur?*
2 *Tutoris deficientis pars non accrescit alijs.*
3 *Tutor qualiscunque sit non potest administrare nisi sit à iudice confirmatus.*
4 *Nominator tutoris tenetur subsidiaria actione.*

DECISIO CXLI.

An tutor testamentarius, postea efficiatur datiuus.

PATER in testamento suo tres designauit tutores filiis suis, matrem pupillorum, & duos alios extraneos, & quemlibet ipsorum in solidum. Mater a iudice sola confirmata est, & suscepit onus: post annum ad secundas nuptias properans tutelam remisit iudici, qui quidem habito cōsilio cum parentibus vnum ex nominatis in testamento tutorem fecit: iste, præstita solita obligatione inuentarium fecit.
1 Nunc † in redditione rationum quæsitum fuit, an dicatur testamētarius, vel datiuus tutor, ne scilicet scrupulosè contra cum agendum sit, quòd fides eius & diligentia à testatore fuerit approbata. l. testamento. ff. de testa. tutel. l. penul. C. de tuto. qui nō satisde. §. 1. Insti. de satis. tuto. vel cura. Et videtur datiuus. per l. si quis sub cōditione. versi. planè. ff. de testa. tute. Si duo, pluresve fuerint tutores testamētarij, in locum eius, qui decessit, vel in ciuitate esse desiit, poterit dari alius, & ita præsupponit omnes administrare tutelam, vt ille, qui datur dicatur datiuus: in locum deficientis positus. itaque (vt nostri maiores dicunt) pars deficientis non accrescit aliis, nisi illi, qui remanssissent essent sufficientes ad tegendum tutelam absque
2 eo, quod alius nouiter constitueretur, vt Socin. notauit consi. 193. nu. 1. lib. 2. post gl. in l. 1. C. de testa. tutel. Licet tex. in d. versi. plane. loquatur per verbum potest, quod facultatem significat, non necessitatem. l. non quicquid. ff. de iudi. l. sæpe audiui. ff. de offi. præsid. Tamen ad id cogitur Iudex, quando restantes tutores non sufficerent, vt dictum generale per rationem restringatur. l. cum pater. §. dulcissi. de leg. 2. declarat Cor. consi. 175. nu. 6. lib. 3. Ideo videtur, quod licet mater iam administrauerit tutelam, & iudex decretum interposuerit habita proximorum relatione in datione istius tutoris, semper dicatur testamentarius. arg. l. cum filius. §. hæres meus. de lega. 2. vbi, fal-
3 sum non videtur, quod primordio veritatis iuuatur. Inspecta ipsius origine. l. 3. C. ad Macedo. Deinde, quod in omni genere tutorum non possit tutor administrare, nisi prius habita iudicis auctoritate. nor. Bart. in l. legitimos ff. de legiti. tutel. Chassa. in consuetud. Burg. Rub. 6. §. 7. in verbo. *& aussi le pere.* nu. 2. quod quidem decretum non murat qualitatem rei, nec nouum ius tribuit per confirmationem. c. inter dilectos. §. porro. de fide instru. Oldra. consi. 164. nu. 3.

Contrarium visum est nobis, quia testator vnumquemque in solidum tutorem fecit, ideo vno acceptante, alij esse desinunt. arg. c. si duo. de procura. lib. 6. c. cum plures. de offi. delega. lib. 6. & res constitutio quæ semel extincta est per occupationem alterius nunquam debet reuiuiscere. l. qui res. §. aream. ff de solu. Ideo verè datiuus dicitur iste tutor.
4 Sed † quæritur, an illi, qui hunc idoneum esse tutorem affirmauerint, fideiussorum vicem sustineant? vt subsidiaria actione teneantur? Iuxta l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiuss. tut. l. nominatori. C. de pigno. Et puto non teneri, quos excusabit prima à patre facta nominatio, cui magis credendum fuit: si quidem pietas paterni nominis meliùs consilium pro liberis capit. l. si euenerit. ff. ad l. Iul. de adulte. l. fin. C. de cura. furio. quamuis postea facultatibus labatur. nnn enim debent nominatores futuros casus & fortunam præstare pupillo. l. 1. §. si magistratus. ff. de magis. conueni. l. secunda. §. si eo tempore. ff. de admi. rerum ad ciuita. pertinen.

SVMMARIVM.

1 *Assessores assumere possunt iudices, & arbitri, etiam partibus inuitis.*
2 *Assessor dicitur, quem iudex sibi associat in iudicando.*
3 *Laudum contra formam compromissi latum non valet.*
4 *Statutum tollens nullitates non videtur eam tollere, quæ ex defectu potestatis resultat.*
5 *Statutum Auenio. quo disponitur arbitri sententiam esse executioni demandandam non obstante nullitate allegata, quomodo intelligatur? per to. decis.*

DECISIO CXLII.

Differtur executio laudi, si appareat de notoria nullitate illius non obstante statuto quod omnes nullitates tollit.

SVPER controuersia, quæ vertebatur inter magnificum d. Ludouicum de Perusiis condominū de Caluis montibus, filium, & hæredem vniuersalem domini Clementis, & eius fratres, fuerat compromissum in quatuor viros, & si illi essent discordes, pro tertio eligerentur Illust. & Reuerend. d. Cardinalis, & Reuerend. d. Rector comitatus. Compromissarij ante causæ cognitionem assumpserunt duos alios secum assessores, & de illorum etiam voto lata est sententia, & ab omnibus subsignata. Adoocatus verò hæredis, dum illi facta intimatio fuit super assessoribus, non consensit & protestatur de nullitate, quæsitum fuit per me relatore, an illa exceptio impediat laudi executionem.
1 Et † videbatur nullo modo, propter statutum, quo disponitur, vt non obstante nullitate sententia arbitri mittatur executioni, sine tamen illius præiudicio. iuxta cle. vt calumniis. de senten. & re iudi. c. cū dilectus. c. fi. de ordi. iudi. c. suscitata. de in integ. resti. auth. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offeren. de quo loquitur Decius. consi. 618. nu. 5. & Rebuf. in tit. de senten. executo. ad regias ordina.

Deinde, quia isti arbitri, virtute alterius statuti cogentis consanguineos compromittere similes sunt ordinariis iudicibus. l. 1. 2. de arbi. l. fi. C. de iudi. Bart. in l. 1. C. de arbi. & in l. 2. circa fi. ff. eo. cano. in e. quintaualis. de iureiurand. Ias. in §. omnium. num. 9. Instit.
2 de actio. Iudices autem † possunt assumere assessores, sicut & delegati. c. statutum. §. assessorem. de rescrip. lib. 6. licet aliqui repugnent. cum ordinarij iudices, teneantur scire iura. no. Pan. in capitulo cum in omninum. 14. de vita, & ho. cleri Ancha. consilio ducentesimo decimoctauo. circa fi. tamē vbi cāusa est ardua sicut ista, & difficilis potest hoc facere. glossa & doc.

in l. 2. C. de senten. ex peri. recitand. etiam inuitis partibus. vt Francus scribit in d. §. assessorem. nu. 4. Calca. consil. 38. num. 11. Craue. consil. 140. num. 5. Mar. Anto. Pata. in tracta. de compromis. quæstione sexta, numero decimosexto, dicens, licet non possint cognoscere super aliis personis, tamen super modo procedendi, possunt. respectu quietis, & pacis comparandæ litigantibus & suas extendere manus. & num. 16.

Hæres verò, id minimè fieri potuisse, Com expressè dictum fuerit, in casum discordiæ, illos esse eligendos, quos in compromisso nominauerant, nominasse alios, ideo non valere quod contra præscriptam formam factum fuit. Arbitrum non posse iubere vt sibi alius adiungatur, cum idem in compromisso dictum non sit. l. non distinguemus. §. idem si iubeat. ff. de

2 arbi. Assessor † autem ille dicitur, quem iudex sibi associat, vt secum in causæ cognitione assideat, & tectè eum ad causam decidendam instruat. Specula. tit. de assesso. §. 1. Gemini. in d. §. assesso. num. 2. Bald. in Rub. de arbit. inquit officiū arbitri esse strictissimum, taxatum propriis verbis, & literis compromissi. idem Cor. consi. 293. num. 5. lib. 3, Mar. Antho. de potest. arbi. q. 6. num. 5. probat expressè text. in c. cum olim abbas. de offi. delega. cum sit generale fines mandati diligenter custodiendos. l. diligenter. ff. manda. c. cum

3 dilecta. de rescrip. Hoc † amplius interest partis si probatentur arbitria, aut in alios non vocatos, transferantur, cum plerunque illi sint inimici, aut tales, quos non placet vt rerum nostratum sint scrutatores, vel iudices, inquit Pedius in d. l. nō distinguemus. §. quæsitum. Legem enim contractus dedit. l. contractus. ff. de reg. iuris. Hinc si assumant tertium si non constat de controuersia duorum, ex hoc capite laudum ipso iure nullum est, vt scribit Alexand. consi. 48. nu. 12. lib. 7. & Deci. consi. 475. nu. 40. Imò si iudicarent de iure, & in compromisso data sit facultas iudicandi de facto, non valet sententia, quia non fuit obseruata forma. Deci. consi. 434. nu. 7. & 8.

4 Nec † obstat statutum tollens nullitates, & illis non obstantibus velle exequendum laudū: si quidem in illa generali sublatione, non censetur tollere nullitatem quæ causatur ex defectu potestatis arbitro attributæ, vt inquit Ang. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & consi. 249. Panor. consi. 44. num. 1. lib. 1. Decius vbi suprà vel eam, quæ ex actis apparere, quæ notorium faciunt inter partes. c. quoniam contra. de proba. Alex. consi. 105. num. 4. lib. 5. Deci. consi. 38. nu. 7. Roma. consi. 42. num. 20. & no. cano. in d. clem. vt calumnis. & ciui. in l. 4. §. condemnatum. vbi de Rip. nu. 29. ff. de re iudi. hæc nullitas facit, vt dicatur corpus

5 sine pectore, quasi dicas sine substantia. Et † sicut maiores nostri vno ore fatentur, statutum non censetur illas nullitates auferre, vel excludere, quas pars potest incontinenti probare. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. l. 2. & fin. C. de edic. diui Adria. toll. Panor. in c. super eo. de offi. delega. & in c. suscitata. de restit. in integ. Deci. in c. ex parte. 2. in 7. fallen. de off. deleg. & consi. 424. nu. 6. Cra. consi. 107. nu. 7. hic verò, de illa constat ex lectione protestationis. Concluditur, laudum non esse exequendum, propter apparentem ipsius nullitatem.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium an debeatur ex legato, vel ex donatione? & num. 3.*

2 *Laudemium non debetur ex alienatione necessaria.*

4 *Onerosus dicitur titulus ex effectu, non secundum verba.*

5 *Emphyteota, an possit moram purgare?*

6 *Mora non purgatur, quando lex post lapsum termini facit executionem: nisi lex permittat purgationem.*

7 *Celeris satisfactio quæ sit?*

8 *Probatio, quæ fit per confessionem partis, omnes alias vincit.*

9 *Rustico, & mulieri non subuenitur nisi in casibus à iure expressis.*

10 *Mora purgatur ex æquitate canonica.*

DECISIO CXLIII.

Coniectura quibus commissum declaratur contra emphyteotam qui non recognouit. casus vtilis, & frequens.



MAGNIFICVS D. Ioannes de Sado consiliatius regius priuati eius consilij, primus præses curiæ rationum regiatum in ciuitate Aquensi, condominus Masani, egerat ad commissum iuris, & terrarum positarum in territorio eiusdem loci, contra Antonium, Gulielmum, Ioannem, & Bartholomeum Royerios fratres. Ex eo, quod Petrus Royerius istorum patruus instituta anima sua hærede, illis legauerat rus, & terras, sub onere soluendi annis singulis decem salmatas tritici suis testamentariis executoribus per decem annos. Et si recusarent, volebat vt executores, illud venderent pro consequendis granis iam dictis pauperibus distribuendis, vnde (dicebat dominus directus) fingendo legare, vendebat in effectu nepotibus, & tamen eo mortuo nulla accepta inuestitura, neque soluto laudemio possessionem illius adepti fuerunt, absque etiam solutione canonis, per quatuor, aut quinque annos morosos fuisse, vt latiùs ista in suis deducebat articulis.

1 Illi † dicunt ex hoc relicto nullum deberi laudemium: cum sit verum legatum, non venditio: aliud esse vendere, aliud legare. l. verba cōtraxerūt. ff. de verb. signi. Ne sit confusio inter verborum significationes. l. si quis in fundi vocabulo. de lega. 1. & vt singulæ causæ singulis appellationibus distinguantur. §. alio quoque modo. Insti. de dona. Item, quia venditio sine certo precio esse non potest. §. pretium. Instit. de emp. & vendi. l. 1. ff. eo. l. fi. C. eo. hic nullum esse certum precium. Si quidem quando ita esset, decem salmatas tritici in decem annis ascendere ad 800. florenos, sicut probatum est rus tanti esse pretij. Tamen multum differt, vbi præsenti pecunia res venditur, vel si in diem, vel in decem annos soluenda sit, quia tempore minus soluitur. §. plus. Insti. de actio. Licet etiam in casum recusationis, disponat testator vendendum esse rus, non dicit pro simili pretio: sed vt ex pretio haberi possit illa granorum quantitas pauperibus distribuenda. Hæc clausula, quamuis venditionem contineret, sub conditione exprimitur scilicet si legatarij recusarent legatum cum onere, quod non fuit. Imò illud acceptarunt. Igitur defecit conditio, super qua erat facta venditio. l. cedere diem. ff. de ver. sig. l. vni. §. sin autem sub conditione. C. de cad. toll.

2 l. hæc venditio. ff. de cont. emp. Illud † etiam in considerationem cadit, quod hæc dicatur necessaria alienatio, vtpote cum cogatur moriēs bona sua in alium transferre. Nec possit illa retinere, vel secum portare. l. fi. de aur. & arg. leg. l. 1. C. de sacrosf. eccles. vt hicitum sit, quod iterum non reddit arbitrium. l. 4. ff loca.

loca.vnde ex alienatione, quæ ex vltima voluntate nascitur, non videtur debita illa quinquagesima quæ ex alienationibus voluntariis domino præstatur. l. fi. C.de iure emphy. Sicut quando hæredes inter se diuidunt hæreditatem, qui non coguntur in communione stare.l.cùm pater. §.euictis.de lega.2.l.qui erat. ff.famil. hercis. l. per diuersas. §. exceptis. C. manda. Ias.in d.l.fi.num. 47. Magis enim succurritur facienti actum ex necessitate, quàm voluntate. l. si fideiussor. §.si necessaria.ff. qui satis.cog.l. fi.C.de alimen. pupil. præs. Bar. in l. cùm seruus. ff. de verbor.obliga. Cra. consi.106.nu.8.

3 Et † licèt inter maiores nostros sit quæstio, an possit emphyteota donare domino irrequisito. de qua per Bar.& alios.in l.si domus.§.fi.de lega.1. Gl.& Ias. latè. in d.l.fi.num.54.cum sequent.tamen communis opinio est vt possit donare, vel legare, vt scribit Alex. consi.189.nu.3.lib.2. Corn. consi.166. num. 4.lib.2. Bertran.cõsi.98.lib.6. Siue emphyteosis ad priuatum pertineat, vel ad Ecclesiam. Alex. consi.17.nu.11.lib. 5.Cur.Iunior consi.130.nu.8.Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst.15. Quia cessat ratio denuntiandi domino si velit rem retinere pro simili pretio, cùm nullum sit in donatione pretium. l. donari. ff. de reg.iuris.igitur, &c.

Sed aduerte, quod etiam in donationibus, & legatis domini voluntas necessaria est, vt eo volente rei possessionem apprehendat donatarius, vel legatarius, próque noua inuestitura laudemium soluat. Ias. vbi suprà num.69.Clar.in d.§.emphyteosis.quæst.15.nu. 2.Bertrand.consi.123.lib. 4. Guid. Pap.quæst.46. Et hoc voluit Gl.in d.l.fin. in verbo pretij partem, dum dicit, quando vẽditur, & in verbo, æstimatione, quando alio titulo transfertur, veluti donatione, vt semper à nouo emphyteota soluenda sit illa pretij pars, ratione nouæ inuestituræ vt illi dicunt.

Item in vasallo, qui non potest feudum donare, vel ad pias causas relinquere, sine domini voluntate, ne dominus alienum hominẽ suscipere cogatur inuitus ca.1.§.donare.qualiter feud. olim poterat aliena, c.1. de prohibi.feud.aliena.per Feder. Nisi adiecta clausula saluo iure domini, non aliàs, vel alio modo. vt Bal. inquit in d.§.donare.Ias.d.l.fi.circa fi.Panor.in c.2. de feud.Feli.in ca.quæ in ecclesiarum.num.77.vsque ad nu.95.Bero.nu.198.199.de consti.& per Bar.in l.codicillis.§.instituto.de lega.3.

4 Licèt † præterea ista alienatio sonet in legatum, effectus tamen satis demonstrat esse titulum onerosum ratione, iniunctę traditionis vt in simili Bertran. cõsi.123.lib.4.de patruo, qui donauerat nepoti, dummodo nihil amplius peteret, vt debeatur Laudemium, secundum valorem iurium remissorum, quia, non sonum verborum, sed magis effectũ inspicimus. l.si vno.ff.loca.l.insulam. ff. de præs. verbis. l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. Oldra.consi.5.in fin. Panor.consi.116.col.fi.lib.2.Alexan.consi.40. nu.14. & cons.43.no.25.lib.4.Soci.cons.53.lib.1.Cra.consi. 301.nu.3. Quod adhuc magis patet, ex eo, quod ipse testator promisit expresse in recognitione quam fecit non donare, nisi soluto laudemio. vnde tale pactum afficit promittentem, & eius hæredes.l.1. C. de Iure emphyteo, & est cautela quam tradit Ang. vt ex donatione omnimodo debeatur laudemium. vt refert Ias.in d.l.fi.num.58.

Infertur etiam, quamuis ex antiquis transactionib. initis inter dominos Masani, & incolas, non deberetur Laudemium ex donationibus, vel permutationibus, tamen vbi emphyteota ita expresse promittit volenti non fit iniuria, & contractus ex conuentione legem accipit.d.l.1.C.de iure emp.

5 Igitur † non est dubium deberi Laudemium. Sed quæstio est an potuerint moram purgare? Dicit dominus non licere. Cùm adepti fuerint possessionem eo irrequisito, & ita post incursam pœnã & apertum commissum, vt in simili asserit Bertran.consi.124.lib. 4. Sicut delictum semel perpetratum pœnitẽtia non tollitur.l.qui ea mente.ff.de fur. ibi, qui mutato consilio domino reddit fur dicitur.l.quis sit fugitiuus. ff.
6 de ædi.edic. Quotiens † enim lex post lapsum termini, faciat executionem ipso iure, vt quia extinguit ius morosi, & in alium transfert, tunc mora, etiam re integra non purgatur. Glo.in c.cupientes. §.quod si per viginti.in verbo, expectatur. de electio. lib. 6. Bal. in authen.habita.C.ne filius pro pa.per l. si is cui. de lega.2.l.1.§.qui rem.ff.deposi.l.qui ob rem. ff.de cond. indebi.c.1.quid iuris sit, si post aliena.feudi vasal.illud recuperat.

Idem in emphyteota si post alienationem emphyteosim redimeret.quia, pœna ipso iure commissa est. Ias.in d.l.fi.nu.135.Bar.Alex.Ias.in l.si insulam. vbi de Rip.nu.81.ff.de verbo.obliga.Alex.consi. 57.nu.11. lib.2. Adde Are.consi.94.col. fi. versi. 3. vel quando non seruata forma legis alienaret, secundum Glo. in d.l.fi.in verbo, ipso iure.& ibi Ias.nu.104.

Cæterum fallit hæc regula, quando lex permitteret moræ purgationem. vt Ripa in dicta l. si insulam,
7 num.87.per c.potuit.de loca. vbi † emphyteota potest celeri satisfactione sibi consulere. tamen non dicit quando ista celeris satisfactio facienda sit, & idem in l.si ita quis.§.Seya. Ibi, si non multo post obtulisset. ff. de verbo. oblig. Aliqui dicunt vsque ad litem contestatam. vt glossam in dicto capitulo potuit. & ibi Bero.numero 141. Guid. Papa quæst.123. de Afflict.Decis.174.num.6.Alij maius tempus requirunt, vt refert Meno.de arbi. libro secundo, centu. prima, casu septimo, numero primo, secundo, tertio, quarto. Sed verius est, hoc omne ad iudicis cognitionem remittendum sit.dicto §.Seia. Ias. declarat in l. secunda, nu.84.in fi.C.de iure emphyteo.Rip. in dicta. l. si insulam.num.36. & Meno.vbi suprà.num.14.vt consideret rerum, & personarum qualitates, & temporum circunstantias, vt magis debeat in mitiorem partem inclinare.l.continuus.§.item qui insulam.ff.de verbo. obliga.vel si videat malum emphyteotæ animum, vt qui conetur ius domini interuertere, vel maculare, aut aliis signis ostendat se indignum gratia. Et in summa iudex, vltro, citróq; causam cogitare debet, & posteà eam partem amplecti, quæ iustior sit & æquior, vt illi dicunt.

Hic apparet contestatos fuisse litem negatiuè sine vlla protestatione, quod malum est: quia, lite contestata non licet moram purgare. dicta l.si insulam. & ibi Rip.nu.76. fatetur ius contineri intra breue d. de Sado, ergo debebant accipere inuestituram ab eodem
8 domino. Nulla alia † est melior probatio, quàm illa, quæ per confessionem partis fit. l. Labeo. de suppel. lega.l.cùm te.C.de transac.l.generaliter. C.de numera.pecu.ca.proposuisti.de proba. Bar. qui ponit modos probandi scientiam, in l.Celsus. & ibi, Bal. num. 85.ff.de vsucapio. & ita cessat regula l.qui in alterius. ff.de reg.iuris.cùm fateantur scire. Et licèt dicant per auditum non excusantur.cùm ita sciant.c. quanto. de præsump. Bar.in d. l. Celsus. & ibi Balb. numero 90. Et si dubitarent, poterant facilè tollere dubitationem habita cum domino informatione, l.si Titius.in princip.ff.de fideius.l.pe.ibi, qui sciret, aut scire potuisset.

ff.ad Macedo.l.quiſquis.& ibi gloſſa.C.de reſc.vend. l.regul.§.ſed iuris.ff.de iur.& fac.ignó.cum ſimilibus, quibus probatur eum pro ſciente haberi, qui facilè hoc ſcire poterat.latè Tiraq.de retract. conſang.§.1 2. Gl.1.nu.9.

9 Et licèt † ſint ruſtici,& pauperes,alius nobilis,diues, & potens, hoc non præſtat excuſationem. no. Iaſ.in d.l.ſecunda, uum.183. C. de iure emphyteo. Dicens, ruſtico, vel mulieri non ſubueniri niſi in caſibus à iure expreſſis.l.pe.C.de iuris,& fac.igno. Decius conſi.284.num.2. In his etiam, quæ introducta ſunt ad conſeruandum iuris rigorem nulla iſtis datur reſtitutio.Gloſſ.Bar.Bal.& Paul.in l. cùm quis. C. de iuris,& fac.igno.& in l.ſecúda,ff.eo.quæ ponit exemplum in ruſtico, qui triennio recuſauit ſoluere canonem.·gloſſa in ſumma 38. diſtin. Roma. conſil.125. colum.2.verſ.3.confirmatur. Alexan. conſi.14. num. 14.lib.2.& conſi.165.numero 5. lib.6. Et præſertim quando potuerunt conſulere peritiores.l.ſi auiam. in fi.ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes facilè cognoſceres,&c. C.de ingenuis, & manu. Bar. Alex. Iaſ.Deci.in l. ſi quis id quod ff. de iuriſ. om. iudi. Panorm. in c. ſuper literis. in verbo ſimplicitate. de teſcription.Tiraquel.de retract.conuen.§.4. Gloſ.7.nu. 13. cum ſequent. ſicut poterant iſti, qui habebat aduocatum à quo poterant conſiliũ capere. Iudex enim tenetur ſequi iuris rigorem quando in corpore iuris ſcriptus eſt, qui præfertur æquitati non ſcriptæ. l. proſpexit. ff. qui & à qui. Bal.& Iaſ.in l.placuit num. 3.de iudi.

Si verò à tergo reſpiciat iudex,iudicabit iſtos ſimplices, & minimè malos, qui cogebat illos fateri rus eſſe de breui dominij:in hoc ſatis demonſtrant eorum ſimplicitatem non dolum,noluiſſe dominum defraudare. Non fatentur ſcire rei qualitatem: onera, vel cenſum: quia, ſcire, eſt habere facti ſcientiam, cum omnibus qualitatibus ſuis, vt res perfectè intelligatur.cle.cauſam.de elec.gloſſa in capitulo concertationi. in verbo ſciuerit. & ibi Fran.de appel. libro ſexto, Alexander conſilio 114.numero 10.lib.1. Non ſufficit ſcire in genere, ſed in ſpecie.c.quo ad conſultatio. vbi Feli.de re iudi. Iaſ.in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu.28.ff.de verbo.obliga.Deci. in c.nam & concupiſcentiam.in 2.lectura. de conſti. Tiraquel. de retract. conſangui.§.36.Gl.2.num.30.Gram. conſ.197.nu 41. Cachera.deciſ.176.num.4. videmus etiam, quod vbi viſionem recognitionis habuerunt, obtulerunt ſe facturos omnia,quæ emphyteotas oportet, quæ ſolent annuos excuſare poſſeſſores. vt aduertit Iaſ. in d.l.2. nu.182. licet tardè poſt litem conteſtatam negatiuè, cùm prius debuiſſent offerre, facta fide de iuribus. vt aduertit Iaſ.in d.l.2.nu.182.

Poterant credere non deberi laudemium ex legato pio, quod pauperibus relinquebatur. Glo. in l. ſi quis Titio.de lega. 2. authen. ſimiliter. C.ad l.Falcid. Non putabant teſtatorem alteri velle facere præiudicium,& ſuam animam perdere.l.fi. C.ad l. Iul. repetunda.l.1.§.ſi quis moriés.vbi Ang.& Imo.ff. ad Syllenia.& ſuprà Deci.91.

10 Denique † cùm de æquitate canonica ſemper liceat moram purgare in terris eccleſiæ. vt no. omnes in d.l.ſi inſulani.vbi de Rip.numero 93.& deciſ.conſ. 538.numero 8.& conſi.452. numero 5. Ruin.conſil. 135.numero 4.& 10.libro 1. Maximè, quando nullum damnum patitur dominus, vel creditor. Bertrandus conſilii 342.numero octauo,libro 1. Hypo. ſingula. 463. Cùm ex bono,& æquo deſcendat purgatio moræ.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ff.de verbo.oblig. Cachera.deciſ.71.numero 69.

Tandem, quia apparebat ſemper denegaſſe laudemium temerè, litigando per decem annos contra dominum cum ſuo damno. fuit concluſum rus, & terras in commiſſum cecidiſſe,cum expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Futurum deſpicitur,ſuadéntque præſentia fructum.*
2 *Ante tubam trepidare.*
3 *Vidua, an teneatur dare cautionem, ante contractas nuptias ſi petat donationes?*
4 *Pecunia facilis ad conſumptionem, & inter res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
5 *Futura ſunt conſideranda vt illis prouideatur pro maiori cautela.*
6 *Donatio reciproca facta inter coniuges, quatenus excedit, dicitur lucratiua, & non pro concurrenti quantitate.*
7 *Vſufructuarius ante præſtitam cautionem non facit fructus ſuos.*
8 *Reuerendiſſimus dominus Dominicus de Grimaldis epiſcopus Sauonen. in locum Reuerendiſſimi domini epiſcopi Tholonenſis locumtenentis generalis vocatus.*

DECISIO CXLIIII.

DOMINA Franceſia Bernarda vidua quondam egregij D. Georgij, Ioannis aduocati Auenio petebat à tutoribus liberorum ſuorũ, ſuæ dotis augmentum, quod erat tricentorum aureorum, & mundum muliebrem ſibi donatum valoris ſexcẽtum aureorum. Illi repugnant, niſi prius idoneam præſtauerit cautionem,ſi ad ſecundas tranſiuerit nuptias. Illa dicit non teneri, cùm nõ ſit nunc quæſtio ſecundarum nuptiarum,quas ſi contrahat paratam ſe offert cauere.interea ſoluant,& liberabuntur:vt ſcilicet habenda ſit ratio præſentis ſtatus, & non futuri.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.obliga. Omne † fu-
1 turum deſpicitur, ſuadéntque præſentia fructum. vt
inquit Glo.in l.cùm hi.in princip.ff.de tranſactionib.
l.1.vbi Bart.ff.de in litem iuran. Iaſ.in d.§.ſacram.nu.
5.& l.quod ſi fortè. §.1. verſic. quid ergo.ff.de ſolut.
vbi ſoluens ei in cuius locum alius erat ſubrogandus,
puta relegato,liberatur.illúdque futurum non conſi-
deratur:quod erat illi ſubſtituendus curator. Ideò tu-
tores,ſine cauſa eſſe ſolicitos de re, quæ nondum ve-
2 nit. ſicut de † ignauo milite dicitur, qui ante tubam
trepidat,vt Virgilius inquit,

Cur ante tubam tremor occupat artus?

Vbi eo venerimus nouo vtemur conſilio.l.de æta-
3 te.§. ex cauſa. ff. de interro.actio. Interea † dicebat,
quod non erat grauanda hoc dato cautionis onere.c.
literas.de reſtitu.ſpolia.authen.cui relictum. C.de in-
di.vidui.tollenda.

Hinc ſeruiebat auth. eiſdem pœnis. in fi. C.de ſecund. nupt. ibi, contractis nuptiis à tutela repellitur. & l.hac edictali.§.his illud. C. eod. Ibi, hoc eſt, vbi morte mariti liberata diſſoluto matrimonio ad ſecundas venerit nuptias. Idoneum fideiuſſorem præſtet, vbi Bal.ſcribit ſi non migrauit ad ſecunda vota eorum, quæ habuit à marito remanet domina. Hinc, quod ſub conditione promiſſum eſt non debetur niſi conditio exiſtat. l.cedere diem.ff.de verbo.ſign.l.vni. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tol.& qui ante tempus petit, plus petere dicitur. §.plus.Inſti.de actio.

actio.quia dies,pats summæ dicitur. l.1.§.diem. ff. de
edend.Deci.conf.474.nu.4.

Cæterum domini fuerũt in contrario voto, si qui-
dem euidentet apparebat hanc esse adhuc iuuenem,
& robustam, vt facilè posset sibi virum associare, &
matrimonio iungere. Cùm sit varium, & mutabile
hoc mulierum genus,& præsertim viduarum,quibus
difficile est assueta relinquere, vt inquit Impera.in §.
fin autem. ibi, cùm forsitan sit iuuenis non patiatur,
nec possit cõtra feruorem naturæ resistere.in authen.
de non elig. secund.nub. Et si habitis quæ perebat
ea dissiparet, (quod non eredimus cùm sit prudens
mulier) vel marito futuro donaret, quomodo esset
pupillis cõsultũ?frustrà posteà peteretur cautio. Cùm
4 † pecunia sit res mobilis, facilis ad consumptionem.
l.hoc senatusconsultum. in princip. & §.1.l.quoniam
pecuniæ.ff.de vsufruct. earum rer. quæ seruando ser-
uari non possunt.enumeratur. l.nouissimè. l. lex quæ
tutores.C.de admin.tutor. Nutat Bar.& doc.in l.si ex
legati caus.ff.de verb. oblig. Alexand. consi.92.num.
2.3.4.5.6.lib.6.Decius consi.409.nu.5.Bertran.consi.
100.nu.13.lib.1.& consi.216.num.2.lib.3. Tiraquel.
de retract.consi.§.1.Gl.7.num.102.cum sequẽt. Ideò
melius est in tempore occurrete, quàm post exitum
vindicare.l.1.C.quando vni.liceat sine iudi. se vendi.
vel post vulneratam causam remedium quærere. l.fi.
C.in quib. caus. in integ. resti. non est neces. Quod
vulgò dicitur,post bellum auxilium,si quidem ægro-
to mortuo, serò venit medicus. magistratus enim te-
netur si minus idoneè pupillo caueatur.l.in magistra-
tus.ff. de magistra. eooueniend. l.1.l.aduersus. C. eo.
Satis supinè agit, qui ex aliena lite sibi litem compa-
rat,& quærit.

5 Nec obstat † futura non venire in eoosideratio-
nem.fallit,vbi pro cautela super futuris prouideretur,
& quando præsens status tendit ad illa. l.qui bona. §.
cùm intet.ff.de dam. infec. l. si quis domum. ff. loca.
no.Bart.in l.diuortio.ff.de nego.gestis.facit tex.in ca.
1.de setuis noo ordinan.vbi Gloss. dicit, futura quæ
possunt accidere præcauenda. ca. in nomioe domini.
23.dist.ele.prima.vbi Card. de rebus eccl. nõ alienãd.
vel vbi in commodum fieret super futuris prouisio.l.
3.§.duæ autem sunt causæ.ff.de carbo. edic.l.1. C. de
ordi.iudi.no.Bart.Alexand.& Ias.numero 28. in d. §.
fuetam. hinc dici solet ex præsentibus iudicamus cir-
6 ca futura.c.scribam. de præsump. Ideò † dixerũt Iu-
dices, tutores cogendos soluere dotis augmentum
cum monilibus,præstita per eam idonea cautione su-
per iocalibus, scilicet,& media parte augmenti, quæ
est centum & quinquaginta aureorum. quia alios
150. scut. nõ dicebatur habere à marito titulo lucra-
tiuo. Cùm tantum illi dabat, vt aduertit Stepha. Ber-
trand.consi.175.numero 4.& consi.180.numero 11.
libro 2.de Ripa in l.fœminæ.num.30. & 34. Cod. de
secund.nup.Boëri.decisi.185. num.10. Tiraquel.in l.
si vnquam.in verbo donatione largitus.nu.110. cum
sequenti.

7 Vlterius † illud generale est,eos,quibus vsusfructus
debetur, debere cauere de saluanda rerum substantia
finito vsufructu. l.1. §. cauere. ff. vsufruct. quemad-
mod.caueat.titu.vt legato.nomine cauea.l.1. & 2.C.
de vsufruct.& l.vsufructu.eo.tit. Bald. consi. 484.lib.
4.Gnid.Papę quæstio.248. Adeò, vt ante satisdatio-
nem non faciant fructus suos.l.vxori.ff.de vsufruc.le-
ga.& ibi Bart.Bald.consi.21.& consi.22.lib.2. Feli.in
c.sin autem.num.5.de rescrip.Chassa.in consue. Bur-
gund.Rubr.4.§.6.in verbo. *& sera tenue*. Si hoc petat
proprietarius.l.si constat. C. de compensa. l. hac edi-
ctali.§.is illud.vbi Bar.& alij.C.de secund. nupt.Ale-
xand.consi.120.num.5.lib.6.Bertrand. conf.40.lib.2.
Soci.conf.131.in fi.lib.1.Cran.consi.187.in fi. Etiam
si testator remisisset vxori præstationem huiusmodi
cautionis,vt scribit Paul.de Cast. consi. 221. num. 1.
lib.2.vt auferatur occasio delinquendi.l.scire.C.vt in
possess.lega.l.pecunię.Cod.de vsufructu.Bart.in l.ne-
mo potest.& ibi de Ripa nu.39.de lega.1.Cra.consil.
187.num.7.Rol.à Val.consi.92.per tot.lib.1.

8 Hodie † decima tertia mensis Decembris anni
1583.legitur in auditorio Rotæ diploma S. D. N. P.
Gregorij 13. quo apparet S.S. velle,& cupere vt Re-
uerendissimus dominus Gulielmus Blancus episco-
pus Tholonen.locumtenens, & Rotæ præses, dein-
ceps & quanto citius in sua Tholonen. ecclesia resi-
deat. Ne lupus rapax absente pastore gregem domi-
nicum deuoret,aut perdat. Sine tamen reprehensio-
ne gestorum, vel læsione honoris,& dignitatis, ap-
probando quicquid hactenus per eum in officio fue-
rat gestum. In eius locum vocatur Reuerendissimus
dominus Dominicus de Grimaldis episcopus Sauo-
nen.antea rector comitatus Venaysini. Ille est, qui
cùm videret locum Minerbiæ iam per septem annus
ab hostibus occupatum,non posse armis, telo, aut ia-
culis vinci, cùm sit natura munitus, & ferè inexpu-
gnabilis,curauit, & fecit vt vallo, fossâque quasi mu-
ro circundaretur,& claudeterur,ne inde hostis posset
egredi. Sed fame, siti, & inædia pressus locum dese-
reret. Et vt magis catholicos milites in officio reti-
neret,& exeitaret sua præsentia,fraudibúsq; occurre-
ret,vltroque tempori cedendo,vnũ ex quatuor iuxta
vallum in quadrangulum constructis propugnaculis
custodiendum accepit propriæ vitæ nõ parcens. vbi,
per quindecim menses, illa dura & mala, quæ in ca-
stris patiuntur militer expertus est, vno iaculo igneæ
glandis in facie percutitur. Tandem Deo propitio,&
sine sanguine locus ille suo principi restitutus est an-
no 1578.& 10.Decemb.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis locum non habet nisi expresso iure caueatur.*
2 *Pœna delicto commensuranda.*
3 *Adulterium grauissimum scelus,& grauius stupro.*
4 *Similia dicuntur illa,licèt in multis differant,sufficit si in eo,de quo quæritur conueniant.*
5 *§.fi.in auth.de restit.& ea quæ parit declaratio.*
6 *Lucri,& damni magna differentia.*
7 *Priuatio ad habitum non infert.*
8 *Vasallus priuatur feudo, si rem habeat cum vxore domino ipso viuente.*
9 *Fictiones non habent locum in statutis, vel pœnalibus causis.*
10 *Adulterium,vel stuprum cum meretrice impunibile.*
11 *L.penul.C.de adul.vtiliter declaratur.*
12 *Maritus licèt sit mortuus offenditur ex stupro viduæ.*
13 *Vidua gaudet priuilegijs mariti sui.*
14 *Pristina dignitas considerabilis.*
15 *Adulterium commissum durante matrim.putatiuo dotem perdit.*
16 *§.diuus.l.si vxor.ff.de adulte.declaratio.*
17 *Sponsa vxoris appellatione continetur.*
18 *Hæres,vel legatarius perdit hæreditatem,vel legatum si habeat rem cum vidua testatoris.*
19 *Mariti anima tristatur in alio sæculo ex libidine vxoris viuentis.*
20 *Maritus dotem si nõ habeat,potest expellere vxorem.*

21 *Pauli*

21 Pauli, & Alexandri contentio, an vidua ſtuprans, dotem perdat?
22 Doctori diſtinguenti magis credendum eſt.

DECISIO CXLV.

Vidua ſtuprans an perdat dotem. caſus pulcherri. & diſputabilis.



MORTVO domino Simone de Nouarinis, nobilis Margareta de Caneto eius vidua petebat dotem, augmentum, mundum & ornamenta muliebria. De quibus loquitur Vlpia. in l. argumento. de auro & argen. lega.

Dominus Iacobus de Nouarinis eius pater ſe opponit, dicens perdidiſſe dotem, & cætera: propter ſtuprum per eam commiſſum, cum nobili Ioanne Dominico milite, eius nunc marito, duráte anno luctus, & in mariti domo, & hæc latiùs deducit in ſuis articulis, quos probare intendit, ſi ſemel fuerint admiſſi. Vidua minimè admittédos etiam ſi probarentur dotem non perderet, ſecundum opinionem Alexand. in l. ſororem. C. quib. vt indig quã multi viri grauiſſimi communem atteſtantur. Alius aſſerebat contrariam, plures & longè maiores habere auctores, qui dicunt magis communem. cuius auctor fuit Paul. Caſtren. in d. l. ſororem. & conſ. 147. lib. 2.

Hic igitur duæ ſunt inter ſe pugnantes acies, & vtraque proprium habet ducem, vna Paulum, alia Alex. viros quidem in iuris paleſtra expertiſſimos, & conſummatiſſimos. Sed quis iuſtius induit arma?

1 Inquit † Alexand. pœnam priuationis iuris ſui, locum non habere, niſi expreſsè iure caueatur. §. cùm igitur. in authen. de non eligend. ſecund. nub. Gluſ. & cano. in c. fin. de iure patrona. Bald. in authen. ex teſtamen. C. de ſecun. nup. Alexand. conſi. 103. num. 15. lib. 1. & cõſi. 92. lib. 6. Iaſ. in l. quod te. nu. 31. ff. ſi cert. peta. Panor. & Felin. in c. querelam. de iureiurand. domini. conſi. . 05. dicens, quod pœnę non imponuntur ex magiſtrorum opinionibus, ſed à ſola lege. l. ſi quis. §. diuus. ibi, pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe. ff. de religio. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo reuertatur. num. 105. hæc autem pœna ſcripta in lege non reperitur. l. ſi ſeruum. §. non dicit prætor. ff. de acqui. hæred. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. Ideò erubeſcimus ſi ſine lege loquamur. l. illam. C. de colla. l. cùm quidam. ff. de libe. & poſthu.

Paulus reſpondet expreſſum dici, quod ex mente legis concipi poteſt. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſthu. l. tale pactum. §. fin. vbi Glo. ff. de pact. l. ſi pactũ. ff. de proba. Bal. cõſi. 100. lib. 2. Bar. & doct. in l. 1. vbi de Rip. nu. 10. de vulga. Sed lex, quæ honeſtè viuere iubet. §. iuris præcepta. Inſti. de iuſti. & iure. odio proſequitur, & punit incontinentes vxores. l. conſenſu. Cod. de repud. ita & viduas tacitè, præſumendo quod in matrimonio idem fecerint. l. ſi hi qui. C. de adulte. §. quamobrem, & Glo. in §. inferimus in verbo malignè. in authen. de reſtitu. & ea quæ parit. Alcia. regula 2. præſum. 6. num. 1.

2 Secundò, † nõ eſſet iuſtum ſi leuius delictum puniretur illa pœna, qua ſolent, & debent grauiora puniri. l. ſancimus. C. de pœnis. l. reſpiciendum. ff. eo. c. non afferamus ſtateras. 24. q. 2. Pœna enim delicto commenſurãda eſt. authen. omnes peregrini. C. communi. de ſucceſ. l. 1. §. ſed & qui. ff. de abigeis. c. felicis. §. cæterum. de pœnis. lib. 6. Hypo. conſi. 30. num. 12. 13.

3 Quid in omnibus † peccatis adulterio grauius? c. quid in omnibus. 32. q. 7. c. 1. 81. diſt. c. fi. de purga. cano. l. codicillis. §. fratre. de lega. 2. filium noſtrum occidit, & alia deteriora fecit. l. patri. §. quod ait lex. ff. de adulte. Adultera, vocatur ſacrilega, quæ thorum violat coniugalem. l. quamuis. C. eo. turbat honorem matrimonij, & incertos liberos facit. §. fi. in auth. de reſtit. & ea quæ parit. Quid viro moleſtius, ſi ſuam ſubſtantiam sciret ad adulterinos deuenire filios? l. ſcripto. ff. vnde lib. l. cùm ratio. ff. de bonis damna. l. nam & ſi parentibus. ff. de inofficio. teſtamen. l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. de huius delicti grauitate ſcribunt noſtri maiores. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis, de iudic. Tiraquel. in decimatertia lege connubia. num. 26. cum ſequent. Nimirum ſi dotem perdat adultera. l. conſenſu. C. de repud. c. plerunque. de dona. inter vir. & vxo. Quæ vinculum indiſſolubile ſeparat, & diſiungit. c. gaudemus. de diuor. c. debitum. de biga. c. hæc imago. 36. quæſt. 5. Non ita facit vidua quæ ſtuprum committit, cùm morte mariti ſit diſſoluta à lege viri ſui. §. deinceps. in authen. de nup. l. 4. ff. loca. c. fi. de ſecund. nup. diuus Paul. ad Roma. 7. c. ſicut alterius. 7. q. 1. Amore nihil eſt vehemẽtius. l. vni. C. de ſenatuſ. Claudia. Sitque difficile contra feruorem naturæ reſiſtere. §. ſin autem, in authen. de non eligen. ſecund. nub. Non ſic in vxorata, quæ debitum à viro poteſt petere. c. ſi tu abſtines. 27. quæſt. 2. Ideò regulariter minor pœna eſt ſtupri quàm adulterij. §. Item lex Iulia. Inſti de publ. iudi. hic autem vtrumque pari pœna puniretur contra iuris regulas.

4 Reſpondet, † licet in multis differant hæc duo delicta, tamẽ in dotis amiſſione idem videtur iudicium, quia vtrumque in iniuriam mariti committitur, eiúſque honorem lædit. §. fi. in authen. de reſti. & ea quæ parit in vndeci. menſe. §. nos igitur. in authen. de nup. Ideò ſatis eſt, quod ſit ſimilitudo in caſu de quo agitur. §. 1. Inſti. quod cum eo. Panor. in c. tranſlatu. & ibi Feli. num. 10. de conſtit. Iaſ. in l. creditori. ff. de nou. ope. nuntia. Cra. conſi. 92. nu. 9. hinc Ariſto. 6. metaphi. inquit, quorum qualitas eſt vna, dicuntur ſimilia, & illa quorum ſubſtantia eſt eadem, dicuntur eadem. no. in c. de cauſis. de ſenten. & re iudi. Quod procedit etiam in pœnis maleficiorum, in quibus proceceditur per ſimilia. Glo. nota. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. omnium iudi. & ibi Deci. nu. 47. Glo. & Bar. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. iuncta l. non tantum. ff. de ſeruo corrupto. authen. quas actiones. ibi Iaſ. nu. 17. & nu. 22. C. de ſacro. eccleſ. Craue. in conſi. 205. nu. 41. verſi. addo.

5 Tertiò † Alexand. iuuat §. fi. in authen. de reſtitu. & ea quæ parit. vbi, illa, quæ parit intra annũ luctus, ita, vt certum ſit prolem non eſſe prioris viri, priuatur antenuptiali donatione, & alias patitur pœnas impoſitas contra nubentes infra annum luctus. vnde, cùm ibi limitetur pœna in priuatione donationis, non debet extendi ad aliam pœnam. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. l. cùm quidam. ff. de acqui. rerum domi. l. cùm quidam. ff. de libe. & poſthu. c. odia. de reg. iuris. Deinde quod inter pœnas, contra nubentes infrà annum luctus, non enumeratur dotis priuatio. l. 1. C. de ſecund. nup.

6 Sitque † magna differentia inter dotem, & donationem, vna damnum continet, alia lucrum, dos proprium patrimonium mulieris dicitur. l. in rebus. C. de iure dotiũ. l. 4. §. ſed vtrum. ff. de mino. Donatio, quaſi doni datio. l. donari. ff. de reg. iuris. Ideò damni, & lucri diſſimilis eſt ratio. l. fi. C. de codicil. l. 2. C. de impo. lucra. deſcriptio. lib. 10. Inter ius quæſitum, vel acquirendum multũ intereſt. l. ſi ſpõſus. ff. ſi maritus. ff. de dona.

de dona.inter vi.& vxo.l.qui aotem.in princip.ff.quę in fraud.credi.Panot.in c.tua.nu.9.de his,quæ fiunt à ptæla.fine eonſ.capi.Felin.in e. ſoper his. oum.18. de accuſa.Ioan.Lup.in Rub.de dona. §. 47. Non debet igitur priuatio luori,vel iuris quærendi,includete priuationem ptoprij,& iam quæſiri iuris.Lex vnum dedit,alterum negauit.l.cùm prætor. ff. de iudic.c.nonne.de præſump.

Durū profectò, & à manu forti emiſſum iaculum, proinde ſe defendendo dicebat Paulus,lex noua,quæ generaliter loquitur non videtur excludere pœnas ſpecialiter à lege antiqoa introductas. l. ſanctio legom.ff.de pœnis.l.1.§.dixerit.ff. de publica. & vectiga.& vtraque locum babebit,vt inquir Bar.in d.l.ſanctio legum.& probat l.doli clauſula.ff.de verbo.obliga. Lex autem anriqua priuat dotibus incontinentes vxores.d.l. eooſenſu. Ideò licet lex noua priuer illas donationibus, non videtur auferre anriquas pœnas impoſitas contra violantes vera, vel ficta matrimonia vt infrà patebit.

7 Quartò † de priuatione ad habitum nulla eſt proportio.l.qoi res. §.aream.ff.de ſolo.l.decem.ff.de verbor.obliga.non entis oullæ ſunt qualitates. l.1. ff. de vſufruct. e. ad diſſoluendum. vbi Panor. de deſponſa. impube. Sed ſi viuente marito adulterium commiſiſſet,ſi de illo noo fuerit conqueſtus,non poteſt hætes agere,cùm ad eum non pertineat morum correctio.l. rei iudicatæ.§.1.ff.ſolot.matri.l.fi.C.de reuocand.dona. Hæc enim ad hæredes non tranſmittuntur. l.1.§. fi.com l. ſequen. ff. ad Syllenia. Sicut hætes domini contra vaſallum non audiretur, ſi de ingraritudine commiſſa vellet agere.no.Bal.in.c.1 §.porto.quę fuerit pri.caoſ.amit.cano.1o d.c.plerunque. & de Rip. in d.l.fi.nu.101. C. de reuocan. dona. Ergo non poteſt querela à perſona hæredis incipere, quæ ſi cepta fuiſſet à perſona teſtatotis finiretur veoiente hærede. l. Tirio cùm moreretur. ff.de vſufruct. Paul. dicir, pro nooo delicto, & iniuria facta teſtatori licere hæredibus vindictam ſumere.l.1.ff.quib.vt indig.non vbi tacitè à defuncto remiſſa fuiſſet,vt in contrario.

8 Quintò, † vaſallus feudum amittit ſi cum vxore domini rē turpiter babeat.c.1. quib. modis feu.amir. non ita ſi eo mortuo illud faceret.e.1. in fi.de feud.ſine cauſa non amitten. Innuēs magnam eſſe differentiam intet iniurias factas viois vel defunctis dominis, quibus propriè non fit ioiuria, cum ſint inſenſibiles. l.4.ff.loca.l.filia in orbirate.C.de inoff. teſt. Alius dicit,quia vaſallos non eſt tantum aſtrictus domino, ſicut eſt vxor marito,in cuius nomine viuit.l.fœminæ. ff.de ſena.cum ſi.

9 Sextò, quod † moruos præſumatur viuere, id fit quadam iuris fictione.l.in bello. ff.de exeoſarionibus tuto.§.item nepotes.Inſti.eo. Sicut econtrario,quando dicimus viuentem haberi pro mortuo. l.1. ff. deportatos.ff.de bono. poſ. cootta tabu. l. cùm hic ſtatus.§.ſi ſeruus. ff. de don. intet vi. & vxo. Si quidem iſtæ iuris fictiones contra veritatem à lege introdućuntut.l.lex Cornelia.ff.de hæred.inſt.§. ſi ab hoſtib. Inſti.quib.mo.ius pa.poteſt.ſolui.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.in 1.qoæſt.ff.de vſucap.& ibi Iaſ.nu.167. Et proptereà ſtrictè interpretantut l.mulieri,& Tirio,de cond.& demon.Alex.in l.1.§.lex Falcidia.in fi.ff.ad l. Falcid. Itaque locum non habent in ſtatutis, in quib. propriè verba debent intelligi.l. 3.§.hæc verba. ff. de neg.geſt.Bart.io l.1.ff.de fonte. Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore.no.170. Minus in pœoalibus eauſis,vt tantum puniatur, qui fictum viuentem afficit, ſicut qoi verè viuentem læderet,vt inquit Bald.in d.l.ſororem. in fi.& eonſi.294.nu.2.lib.1.Corn.eonſi.92.nu.3.lib. 3.Iaſ.in l.Gallus.§.quid ſi is.nu.16.Panor. in e. graue. num.7.de præbēd.hinc dici ſolet,flagellare mortuos, de fruſtra laborantibos contra inſenſibiles, qno modo reuocabit ad animum, euius nulla voluntas eſt. l. 4.ff.loca.

Licèt ficta ſit illa inioria, quæ rangit mortuos,vera tamen dicitut reſpectu hæredis,cuius ſemper intereſt defuncti exiſtimationem purgare.l.1.§. quotiens autem.ff.de iniuriis.§.1.in aothen.de iuteiuran.à morieo.præſ.

10 Vltimò,† multi allegant in auxiliū Alex.l.ſi vxor. §.ſed in ea vxore.ff.de adolt.vbi maritus poteſt adulterium vindicare in eam, quæ vulgaris fuerit, licèt ſi vidua eſſet ſtuprum in eam impunè committeretur. vide, qualiter ſtuptum in viam impunè committitor.

Sed hoc leue eſt, quia vulgaris erat illa fœmina. i. communis.l.quæ adulterium.C.eo.l.palam. ff.de ritu nup.quæ propter ſui vilitatem legum laqueis oon innodatur.Hypo.ſingula.150.

Nunc Paulus Caſtr.his armis ſuas tuebatur partes.

11 Primò † l.penul. C. de adulte. Mulier timens ne à marito repudiaretor dioertit ab illo (inquit Imperator)ne viduitatem ſtupri procacitate maculet, repudiato marito accuſatio defertur. ecce ibi, quod vocatur vidua, contra quam matitus habet accuſationem, ac ſi conſtaret matrimonium.Nam ſi vera eſſet vxor, ſtupri accuſatio non competeret,ſed adulterij. l.inter liberas.§.lex Iulia.l.ſtuptum. ff.eo. Nota etiam rationem,quæ locum habet contra viduam,etiam mortuo marito, cùm dicatur viduitatē ſtupri procacitate maculare. Et buic ſimile eſt quod diuus Paul. ſcribit ad Timotbeum. 5. c. viduas loxuriantes damnationem habere,quia primam fidem irritam fecerunt,&c.

Reſpondent Alexandrini, impropriè ibi viduam eſſe, & adhuc durabar matrimonium, cùm ſine cauſa diuertiſſet. Nam ſi ex lege repodium miſſum non ſit,adhuc nopta mulier eſſe videtur, vt inquit Caius in l.pen.ff. eod.l.2. ff. de diuort. vnde ratio ad matrimo.referenda quoque eſt,cùm de illo loquatur.

12 Secuodò, † ſicut offenditur maritus vxoris adulterio,ita & poſt mortem ſtupro ſuæ viduæ,cùm præſumatur durare matrimonium.§.ſoluto.in authen.de nup.l.fi.C.de bon. matet. ibi,ſiue in priori matrimo-
13 nio manere voluerit. Hinc† vidua gaudet eiſdem honoribus,& priuilegiis, quibus gaudebat viuente marito.l.cùm quædam puella.ff.de iuriſd.omn.iud.l.fœminæ.ff.de ſena.l.filij.§.vidua ff.ad municip.Bart.in l. fi.C.de verb. ſig. Feli.in ca. ex parte. de foro compe. Hyp.in l.vnic.oum.55.C.de rapt.virg. Siue ſi oullam haberet dotem expenſis mariti honeſtè ſepelienda eſt.l.quod ſi nolla.ff.de relig. Si pauper illa ſit, alenda eſt ab bæredibus viri.docto.communi calculo in l.diuortio.vbi Alex.num.27.Iaſ. num.18. ff. ſolut. matr. Quamuis Pinellos repugnet in d.l.fi.nu. 8. C. de bonis mater. & dicat non eſſe aleodam extra terminos Glo.in l.vnica.§.exactio.C.de rei vxor.act. Cùm nulla lex hoc ſtatuat, & ne tantum onus leuibus argumentis hæredibus imponatur. Sed in his non inſiſto. Siquidem certum eſt,vbi vxor eſt pauper iure matrimoniali ſuper bonis mariti diuitis quartam conſequitur,ne mendicare cogatur.autb.prætetea. C.vnde vir & vx. Cur ergo de alimentis certamos, cum pauper dici non poſſit.

14 Hæc † itaque conceduntur à lege viduis in hooorem prioris matrimonij. Sicut in pleriſque alus caſibus babetur ratio priſtinæ dignitatis. l. fi.C. de decu. l.eam

l.eam legem. C. de excusa. mu. lib. 10. l. Iubemus. de proxi. sacro. script. lib. 12. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 81. de const. Guid. Pap. q. 377. Hyp. singul. 107. Tiraq. in tract. cessante causa. limi. 15. vnde inhonestè viuendo ingrata dicitur tanti honoris & boni quod à prædefuncto coniuge obtinebat, sicut de ingratis liberis dicimus & libertis. l. 1. C. de ingra. liber. l. fi. C. de reuoc. dona. cap. fi. vbi cano. de dona. l. 1. ff. quib. vt indig. vbi Bart. dicit, sicut defunctus si viueret ad iracundiam prouocaretur, ita quando est mortuus. l si quis. §. iudea. ff. de relig.

Negat Alex. quòd tantum offendatur mortuus sicut viués, vt suprà. Et quia ingrata priuatur beneficio accepto, non sua dote, quemadmodum & illi, quibus vt indignis res collatæ auferũtur, non quod proprias perdant. tit. quib. vt indig. & de reuoc. donatio. l. sororem. & de his quæ pro non scriptis habentur.

15 Tertiò, † constante matrimonio putatiuo si mulier adulterium committat perdit dotem, vt not. glos. in d.c. plerunque. vbi Panor. num. 6. Bald. de dote, parte 11. §. hactenus. num. 36. Bart. in l. si vxor. §. planè de adult. Couar. in 2. parte Decret. cap. 7. §. 6. num. 1. licet glos. io d. l. consensu. in 6. vir quoque. Alex. in l. si cum dotem. §. fi. ff. soluto matrimo. Tiraq. in glos. 8. cũnub. num. 238. repugnent, tamen glos. iuris canonici communiter recipitur. Quia adulteria sicut alia crimina secundùm intensionẽ iudicantur, & ea corde exeunt. cap. cum voluntate. de senten. excom. l. qui iniuriæ. ff. de iniur. l. pen. ff. de adult. quamuis non sit verum obstante impedimento. cap. 1. & 2. de donat. inter vir. & vxor. l. 2. C. de cond. ob causam. Et consequenter non deberet dici adulterium, quod matrimonium præsupponit, & sine eo esse non potest. cap. fraternitatis. de frig. & malef. cap. non præstat. de reg. iur. in 6. sicut de dote dicitur in l. 2. & 3. ff. de iure dot. Hinc maritus illam, quæ vxor esse non potest, iure mariti accusare non potest, iure extranei potest. l. si ea sit. ff. eod. Idem ergo in vidua quæ censetur in putatiuo matrimonio degere & remanere. §. non igitur. in authen. de nupt. l. filij. §. vidua. ff. ad municip. d. l. fi. C. de bonis mater.

Inquit aduersarius istos casus esse diuersos, putatiuum matrimoniũ publicè, & conuocatis amicis contrahitur inter ignorantes, vt no. in c. ex tenore, de re iudic. Ias. consi. 156. in prin. lib. 4. Cur. Iu. cons. 52. & suprà decis. 70. Nimirum si damnum patiatur luxuriando ea affectu & dolo malo credens adulterari, & maritum cornutum facere. c. illud. 15. q. vlt. l. verum. ff. de fur. l. 1. C. ad leg. Corn. de fica. Non autem vidua, quæ ideò ita vocata est, quasi idua & separata viro. l. malum. §. vidua. ff. de verb. sig. quæ non credit maritum offendere, quem non habet. l. decem. de verborum oblig.

16 Quartò † Paulo sero it l. si vxor. §. diuus. ff. eo. vbi, matrimonium qualecunque sit, nec spem matrimonij violare permittitur. Itaque lex Iulia de adulterijs, ad omnia matrimonia pertinet. Qui totum dicit nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. ponderando qualecunque. quod ad vera, & ficta, vel similia referri potest. l. gerit. ff. de acquir. hær. etiam in sponsa hoc vendicatur, quæ adhuc vxor non est. Multò minus licebit violare fidem præteriti, in quo adhuc persistit vidua. d. §. soluto. d. l. fi. d. l. fœminæ. cum sim.

Dicunt Alexandrini in eo. §. adhuc viuebat maritus, & sponsus, hic erat defunctus, multúmque interest inter illud quod fuit, & quod nunc est. l. qui res. §. aream. ff. de solutionib. Hinc Virg. 2. Æneid.

Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

& Ouid. de Tristibus.

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.

Sponsalia sunt matrimoniorum initia. l. oratio. ff. de sponsa. gaudéntque eisdem priuilegiis. l. 2. §. fin. ff. de
17 priuile. credit. † Appellatione vxoris venit sponsa. ff. de iure do. l. lex Iulia. ff. de fund. dot. l. item apud Labeonem. §. sponsum. ff. de iniur. c. discretionem. de eo qui cogno. consan. vxo. su. Glo. in c. canonica. de sent. excom. Barto. in l. cùm pater. de parti. Panor. cons. 65. in 4. dub. lib. 2. Tiraq. in Gl. 2. connu. num. 1. & nu. 18. Id enim quod de proximo futurum est, iam pro facto habetur. l. pen. ff. de milit. testam. l. qui se dicit. ff. de iud. l. fulcinius. quibus ad liber. procla. non licet.

18 Quintò, † si hæres vel legatarius à testatore relictam sua libidine maculauerit, priuatur hæreditate, legatóve, vt Glos. voluit communiter approbata in d. l. sororem. & in l. fideicommissum. C. de fideic. ex tacita voluntate defuncti. l. 4. in fi. ff. de adim. legat. licèt sit mortuus, & nihil sentiat. Cur non idem punietur vxor, quæ alios facit indignos ex participatione huius criminis. Resp. illi non priuantur rebus proprijs, sed donatis, cur vis ista & proprium amittat. Quare, quia turpius, & inhonestius agit. l. 1. C. de adult. Tiraquel. in l. connubia. nu. 46. Non facit, cùm sit soluta lege viri, &c.

19 Sextò, † maritorum animæ contristantur propter istas viduarum libidines, & turpes actiones, vt inquit Imperator in §. quæ verò. in authẽ. de nupt. per quas non solum defunctis fit iniuria, sed etiam viuis agnatis & affinib. l. miles. §. si socer. ff. de adult. sicut in simili dicitur in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis.

Ideò in solatium defunctorum & viuentium hæc opinio amplectenda est, cùm honestatẽ tueatur. §. fi. in authen. de restit. & ea quæ parit in vnd. occurrit clandestinis viduarum libidinibus, & cõsequenter dicitur fauorabilis, non dura, aut aspera. §. mulieres. in auth. de lenonib. Bald. in authẽ. cui relictum. C. de indic. viduit. tollen. Neuiza. in syl. nup. lib. 2. seni nõ nuben. num. 44. Curt. consi. 81. Cachera. decis. 77. num. 18. ne facilitas veniæ tribuat occasionẽ delinquendi. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. l. obseruandum. ff. de offi. præsid. Spec. tit. de aduoc. §. consequẽter. in fi. Decius consi. 5. num. 4. inquit, quamuis materia sit odiosa ab vna parte, tamen dicitur fauorabilis, quando facta est vt fraudibus obuietur. per l. 1. §. pecuniá. ff. de calum. l. sed Iulianus. in princ. & §. mutui. ff. ad Macedo. cap. quanto. de priuil. ca. si ciuitas. de sent. excom. libro 6. Craue. consi. 118. nu. 11.

20 Imò † hæc tria continet mala, mulierẽ indotatam reddit, contra l. 1. ff. solu. matri. nouum maritum sibi inimicum facit, qui potest vxorem expellere si dotem non soluat. l. fi. C. ad Velleia. §. fi. in authen. de nõ eligend. secund. nub. no. Bal. in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Ias. in §. fuerat. nu. Insti. de actio. Panorm. cons. 85. lib. 2. Roma. consi. 517. Pala. Runios, in c. per vestras. §. 49. nu. 1. Iuara illud,

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Quid iniquius, quàm discordiam seminare inter coniuges? l. reprehendenda. C. de institutio. Et vlterius ad turpia cogit egestas. l. testium. §. 1. ff. de testi. l. spadonem. §. 1. ff. de excusa. tuto. hominésque sordidos reddit. c. diaconi sunt. §. mendicat infœlix. 93. distinctio. Alexandri partes quamplurimi sequuti sunt non leuis armaturæ milites. veluti Ias. in d. l. fideicommissum. numero 3. sibi contrarius tamen. So. Iu. consilio 11. dicit magis commu. Decius in c. pastoralis. nu. 8. de Iudi. & in l. cùm quædam. num. 13. ff. de Iuris. om.

Iudi.

Iudi.Maynerius in l.in omnibus. num.208.ff. de reg. Iuris.Ioan. de Garonibus in auth. eisdem pœnis. nu. 21.C.de secun.nup.Rolan.à Valle.cons.87.lib.2.magis commu.Petrus duare.reg.12.Boëti.decisi. 338.in fin.bis ita fuisse iudicatum.Chas.in consu.Burg.Rub. 4.§.6.in verbo.& sera tenue.num.24. Duennas regu. 32.limi.3. in addi.ad Girardum. sing. 48. Moline. in consue.Paris.§.30.nu.142.Anto.Gomes in l.80.Tauri.nu.70.sibi contrarius.Ripa.in l.2.nu.8.solu.ma. sibi contrarius.Pinel.in l.fi.nu.9.10.C.de bonis mater. Craue.consi.205.cum sequen.Iul.Clar.in §.stuprum, qui dicit magis commu. & ita Iudicatum. Ioan. Papon.de adulte.lib.22.arrest.16.Bertrand.consil.33. nu. 6.lib.2.& consil.37.num.2.lib.3. dicens perdere quæ habuit à marito,de dote nihil. sibi contrarius. Alcia. consi.148.nu.8.lib.9.Bermondus in commun.opin.de adulte.num.59. Ema. Sua. in commu. opin.in verb. vxor.

Hi sunt,qui Paulum sequuntur.Ias.in d.l. 2. nu. 6. qui dicit Alex.non vidisse cons.Paul.Feli. in c. pastoralis.num.5.de Iudi.Sebasti.Sap.in addi. ad Panor. in d.c.plerumque.Præpo. in d. c. plerumque. Pala. Rubios.in Rub.de dona.§.67.nu.6.& in Repert. in verbo.dos.Hercula.in d.l.2.num.8.Tho.Parpa. ibid. nu. 2 .Crotus.in l.3.§.Cato.nu.139.ff. de verb. obl. Petrus Gerar.de petra sancta singula. 48. Hypo. consil. 13.& singula.457.& in l.vni.num.48.C.de rap.virg. Neuiza.in sua nup.lib.2.sen. non nubendum. nu. 44. Purpura.in l.ex conuentione.2.limita. C. de pact. & cons.131.nu.1.Rip.in Rub.de Iudi.nu.21.Bero.cons. 32.lib.2.num.10.Laur. Conrad. in suo breuia. tit. de stupra. num. 12. Anto. Baleatus Bono. inter consil. matrimo.consil.85.Cephal. consil.526.lib.4.Conr.in practic.folio 388.Cur.Iuni.tractat.de feud. in 4. par. Celsus Hugo.consil.35.G atus consil.115.Anto.Gomes.in l.4.Tauri.in fin. Belonus in Rub. C. de eden. num.73. dicit communem. Boëtius decis. 338. dicit communem.Bertr.consi.22.lib.6. Viuius in commu. opi.in verbo vidua.

22 Sed quid † agendum in hoc tam vario nostrorum certamine?Sunt qui putant,sequendos esse illos, qui in dubiis opinionibus distinctione vtuntur.Sali. in l. filiæ.C.fami.hæreis.gloss.in l.apud antiquas.vbi Sali. C.de for.Neuisa.in silua.lib.5.est nubēdum. num.32. Itaque dicunt aliqui pœnam priuationis dotis, locum habere, si intra annum luctus, turpiter viuat. Secus si postea.Vt voluit Ioan.de Garro.in d.authen. eisdem pœnis. Bermond. de pu li. concubi. titul. de adulte. numero sexage mosecundo. tacitè Alcia. secunda regula. præsump.9. numero quinto. Cachera. decisione septuagesimaseptima,in fin.qui dicit ita iudicatum. Coua.2.par.decre.capitulo septimo.§.sexto, numero duodecimo.Quibus repugnat dicta authent. eisdem pœnis.per quam priuatur donationibus, non dote. Et illa generalis regula, quæ vetat in duris de asperis facere extensiones. Paulus fatetur in suo consilio. de rigore iuris hac pœna debere puniri. Si ille rigor scriptus esset, verum vtique diceret. l. prospexit.ff. qui, de à quibus. Sed ita in lege scriptum non reperimus.Ideo pro omisso haberi debet.l. si verò. §. de viro.ff.solu. mat. vt æquitas huic præferatur rigori.l.placuit.C.de iudi.Maximè, quod is, qui stuprum fecit, legitimo nunc cum illa coniunctus est matrimonio,quod propterea omnem maculam deleuit.l.Paulus.ff.de sta.hom.c.tanta qui filij sunt legi.cap.fin. de raptori.Et ne maritus indotatam sustineat, vel patiatur vxorem, quod esset causa infiniti propemodum mali. Ideo dixerunt domini admittendos articulos respectu donationum duntaxat quas maritus vxori fecerat,non dotis.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura priuata probat contra scribentem,nō contra tertium.*
2 *Decoctor,quis dicatur?*
3 *Sed(dictio)aliquando ponitur adiectiuè.*
4 *Literæ cambij à die recognitionis incipiunt habere hypothecam.*
5 *Recognitio priuatæ scripturæ mortuo debitore non continet prioritatem temporis.*
6 *Prætorijs in pignoribus nō prodest præuenire in tempore.*
7 *L.Pupillus ff quæ in fraud.credi.declaratio.*
8 *Prior in hypotheca expressa, vel tacita an sit prior pro interesse?*

DECISIO CXLVI.

De recognitione priuatarum scripturarum mortuo debitore,vel ab hærede, vel coram iudice facta an habeat temporis prioritatem?



NOBILIS Petrus de Sancto Sixto Auenionen. præfectus dū viueret arci Pontisforgiæ qui monasteriū fratrum Capucinorum in eadem nostra ciuitate condidit, qui in vita multum poterat opere,& sermone,post mortem reperitur debere vltra summam centum, & triginta millia aureorum diuersis, & propemodum infinitis creditoribus instrumentariis, & chirographariis. Hinc verum est quod dicitur, Mors secreta reuelat,& pandit. Sed forsitan, nunc multi sunt petitores, qui si ille viueret, essent datores.Quia arbore deiecta quilibet ramos colligit. vt est in adagio. vnde eius bona posita sunt in generali discussione, & obseruatis pro more iudiciorum formis ferenda erat sententia pro creditoribus, vt quisque suo ordine collocaretur. Sed dubium nascebatur super literis cambij an consideranda sit temporis prioritas, vt priùs recognitæ posterioribus præferantur. Cum aliquæ adhuc ipso viuente approbatæ fuerint. Aliæ eo mortuo per hæredem,& curatricem recognitæ. Et postremò coram me commissario cæterarum facta fuerat recognitio.

1 Statutum † Auenio.titulo de literis cambij. lib. 2. vult,vt à die recognitionis habeāt hypothecam,quæ ideo tacita vocatur à lege introducta sine facto hominis.vt no.Gl in §.item seruiana.in verbo pignoris. & ibi latè Ias.Insti.de actio. declarat Soc.consil.240. nu.1.2.lib.2.& toto titul.in quib.caus.pig. vel hypo. taci.contra.

2 Regulariter † autem priuata scriptura, quæ recognita est præiudicat recognoscenti. & confitenti. l. publia.in fin.ff.deposi. §. si quis igitur. cum Gloss. in verbo. facimus. in authen. de instru. cautel. & fid. l. scripturas.C.qui potio.in pig. habean. & ibi Bart. & in l.nuda. ff. de dona. & in l.admonendi. numero vigesimosexto, Ias. numero octuagesimooctauo Alexand.consilio 191. numero secundo, libro secundo. Si quidem fatetur recognoscens vera esse, quæ ipso scripsit.l.cum precum.de libe. caus. l. 2. C. de institu. & substit. Non quod noceat tertio, qui si medio tempore contraxisset inter recognitionem, & scriptum chirographum, præferretur isti creditori, cuius gratia facta est nunc recognitio,quæ non trahitur

retro.Pan.in cap.2.num.2.de fide instrum.Fel.nu.12. Eiusmuero facere posset debitor aliis anterioribus creditoribus præiudicium.l.si superatus ff. de pigno. vt inquit Glo.in d.l.scripturas.Conat.lib.2.Varia.resolu.c.11.num.4.Molin.in consuetud.Paris.tit.1.§.5. nu.16.de quibus infra videbitur.Vnde dubium remanet an interiores recognitiones sequentibus præferantur?

3 Si decoctor † ille fuisset, non poterat magis vni fauere,quàm alteri,vt inquit Bal.cōs.40c.nu.4. lib.5. Decoctorem vocat statutum Auenionis tit. de his, qui foro cedunt.eum,qui tempore solutionis non satisfecit.Sed in fugam se dederit,vel latitauerit,vel sua bona occultauerit.Illa dictio sed,non ponitur aduersatiuè Imò copulatiuè, vel additiuè. vt in simili probat l.2.§.Sed seruius.cum Gl.ff. ad l. Rhod. de iactu. De quo non loquitur hæc nostra quæstio,in qua cessant qualitates decoctoris.secundum Rui. consil. 90. nu.13.lib.1.Paris.cons.94.nu.11.lib.1.Soc.consil. 61. nu.14.lib.4.Meno.de arbi.lib.1.q.9.nu.14.

4 Itaque illa † chirographa, quæ ipse adhuc viuens recognouit,& approbauit ab illo die credimus hypothecam accepisse, quia tunc liberam bonorū suorum habebat administrationem, & nulla erat suspitio super impotentia solutionis. Sæpe enim de facultatibus suis amplius quàm in his sit sperāt homines.§.1.Inst. quib.ex caus.manu.non licet.

5 Et propterea † cum eo mortuo datus fuerit curator bonis, instantibus quàm plurimis creditoribus clamantibus ad debita. Factúmque inuentarium bonorum iuxta l.1.& fi.ff.de cura.bo.dand.Omnes opinati sumus circa ea tēpora factas recognitiones nullam considerandam prioritatem. Ne aliquorum diligentia, aut cupiditas aliis absentibus, vel ignorantibus noceat.arg. l. si non expedierit. §. 1. ff. de bonis autho.iudi.pos.Néve liceat hæredi, vel curatrici quibusdam gratificare in damnum cęterorum.l.pupillus. versi.distinguimus.ff.quæ in fraud.credi.l.qui autem. §.qui vero.eo.tit.vbi post bona possessa par omnium creditorum facta est conditio.

6 Et si dicatur,saltem † habenda esset consideratio ad illas recognitiones, quæ coram iudice factæ fuerunt diuersis temporibus vt primò recognitæ posterioribus præferantur, cum factum iudicis reputetur factum partis.l.si ob causam. C. de euictio. Dico, in pignoribus prætoriis non prodest præuenire in tempore.l.cum vnus.vbi Gl.ff.de bonis autho.Iudi.possi. l.si finita.§.si plures.vbi Bart.& Alex.nu.5.ff. de dam. infecto.li[illegible]t in Iudiciali ordo missionis seruetur.vt l. si & iure.ff qui po[illegible]io in pigno.habean. de quo latius Alex.scribit in d.§.si plures.nu.2.3. Tamen quia hic vnum solum fuit Iudicium debet Iudex omnes ęqualiter tueri.l.is cui.§.qui potior. ff. vt in poss.lega. quādo scilicet sunt eiusdem tituli.l.si postquam.C. eo. l. 2.vbi Gloss. & Bart. C. qui potio. in pigno. habean. Negusan.de pigno.in 2.memb.5.Par.num.6. Ideo illi qui haberent hypothecas istis præferrentur, & qui prior est tempore potior est iure.l.eos. C. qui potio. in pigno habean.Dinus in c.qui prior.de reg.iuris.

7 Nec obstat † l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi. vbi præfertur ille,qui vi[illegible]luit suam conditionem meliorem facere, [illegible]æteris negligentibus, ibi bona nondum erant possessa.d.§.qui vero. Nec instabant alij creditores, sicut hic [illegible] pendente enim iudicio non potest gratificare cui soluat,vel recognoscat.Cum præsumatur colludere cum creditore.l.summa cum ratione.ff. de peculio.l.edicto.§.cum autem. ff. de iure fis. & ita Bart.in d.[illegible] pupillus.circa fin.& Ang.num.3.versic.& hinc intelligo. Vbi verò debitor, qui multos habet creditores, & nescitur adhuc an soluendo sit, licet reuera illud appareat, & antequam bona eius discuterentur vni solueret,vel alteri recognosceret, valeret vtrunque. Nec tenebitur ille qui recepit aliis postea communicare, sibi enim vigilauit.d.l. pupillus.quæ ideo non procedit quando alij creditores haberent hypothecam expressam vel tacitam, in qua qui prior est tempore potior est iure.l.priuilegia.ff. de pri. credi.l.pecuniam.C.de priuileg.fis. Gl. in d. l. si non expedierit.§.1.l.fi.§.licentia.versi.si vero.C. de iure delib.& no.in d.l.priuilegia.

8 Dubium etiam † fuit,an interesse, vel vsuræ collocari debeant in eo gradu, quo principale debitum venit collocandum? Statutum Auenionis vult vt interesse septenarium debeatur creditori post moram debitoris. Et prima facie videbatur iniquū, siquidem posterior in gradu certat de principali debito, anterior etiam de a[illegible]cessorio quod non habet tātum priuilegium sicut principale,cum illud videatur esse lucrum, istud damnum à demendo dictum. l. 3. ff. de dam.infec.l.fi.C.de codicil.

Respondeo,si pro damnis.& interesse exp[illegible]se se obligauerit, res nō habet dubium vt pactum seruandum sit.l.vbi autem non apparet.§. qui sortem. ff. de verb.obl. Si verò simplici[illegible]er promiserit principale debitum, nulla facta mentione accessionum,illę vtque debentur quæ tanquam accessoriæ principale sequuntur l. Lucius. ff. qui potio. in pigno. habean. l. Aurelius.§.legatum.de libera.lega.l.grege.§.fin.ff. de pigno. l. Græcè. ff de fide[illegible]s. Ripa in d. l. priuilegia. num.15. Sed quæstio inde nascitur, si prior haberet tacitam hypothecam, veluti illam, quam statutum dat recognitionibus priuatarum scripturarum, an ille cuius apocha fuit recognita sit collocandus etiam pro interesse post moram debito in præiudicium sequentis debitoris? verbi gratia, debitor recognouit chirographum in quo debebat centum, quæ soluere debeba[illegible] post mensem. interea recognouit aliud,ve[illegible]iam contraxit obligationem, non [illegible]luit in termino, an præferatur ille primus, etiam pro interesse,quod post obligationem debetur Bart.in l. si cum dotem.§. sin autem. voluit præferendum. Sicut mulier præferenda est alteri, etiam pro alimentis pro quibus tacitam similiter hypothecam habet, vt latè doct. post Bart.ibi Alexand.attestatur. nu. 11 Finge etiam hæredem alienasse bona, quæ sunt tacitè obligata pro legato.l. 1. C.commu. de lega. latè doct. in l. 1. de lega. 1. Emptor habet hypothecam contra venditorem hæredem pro euictione, an legatarius emptori præferatur non solum pro legato, sed vsuris, & fructibus? à morte testatoris debitis & post secundam obligationem decursis. vt Bart. in l si is qui pro emptore.in 1.quæst.ff. de vsucap. Negusan. in 1. memb. 5. par. numer. 19. 20. 21. Idem in patre, cuius bona sunt tacite obligata pro administratione bonorum filij ab initio cœptæ administrationis l.cum oporteret.§. sed cum tacitas. C. de bonis, quæ libe. & similibus casibus. de quib. resonat titulus in quib. caus.pig.vel hypo.tacitè contrahatur. Barth. Socin.consil.41.lib.4. multum subtiliter sustinet,hypothe[illegible]m respectu vsurarum, quæ conditionaliter debentur, si sors soluta non sit, non esse trahendam ad initium contractus sed ad diem purificatæ conditionis qua vsuræ deberi incipiunt. Cum hoc nullo iure caueatur. Sitque in potestate debitoris non incidere in obligationem vsurarum, vnde obligatio retrotrahi non solet. l. 1. l. qui balneum.

ff.qui

ff.qui potio. in pigno.babean. Et ne tot specialia super eadem re & obligatione concurrant contra l. 1. C.de dotis promiss. Deinde, quod d.l. Lucius. loquatur in expressa, quæ fortior est tacita descendens ex partium conuentione.l.fin.C.de pact.conuen. l. cum ex filio. §. 1. de vulga. vbi hominis expressa prouisio tollit tacitã legis prouisionem. lex enim suũ, non tibi tuum denegat auxilium.l. assiduis. vbi Gloss. Bart. & doct.C.qui potio.in pign.hab.& multa alia, quorum non est narrandi locus. Alij verò d. l. Lucius. generaliter intelligendam per illa verba. Sed etiam eorum, quæ post sortem accesserunt potiorem esse, vt accessorium sequatur naturam sui principalis.l.solutum.§. si sortem.ff.de pigno.actio.Et cum eadem sit in vtraque ratio & virtus.l.cum quid.ff.si cer.per. Negusan. in 1.memb.5.par.num.11.&15.qui hanc magis communem attestatur Socin.consil.269.nu.4.lib. 2. Rip. in d.l.priuilegia.num.15.Nos autem quia tantæ molis erat vndique recollectum æs alienum, quod longè superabat debitoris opes, noluimus hanc iuris subtilitatem obseruare in præiudiciũ aliorum creditorum. Sed vnumquémque collocauimus pro summa debita,& interesse expressè promisso, vt pro illo etiã aliis præferatur, licet medio tempore alteri se obligauerit.iuxta d.l.Lucius.pro interesse verò, quod nascebatur ex tacitis hypothecis non fuit facta collocatio, nisi à tempore purificatæ conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Quartæ duæ, quas detrahit filius an contineãt mediam partem hæreditatis?*

2 *Quartarum familiaris declaratio circa earum detractionem secundum numerum liberorum.*

3 *Trebellianica an etiam detrahatur quando sunt quinque vel vltra.*

4 *Filius detrahit duas quartas, nec in Trebel. computat fructus.*

DECISIO CXLVII.

Qualiter fiant quartarum detractiones secundum numerum liberorum.

1 SÆPIVS inter nos orta est quæstio † super detractione quartarum per grauatos liberos, qui possunt duas quartas detrahere.c.Raynutius.vbi Glos.in verbo medietatem.dicit, illas duas quartas legitimam, & trebel. dimidiam partem hæreditatis continere. vt declarat Ioan.de Imo. in l. cohæredi. §. cum filiæ.num.4. de vulg. Ang.consil. 125. in fin. & consi.307.in fin.& consil.288.num.3.Alex. consil.3. num.2. lib. 7. Deci.cons.89.in fin.& cons.228.num. 3.& consi.236.nu.4.& cons.419.num.1.cum si.

2 Qualiter autem fiat † hæc computatio facilè intelligi potest, si præsupponas hæreditatem valere triginta sex florenos, florenum valere 12. solidos, solidum 12.denarios, denariũ duos nummos, nummum duos obolos. Ideo quando est vnicus filius grauatus detrahit legitimam, quæ est triens.auth.nouissima.C. de inoffi.test.& sic 12. fl. postea treb. quæ est quarta pars 24.florenorum restantium sunt sex, ita mediam partem obtinet totius assis. vbi sunt duo filij, vnusquisque ab intestato consequeretur 18.florenos, quorum tertia pars pro legitima ascendit ad sex. quarta pars restantium 12. ad tres florenos, & sic remanet media ad nouem florenos. Vbi sunt tres, haberet vnusquisque ab intestato 12. florenos. Ideo tertia pars sunt quatuor, & quarta restantium octo, sunt duo. Itaque restituet sex florenos. Vbi sunt quatuor vnusquisque haberet nouem florenos, quorum tertia pars sunt tres.quarta pars restantium sex. est vnus florenus, & sex solidi. Itaque eadem est quantitas in retentione, quæ est in restitutione. Vbi verò sunt quinque, secus.patet, triginta sex floreni inter quinque liberos ab intestato diuiderentur in septem florenos, duos solidos, quatuor denarios, vnum nummum, vnum obolum,& quintam partem oboli. Ideo media pars istius sunt tres fl.& septem solidi, duo denarij, vnus obolus. media pars oboli, & decima alterius. vnde quarta pars restantis mediæ, sunt decem solidi, nouem denarij, vnus nummus.4. pars oboli, octaua alterius, & quadragesima eiusdem. Vbi sunt sex haberet vnusquisque sex florenos. Ideo legitima erunt tres, quarta pars restantium sunt nouem solidi. Et idem quando essent septem liberi, ille semis erit vna decima quarta omnium bonorum patris, & trebellianica detrahetur super restãti triente partis istius septimi filij, vt declarat Ang.cons.287.nu.2. Bertran. cons.146.num.2.lib.1.

3 Itaque vbi sunt † quinque vel vltra, pinguior est detractio, quam vbi sunt pauciores. Et propterea Bald.consil.94. lib.2. erat opinionis grauatum filium non posse illo casu nisi legitimam detrahere. Ne plus consequatur grauatus, quam honoratus. Deinde quod nulla lege fuerit expressum, filium posse vltra dimidiam detrahere, maximè cum iure communi in legitimam computentur, quæ ex substantia patris proficiscuntur.l.omnimodo.l.quoniam nouella.C.de inof.test.Et hanc opi.sequutus fuit Moli.ad d. consil. Alex.3.quia c. Raynutius. loquitur quando legitima est triens, & non semis. Ideo ad illum casum non est extendendum, cum ius ciuile corrigat etiam in terris ecclesiæ. Craue.cons.50. hunc articulum cogitãdum relinquit. Nos verò generaliter illã nouã iuris canonici decisionem intelligimus,& obseruamus cum loquatur indistinctè & sine vlla distinctione. l. de pretio.ff.de publi.leg. 1. §. genero. ff. de lega.præstand. præsertim cum faueat liberis, quibus naturali iure parentum hæreditas debetur. l. scripto. ff. vnde libe. l. cum ratio ff.de bonis dam. postea inueni d. Michaël. Grassium virum quidem doctis. lib. sententia. §. trebellianica quæst. 4. num. qui huius ordinis firmauit opinionem.

4 Et propterea † grauatus filius duas detrahet quartas, legitimam,& Trebel.in quam etiam fructus non computabuntur.l.Iubemus.C. ad Trebel. licet Alex. consil.165.in fin.lib.5.velit d.l. Iubemus. non habere locum, nisi quando filius vnam quartam detraheret & huius fuit opin. Paul.de Castr.in d.l. Iubemus. & in l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. in l. mulier.§. cum proponeret.ff. ad Trebel. in l. scimus. §. repletionem. C. de inof. test. & in consil.188.lib. 2. Curt. senior consil. 51. num. 26. 27. Ias. consilio 231. lib. 2. cum aliis allegat. per Moli. ad consil. Alexand. 165. lib. 5. Sed contraria opin. verior est, & æquior vt dixi latius in l. in fideicommissariam. & ibi de Rip. numer.30. ff. ad Treb. Meno. lib. 2. centu.3. 256. num. 14. Fallit tamen vbi in certis rebus instituereretur, & grauaretur, quia tunc loco legatarij est.l.quotiens. C. de hæred. instit. non potest detrahere treb.quam tanquam hæres, iure hæreditario capere debet.l.mulier.§.si.ff.ad Treb. l. lex falcidia. §. nunquam.ff.ad l.Falcid.no.in l.filium quẽ habentem.

C.fami.hercis.Craue.consi.131.& cós.180.Guid.Pap. q.466. licet Curt. Iunior contra teneat cons. 160. vt Mant.lib.7.tit.11.ou.5.6.

SVMMARIVM.

1 *Mariti negligentia in non exigendo dotem an noceat vxori?*
2 *Solutio particularis nocet.*
3 *Pater in præiudicium filiæ non potest in dote soluenda dilationem ponere.*

DECISIO CXLVIII.

MATER promisit genero quingentos florenos dotis nomine filiæ suæ, per annuas quinquennij solutiones soluêdos. Ita vt vna solutio aliam non superet, nisi facta interpellatione, & quibus diebus data esset, iisdem soluto matrimonio restitueretur. Mortuo marito post annos quindecim, & nulla facta executione, mulier agit contra hæredes matris pro tota dote. Quæro an rectè petat?

1 Si communes † iuris sequamur regulas videretur mariti negligentiam non potuisse vxori nocere. l. si mora. ff. solu. ma. l. nupta. §. 1. eo. tit. Ne alteri per alterum iniqua inferatur conditio. c. non debet. de reg. Iur. lib. 6. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof test. Sicut non valet pactum, per quod mulieris conditio deterior efficeretur, vel vt dos longiori die solueretur. l. de die. l. Attilicinius. ff. de pactis dota. In casu autem nostro, hęc fœmina mortuo marito sine dote, & sine vllo remaneret auxilio, sed cogeretur expectarę annum, vt quintam solam partem consequeretur, postea quatuor annos. quud esset iniquum, & contrą l. 1. ff. solu. matri.

2 Et quia interest † particulares recipere solutiones. l plane. ff. fami. hercis. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsu. no. in l. acceptam. C. eo. in l. qui Romę. in prin. ff. de verb. obl. Gloss. & omnes in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. Alex. cons. 88. nu. 18. lib. 6. Negusan. de pign. in 3. memb. 5. par. num. 18. cum sequenti. Si probaretur maritum propter necessitatem promittentis non exegisse dotem, mulieris esset periculum. l. si extraneus. ff. de iure dotium. l. ob æs. §. fi. ff. de pactis dota. quia in id tantùm quod facere poterat condemnata fuisset. l. inter eos. §. is qui. ff. de reg. Iuris. l. sunt qui. cũ ll. sequent. ff. de re Iudica. Hic verò non constabat quod esset defecta facultatibus antequam dotem daret. l. promittendo. §. si à debitore. ff. de iure do. l. nupta. §. 1. solu. matri. ita Campe. de dote, par. 2. q. 77.

Sed his non obstantibus fuit conclusum (relatore d. Nicolao) pacta esse seruanda. per l. ob res. §. si extraneus. ff. de pact. dotali. quia licet rei suæ legem dicere. vt ibi dicitur. l. contractus. ff. de reg. Iuris. nisi enim ita conuenisset non erat datura. l. legem. C. de pact. Odofre. de dotis resti. numer. 51. Imputetur marito quod non exegerit, vel interpellauerit, agat mulier contra hæredes mariti pro negligentia. d. l. si mora. contra matrem non potest præter conuentionem. l. 1. §. si conueniat. ff. depos.

3 Secus † tamen si dos à patre promitteretur, qui cũ teneatur dotare filias. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fi. C. de dot. promis. l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obligat. Et relinquere filio legitimam sine onere, & temporis expectatione. l. quoniam in prioribus. auth. nouissima. C. de inoffi. testam. quatenus dos succederet loco legitimæ. l. quoniam nouella. C. eod. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. de cond. & demonst. Bald. in l. non sine. C. de bo. mater. Steph. Bertrand. cons. 45. num. 2. lib. 3. Non cogeretur filia post mortem patris tantas expectare dilationes, vel solutionis terminos. Decius consil. 106. num. 3. quippe cum legitima à die mortis sit debita liberis. l. Papinianus. §. quoniam autem. de inof. testa. l. cum quæritur. C. eod. cum fructibus qui ex legitima nascuntur. d. l. Papinia. §. si conditioni. vbi Glos. & in l. in fideicommis. vbi dixi, & de Ripa num. 45. ff. ad Treb. & probat. §. prohibemus. in auth. de trien. & semis. vel etiam ex supplemento à die mortis. d. §. conditioni. Fabia. in d. auth. nouissima. 7. q. Alex. cons. 69. num. 3. lib. 1. Soci. consil. 57. nu. 39. lib. 4. Rip. in d. l. in fideicom. nu. 46. Ego num. 110. 111. Itaque differentia est inter voluntarios & necessarios mulierum dotatores. l. vnic. §. extraneum. C. de rei vxor. act. l. neque mater. C. de iur. dot. l. aliud est. ff. de pact. dot. Iaco. Butrig. io tract. de dote. nu. 62. 63. Odofred. ibid. num. 52. 53.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui duobus promisit soluere, non potest vni tantum.*
2 *Qui non admittitur ad partem non potest alteri acquirere, secus in vltimis voluntatibus.*
3 *Adiecto solutioni potest debitor soluere, etiam inuito stipulatore, nisi in duobus casibus.*
4 *Mercatores de bono, & æquo iudicent.*
5 *Nomen debitoris continetur in generali omnium bonorum obligatione.*
6 *Adiectus tenetur actione mandati vel negotiorum gestorum restituere domino exactam pecuniam.*
7 *Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te.*
8 *Excussio cessat in curia vbi proceditur veritate inspecta omissis iuris apicibus.*
9 *Numeratione acquiritur actio, etiam si aliena fuerit pecunia.*

DECISIO CXLIX.

FRANCISCVS Ferrerius mercator Auenionis fatetur in literis cambij se recepisse à Vauguedemaro. 1560. scut. quos promittit eidem soluere, vel Ioãni Spinassio, aut illi istorum qui sibi tabulas exhibebit. Soluto iam pro maiori parte debito Vauguedemaro, Iacobus de Sauona intelligens Ferrerium adhuc debere sexcentos aureos Vauguedemaro, tanquam ipsius creditor obtinet arrestum. Et producto instrométo instat, vt sibi expediantur. Spinassius in literis nominatus, illis exhibitis Ferrerio, petit similiter illam summam. Ferrerius primò se opponit aduersus præceptum de Sauona obtentum, tandem se offert soluere cui de iure licebit. Spinassius probat per testes etiam numerasse pecuniam pro media Ferrerio. Quid iuris?

1 Si † copulatiuè loqueretur, chirographum vtrique soluendam esse pecuniam, non poterat Ferrerius vni soluere. l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. 3. §. si quis ita. ff. de eo, quod cer. loco. l. si debitorem. ff. de solutio.

Legitur in vita Demosthenis Atheniensis oratoris qualiter duo socij deposuerant penes viduam bene diuitem egregiam pecuniarum quãtitatem, quam ambobus promiserat restituere, absente altero alius quasi gemens, & flens persuasit viduæ sociũ obiisse, illa hoc credens depositum petenti reddidit. Postea alter

alter veniens à vidua pecuniam repetebat,& cum diceret se restituisse socio, iudex volebat viduam condemnare. consulius Demosthenes mulieris nomine eam paratam obtulit ambobus restituere, non viri tantum secundum præscriptam depositi formam, vnde obmutuit petitor, & liberata fuit à præparata istorum tergiuersatione, & astutia illa innocens vidua.

2 Hic autem † alternatiuè facienda erat solutio, ita vt Spinassius adiectus solutioni diceretur, nó obligationi. l. si mihi,& Titio. ff. de verb. obl. vbi si stipulor mihi,& Titio decem, sola quinque debentur, quia alteri stipulari nó possum. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. In his enim contractib. qui non admittitur ad partem, alteri non acquirit. secus in vltimis voluntatibus. l. si mihi,& tibi. vbi Bart.& Ias. ff. eo. l. si mihi, & Titio. de leg. 2. In quib. locum habet ius accrescendi. l. re coniuncti. de lega. 3. l. huiusmodi. §. si Titio. de legat. 1. cum sim. quæ notan. in l. vni. C. quando non peten. par. peten. accres. fauore testamentorum. l. in testamentis. ff. de reg. iuris.

3 Quocirca poterat † Spinassius petere restantem summam etiam inuito, vel prohibente stipulatore, quia in alternatiuis electio est debitoris. l. vbi autē. §. qui illud aut illud. ff. de verb. obli. c. in alternatiuis. de reg. iuris. lib. 6. deinde quod secundum legem cōtractus, debitori tabulas exhibebat. l. pen. ff. de solu. vbi Bart. dicit ius quæsitum ex partium cōuentione, non tollitur alterius partis reuocatione. l. sicut ab initio. C. de actio.& oblig.& Regula quod semel placuit. de reg. Iuris. lib. 6. Bart.& Paul. de Cast. in l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de donatio. Nisi adiectus efficeretur non soluendo, vel creditor litem contestaretur. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle.& ibi Bart. ff. de solu. Ias. in l. eum qui ita. §. qui sibi aut filio. num. 12. ff. de verb. oblig. Paul. de Cast. in l. liber homo. §. decem. 2. num. 3. ff. eo. tit.

4 Istæ sunt † literarum obligationes in quib. quæ scripta sunt seruentur. l. 1. ff. de consti. pecu. §. 1. Instit. de litera. oblig. Præsertim inter mercatores omissis iuris apicibus, sola æquitate seruata. l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. l. Lucius. eo. tit. Bal. cons. 34. nu. 2. lib. 4. Alex. in l. si seruum Stichum. num. 4. ff. de verb. obl. Deci. in l. si tibi pecuniam. nu. 6. ff. si cer. peta Petrus Santer. de assec.& sponsio. in 3. par. num. 28. Ferrerius accipiendo pecuniam soluendam Spinassio quando literas exhibebit, negotium Spinassij gessisse videtur. l. si pupilli. §. si quis pecuniam. ff. de neg. gestis. Si nuntius literas, illi cui dirigebantur non reddat, ab illo conueniri potest, licet absens, & ignorans fuerit, vt not. Paul. de Cast. in d. §. si quis pecuniam. Idem de eo, qui accepit rem alteri donatam deferendam, si non tradat. l. 2. §. si quis donaturus. cum Gl. ff. de dona. huic adiungitur. l. si filiusfa. 2. ff. ad Macedo. Alex. cons. 79. nu. 1. lib. 1. Mathesi. singula. 22. cū multis quos congerit Moli ad d. consi. Alex. 79. Cæterum obstabat declaratio, quam faciebat Ferrerius, se paratum soluere, cui per iudicem ordinaretur, quasi dicat, quid ad me eius sit cura, cuius est causa, ostēdens nullū ex hoc habere interesse. arg. l. apud Aufidium. ff. de optio. lega.

5 Deinde, † cum Vauguedemarus obligauerit omnia bona sua, iura, & actiones Iacobo suo creditori, nomen istud à Ferrario debitum in obligatione continebatur. l. nomen. C. quæ res pign. oblig pos. l. postquam C. de hæredi, vel actio. vendi. l. pen. C. quando fis. vel priua. no. debito. sui. Et consequenter creditor debitorem debitoris sui conuenire poterat. Bart. in l. argento. §. Quintus. ff. de auro & arg. lega. Rom. cons. 219. num. 12. lib. 1. actione vtili negotiorum gestorum. vt scribit Bart. in l. grege. §. cum pignori. ff. de pigno. Sali. in d. l. nomen. num. 4. Negusan. de pigno. 3. memb. 3. par. num. 23. 24. Facta prius denuntiatione debitori ne alteri soluat. vt ibi, numer. 26. & Gabriel Mudæus. de pigno. tit. quæ res pigno. obligen. num. 20.

6. Præsertim, quod adiectus † non est dominus pecuniæ quam per solutionem potest recipere. Cū eam teneatur stipulatori reddere actione mandati, vel negotiorum gestorum. l. vero procuratori. §. interdum. ff. de solut. l. Iulianus. §. 1. vbi Ias. num. 7.& 10. ff. de verb. obl. l. qui res. §. qui stipulatur. ff. de solutio. Paul. de Castro in l. liber homo. §. decem. 2. num. 4. ff. de verborum obligatione. Si ergo sua non sit pecunia, cur se opponit aduersus creditorem creditoris sui? Resoluto. n. iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectiga. ff. de pig. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. Dec. consil. 187. num. 4. Ruyn. consil. 173. num. 19. lib. 1. Cache. decis. 35. num. 3. & deci. 156. num. 10.
7 11. † Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te. l. de accessionibus. ff. de diuer.& temp. præs. Gloss. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. habean. Hugo Donellus in tract. pign. tit. de iure posterio. credito. cap. 13. Nec obstat, si diceretur creditorem non potuisse agere contra debitorem debitoris, nisi prius facta excussione principalis debitoris. l. hæredem. C. de hæred. actio. Salyc. in d. l. nomen. authen. hoc si debitor. vbi Bart.& doct. C. de pign. l. 2. C. de conuenien. fis. debito. lib. 10. Negusan. in primo membro 8. par. num. 11. de qua non apparet. Si quidem vbi notoriè constat principalem non esse soluendo, vel quando absens ille est, vel vbi super nomine agitur, cessat illa regula, vt Cy. Bart.& Ange. in d. l. nomen.& in l. grege. §. cum pignori. ff. de pignor. Negusant. vbi suprà,
8 num. 19. & 20. † Deinde vbi agitur coram illo iudice qui iudicat sola veritate inspecta, & omissis iuris apicibus sicut facit hæc curia veneranda. Hæc non solent venire in considerationem. Gloss.& Bald. in l. si mancipium. §. 1. ff. de euict. Alexand. consil. 114. num. 9. lib. 6. Negusan. in 1. memb. 8. part. numer. 28. Bened. de Plumb. in tract. discus. num. 25. Iacob. de Aret. de cessio. act. rub. 7. nom. 78. Crauet. consil. 101. num. 45.

Cæterum retinebat iudicantium animos, quod Spinassius probabat testibus pro parte numerasse pecuniam Ferrerio, & in suis loculis existentem tradidisse. Literæ verò de alio loquebantur, vnde etiam si pecunia fuisset aliena sibi acquirebat actionem per numerationem, quæ dicitur actus corporeus & naturalis fortiórque stipulatione, quæ est iuris ciuilis. §. de constituta. Instit. de actio. l. ea quæ. ff. de acqui. rerum domi. vt probat. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. peta. l. 2. C. per quas perso. nobis acqui. l. si ex ea. C. de rei vendi. Bart. in l. Titium. aut Mæuium. §. altera. ff. de admi. tu. Bald. in l. si pactus. C. communia vtriusque iudi. Ias. in d. §. si nūmos. nu. 2. & in l. si socius. num. 2. ff. si certum peta. Roma. cons. 391. nu. 4. Crane. consi. 131. num. 12. Vnde cum vterque numerauerit vterque videtur credendi reus. licet in tabulis hoc non fuisset expressum. Si quidem possum probare plus fuisse dictum quàm scriptum. iuxta l. cum auus. ff. de cond.& demonst. l. cum precibus. C. de proba. l. optimum. C. de contra. stipula. l. cum de indebito. §. 1. vbi Bart. ff. de proba l. quicunque. C. de apochis publi. lib. 10. Bar. in l. generaliter. n. 9. 10. C. de nō numera. pecu.& in l. Iurisgētiū. §. qđ ferè. ff. de pac.

Meno.de arbi.lib.2. cento. 2. casu.105.num. 31. De Sauona vt hoc reflecteret telum nouos produxit articulos necnon obiectus contra testes. Cum a cum agebatur de forensi, inter has moras decernit pecunias relaxandas Spinassio data idonea cautione, me ita referente.

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi sunt clara non debet esse volūtatis quæstio.*
2 *Vniuersalis propositio omnes respicit, qui excogitari possunt.*
3 *Verba geminata magis afficiunt.*
4 *Belli causa omnes contribuere tenentur.*
5 *Gabella non debetur ex his quæ necessitate deferūtur.*
6 *Calamitate ex aliena non debet quis compendium capere.*
7 *Generalis sermo multipliciter restringitur.*
8 *Vectigal in multis casibus non soluitur.*
9 *Regula vbi in aliquo vitiata est perdit officium suum.*
10 *Rescripta secundum pietatem, & æquitatem restringuntur.*
11 *Papa omnium catholicorum pater.*
12 *Gregorij 13 & summorum pontificum in Auenionenses summa liberalitas, & pietas.*

DECISIO CL.

Timore hostium in ciuitatem confugientes an teneantur Gabellam soluere.

VMMVS pontifex concessit magnific. D. D. Consulib. Auenion. vt possint omnes cuiuscunque status, conditionis, ordinis, & dignitatis existant, cogere ad Gabellæ solutionem. Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, tam à iure, quàm ab homine concessis, & impetratis. Vicini populi, vt res, personásque proprias ab impetu, & rapina hostium seruarent illæsas, illas secum in ciuitatem detulerunt, & postea paulalum quiescente furore, in proprios reuertuntur lares, quæsitum est, an teneantur introitum soluere?

1 In verbis † rescripti nulla videtur esse ambiguitas, & ob id cessat omnis voluntatis quæstio & disputatio. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. de leg. 3. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. l. voluntatis. C. de fideic. Alex. cons. 100. nu. 4. lib. 4. Cra. cons. 239. num. 3. 4. Ex verbis siquidem mens disponentis colligitur & formatur. l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum ibi, quærentibus respiciendus erit sermo stipulationis. ff. de verb. oblig. l. pedic lis. §. Labeo. de aut. & arg. leg. Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nominum exaudiri oportet. l. Labeo. ff. de suppel. leg. l. si quis in fundi vocabulo. de leg. 1. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq hære. Alex. consi. 52. num. 5. lib. 4. in claris enim non est opus coniecturis. l continuus. §. 1. ff. de verb. obl. l. 1. ff. de in integ. resti. l. . ff. de dote præle. l. semper. §. le-
2 gem. ff. de iu. immu. Et cum † dicat rescriptum, ab omnibus soluatur gabella non obstante quocunque priuilegio, &c. qui totum dicit nihil excludit. Imò includit omnes qui excogitari possunt. cap. solicitè. de maio. & obedi. c. si Romanorum. 19. distinctio. l. Iulianus. de lega. 3. l. 1. C. de sacros. eccl. l. in fideicom. §. cum Polidius. ff. de vsu. l. cum virum. C. de fideicom. Pau. de Cast. cons. 133. num. 2. lib. 2. Cra. consil. 209.
3 nu. 6. Et † cum sit geminata propositio nullo modo coarctari potest. l. Balista. ff. ad Treb. l. 1. §. fin. ff. quod quisq. iur. Bar. in l. cū scimus. C. de agr. & censi. lib. 10. Ex qua geminatione verborum, ostēditur maior voluntas disponentis vt instinctè ab omnib. illa collatio fiat. c. & si Christus. de iureiur. glos. in c. si quis iratus. 2. q. 2. Paul. de Cast. consi. 115. nu. 5. num. 1. in fin. lib. 1. Dec. cons. 113. nu. 4. 5. 6. Cra. cons. 101. nu. 42. vt inde possit ciuitas aliqua ex parte sese exonerare à tam graui, immensóque ære alieno quod cōtraxerat occasione tanti sibi vndique illati mali, quæ nuper illis tribus durissimis fuerat percussa flagellis. Sed nondum finis.

Quænam istis iniuria fieri potest, si sicut ciues habeantur, & recipiantur intra gremium ciuitatis pro conseruandis suis personis, liberis, & fortunis? arg. l. præses. C. de ser. & aq. c. cæterum. 86. dist. Si sentiant commodum, quare non tenebuntur ad onera ciuitatis? c. qui sentit. de reg. iur. l. vnic. §. pro secundo. C. de cad. tol. l. professio tua. C. de mune. patri. lib. 1 . quod pro omnibus datum est, omnium contributione sarciatur. l. 1. ff. ad l. Rhod. de iac. Si confugientibus denegaretur ingressus, esset inhumanum. Cum homo homini obsequium debeat. l. non tantum. ff. de appel. l. seruus ea lege. ff. de ser. expor. Naturáque inter homines quandam cognationem introduxerit. l. vt vim.
4 ff. de iust. & iur. c. 1. 2. 3. 87. dist. † Hæc tributa causa belli imposita sunt, à quib. nemo excusatur, vt voluerunt Dy. Bart. Alb. Sal. Alex. Ias. Soc. de Rip. in l. si ex toto. de leg. 1. per l. 1 C. vt nemi. lic. ab emp. spe. se exc. lib. 10. ibi, quocunque modo, quocunque tempore, vbi Gloss. ponit exemplum de tempore guerræ. l. iubemus nullam. C. de sacr. eccl. vbi Bart. & Ias. in d. l. si ex toto. nu. 13. & Soc. ver. tertia concl. Bart. in l. nullus. C. de curs. pub. lib. 12. vbi ait, clericos esse cogēdos contribuere pro expellendis societatib. quæ veniunt per Comitatum de prædando, & occidēdo. & ibi Io. de Pla. nu. 1. & in l fin. nu. 4. C. de exact. tribu. lib. 10. Bal. cons. 246. lib. 3. Guid. Pap. q. 78. Alex. cons. 68. nu. 13. lib. 2. Bertrand. consil. 136. num. 5. lib. 6. Petrus de Ancha cons. 96. nu. 2. vbi inquit, nulla maior Iustitia, aut charitas esse potest, quàm tueri patriam, charósque penates, ab hostium machinamentis, vnde resultat multorum salus. de Rip. de præserua. remediis. nu. 232. Ias. in l. placet. num. 17. C. de sacro. eccl. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. in 3. oppo. & num. 28. ff. si quis cautio. A quib. nec clerici, nec togati, nec castrorum Domini debent esse immunes. Iaco. de S. Georg. in tracta de homa. col. pen. Cassa. in consuet. Burg. §. 18. tit. *de mains mortes* nu. 11. Antibo. in tractat. mune. 3 pat. nu. 8. & 89. Alberi. in Rub. ff. de mu. & hono. nu. 84. consi. 406. nu. 5. lib. 5. Ias. in §. item Seruiana. num. 108. Instit. de actio.

5 Si verò † aliorum partes tueri velimus, possemos dicere in rescripto non esse comprehensos. per l. Cæsar. ibi, qui tempestate in insulam delatus esset, non videri contra legem fecisse. ff. de publi. & vectiga. l. fi. §. si propter necessitatem. eod. tit. vbi Paul. de Cast. scribit, Si agaso cum sarcinis transibat per vnum territorium, & intelligens in eo itinere esse latrones, in alium territorium intrauerit, & non soluerit vectigal, non debet mulos, nec sarcinas perdere, succurrendum est illi, qui ex necessitate actum fecit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. c. quod non est licitum. de reg. iuris. l. 2. §. cum in eadem naui. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. 1. C. de patri. qui filios distra. Albe. in d. l. Cæsar. hinc dici solet aduersus necessitatem nec Dij quidem resistunt. quòd Deus nunquam visus sit cum facto pugnare. Refertur Eras. Chilia.

centu.

centu.5.cap.43.itaqoe videretur iniquum, & crudele si à vicinis catholicis in tanta necessitate constitutis hac de causa vectigal exigeretur. Imò illis facienda esset liberalitas,& misericordia,quæ plenitudo virtutum appellatur.c.io singulis.86.dis.

6 Quodnam † habet ius ciuitas ex aliena calamitate,vt de re tam luctuosa compendium quærat? l.1.C. de naufrag.lib.11.hinc,qui incendij,ruinæ,tumultus, vel naufragij causa deposuerit, io duplum actionem habet cùm exigente necessitate deponat, crescit perfidiæ crimen. l.1.§.merito.ff.deposi.§.omnes.Insti. de actio.Ripa de priuileg. contract. num.158. cum sequeo.

7 Quamuis † rescriptum generaliter loquatur nullum excipiédo,illa tamen generalitas ratione restringitur.l.cùm pater.§.dulcissimus. de lega. 2.l.1.in fi.ff. de fonte.vbi gl.& l.fi.C.sine censu,& reliquis.in qua dicitur omnes pro agris quos possidét publicas pensitatiooes agnoscant.gl.restringit,ne io agris in Italia positis locum habeat.vt l.1.ff.de censi.

8 Sequeretur † etiam, vt illus. Legatus,vel eius illus.Collega.tenerentur hæc onera persoluere, quod esset absurdum.quos ius, & ratio facit immunes. l. si publicanos.§.1.l.locatio.§.fiscus.ff.de publi. Et ne inferior in superiorem imperium habeat, cui obedire oportet. c. cum inferior.de maio.& obed.c.fi.de conuersiu.infide.l.ille à quo.§.tempestiuũ. ff. Ad Trebel. Hinc pro rebus, quæ vi tempestatis in portum deducuntur,vel propter incursum hostium, vel piratarum transportantur vectigal nõ debetur. Dy.in d.§.si propter necessitatem. Bart. in d.l.1.de naufrag. Bald.in l. 3.C.de nauti.fœno.Bertachi.de Gabel.in 2.par.8. nu. 7. Legati gentiom ab illo sunt immunes. l. à legatis. C.de vectiga. cessárque in multis alijs casibus, quos
9 colligit gl. in d.l.si publicanus. vnde vbi † regula in aliquo vitiata est perdit officium suum.l.1.ff.de regu. iur.vbi Deci.no.34. Et vniuersalis propositio in vno falsa,tota falsa redditur.l.si is qui 200. §. vtrum. ff. de reb.dub.c.omnis anima.de censi.ff.l.Iulianus.de lega. 3.Bar.in l.generali.§.vxori.de lega.3. & in l.1.§.nunciatio.ff. de noui ope. nunt. Alex. in l. si patroni. nu. 24.lib.4.

10 Videmus etiam rescripta, † quamuis generaliter loquantur secundum æquitatem,& pietatem recipere interpretationem,& restrictionem.§.1.cum glo.in authen.vt sine prohibi.matres debitri.Ias. in l. à diuo Pio.§.in veoditione.num.10.11.ff.de re iud.Bart.in l. omnes populi.in 6.q.Soci.cõs.44.nu.19.lib.1. Fulgo. in l.vni.C.quando Impera. inter vid.& misera.perso. c.dilecto.de appella. Non obstantibus quibuscunque verbis prægnantibus & præcisis. Cra. consi. 221.nu. 12.Cache.decis.110.num.12. Quis ille est casus qui maiori sit miseratione dignus? de illis loquimur, qui propter rabiem, & hæreticorum furorem coguntur patriam deserere, & in alienom se conuertere solum. l.1.C.si curia. relic. ciui.tus habi.malue. lib.10. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. vos, per Dei gratiam læti in vmbra. de illis etiam,qui pro fide, & religione fugiunt, ne ab illis maculentur aut diuertantur. In omni itaque dispositione semper excepta censetur causa pia.Glo.in c.1.de rebus eccle.non alienan.Ioan.de Anna.consi.57.ou.1.Calca.coosi.13.nu. 5.Soci.consi.121.nu.29.lib.4. Cra.consi.3.nu.10. Et ita voluisse principem credendum est, ex eius tacita voluntate, quæ ex mente legis pensata est, & ioformata.ca.suggestum.vbi Deci.in 2.no. de appella. l. ex facto.vbi Ias.nu.4.ff.de vulg.& in l. non dubium. ou. 36.C.de legib.Cra.consi.172.nu.1.& consi.32.nu.9.

11 Et cùm Papa † sit omnium Catholicorum pater. c. solicité, de maio. & obe. [illegible] nouit. de Iodi. c.1.2.3.de transla.epis.c.quodcunque.11.dis.c.cletos.21. dist.ca. cuncta per mundum.9.q.2.Matthæi.16. c. Non censetur voluisse grauare peregrinos & aduenas huc, tanquam ad sacram anchoram confugientes,& ne afflictis,alia daretur afflictio.l.1.ff.de off.præsi.l.iure.ff. de iur.do. Ista ciuitatis fortitodo, tutúmq; refugium, non est à nobis,sed est dominus,qui ciuitatem custodit. Nullus enim io toto orbe est populus, qui magis suo principi sit obnoxius, & pro meritis deuinctus. quàm sit iste Auenionẽsis,& vicinorum. vtpote cùm pios, & clementes liberales, & munificos semper principes habuerit, quorum amor erga suos verè superauit paternum. Recordor dum ab intio cæpit illa furibunda contagio in his partibus tumultuari, quæ regna,prouincias, & ciuitates euertebat. cum tanta humani sanguinis effusione misisse ad nos præcipoos, ex Italia electos viros,duces,& comites, cum magna militum copia,vt nos,vxores,atque liberos,fortunásque nostras tuerentur,saluarent, & eriperent à faucibus inimicorum. Quanta huius rei causa erogauerint, non posset etiam expertissimus arithmeter illas summas simul iungere. Neque etiam Gregorij opt. maximi huius sanctissimi nominis XIII. virtutes,& laudes, nec tantùm erga suos cumulum discutere beneficiorum. Beatus igitur, & felix ille populus, qui huius Beatissimæ sedis imperio regitur,& viuit. vnde dignetur omnipotens illum, cui in terris proprium tradidit locum, semper tueri,& conseruare vt fœliciter perpetuos viuat in annos. proposita autem quæstio adhuc indecisa remansit.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione,veniunt etiam fœminæ.*
2 *Fideicommissa,etiam coniecturis induuntur.*
3 *Sequentia,declarant præcedentia,& restringunt.*
4 *Masculi,quibus coniectaris,soli vocati censeantur.*
5 *Ita quod. quid significent.*
6 *Primò vocati, censentur magis dilecti.*
7 *Filiæ censentur magis dilectæ neptibus.*
8 *Filiabus relicta portio,facit exclusas ab hæreditate.*
9 *l si viua matre. C. de bonis mater. verus intellectus.*
10 *Conditiones,merum factum continent.*
11 *Masculorum sæpiùs facta mentio, arguit voluisse excludere filias.*
12 *Conditio, si sine liberis, an differat ab illa, si sine filijs.*
13 *Verba, quæ extensiuè intelliguntur, differant ab his, quæ propriè.*
14 *Agnati, quando vocati censeantur, exclusis filiabus.*
15 *Filias vocando. non præsumitur pater, voluisse vt bona ad agnatos transeant.*
16 *Repetitio qualitatis,quando locum habeat.*
17 *Agnationis causa, dicitur fauorabilis, propter masculos.*
18 *Decij distinctio consi.567.nu.5.reprobatur.*
19 *Reiteratus actus,non arguit errorem.*
20 *Substitutionis causa cessante,cessat substitutio.*
21 *Liberos superuixisse sufficit,etiam solo momento.*
22 *Substitatus habetur pro non instituto defecta conditione.*
23 *Fideicom.tanquam odiosa,non extendenda. Imò,fauore masculorum.& nu.25.*
24 *Oldradi consi.21.multas patitur exceptiones.*
26 *Testator,quod non dicit,nec nos dicere debemus.*

27 *Substitutionis primus defectus, claudit viam sequentibus.*

28 *Possessori in dubio fauendum esse.*

DECISIO CLI.

Pater donauit ferè omnia bona sua Claudio filio suo, & si sine liberis decesserit, sustituit Franciscum alterum masculum eiusdem donatoris filium, & deinceps, semper vocando masculos. an Catharina filia Claudy excludat Franciscum? casus pulcherri. & difficil.

NITEBATVR nobilis Franciscus de Cabasolla, vario argumenti genere, ostendere se esse vocatum ad bona, quondam Francisci sui patris, virtute substitutionum appositarum in donatione, quam fecerat Claudio filio suo, de omnibus ferè suis bonis. Nó autem nobilé Catharinam eiusdem Claudij filiam. Imò cogendam esse donata, quæ possidet restituere. Ob id, quod donatarius sine masculis decesserit, inspecta ipsius disponentis voluntate. quamuis in primo gradu substitutionis dixerit, si sine
1 liberis donatarius decessisset, & illorum † appellatione veniant etiam fœminæ. l. liberorum. vbi Bart. l. iusta. ff. de verbo. signifi. l. 1. C. de condi. inser. Tamen, quia in fideicommissis magis voluntatem, quam verba inspicimus. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. Trebel. l. cùm virum. C. de fideicom. l. penul. de lega. 1. Quæ
2 † etiam coniecturis inducuntur. l. nutu. de lega. 3. l. licèt Imperator. de lega. 1. Gabriel. consi. 121. num. 39. Manti. lib. 8. titulo 1. per to. Omissa propria verborum significatione. l. non aliter. de lega. 3. §. disponat. in Authen. de nuptiis. Et per multas leges, quæ dicût, voluntatem defuncti primum locum obtinere, eámque regere conditiones. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstra. l. quidam testamento. & ibi Bart. de penu lega. Rui. consi. 25. nu. 8. lib. 2. Non solùm in testamentis appositas. Sed & in contractibus. l. fi. ibi, Iustum esse voluntates contrahentium, magis quàm verborum cóceptionem inspicere. C. quæ res pigno. obliga. possunt. l. sed, & Celsus. ff. si fundus. ibi, potiùs id quod actum est, quam quod dictum sit. ff. de contra. emptio. l. in venditione. & ibi Glo. ff. com. prædio. Sed quorsum (inquit) nomina, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? l. Labeo. de suppel. lega. Bal. in c. de mandato. de rescrip. Rip. in d. §. cùm ita. nu. 3.

3 Quod † autem de voluntate constaret, dicebat sequentia substitutionis verba esse consideranda, quæ declarant præcedentem substitutionem. l. cùm pater. §. dulcissimis. de lega. 2. l. 1. C. de impube. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. 1. l. cùm de lanionis. §. asinam. ibi, primis quibusque proxima copulata procedant. ff. de fund. instruct. l. vterum. ff. de petitio. hæredi. Proinde, cùm donator in sequentibus de masculis fuerit loquutus, de illis quoque in prima substitutione intellexisse præsumitur. vt nominatim voluit Deci. consi. 15. col. 2. versi. secundo principaliter. & consi. 270. nu. 5. Cur. Iu. consi. 49. & consi. 35. paris. consi. 85. nu. 39. lib 2. Cephal. consi. 134 nu. 9. Guid. Pap. decis. 485. & consi. 87. col. 2.

Verba autem substitutionis hæc sunt.

ET CASV quò contingeret dictum Claudium decedere, quandocunque sine liberis naturalibus & legitimis. voluit quod prædicta bona donata, deueniant ad alterum ipsius donatoris filium nasciturum masculum, ætate maiorem, & eius liberos. Et demum casu simili substituit in defectum præcedentium, aut suorum liberorum alium, ex suis liberis masculum nasciturum ætate maiorem, & eius liberis, vt suprà, de vno ad alium ex suis liberis masculis. Ita, quod maior natu ipsorum præferatur in dictis bonis, & sit donatarius, quandiu erút liberi masculi descendentes ex ipso Francisco donatario. Ecce (inquit) in prima substitutione vocatum esse masculum. Ego sum post donationem primo natus masculus, decedente donatario sine masculis, ad me eius debet pertinere successio. Et illa verba, si sine liberis, de masculis sunt intelligenda, & positi in conditione, debent esse similes expressè vocatis. propter proximam clausulam, quæ præcedentem declarat. l. qui filiabus. de lega. 1. Et qualitas in vno gradu apposita, in altero debet pro expressa haberi. l. Titia. §. Titia. ff. de verb. obliga. Et si interrogatus fuisset pater, ita respondisset. secundum Glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. Maximè propter tam sæpè repetitam masculinitatis qualitatem, quæ arguit maiorem animi deliberationem in eo actu adhibitam. c. si quis iratus. 2. quæst. 2. c. at si Christus. de iureiurand. l. Balista. ff. ad Trebel. Et habuisse animum ad illos solos, ne alioqui vana videretur repetitio. l. si quando. de lega. 1. l. 1. C. de emenda. codi. domini Iusti. Paul. de Cast. consi. 115. col. 1. circa med. lib. 1. Cra. consi. 101. nu. 24. & consi. 105. & consi. 111. num. 14. Cepha. consi. 40. num. 8. cum sequen.

4 Item, † & per illa verba, ætate maiorem. & ibi, ita quod maior ipsorum præferatur in dictis bonis, de vno ad alium, quandiu erunt liberi masculi descendentes, &c. Quæquidem qualitates, verificantur in persona dicti Francisci, qui est ætate maior, petés bona, quæ de vno, scilicet Claudio masculo veniunt ad alium masculum, sitq; de descendentibus donatoris. Ita vt donator censeatur voluisse constituere maioratum inter suos descendentes, per hanc vocationem, quæ habet tractum successiuum temporis in infinitum. l. sciendum. l. hæredis. ff de verbo. signi. No. Ang. Alex. & Ias. in l. in substitu. ff. de vulga. Alexand. consi. 53. num. 12. lib. 6. Chas. consi. 62. num. 10. 11. 12. Ang consi. 34. nu. 9.

5 Hoc † amplius, & per illa verba. Ita, quod. quæ declaratiuam, & extensiuam, naturam habent. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. Deci. consi. 227. nu. 6. Soci consi. 141. nu. 9. lib. 1. Cra. consi. 201. num. 41. demonstrantia perpetuum voluisse inducere fideicommissum. Paris. consi. 1. nu. 23. lib. 3. Et ab illo excludere filias, per inclusionem masculorum. l. cum præter. ff. de Iudi. Panorm. consil. 36. circa med. lib. 1. Mono. consi. 117. nu. 16. Per modum repilogationis præcedentium, vt videatur semper de maribus loquutus. Rui. consi. 168. nu. 13. lib. 3. Cur. Iu. consi. 114. Soci. Iu. consi. 103. nu. 53. lib. 1. Aduerte etiam ad clausulam, quæ demum sequitur. Et deficientibus omnibus donatariis, voluit quod dicta bona perueniant ad filias suas nascituras, de vna, ad aliam secundum ordinem masculorum, vt suprà. Ita, quod maior ætate præferatur, &c.

6 Hinc † multæ illationes sequuntur, masculos scilicet, magis fuisse dilectos, quia primo loco vocati sunt. l. Publius. ff. de condi. & demonstra. l. quotiens. ff. de vsufructu. c. cùm dilecta. de electio. Paris. consi. 35. lib. 3. Cur. Iu. consi. 113. nu. 14. Manti. lib. 11. titu. 14. multa veritat. Feli. in d. c. cùm dilecta. num. 11. 12. Cepha. cósi. 53. nu. 68. Deinde illis deficiétibus filias,

Et

Et sic separatus ordo successionis, quę fieri debet per masculos, ab ordine fœminarum, vt meritò gradatim deferri debeat. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. l. quandiu. ff. de acqui. hæredi. l. 1. ff. quis ord. in bono. pos. serue. Et si Catharina non finito ordine masculorum succederet, ordinem interuerteret. l. 1. ff. de albo scribend. Nimis properè veniret, quæ seriùs absolueret, vt communiter dici solet. c. legimus. in fi. 93. distinctio. Bar. in d. l. vt gradatim. in princip. & non esset verum dicere, & deficientibus omnibus donatariis, &c. Quia non deficiunt, cùm sit Franciscus su-

7 perstes. Apparet † etiam ex eisdem verbis, proprias exclusisse filias, propter masculos. à fortiori igitur neptem, quæ non tantùm diligitur sicut filia. secundum terminos l. si viua mater. C. de bonis mater. hoc argumento vtitur Deci. in præallega. consiliis 15. & 270. Paris. consi. 53. lib. 3. cum aliis multis, quos citat Gabriel. consi. 97. dicentes, patrem qui exclusit proprias filias, magis voluisse excludere neptem, fauore masculorom.

8 Vel † quando filium vniuersalem hæredem faceret, & filiabus certam partem relinqueret, vt Soci. ait in l. cùm auus. nu. 80. de condi. & demonstra. & consi. 6. nu. 18. lib. 3. Decius d. cõsi. 270. nu. 4. Cur. Iu. consi. 35. num. 5. vel vbi statutum, stantibus masculis, filius excluderet. Illa conditio si sine liberis, de masculis intelligeretur. Soci. Iu. consi. 1. lib. 1. & consi. 87. & 154. Couar. in c. Raynal. in princip. de testa. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. susceperit. nu. 1 2. Si ergo in præmissis casibus, conditio si sine liberis, contra propriam naturam ad mares restringitur: cur non idem in ista dispositione, quæ tota masculis repleta est?

9 Cæterùm, † ne post terga stipula relinquatur fundamentum, quod ex d. l. si viua matre. sumitur, non est solidum. Siquidem non agitur, an donator magis neptem dilexerit quam proprias filias. Ille, non vocauit neptē in donatione. Illa est, quæ suo succedit patri ab intestato, cũ fuerit posita in cõditione iuxta Glo cõmuniter approbatã. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. Et iste casus, scilicet, quid agendũ sit, si Claudio filia nasceretur? omissus fuit. qui propterea remansit in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. Ius autem commune vult, filiam suo quoque patri succedere. §. intestatorum. Insti. de hæredi. quæ ab intesta. deferun. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. vel exhæreda. Alexand. consi. 38. nu. 10. lib. 6. Cur. Senior consi. 44. nu. 27.

10 In † conditionibus enim appositis, merum factum inspicimus, non ius. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condi. & demonstra. l. si filiusfa. §. cùm quis. de lega. 1. Alexand. consi. 52. num. 23. lib. 4. Bal. consi. 40. lib. 3. Rip. in d. §. cùm ita. num. 120. Gabriel. d. consi. 97. num. 22.

11 Nunc † igitur ad illationes redeuntes, sequitur ex hac masculorum vocatione, & nominatione, donatorem voluisse suæ familiæ consulere, vt bona sua remanerent apud agnatos pro perpetua sui nominis conseruatione. ideò exclusit filias, per quas agnatio perditur. l. 1. §. penul. ff. de ventre inspicien. §. 1. Insti. de patria potesta. § cæterum. Insti. de legiti. agna. succes. Et hoc est quod dicit Impera. in l. 1. C. de condi. inser. nepotem ex filia excludere substitutũ sub conditione, si sine liberis, nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur. docet Soci. consi. 72. num. 11. lib. 4. seruiunt etiam illa consilia Decij 15. & 270. substitutionem sub nomine filiorom solos mares respicere, gratia agnationis. & consi. 227. nu. 6. 7. Cuius fauore multa specialia introducta fuere. vt scribit Alexand. consi. 21. nu. 2. & cõsi. 80. nu. 2. lib. 1. Guid. Pap. decis. 485. Craue. consi. 113. nu. 2. & 6. & alia discurrit Cepha. consi. 134. num. 9. cum sequen. & consi. 137. nu. 12. Ideò fauore agnationis, & familiæ. verba, si sine liberis. de solis masculis debere intelligi. vulgus hominum è diuitiis, & exquisitis substitutionum modis sibi immortalitatem promitti. licèt ad hanc nobis acquirendam vnica tantum pateat via, vt scilicet iustè piéque viuamus, vt inquit Antisthenes Atheniensis Philo.

12 Cæterum † consilia præallegata Soci. & Decij, loquũtur de substitutione facta per verbum filius. quod licèt tam masculum quam fœminam continent. l. 1. ff. de verb. signi. Illud fit per extensionem. l. pronũtiatio. in verbo, porrigitur. ff. de verbo. signi. l. penul. C. de præposi. sacri cubi. lib. 12. l. cùm in adoptiuis. §. 1. C. de adoptio. no. Bar. in d. l. 1. Alexand. consi. 61. num. 1. lib. 1. Nam si quis accipiat emphiteosim pro se, & liberis. filiæ continebuntur. Bal. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocãd. Secus, si pro se, & filius. Imo in l. si ita scriptum. de lega. 2. Alexan. in d. §. liberos. Decius consi. 567. nu. 4.

13 Vnde † magna est differentia inter illud, quod propriè intelligitur, ab eo quod per extensionem venit. quod non facilè locum haberet in statutis, contractibus. vel vbi propriè verba essent intelligenda. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. l. quicquid astringẽdæ. ff. de verbo. obliga. Et tamen semper, & vbique licet nobis vti verborum proprietate. Panorm. consi. 36. nu. 3. lib. 1. Cra. consi. 6. nu. 10. 11. Tiraquel. de retract. §. 1. Glo. 9. num. 179. & 180. Impropria verò, non nisi ex magna & probabili causa. vel vbi de contraria mente apparet, & euidenter. d. l. 1. C. de condi. inser. d. l. non aliter de leg. 3. Quod autem de contra-

14 ria voluntate euidenter appareret, negabat rea.

Maximè, licèt masculos vocauerit, non propterea consideratur agnatio, nisi expressè vocentur, vel dictum sit id factum fuisse gratia agnationis conseruandæ. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. instituend. vt scribit Bart. in d. l. liberorom. nu. 12. Alexan. consi. 97. num. 7. lib. 2. Deci. consi. 287. num. 9. 10. & consi. 315. nu. 7. Cepha. consi. 330. nu. 66. & consi. 401. nu. 39. Manti. lib. 11. titu. 13. nu. 7. At si vocasset eos, qui ex certa linea descenderent, de cognomine testatoris, de insignis, & armis, de domo, vel familia, certè tunc viderentur vocati masculi. quia illi soli sunt, qui hoc sustinent pondus. vt Cur. Iu. not. consil. 54. num. 12. Craue. consi. 113. num. 2. sed de his, nihil scriptum in donatione videmus.

15 Imò verò, † contrarium voluisse præsumitur vocando filias, vxorem, & matrem. vt inquit Bal. consi. 473. nu. 3. lib. 5. Paul. de Castro consi. 190. nu. 4. lib. 2. Ioan. de Anna. consi 4. num. 2. Soci. consi 63. num. 15. lib. 3. Gosadi. consi. 71. Maria. Iu. consi. 106. nu. 15. lib. 3. Gabriel. d. consi. 97. nu. 13. Craue. consi. 306. nu. 5. Cepha. consi. 137. nu. 12.

Franciscus, volebat iterum persuadere Iudicibus illam nominationem masculorum, & tam sæpe repetitam, ob aliam causam nõ fuisse, nisi ad familiæ conseruationem, cùm alia ratio non possit assignari, pro expressa haberi debet. vt nostri fatentur in l. quamuis. C. de fideicom. quos sequitur Deci. consi. 15. & consi. 270. & consi. 227. nu. 97. 8. 9. Maria. Iu. consi. 1. nu. 44. Mono. consi. 85. nu. 9. Ideò verbum liberis, de masculis intelligeretur, vt vna pars, per alteram intelligatur. vt suprà diximus.

16 Aliqui dicunt, † repetitionem qualitatis fieri non debere, inter diuersas personas, vt probat Manti. lib. 6. titu.

lib.6.tit.13. nu.8.vel quādo essent diuersæ orationes. Gabriel.d.consi.97.num.28. Et iniquum fore, si filia excluderetur, vbi agnationis non fuisset facta expressa mentio. Cepha.consi.622.in fi. & consi. 638. num. 49. Et postremò fœdere distinctionis dicunt. Si testator vteretur verbo (liberis) nullam debere fieri relationem ad masculos. Secus, si fine filiis, & posteà de masculis loqueretur, de illis solis videretur facta repetitio exclusis filiabus. vt visum est Decio consi. 567.nu.5.vel quando odiosa esset dispositio, cessare huiusmodi repetitiones secus vbi esset fauorabilis,&c.

17 Verùm, † adhuc non quiescit animus, siquidem nostri seniores, quasi vno ore fatentur, causam illam esse fauorabilem,vbi de conseruanda familia agitur,& dignitate domus,propter viros, qui soli sustinēt reip. pondus.licèt noceat mulieribus,quarum deterior solet esse conditio.l.in multis.ff.de sta.homi.hinc statutum excludens fœminas principaliter dicitur esse fauorabile. vt no. in l. 2. C. de in ius vocand. deci in §. Cornelio Felici. in præfa. num.23. Cepha.consi.137. num. 40.

Videmus etiam dubias dispositiones, & in diuersis clausulis positas, interque diuersas personas, mutuas recipere declarationes,& repetitiones. d.l.si seruus plurium.§.fi.ibi, quæ præcedunt, vel sequuntur, spectanda sunt. Imò verò vnus contractus, ab altero declaratur. Alex.consi.52.nu.24.lib.4. Deci.cōsi.190. num.7.Craue.consi.113.nu.6.Hinc dici solet,à principio tituli, posterior formatur euentus.l.1.C.de Impo.lucra.descrip.lib.10. Proinde cùm omnes clausulæ ab vno & eodem disponente nascantur,quare non simul iungentur, vt inde quid ille censerit dignoscatur? d.§.asinam.cum simi.

18 Nec † nos moueat distinctio Decij, & aliorum. vtpote eùm,æquè potest verbum liberis, de solis masculis intelligi, sicut verbum filius.verumq; est aptum ad solos masculos referri, si constet voluisse. optimum est (inquit Paulus) non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit.d.l.Labeo.

Audiuimus aliquos dicentes, si semel fuisset loquutus de liberis, posset illa interpretatio procedere, vt pro masculis intelligerentur. quasi non animaduerterit.sic verò ter vocauit liberos filiorum suorum. Ita repetendo volebat singulis casibus & personis prouidere diuersis respectibus, quia variæ sunt hominum voluntates.l.quia poterat.ff.ad Trebel.

19 Hinc † dici solet, in actu reiterato, non præsumitur error. Glo. in c.literis. de diuor. sed plena deliberatio. Bal.in tracta.schisma.in Rub. C.si quis aliquem testa.prohib.col.penul. Deci.consi.185.nu.10.Cepha. consi.152.nu.102.cum sequen.

Sed aduerte,quia ipse dicit substituit alium ex suis liberis masculum,declarando quales deberent esse illi liberi ad bona vocati: & ibi quandiu erunt liberi masculi descendentes ex ipso donatore. Ideò videntur cessare difficultates super qualitate liberorum, quos ipsemet declarauit.l.ille, aut ille. §. cùm in verbis.de lega.3.Decius consi.1.nu.7. Quæ quidem declaratio, etiam ad primam substitutionem referenda est, vt similiter de masculis intelligatur, vt vna pars aliam declaret, & manus manum fricet.de quibus s.

20 Hæc † sagitta à forti missa est manu, à qua vt se defenderet Catharina in medium proponebat multas iuris regulas.quarum prima est cessante causa substitutionis,cessat substitutio.l.si ita quis. ff. de vulga. l.fi.C.de institu.& substi.l.penul. C.de impub. c.eùm cessante.de appella.l.adigere.§. quāuis. ff. de iure patro. sed Claudius fuit grauatus restituere donata secundo genito. Ita demum si sine liberis decederet, decessit relictis Petro & Catharina. Ideò cessat grauamen & onus.

21 Et † licet Petrus post mortem patris pupillus decesserit, sufficit si patri superuixerit. l. ex facto. §. si quis autē.ff.ad Trebel.l.si quis hęredem.C.de institu. & substi.Oldra.consi.21.Panor.consi.40.lib.1. Etiam si solo momento prædecesserit pater. l. sed & in illo, ibi, nec appareat quis prius spiritum emiserit.ff. de reb.dubiis.Bal.in c §.cùm esset Episco.vel Abba.Are. consi.50.col.3.versi.vnde videmus.Rip.in d.§.si quis autem.nu.2.

22 Non † autem dicitur priuari substitutus ob defectum conditionis, imò habetur pro non instituto.l. pecuniam. ibi perinde ac si nulla stipulatio interuenisset.ff.si cer. peta. l. necessario. §.1. ff. de pericul.& com.rei vendi.l.1.§.penul. ff.de his, quæ in testa. delen.l.si ita scriptum.de lega.1.Paul.de Cast.consi.292. col. 2.versi. item testator. lib. 2. huic adiungitur alia regula. Res semel extincta nunquam reuiuiscit.l.qui tes.§.ateam.ff.de solu. Et limitata causa, limitatum producit effectum.l.in agris.ff.de acqui.rerum domi.

23 Præsertim † in fideicommis.quæ tanquam odiosa non sunt extendenda de casu ad casum, vel ad alias personas. Imò restringenda. l. cohæredi. §. cùm filiæ ff.de vulga.Deci.consi.95. col 3. versi. sed tamen. & consi.219.num.12.& consi.377.num.5.& consi.465. num. 14.15.Man.Iu.consi.fi.lib.1.& consi. 185.lib.2. & consi.29.lib.4.Bertran.consi.340.nu.8.lib.1.Cepha. consi.420.nu.15.

24 Verumtamen † istæ iuris regulæ, & consi. Oldra. multas patiuntur exceptiones. veluti quando testator simpliciter considerat defectum liberorum decedentium, post mortem eorum qui fuerunt grauatis tunc in infinitum extenditur illis mortuis, & ad alios transfertur.l.cùm ita.§.in fideicom.de lega.2. l.fœtre. eo.titu.l.fi.C.de verbo.signi. Alex. consi.53. num. lib.6.Deci.consi.480.nu.8.& consi.485.Soci. in l. eximus.de condi.& demonstra. vel quando constaret de meote disponentis, qui noluit vt bona sua ad extraneas venirent manus.Paul.de Cast.consi.343. num.2. lib. 2.qui loquitur in terminis donationis. Cur. Iu. consi.121.Cra.consi.98.& consi.328. nu.16. vt hic dicitur. de vno ad alium, & suos descendentes masculos,&c.

25 Deinde, † quia notorium est in fideicommissis fieri extensiones, si de voluntate constat,vt suprà diximus.& probat l. pater.§.mater.& ibi Bart. de lega. 3.Ang.consi.7.nu.3.Deci.consi.227.num.8. cum aliis quæ colligit Ias.in consi.143.num.8.lib.4. Præsertim quotiens bona peruenire debent ad masculos. Gosa. consi.89.num.11.Paris. consi. 37. num. 27. 31. lib.2. Craue.consi.761.num.9. Cepha.consi.446.nu.30.

26 Imò † dicit rea, si auus meus paternus voluisset intelligere primam substitutionem quæ de liberis loquitur de masculis, eadem facilitate hoc exprimere poterat. hoc nō dicit nec nos igitur dicere debemus. l.quidam cum filium.ff.de hæredi.Insti.l.vni.§.in autem ad deficientis.C.de cadu. tol.l.si seruum.§. non dicit prætor.ff.de acqu.hæredi. Anna. consi.22. Ancha.consi.120.nu.4.Alexand.consi.38.num. 6. lib. 6. Soci.Iu.consi.3.nu.42.lib.1. Non licet nobis proprio motu formare coniecturas, & imaginarias mortuorum dispositiones.ad quas ipsi nunquam cogitauerunt, vt Bal.inquit consi.325.lib.5.Manti.lib.11.titu. 13.nu.10. qui loquitur in commudum filiarum.

Negabat

Negabat alius se facere dioinationes, imò apertam demonstrare volontatem: & in negatiua, & affirmatiua vterque insistebat, animosè quidem & pertinaciter. Et denique maximus erat rationum conflictus & repetitio, & quod vulgò dicitur, eandem cantilenam cantare, siquidem de re maximè seria agebatur, & magni momenti. Quæ primò delata fuerat in arbitros, sed illis discordantibus in Rotam venit. Tandem cuna æquitatem sequuta, videns verba primæ substitutionis clara, & in eius oratione perfecta, existimauit conditionem defecisse mortuo Claudio relictis liberis.

27 Defectúmq; † huius primæ substitutionis clausisse viam sequentibus, sicut de aqua dicitur, quæ per foramen defluens, in varias posteà deriuatur partes, clauso foramine, aliæ partes remanent inaquosæ & aridæ: ita deficiente principio, deficiunt omnia quæ sequuntur ex eo. l. egi. ff. de excep. rei iudica. Bart. in l. cùm lex. col. 2. versi. his præmissis. ff. de fideius. Craue. consi. 1. nu. 3. in fi. Cepha. consi. 228. num. 34. Ita clauso primo substitutionis gradu, pereunt cæteri. l. si mater. §. 1. l. qui habebat. ff. de vulga. vt in ferè terminis Alexand. consi. 24. nu. 6. & consi. 59. nu. 16. lib. 3. consi. 139. nu. 3. lib. 6. Ias. consi. 228. lib. 2. Soci. consi. 116. col. 3. versi. quæ omnia. lib. 3. Rui. consi. 135. num. 5. lib. 2. Decius consil. 218. num. 13. Cepha. consi. 168. num. 14. 15.

28 Considerauit † etiam totus iste Senatus causam istam maximè dubitabilem, atque difficilem, & (vt dici solet) æquales calcolos habere. Ideò in dubio magis fauendum esse possessori. §. commodum. Insti. de interdic. l. qui accusare. C. de edend. Bar. in l. 1. §. non autem. ff. de bono. pos. contra tabul. & in l. si inter. ff. de rebus dub. Soci. in l. qui duob. §. in bello. eo. titu. Cepha. consi. 12. num. 25. & cons. 186. num. 27. vnde absoluta fuit Catharina à petitione Francisci patrui, & deinde Iudex appellationis à multis habito consilio hanc sententiam confirmauit.

SVMMARIVM.

1 *l. scripturas. C. qui potio. in pigno. hab. ampla & vtilis declaratio.*
2 *Subscriptio creditoris, an sit necessaria in terminis l. scripturas.*
3 *Ripæ, distinctio in l. admonendi. num. 104. reprobatur.*
4 *Subscriptio debitoris, debitorem obligat, non tertium.*
5 *Subscriptio creditoris necessaria in cótractu reciproco.*
6 *Apocha trino teste notata, an mortuis testibus probet?*
7 *Caueta malè intellexit l. scripturas cum Paul. Castr.*
8 *l. Scripturas, non est extendenda, cùm sit exorbitans.*
9 *Testes suas subscriptiones debent recognoscere.*
10 *Testes mortui, qualiter signum recognoscatur?*
11 *Hypotheca à quo tempore incipiat, an à die recognitionis, vel negotij gesti, contra tertios?*
12 *Testes secundum terminos. l. scripturas. quales esse oportet.*
13 *Qualitas à lege requisita probanda est.*
14 *Præsumptio iuris, releuat ab onere probandi.*
15 *Qualitas à lege requisita, cur sit probanda? nouiter, & vtiliter & nu. 17.*
16 *Curia Rotæ, sequitur opinio. Bar. super qualitate probanda.*

DECISIO CLII.

Hic agitur super vera, & germana intelligentia l. scripturas. C. qui potio. in pigno. hab. casus pulcherri. & vtilissimus.



INSVPER, ex illa tam magna & ponderosa bonorum discussione, de qua suprà mentiooem fecimus, quæstiones aliæ exortæ sunt. Præsertim inter vnum creditorem summæ mille & quingnetarum libra. turo. qui produxerat apocham manu priuata scriptam, à debitore, trinóque teste notatam: & volebat collocari secundum præscriptum obligationis diem, inter hypothecarios. Sequentes verò creditores repugnabant, imò eorum instrumenta præferenda esse, cùm sint publica & integra in forma probantia. istam autem prioatam, & propter multos alios in scriptura defectus.

1 Primò, † nó erat in ea subscriptio creditoris, sicut requiritur in d. l. scripturas. in qua duo ponuntur casus. primus, scripturas priuatas, siue à partibus habeant subsctiptinnes, siue testibus adhibitis, siue non, personalem producere obligationem. Sin autem (inquit) sit quæstio ratione hypothecæ, & sic córra tertiú. præfertur, qui nititur publico instrumento, etiam si posterius illud sit. Nisi fortè probatæ, & integræ opinionis trium testium subscriptionem habuerit. tunc illa scriptura, quasi publicè confecta accipiatur. Itaque cum in prima parte de subscriptione vtriusq; partis dixerit, eadem qualitas in seqoéti repetita censetur. l. Titia. §. Titia. ff. de verbo. obliga. l. qui filiabus. de lega. 1. §. præterea. Insti. de inutili. stipula. Deinde, quia in eadem secunda parte ponitur exceptio, quæ debet esse secundum terminos regulæ. l. nam quod liquide. ff. de penu lega. & huius opinio. fuit Soci. cósi. 247. nu. 8. lib. 2. Negusan. de pigno. in 2. par. quintæ par. princip. nu. 47. cum multis alijs in l. admonendi. ff. de iureiurand. Sali. & Roma. contra. & Alexand. consi. 181. nu. 4. lib. 2.

2 Ostendebat † creditor non esse opus sua subscriptione cum illa fieri soleat, in signum comprobationis. §. 1. Insti. de emp. & vendi. producendo autem in iudicio apocham, necessariò eam approbare censetur. l. cùm precum. C. de libera. causa. & cùm haberet in manu, poterat illam subscribere sine vlla & partis, & actorum offensione. l. in re mandata. C. manda. c. qui tacet. de reg. iuris. lib. 6.

3 Dominus † Ioan. Francis. de Ripa in d. l. admonen. num. 104. credidit, vbi ageretur de præiudicio tertij, necessariam esse vtriusq; partis subscriptionem, alioqui, secus. Quod (salua pace) nihil est. Nempe hic agimus de hypotheca, an virtute huius trinę subscriptionis noceat tertio? sola autem debitoris subscriptio, sufficeret contra eum. l. Publia. ff. deposi. l. cùm de indebito. ff. de proba. d. l. scripturas. in prima parte, absque trina annotatione: proinde si probetur ab eo, contra quem producitur, scripta. vel eius mandato, etiam si non subscripserit, vel scripserit, vt Feli. no. in c. 2. num. 5. de fide instru. Roma. consi. 204. Couarru. prac. quæst. c. 22. nu. 2. & ipse de Rip. in d. l. admonendi. nu. 102. semper & vbique nocet ipsi debitori, non tertio. qoid igitur operaretur illa triplex testium subscriptio?

4 Ideò † omissa illa distinctione, fuimus opinionis non esse necessariá creditoris annotationem, in apocha trino teste notata. Nisi illa esset, vltrò, citroque obligatoria. Ad quid, vbi solum de vnius obligatione agitur, opus est creditoris mano. petendo summam, nónne ostendit proprium approbationis signum? l. Paulus. ff. rem rat. habe. l. de quibus. ff. de legib. & hæc

fuit

fuit meus Glo.in §.nos autem. in verbo, iungatur. iu Authen.de tabellio.& Are. expresse. consi.64. col.1. versi.nec dicat aliquis. Nec obstat d. l. scripturas. si quidem mutat casum ratione hypothecæ, quæ nascitur ex illa trium testium annotatione, integræ & probatæ opinionis, & illa est præcipua causa quæ parit obligationem contra tertios, non autem subscriptio creditoris. Non præsumitur Imperator voluisse repetere in sua noua decisione, illud quod nihil operaretur.l.si quando.de lega.1.

6 Alia † inde erat dubitatio, ex eo quod vnus ex tribus testibus subsignatis mortuus fuerat, qualiter mortui & viuentium fieret recognitio? Maiores nostri variæ fuerūt opinionis in eorum distinctionibus. Paul.de Cast. consi.134.lib.1. putabat mortuis testibus huiusmodi scripturam habere vim publici instrumenti, etiam nulla facta recognitione: sed ab eo discedunt omnes, vt Negusan. ait in loco præallegato. Nam cùm lex requirat trium testium subscriptiones, censetur etiam requirere, vt & illi signa sua singuli recognoscant, priuatáque scriptura, ex recognitione publica fiat.l.cū ab initio.l.vel negare.ff.quemadmo.testa.aperian.l.publicati. C. de testamen. & ne possit quispiam reperita die scripturam conficere, vt fraudibus hominū obuietur.l. in fundo.ff.de rei vendi.c.porro.de diuor.l.non dubium. C. de legib. Soci. consi.274.nu.7.lib.2.

7 Crraueta † consi.158.nu.7. Paul. sequitor, & dicit mortem testium habere vim recognitionis.quod certè periculosum foret. Cùm facilè posset quispiam subscriptiones testium demortuorum fingere,& formare pro voluntate obligationes. no. in l. 1. §. fi. ff. quemad.testa.aperian. & suspectum sit instrumētum, in quo descripti sunt mortui testes. Alexan.consi.62. nu.2.lib.primo.Cra.consi.28.nu.7.

8 Imò verò,† si debitor fateretur illa testiū signa esse vera, & scriptas promissiones, non credimus d.l.scripturas locum habere, propter periculum simulationis & collusionis. Et cùm illa lex sit exorbitans, & repugnet iuris communis regulis, quibus cauetur, priuatas literas non facere fidem, & contra tertios.l. instrumenta.l.rationes.l.exēplo.C.de proba.ad hunc casum non extenderetur. Ne[illegible] in facultate dolosi alium decipere,vt Couar.no.vbi suprà,nu.[illegible].

9 Proinde, † præambula debuit esse recognitio per testes,qui chirographum subscripserūt.§.si quis igitur.in Authen.de Instru.cautel.& fide. Si tres testes adessent & recognoscerent, plena sequeretur probatio. quando deponerent, quod ipsis præsentibus, debitor scripturam fecit, vel mandauit vt scriberetur, & ipsi subsignauerunt: vel etiam si dicerent, quod debitor in præsentia conditoris rogauit ipsos testes, vt subscriberent apocham, quam dicebant creditor & debitor scriptam manu debitoris, licèt non viderint scribere,vt de Affl[illegible] & no.decis.[illegible]4.

At si simpl[illegible]iter deponerent scripturam esse debitoris, quam notam haberet, &c. in hoc possent decipi,cùm quis alterius manum possit fingere. Et plerunque robur hominis, ætas, temporisque opportunitas,naturalem causam scripturarum mutat. l.si non fortem. §.si libertus.ff.de condi.indebi. Aret.d.consi. 64.col.2.versi amplius dici potest.& omnes in d.l.admonendi.& d.c.2.

10 Ig[illegible]r † coram me commissari[illegible], testes superstites, recogn[illegible]uerunt eorum propria, & defuncti signa.§.si vero moriantur. in Authen. de Instru. cautel.& fide. Cephal.c[illegible]nsi.1[illegible].nu.9. Imò,quia summa petita excedebat libram auri,visum est nobis omnibus, etiam comparationem literarum fore necessariam super signo demortui testis, & debitoris. iuxta terminos. l. comparationes. cùm Authen. at si contractus. C. de fide Instru.

11 Quandu † autem inciperet ista hypotheca currere fuit apud nos dubitatum, vel vbi statutum disponeret bona illius,qui sua manu debitorem se fecit, sint creditori hypothecata. de quo Bart.in l.fi. C. de iure reip.lib.11. & in l. Antiochensium. ff. de priui. credi. an à die compositæ scripturæ, an recognitionis: Antequam sit recognita priuata dicitur,incerta,& dubia cuius illa sit,vt inquit Ioan. And.in addi ad Speculum titu.de instru. editio.§.nunc dicendum. Ideo videtur, vt contrà tertios, qui habent publ[illegible] instrumenta priora,antequam istud recognosceretur,& publicum fieret,præferri non debeat. Contrarium visum est, vt incipiat à die gesti negotij, quia verba intelligi debent secundum tempus, cui adueniunt.l.1o deli[illegible]. §.si extraneus.ff.de noxa.actio.l.[illegible]endum. §. fi.ff.qui satisdogan. quasi quadam à lege facta ratificatione quę retro trahitur.no.Bar.in l.1.ff.de testi.l.si pupilli. §. item queritur.ff.de nego.gestis.l. hoc iure. §. deiecit.ff.de regu.iuris.c.ratihabitionem.eo.ti.lib.6. Bart. in l.omnes populi.in 5.quæst. principa. Et qui declarat,nihil de nouo dat l.hæredes [illegible]am. § si quis post. ff.de testa.idq; voluit So[illegible]onsi.240.c[illegible]l.3.versi.tertio principa.lib.2.

12 Iam † parati eramus omnes, hunc inter hypothecarios collocare, sed [illegible] bat difficultas, quales debebant esse isti sub[illegible] ? Lex dicit, probatæ, & integræ opinioni[illegible]viros. Ideo hæc qualitas articulanda est & probanda, vt docet Barr. in l. 1. §. si quis neget.circa fi.ff. quem[illegible]dmo.testa. aperian. Idq; regulare est vt quis al[illegible]tam qualitatem probare debeat.l.1.a.ff.de proba.l.cùm te.C.de proba.Feli.late.in c.ex parte.nu.25.de rescrip.

13 Non † solùm quando ab homine deduceretur,sed etiam si à lege.veluti in d. scripturas. & in aliis [illegible]tis.puta in l.optimam.per testes idoneos,& omni [illegible]ceptione maiores.C.de contra.stipula. §.item verborum.Insti.de inutili.stipula. Authen.sed cùm testator trium testium locuplerum, & bonæ opinionis. C. ad l.Falcid.[illegible]relatum. duobus, aut tribus legitimis testibus.de testamen.c.10 literis. probatæ vitæ & opinionis.de testib.c.1.testes circumspectos, & omni exceptione maiores. de consangui. & affini. veruntamen Angel.in d.l.2.§.diem.ff.quemadmo.testa.aperil. Ioan de Imo.& quidam alij discedunt ab opinio.Bart propterea, quod quilibet bonus præsumitur iuris præ-

14 sumptione, quæ † relenat ab onere probandi. l.ab ea parte.ff.de proba.l.cùm pater.§.rogo.de lega.2. [illegible]merito.ff.pro socio.Alcia.regu.3.præsump.2.l. gene[illegible]ter.§.si petitum.ff.de fideicom.liberta.Bar.in l.in illa. in fi.ff.de verbo. obliga. Ias.in l.si extraneus. nu.6.ff. de condic.ob causam.Deci. consi.40 . nu.8. Alcia. de præsump.in 3.par.Hypoth [illegible]ula.451. Cepha.consi. 351.nu.40.41. Cano. in c. bona fides,deposi. & in [illegible] quia non est verisimile.de præsump.

15 Nisi † (dicunt illi) lex requireret ad probationem alicuius negotij optimos testes, tunc illa qualitas esset probanda.vt Alex. ai[illegible]1.82.nu.3.lib.1.& consi. 43.nu.23.lib.4.Deci.consi.321.num.11. Et huius rei causa est differentia, quæ [illegible]et esse inter bonum & optimum.l.vbi autem non apparet. §. 1.ff.de verbor. obliga. Nimirum, cùm de supremo loquatur gradu, qui communem hominum æstimationem excedit, probatione indiget propria, & singulari arg.in l.in bellu.§.factæ.ff.de captu. & post. reuer. Idem voluit Couaru.

Couar.in d.c.relatum.num.6.vel,quoriens statutum requireret optimæ opinionis viros, vtendo superlatiuo. Non autem in his, quæ iure communi procedunt, & in quibus, lex non excedit communes terminos, veluti in casu.d.c.relatum. in quo, non esset opus probare,illos duos,vel tres testes (coram quibus factum esset testamentum) esse legitimos, si quidem,nulla alia qualitas exigenda est, nisi illa quæ de iure gentium inest.c.dudum.de præsumpt.

16 Veruntamé † hæc curia opinio.Bar. indistinctè sequuta est. Si præsumerentur esse tales, quorsum lex expressisset?l.si quando.de lega.1.Sed quia omnes illi casus,qui vel à lege,vel canone definiti sunt specialem continent decisionem. Ne temerè videatur ille casus positus,posuit in eo, quasi granum salis, id est, dum modo. Ideo, priùs videre oportet, an illud requisitum intercesserit,qualitas enim adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. dict.§.si extraneus.

17 Aduerte † etiam,si omnes testes idonei præsumerentur,ad quid lex instrueret iudices, vt ante omnia eorum conditionem examinent, honestæ,vel inculpatæ sint vitæ,&c.l. testium.ff.de testib.Testis familiaris,à testimonio repellitur,nisi sit probatæ vitæ.d.c.in literis.Ergo indistinctè admitteretur testis familiaris, si generalem sequamur præsumptionem contra l.penult.ff.de test.l.2.C.eo.c.1.2.3.tertia quæst.5. quibus repellitur à testimonio familiaris,ad quid postremo seruiret bonæ famæ probatio,quam multum commendant docto: Bart.in l.1.§.pen.ff.de re milit. Deci. consi.157. Cra.consi.151.num.21.consi.99.in fi.consi.145.in fi.Rol.à Val.consi.96.num.14.25.lib.2.si omnes boni præsumerentur? Imo enumerantur 323. casus, in quibus dolus præsumitur, à Luca de Penna in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib.11.Alcia.vbi suprà.sæpe audiui à maioribus,abundantem cautelam non nocere.l.testamentú, vbi Bar. Bald.Sali.Alber.Roma.Alexand.Ias.C.de testament. Et præsertim,cum hodie tot maculis natura hominis sit labefactata, vt pauci sint,qui gloriari possint hoc boni viri nomine.c.omnis ætas.12.q.1.Et verum sit, de quo propheta regius conqueritur.Non est,qui faciat bonum,non est vsque ad vnum.ps.52. hanc opinionem sequuti sunt etiam plurimi.Soci.consi. 274. nu.11.lib.2.Paris.consi.24.lib.3. Hyp.cons.96.nu.3. Cæpol.consi.37.in c.1.nu.14.de appella. Rol.à Val. cons.84.nu.1 .lib.3.veruntamen,quia c stabat actis vnum ex his tribus testibus, foro cessisse, & sic non esse integræ, & probatæ opinionis virum, fuit iste creditor, cum toto suo credito, ad chirographarios remissus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto sola, arguit simulationem.*

2 *Creditor posterior, de cuius vera numeratione constat, præfertur primo, qui solam confessionem habet. & num.6.*

3 *Confessio differt à numeratione.*

4 *Confessio, est actus fictus numeratio verus.*

5 *Confessio mariti de dote recepta, non præiudicat creditoribus.*

DECISIO CLIII.

Instrumentum continens solam confessionem non est omnino integrum. Ideo vix est, vt posteriori præferatur habenti veram numerationem.

Decis. Rotæ Auenio.

EX illa quoque creditorum turba, emanauit, & egressa est alia quæstio, proposita ab vno eorum, qui petebat quinque mille, & centum florenos. Sicut constabat publico instrumento, in quo fatebatur debitor se ante recepisse nummos, & in solutionem dare, & cedere nomen, quod habebat contra consules Cauaho.de summa simili, & cum nulla esset facta intimatio consulibus, dicebat debitorem recuperasse debitum. Ideo instabat, vt suo ordine collocaretur. Alij verò creditores, de quorum creditis constabat per veras numerationes, se opponebant. Sed quid iuris?

1 Si cedens † alteri nomen, confiteatur simpliciter ab eo, debitum promissum recepisse, illa cōfessio arguit simulationem.l.per diuersas.l.ab Anastasio.vbi Glos. Bar.& alij.C.manda.Panor.in c.fi.de aliena iudi.mut. caus.fact.Guid.Pap.decisi.567.Soci.consi.90.num.4. lib.3. Tiraquel.de retract.consi.§.1.Gloss. 19.nu.78.

2 Ita, † instrumentum, quod solam numerationem continet, non debet præferri instrumento, quod veram numerationem habet. Licet istud posterius sit. vt probat. l.Titius. ff. quæ res pign.obliga.pos.debitor, qui destinauerat accipere pecunias mutuo, quasdam res obligauerat, deinde vnam, ex eisdem vendidit, postea pecuniam accepit, an res vendita sit obligata? Respond. illas solas, quas tempore numeratæ pecuniæ habebat. Item l. assiduis cum Gloss. in verbo, datæ.C.qui pono.in pign.habean.quæ vult, priuilegium dotis habere locum in dote data, non confessa. Denique l.si quis post hac C. de bonis damna. confiscatis bonis mariti, dotem saluam remanere, quam corporaliter, se tradidisse probauerit.

3 Nam † multum interest recipere, vel confiteri recepisse.l.si debitorem.ff.de noua. l. 2. §. creditum. ff.si certum peta.l.si ex cautione. C. de non numera. pecunia.Aueha.consi.338.num.2.Alexand. consi. 142. num.4.5.lib.5.Soci.consi.3.num.4. lib. 1. de Afflict. decisi.402. Hinc, agenti de numeratione, non sufficit probare de confessione. l. certi condictio. §. si nummos.ff.si cert.pet.Ias. in §.sequens.num.13. Instit.de actio. docto. in l. ita stipulatus.§. Chrisogonus.ff.de verbo.obliga.Quia, vnum deduceret, & aliud probaret.l.habebat.ff.de instit.c.abbate.de re iud.lib.6. Alexand. consi.179.num. 2.lib.2. & consi.15 .num.24. libr. 5. Licet, aliqui in hac re dissentiant vt aduertit Tiraq.de retract.conuentio.§.4.Gloss.6.num.13.

4 Et ratio † est, quia numerat o est actus verus, & naturalis. Confessio, ciuilis, & fictus. Ias.in dict. §.sequens.num.14. Ideo, naturalia iura, ciuilia vincunt.§. sed naturalia. Instit. de iure nat. gentium, & ciuili. Dixi in §.Cornelio felici.in decisio

5 Hinc † sola dotis confessio non præiudicat mariti creditoribus, præsentibus, vel futuris. Bart.in authen. sed iam necesse. C.de dona.ante nupt. Alexand.consi. 45.num. 5.6.lib.1.& consi.142.num.1.2.3.4.5.lib.5. Crauc.consi.44.num.1.Cepha.cons.101.nu.10.cum sequen. Licet latius pateat iste de dote confessa articulus. vt discurrit Tiraqnell. de retract. conuentio. §.4.Gloss.6.num.8.& 14.Boëri.decisi. 330.

6 Quatenus † autem nostrum negotium tangit, de Ripa in l.priuileg.nu.13.tenet, reales creditores præferendos illis, qui solis confessionibus nituntur. post Bal.in l.diuersis.vbi Gl.C.qui porio.in pig.habeā.lex dicit, si duobus creditoribus res obligata fuerit, ille qui prius data pecunia pignus accepit, alteri præferatur.Secus(inquit Gl.)si nō data est.d.l.Titius.Et licet de Ripa respondeat legibus ad propositum allegatis,

istam tamen opinio. æquam existimat. Illámque sequitur Tiraq.de retract. consi.§.1.Gloss. 18.num.91. Quæ probetur vltra docto.Ille enim,qui numerationem habet,duo vincula habere dicitur:alius qui confessionem,vnum solú. Duo autem sunt fortiora vno. authen.Itaque C. commu. de success. Plus est etiam facto rem ostendere,quam verbis,l.Paulus.ff.rem ratam habe.l.de quibus.ff.de legibus:veritásque magis oculata fide ostenditur,quàm sono.§.fi.Instit.de gradib.affini. vt inquit Gramm.Segnius irritant animos demissa per aures. Quam, quæ sunt subiecta oculis fidelibus. Hinc dici solet, pluris est oculatus testis vnus,quam auriti decem,refert Eras. chilia. 2.centuria 6.c.54. Et imputandum esse creditoribus, si cautius non fuerint negotiati.l.inciuile.C.de fur.qui debebant sequi consilium à nostris traditum, & facere quod verba instrumenti canten de numeratione. Cæterum,quia multis argumentis constabat hoc verum esse debitum,nullámque interuenisse simulationem.Imo ipse debitor in suo proprio scripserat libro, se tantam accepisse pecuniam,& alias summas ægregias, priuatim & fauorabiliter sicut solet fieri inter amicos, & facta computatione apparuit super omnibus,in nihilo fuisse erratum,& omnia secundum bonam fidem. Curia ordinauit hunc, suo ordine collocandum inter hypothecarios,sequendo opi.Bal.consi. 352.num.2.lib.3.Rapha.cuma.consi.31. nu.1.Tiraq. vbi suprà num.89.& adiuuat Graue.consil.44.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus contrahendo habet tacitam hypothecam in bonis sui debitoris.*
2 *Consulis bona, tacite sunt obligata ciuitati, pro mala administra.*
3 *L.2.C.de debitori.ciuita. vtilis explanatio.*
4 *Priuilegium, quod exigantur more fiscalium debitorum,an ad contractus sit extendendum? & num.6.*
5 *Ciuitas,non habet priuilegium tacitæ hypothecæ sicut Roma.*
7 *Beneficium principis,latissimè interpretandum contra concedentem non contra tertios.*

DECISIO CLIIII.

Ciuitates non habent bona debitorum,cum quibus contraxerunt obligata. Sicut Romana, & Antiochensis.



EX eadé similiter discutione, alia lis resonauit in Rotæ cancellis inter ciuitatem nostram, & curatorem bonorum prædefuncti debitoris, à quo petebat multas pecuniarum summas,& granorum quantitates, pro vt ex libro communi, & designatis mandatis apparebat. Volebant itaque domini consules, pro illis debitis collocari inter hypothecarios. Cum illæ essent publicæ scripturæ & secundum priuilegium ciuitati concessum, à diuis nostris principibus,quo debitores ciuitatis cogi possunt more fiscalium debitorum, asserentes ista esse publica debita,fauoribus digna,& priuatis præferenda &c. Quæsitum fuit, me etiam relatore, quid dicendum?

1 Certum†est, fiscum habere tacitam hypothecam super bonis sui debitoris, quamuis de illa nulla facta fuerit mentio.l.aufertur.§.fiscus.ff.de iure fisci.l.2.C. ex quib.caus.pig.taci.contra.Bar.in l.si is qui.ff.de iure fisc.Negusan.de pign.in 4.memb.2.part.num.112. Ideo ad fisci similitudinem respublica, eodem deberet gaudere priuilegio.l.Anthiochensium,cum l.seq. ff.de priui. credit. vbi resp. creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur.

2 Hinc bona consulis,vel administratoris,sunt tacitè obligata ciuitati, pro mala administratione.l.fi.C. quo quisque ordi.conuenia.lib.11.ff.ad tutoris similitudinem.l.pro officio.C.arb.tutel.sicut prælati erga suam ecclesiam.Gloss.in c.ex literis de pign.Panor.in c.episcopus.de præbend. Alex. consi.104.nu.4.lib.6. Negusan.vbi suprà nu.6.cum sequent.Cur non idem de illo,qui cum ciuitate contraxit?

3 Si†debitor ciuitatis bona sua alienauerit,& aufugerit,potest ciuitas agere contra emptores,vt pro rata teneantur,licet non fuerint obligati.l.2.vbi est.casus singula. vt omnes attestantur. C. de debitoribus ciuitatum.lib.11. Rip.in l.1.§.si hæres. num.17.ff.ad Trebell.

4 Maximè,†attento priuilegio,quod debita ciuitatis exigantur more fiscalium debitorum, qui vult consequens, censetur velle omne necessarium antecedés l.oratio.ff.de sponsa.l.ad rem mobilem.l.ad legatum. ff.de procur.l.2.ff.de iuris.om.ind.Si exigantur more fiscalium debitorum,ergo contrahuntur, sicut contrahit fiscus,vt æquipatatorum, sit æquiparata ratio. l.illud.ff.ad l.Aquil.l.cum actum.ff. de nego.gest.l.1. de lega.1.More,id est,ad similitudinem. l. more Romano,ff.de feriis.l.more.ff.de iuris.omni.iudicum.

5 Contrarium†visum est dominis,vt simile priuilegium fisci nulla ciuitas habeat: nisi nominatim à principe fuerit concessum.l.simile.vbi Gloss.& Bart. ff.ad municipa.l.2.vbi Gloss.Bald.& Bart. C.quib.ex caus.pign.taci.contra. Licet enim fides probationis daretur libris publicis contra debitores in eisdem designatos,quod tamen latiori indiget examine vt nostri doctores diligentissime tractauerunt in d.l. admonendi, & c.2.de fide instru. Couar.pract.quæst.c. 20. Tamen ex his libris, & mandatis consulum non contrahitur hypotheca, quia iure cautum non repe-
6 ritur.l.illam.C.de colla. Et†quamuis fiscalium more exigi possint,non sequitur, ergo eodem contrahuntur modo;differunt si quidem contractus, & exactio suntque inter se separata. Proinde exactio bene poterit fieri fiscali more,scilicet summariè,per incarcerationem captis pignoribus, & alio iuris rigore. l. is qui fisco vbi Bart.Ioan.de pli.num.2.de conuenient. fisc.debit.lib.10.l.2.C.de exacto.tribu. eodem libr.1. l.sacrilegij.§.fi.ff.ad l.Iul.pecula.§.oportet.in authen. vt indices sine quoque suffra. Contractus autem,suo ordinario modo.l.contrahitur.l.de pign.§.1.instit.de actio. l. 2. ff. de actio.& obliga.proinde priuilegium concessum circa exactionem,non extenditur ad contractum.Cum sint res distinctæ,& separatæ.tot.titu. de execu.rei iudi.& de sent.& re iud. vt minus lædat ius commune.l.si serui vestri.C.de noxa.actio.Bar.in l.fin. ff.de constit.princip.

7 Et si†dicatur,illud datum à principe beneficiũ latissimè esse interpretandum.d.l.fi.hoc verùm,contra concedentem, non contra tertios.vt not. Ioan. And. in c.super eo.de officio delegat. & in c. quamuis per illum tex.de præbend.lib.6.Alexand.consi.215.nu.4. lib.7.& consi.110.num.10.lib.6.

Leges verò Antiochen.& l.penult. loquuntur de ciuitatibus priuilegiatis, veluti Romana & Antiochen. Secus in aliis. vt Gloss. ita attestatur in dict. l. simile & d. l. 2. Bald. in l. fin.coll.4. versic. quæro

an

na ciuitas. C. de facro. eccles. Alexand.in d.§.si heres circa fin.& d.consil. 104.lib.6.

Porto, dispositio d. l.2. C. de debito.ciuita.continet priuilegium in actione personali,quæ nascitur ex illa lege, vt possit ciuitas prosequi, & agere contra possessores bonorum debitoris, sicut regulariter licet per hypothecariam, tamen est differentia, quia hypothecaria euocat in solidum. l. quandiu. C. de distract.pigno.l.1.& 2.C.si vnus ex pluri. hæredi. Illa verò solùm pro rata.vt Ioan. de Platea ibi declarat.nu.2.Ideo ciuitatem inter chirographarios collocauimus,quorum plurimum incerta est cunditio, & (vt puto)spes modica.

SVMMARIVM.

1 *Ad l.si fundus.ff.de fundo dota.*
2 *Ad l.nupta.§.quotiens ff.solu.matri.& num.6.*
3 *Ad l.ob res.§.si conuenerit.ff.de pact. dot.& nu. 13.*
4 *Ad l.Mæuia.ff.solu.matri.*
5 *Ad l.si extraneus.ff.de iure doti.concordia cum præcedent.*
7 *Maritus negligens dotē exigere,an teneatur?& nu.12.*
8 *Vxor non agit ad dotem,sed vir debet eam petere?*
9 *Maritus dotale feudum se viuente perdit sed eo mortuo,ad vxorem reuertitur.*
10 *Bona nomina fiunt mala, si non interpellauerit.*
11 *Maritus tenetur de culpa, si res dotales pereant.*

DECISIO CLV.

De marito negligente dotem exigere à matre quæ dotem promiserat,si vxor eo mortuo non possit, an hæres mariti tenebitur? casus vtilis.



LII insuper orti fuerunt iudiciales turbines, ex illo obscuro discutionis fluuio, quos ex industria omittimus: iste postremū obtinebit locū, qui fuit motus à vidua debitoris. Quæ cóquerebatur de magna viri sui negligentia: vt qui intra viginti sex annos constante matrimonio, à matre promissam dotem non exegerit. Nec ab eius hæredibus, quorum bona postea distracta sunt, & per diuersas manus tradita. Ita,vt si nunc agere cogeretur contra tertios possessores,multis implicaretur litibus,& ferè innumeralibus,& expensis, quas non posset suppetere,cum sit indotata,& non habeat bona,nisi quæ mariti fuerant, sed, & illa per curatorem & deputatos possidentur.Iniquum esset,si mariti culpa,aut negligentia desolatæ noceat vxori, &c.

1 Quid † definiendum sit in hoc articulo, plane non intelligimus, propter varias iurium decisiones. Si quidem multæ sunt leges, quæ mariti negligentiam redarguunt, & non relinquunt inultam. veluti. l. si fundus.ff.de fundo.dota.si maritus fundum dotalem petere neglexerit,cum id facere posset, rem sui periculi fecit.

2 Cui † adiungitur. l.nupta.§. quotiens.ff. solu.ma. Quotiens viri culpa accidit, ne dos à socero, aut à quolibet alio, qui mulieris nomine promiserat exigeretur. Si vxor in matrimonio decesserit,aut dotis debitorem hæredem fecerit, ad aliud non tenetur maritus, nisi vt liberet debitorem. Ideo à contrario sensu, cessantibus illis casibus,marito culpa imputaretur.

3 Tertio † vxori seruit.l.ob res.§.sed si conuenerit.ff. de pact.dotali. Si conuenerit, ne manente matrimonio dos viuo patre petatur,mortuo patre statim exigitur. Si non petierit, tenebitur huius culpæ nomine.

4 Quibus † adiungitur.l.Mæuia.ff.solut.mat. Si maritus sine dolo malo, vel culpa exigere pecuniam à debitore non potuerit,non tenebitur: ergo vbi culpa accideret, teneretur pecuniam refundere. Et hæ decisiones æquæ,& iustæ videntur.Ne alteri, per alterum iniqua inferatur conditio, néve vnius culpa alteri noceat.l. si quis in suo.§.legis. C.de inoff. testa. l. sanximus.C.de pœnis. titulo, ne vxor pro marito.

5 Cœterum,istis repugnat.l.si extraneus. ff.de iure do.Si extraneus sit,qui ex liberalitate dotem promiserit,parcendum est marito,qui eum nō præcipitauerit ad solutionem.Cum ex liberalitate sua non teneatur,nisi, in quantum facere potest. Si verò pater,vel ipsa dotem promisit,mulieris erit periculum. Neque enim propitiis auribus quibusdam iudex audiet mulierem dicentem: cur patrem qui dotem promisit, non vrseris ad solutionem.Ecce diuersum super non petita dote responsum.

6 Paul.de † Castr.in d. §. quotiens.dicebat: si pater erat soluendo, marito imputandum si non exegerit, quia cessat ratio d. l. si extraneus, vt pote cum, sine suo incommodo soluere poterat, & non diceretur vrgeri.

7 Boeri. decis. 329. num. 2. ait, opinionem Pauli habere grandem apparentiam, sed contrariam esse veriorem,quam tenet Alexand. in d. §. quotiens, & alij per eum relati. propterea quod,ille intellectus violat literam dict. l. si extraneus. generaliter loquentem.

Ioan. Camp. de dote.2.part.quæst. 77.volebat ab initio tenere opinio. Paul. sed in fin. videtur ab illo discedere.

Bald. in d. l. si extraneus arguit mulierem, quod conquerature de marito, pro fauore quem exercuit erga suum patrem, cui magis deberet gratias agere. * Nescio, quo animo illi habenda sit gratia, qui fuit causa amissionis proprij patrimonij: Maximè, quia, pater salua dignitate hoc poterat iuxta. l.nepos proculo.ff. de verbo. signifi. vt intelligendus est Paulus.

Omissa disputatione, si iuris regulas sequamur. vix excusabitur maritus,si non interpellauerit. Cum

8 † ipse solus possit dotem petere,non vxor.l.in rebus. §.omnis.C.de iure dotium.Et sicut non valenti agere non currit præscriptio. l.1.§. 1. C.de anna.except. Bal.nouel.de dote.7.parte Balbus.de præscrip. prima par.6.par.num.10. Ita,vxori,quæ agere non poterat congruo tempore, nocere non debet, illa fortunæ mutatio, quæ mariti culpa accidit. l. ob maritorum culpam. C.ne vxor pro marit.

9 Hinc † si in dotem datum fuerit feudum, & propter mariti culpam feudum in commissum ceciderit, viuo marito tenebit commissum,eo verò mortuo ad mulierem reuertetur.c.1.in fi. de capit. Corral.vbi prælato viuente ad regem pertineat, sed eo mortuo, ad successurem reuertetur.arg.l.statuis florus.§.Cornelio felici.ff.de iure fisc.& ne vnius culpa alteri noceat. Iacobi de Sancto Georg. de feud. in verbo. Et promiserunt eidem Domino.num.31.

10 Si † tutor non exegerit à debitoribus,& illi postea non sint soluendo,compellendus est, illas summas, quæ instrumentis continentur refundere.l.2.C.arbi. tutel. l. debitoribus.C.de administ.tuto.

* Hinc dici solet, bona nomina efficiuntur mala, si non interpellauerit. l. qui Romæ. §. Calimachus.

12 ff. de verbo obliga. Non † solet etiam mariti culpa inulta remanere, quando res dotales deteriores efficerentur. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matr. l. si mora vbi Gloss. Bar. & Alex. ff. eo. Cur idem non tenebitur, si cum dotē vxoris poterat exigere, non exegerit? Sæpe enim contingit viros aliquos, huius esse humoris, vt ditiores appareat, negligere summas debitas. quasi verò illis non egeant: sicut esse poterat in homine isto, cuius gesta, & maximi conatus arguebant opulentissimum: sed hæc, & similia non debent vxori nocere. Proinde etiam, maritus est vxoris caput e. cum caput 33. q. 5. à quo ergo vxor expectare debet auxilium, & consilium, nisi à suo capite, & marito? c. cum singula. 89. distinct. c. sicut. 21. quæst. 2. l. cum in diuersis. ff. de religio. & sumptu. fu.

13 In † casu vero huiusmodi, mater, tanquam hæres patris, & mariti sui, dotauerat filiam quadrin. aureis, inclusis ducentis, à marito relictis, proinde, mater respectu ducentorum, erat vera debitrix filiæ, quo casu ipse maritus tenebatur matrem, id est, socerum cogere, saltem pro summa à patre relicta. d. l. si extraneus, ibi. quod patet, vel ipsa mulier promiserit, id viri non esse periculo. Quod debitor mulieris, id viri esse periculo. Et sic, alia est causa promittentis, alia eius hæredis. Idem probatur, ex d. l. ob res. §. sed si conuenerit, ibi, & si non petierit maritus, tenebitur huius culpæ nomine. At iste nō petiit neque à socru, tanquam hærede patris, neque ab hæredibus socrus. Et probetur amplas, tunc fuisse & patris, & matris facultates. Ideo d. l. si extraneus non habet locum in cōmodum hæredum eorum, qui dotes promiserunt, vt inquit Bald. ibidem, & in d. §. si conuenerit, post Gloss. in l. si socer. §. Lucius in verbo, redditurus. ff. solut. mat. Bal. nouel. de dote, parte 8. priuileg. 24. & 25. versi. præterea. Boë. decis. 329. nu. 3. Quia tale beneficium personale est, & cum persona extinguitur. l. quia tale. ff. solut. mat. Nec dici potest extraneū liberalitatem exercuisse, vt illi habenda sit ratio quod commode possit. l. Nesennius Apollina. & ibi Iaf. nu. 6. ff. de re iudica. Cum adita hæreditate teneatur soluere æs alienum velit, vel nolit. §. hæres. instit. de obliga. quæ ex quasi contract. nascun. cum simi. fuit cōclusum, marito esse imputandam negligentiam, quod non exegerit à socru summam 200. ▽. à patre filiæ relictam, ratione verò aliorum 200. ▽. à matre promissorum absoluendum curatorem, salua actione viduæ contra bona materna obligata.

SVMMARIVM.

1 *Status quæstio præiudicialis, super qua, non compromittitur. & 6.*
2 *Statutum de compromittendo, non continet spurios.*
3 *Compromissum fieri potest super incidenti quæstione, licet super principali non possit.*
4 *Accessoria quæstio, sequitur naturam principalis.*
5 *Statuentium mens, ante omnia inspicienda.*

DECISIO CLVI.

De compromissis, super spurietate non componēdis.



STATIVS Florus septuagenarius, habēs vxorem iuuenem, de cuius moribus fecus suspicabatur, in testamento suo declarauit natum ex illa, non esse suum. Sed spurium, & adulterinum: volebátque vt nihil ex bonis suis consequeretur. Eo mortuo, mota est quæstio super legitima, contra liberos primi matrimonij hæredes vniuersales. Lite pendente, petiit aduocatus impuberis, vt compromitteretur, virtute statuti quo cauetur, inter consanguineos & affines esse compromittendum, hæredes recusant. Quid dicendum?

1 Non † videtur statutum locum habere, in casu huiusmodi, qui super quæstione status versatur, & præiudicialis: vt pote cum negetur patris filius, & adulterinus dicatur, quasi falsi parentis. Ideo priùs deberet se talem probare, qualem se asserit. l. non ignorat. C. qui accusa. non poss. l. 2. §. ait prætor. & l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. Alex. consi. 60. nu. 17. lib. 2. huius enim præiudicialis actionis natura est: vt ante omnia decidatur, deindéque possit iudicium eertum ordinem accipere. l. libertis. §. fin. ff. de liber. cau. §. præiudiciales. Insti. de actio. Ne quid videatur præpostere fieri, sicut dici solet, priusquam mactatis, excorias.

2 Vnde † statutum, quod de compromittendo loquitur, non comprehendit spurios, vel illegitimos. arg. l. si spurius. ff. vnde cognati. Alex. consi. 144. nu. 5. lib. Nec affines, si simili notarentur macula. licet affinitas ex illegitimo coitu contrahatur, vt tot. tit. de eo, qui duxit in vxo. quam pol. per adult. quod procedit circa matrimonia cōtrahenda, vt Mar. Ant. Blanc. tract. de compromiss. q. 3. nu. 6. 14. 31. Et cōmune est, quod supra dicimus decisi. 152. qualitatem personæ prius esse probandam, ne illa omissa, frustra postea litigaretur, & inane iudicium fiat. c. causam quæ de iudi. si quidē interest iudicis, ne partes frustratoriis fatigentur litibus, & expensis. l. properandum. C. de iudi. c. finem litibus de dolo, & contu. Panor. in c. dilecti. de iudi. de Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 46. cum sequen. ff. de damno infecto.

3 Vnus † ex nostris aiebat, licet super causa principali cessarent arbitria tamen de his rebus, & controuersiis recte iudicare arbiter potest, quæ incidenter proponerentur veluti, an statutum, de isto loquatur casu, vel sit, de continentibus iuxta doctri. Bart. in l. si quis in conscribendo num. 5. C. de pactis, licet dubitatiue loquatur Bart. tamen Fulgo. Paul. Alex. Iaf. & cæteri, eius opinionem sequuntur, vt attestatur Iaf. num. 21. & ad hoc facit text. in l. cum proponas, vbi Bald. no. C. de rebus credi. Causa status fuerat iuramento decisa, & sic inutiliter, deinde super iuramento compromissum, inquit Impera. valere arbitri decisionem, qui pro iuramento pronuntiauit. Hinc dicit Bald. licet tota causa non fuerit compromittibilis, tamen super vno articulo compromitti potest: vnde inualuit vsus inter nostros causidicos, qui solent dicere. Nego esse instrumentum publicum, vel tale, de quo statutum loquatur, vt deinde, super formato incidenti compromittatur. Quod non † caret dubio, ne
4 dicam tergiuersatione cum accessoria quæstio, naturam principalis sequatur, & per eam reguletur. cle. dispendiosam. vbi cano. de iudi. c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. dabitque occasionem formandi nouas controuersias, & ex litibus lites. contra. l. terminato. C. de fruct. & litium expen. l. si quis. C. de rebus creditis.

5 Contra † statuētium mentē, quæ ante omnia considerāda est. l. benignius. ff. de legi. l. non dubiū. C. eo. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Bart. in l. contra legē. ff. de legib. Crau. cōs. 274. n. 11. quemadmodū in testamentis testatoris mens primū obtinet locū. l. in cōditionibus. ff. de cond. & demōst. Bar. in l. 1. C. quib. vt indi. Dec. consi. 90. nu. 2. Nostri verò sapientes ideo hæc arbitria introduxerūt, vt quanto citius proximi, & affines, à litibus discederent euitarėntque fastidiosos, & longeuos, strepitus iudiciorum. l. 1. ff. de arb. l. minoribus. ff. de minor. hæc est enim (vt Vlpian. ait) verecunda cogitatio eius, qui lites execratur.

l. itera

Litem si res.§.fin.ff.de aliena.iudi. mu. caus.facta. Si super vno quoque formato incidenti compromitteretur, inducta ad diminutionem generarēt augmentum, contra l. legata inutiliter. ff. de adimen.lega.c. cum quid vna via.de reg. iuris lib. 6. Expedit vt hominum fraudibus obuietur.l.in fund.ff.de rei vendi. & huius opinio.fuit Soci.consi.300.num.5.lib.2.

6 Tandem † tertia abstulit omnem compromissi locum. Ex eo, quod hæc incidens quæstio, erat de causis maioribus, nempe statos, quæ personæ conditionem respicit. Cuius cognitio ad maiores magistratus pertinere debet. l. quotiens. C. de iudi.l.non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arbit.c. penult. de in integ.restit.Socin.d.consi.300.num.6.7.lib.2.qui etiam decidit ab hoc decreto, de compromittendo posse appellari.num.9.

SVMMARIVM.

1 *Homagium qualiter domino præstandum sit? & n.4.*
2 *Iuramentum fidelitatis, cum honore, & reuerentia præstari debet.*
3 *Iuramentum fidelitatis vario modo præstatur.*
5 *Iura. fideli. recipit interpretationem à consuetudine, sicut feudum.*
6 *Verba, cū honore, & reuerentia, qualiter intelligātur.*
7 *Vasallus honorem domino præstare tenetur.*
8 *Abundans cautela, non nocet.*
9 *Presbiteri, an teneantur domino iurare, sicut cæteri ciues?*

DECISIO CLVII.

Homagium, & fidelitatis iuramentum secundum antiquum morem domino præstari debet, per sindicos, & incolas loci.



ARCVS Antonius Scæuola Iurisconsultus, & dominus loci, volebat cogere sindicos, & incolas suæ iurisdictionis, vt sibi præstarent homagium, & iuramentum fidelitatis flexis genibus, & manibus iunctis positis inter manus domini. Illi, recusant, & offerunt iurare capite discoperto, secundum antiquas recognitiones. Replicat dominus, licet non fuerit expressa forma petita in antiquis fidelitatis præstationibus: tacite tamen videntur hanc includere, vt pote cum dicant, capite discoperto: cum quibus decet honore, &
1 reuerentia. Cum præsertim † ita cōmuniter præstari soleat. And.de Iser. in tit.de noua forma fide. num.6. Neuis.consi.11.num.13.& sequent. Nata.consi.628. in prin.& consi.636.nu.64.65.Rolan.à Val.consi.53. in princip.lib.2.& consi.53.lib 3.& huius gratia plures, & similes formas in actis produxit quæ in vicinis locis ita præstitæ fuerunt.

2 Non † enim (inquit) dicerentur cum debito honore, & reuerentia præstare, nisi iurando genua flecterent, pro debita huius sacramēti veneratione, in quo inuocatur diuinum numen, & Deo auctore faciunt promissionum.c.at si Christus.de iureiuran.c.1.& c. habemus. 22. quæst. 1. sicut communiter ita facere solent, qui suis magistratibus, vel præpositis iuramentum præstant.

3 Cæterum † horum iuramentorum variæ sunt species. vna est quæ fidelitatis vocatur, quod proprie à vasallis præstatur maiori domino, in feudi recognitionem à fide deductum, quæ magis in feudis desideratur, quam in aliis contractibus. c.1.in fin. per quos fiat inuesti. c. 1. de noua for. fideli. Aliud, ab his, qui publicam suscipiunt administrationem.§.1.in autem eo.tit.ibi fidelis, & obediens ero, &c. Tertium appellatur assecurationis, quod possidentes bona in loco, & territorio domino iurisdictionali præstant, de quo loquitur c. 1. qualiter iura. debeat vasal. Nam, cum dominus habeat gladij potestatem animaduertēdi in facinorosos homines.l.imperium.ff.de iuris.om.iudi. congruit domino curare, vt quieta & pacifica sit ciuitas, quam dominatur.l.congruit. ff.de offic.præsid. vnde pro isto beneficio, iurant ciues domino fidelitatem: quæ continet illa sex membra, tutum, honestum, incolume, &c.de quibus in c.1. de forma fideli. Cepha.consi.151.num.45.

4 Qualiter † autem hoc præstari debeat iure cautum omnino non reperitur. Et licet huius sacramenti dignitas mereatur, vt honorifice præstetur: tamē quod iunctis manibus, & genibus flexis fiat scriptū in antiquis huius loci exemplaribus non legitur: solum capite discoperto, cum quibus decet honore, & reuerentia. Intelligere ista verba, vt includant genua flectenda, & iunctas manus fieret additio, & ampliatio ad antiquas formas: quod non licet facere, parte inuita, & recusante.l. sicut.C.de actio.& obligat.l.quicquid astringend.e.ff.de verbo.obliga. fieretque argumentum de minori ad maius. quod affirmatiuè non licet facere.l.non debet.ff.de reg.iur.& ibi Deci. Minus est autē iurare capite discoperto, quam summissis genibus, ex quibus maius humilitatis signum colligimus: quasi verò videatur ille, omnes suas corporis vires tunc intermittere, & supplicare ad alterius pedes. Tacita essent maiora expressis, contra omnes regulas. vt not.Ias.in l.cum quid.nu. 18. ff.si cer.pet. Cra. consi.10.nu.7. Soci. in consi.170. nu.51. lib.2. Rolan.à Val.consi.9.num.12.lib.4.

5 Et † maximè, quia feuda, consuetudine introducta, secundum consuetudinē regulantur. Guid.Pap.q.59. Bened.in verb.& vxorem nomine Adelasiam.n.182. Bertr.consi.176.nu.7.lib.2. vnde cum iam fuerit expressus iurandi modus, nō potest dominus aliū quærere, siue formare. Alioqui diceretur metu extortū, vt inquit Ias.in l.testam.nu.5.C.de testa.Rol.à Val.cōsi. 18.nu.10.lib.3.& consi.40.nu.8.& 21.lib.4. & vt ait Bal.tit.de pace coustan.in verbo, pactiones. Nō sunt inducendæ nouitates in homagiis, sequutus Specula. tit.de feud.§.quoniam.versi.ego talis iuro.Alex.cōsi. 11.nu.7.Rol.à Val.consi.50.nu.60.61. lib.3. Nec recedēdum est ab antiquis inuestituris. Nisi adsit communis partium consensus.Deci.consi.468.n.9. Néve vlli præiudicium fiat, scribit Bal.in prælud.feud.in 4. diuisio ante omnia nos oportere diligenter inspicere tenorem antiquarū recognitionū.c. 1.deduob.fratri. And.Barba.addendo ad Bal.multos alios allegat.quibus etiam adde Bertr.in terminis consi.225.n.7. lib. 6.Iac.de S.Georg.tit.de homa.nu.15. Ceph.consi.1. n.68.illi autē auctores suprà citati loquuntur in casu dubio, non vbi certa forma præscripta est & designata sicut hic, vt ipsi attestantur.

6 Nec † obstat, quod iste peritus modus iurādi tacitè videatur expressus, & taciti & expressi eadē sit virtus. l.cū quid.ff.si cer.pet. Et vt aliquē operentur effectū, illa verba cum honore, & reuerentia. Siquidem vario modo hoc iuramentū præstari solet: quandoq; ense euaginato.sicut Illust.Sabau.duci.vt attestatur Alex. d.consi.11. Aliquando osculantur genua domini. Alij zona deposita. Quidam genua flectunt. vel manibus iunctis, secundum varios locorum mores. Nimirum si dixerint domini votando, præscriptā in transactione formam esse obseruandam, euitandæ confusionis gratia, & ne liceat quotidie nouas edere formas.

7 Verum†enim verò,in ſingulis quoque formis honor,& reuerentia dominis debetur,pro decenti obedientiæ ſigno, alioqui fruſtra præſtaretur iuramentum. Sicut cautum eſt toto feudorum iure. c. 1. ibi, quam humiliter, quam benigne,quam fideliter erga dominum ſuum debeat ſe habere,&c.in quibus cauſ. feud.amit. c.1. de milite vaſal.qui contu.fuit. Iacobi de Sancto Georg.in verbo.qui quidẽ inueſtiti.nu.56. fuerunt tamen illa verba expreſſa.vt excluderẽt omnes modos quibus, is qui iuraret oſtenderet irreuerentiam. Si forſitan iurando rideret,vel ſaltaret,vel aliquo geſtu corporis vteretur, vnde colligeremus
8 irreuerentiæ ſignum.Et licet†hæc,etiam ſigna tacitè prohibita ſint. tamen ad maiorẽ declarationem fuerunt expreſſa, vt tenacius obſeruarentur. c. ſi aduerſus.de hæret.lib.6.l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniuriis.vel propter ſimplices, & huius hominis ignaros,vt dicitur in c.1.quib.mod.feud.amit. quæ proinde ſi exprimantur,non ſolent vitiare ſcripturas.l.teſtamentum.ibi abundans cautela.C.de teſtam. Non enim mutat ſubſtantiam rerum, non neceſſaria verborum multiplicatio.l.pediculis.§. labeo. ff.de auro,& argento lega.l.quę dubitationis tollendæ.ff.de reg.iur.Maximè,quando illa abundans cautela eſt ſecundum naturam contraĉtus.vt inquit Bar. in l.fi.C.de præd.ramia.lib.11.Bal. Alexand.Iaſ.in d. l.teſtamentum.

9 Sed an†preſbiteri,qui in loco morantur tenebuntur ſimiliter iurare. Volebat dominus eos cogere, quia,ſimili gaudent aſſecurationis fauore:& nullum ex hoc incommodum patiantur,cum omnibus præſtanda ſit fides. Neminique liceat iniuriam facere. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. l. obligamur. §. lege.ff.de actio.& obligat. §. iuris præcepta ſunt hæc. Inſti. de iuſti.& iure. fuit conclusum (domino Ioan. Nicolao referente) ſi clerici poſſiderent temporale,quod domino deberet fidelitatem.cogendos iurare. Alioqui poſſet dominus conceſſa tollere.c.verum.vbi not.de foro compe. Regulariter autem non ſunt cogendi. Imo, etiam ſi vellent, hoc non poſſunt facere. quia ſunt alterius Iuriſdictionis, ſcilicet epiſcopi.c.nimis. c.petitio.de iureiurand.c.ſi diligenti. de foro compe. And.de Iſer. in c.1.in fi.qualiter vaſal.iura.deb.domi. fideli.Alexand.conſi.11.no.7.Iacobi de ſancto Geor. de feud.in verbo,qui quidem inueſtiti.num.7.

SVMMARIVM.

1 *Hæres,an teneatur probare bona eſſe ſua.vel fideicom. fuiſſe grauantis? & num,3.*
2 *Vxor,vel filius an præſumantur acquiſiuiſſe,ex bonis mariti,vel patris?*
4 *Fideicomm.tenetur ſoluere impenſas,per hæredem factas,in perpetuam rei vtilitatem, quas non cenſetur hæres feciſſe donandi animo.*
5 *Reparationum æſtimatio,cuius temporis habenda ſit?*
6 *Pretia rerum tempore variantur.*
7 *Ad l.domos.de lega.1.contra Paul.de Caſt.vera declaratio.*
8 *Impenſæ reparationum diuiduntur inter hæredem,& fideicomm.pro rata cuiuſque.*
9 *Impenſæ,quæ corruerit,an ſit habenda ratio.& n.11.*
10 *Impenſæ, quænam ad perpetuam rei vtilitatem factæ,dicantur?*
12 *Inſpicimus quod ab initio vtiliter fit,licet poſtea male ſuccedat.*
13 *Ad l.& in totum. ff.de impen.vtilis declaratio.*
14 *Hæres grauatus,non tenetur res integras reſtituere, ſed in eo ſtatu quo reperiuntur.*
15 *Tutor, non tenetur reſtituere mobilia, quæ vſu ſunt conſumpta.*
16 *Vſufructuarius vtitur vſufructu ſalua rerũ ſubſtãtia.*
17 *Animalia hæreditaria,pereunt damno fideicomm.*
18 *Caſus fortuitus ad fideicomm. pertinet. & num.13.*

DECISIO CLVIII.

Hic deciduntur quatuor pulcherrimæ,& quotidianæ quæſtiones,quæ circa reſtitutionem fideicommiſſi contigerunt inter hæredem hæredis grauati,& fideicommiſſ.



IRCA executionem ſentẽtiæ latæ ſuper reſtitutione fideicommiſſi,inter illos de Nouarinis, coram commiſſario propoſitæ dubitationes, ad curiam remiſſæ ſunt,vt deciderentur.

Primo, ſiquidem dominus Antonius grauatus tempore ſuæ mortis viſus eſt, multa bona poſſediſſe quæ fideicom. aſſerit eſſe comprehenſa in fideicom. hæres grauati negabat.Nec poterat inuentarium hãc quæſtiunem decidere,cum iam poſt quadragiota annos, qualitas rerum fuerat mutata.

1 Si hæres † dicat, grauatum illa bona acquiſiuiſſe, eidem incumberet neceſſitas probandi acquiſitiones quæ non præſumitur,cũ in facto conſiſtat.l.in bello. §.factæ.ff.de capti.l.conſilio.ff.de cura. furio. c. cum in iure.de offi.deleg.Deci.in l.quatenus ff.de reg.iur. Cor.conſi.181.n.14.15.16.lib.2.Ceph.conſ.296.n.9.

2 Sicut dicimus,de†bonis per vxorem poſſeſſis,quæ præſumuntur fuiſſe mariti,niſi illa contrarium probet. l. Quintus Mutius. ff. de dona.inter vir & vxorem.l.etiam.C.eo.c.ſignificauit.eo.ti.vel à patre perueniſſe reſpectu filij.l.cum oportet.vbi Gloſſ.& Bar. C.de bonis quæ liberis.Panor.conſi.36.num.2.3.lib. 2.Alexan.conſi.24.num.1.lib.1.& conſi.171.num.5. lib.Craue.conſi.61.num.8.

3 Contrarium † iudicauimus propterea quòd, pars principalis quæ ſententię executionem petebat,allegabat illa bona fuiſſe patris,& aui,ſibique re ſuper quibus ſuã fundauerat intentionem. Nimirum, ſi eam probare debeat,vt poſſit obtinere.l.ei qui.l.in exceptionibus.ff.de proba. Alex.conſi.82.nu.13.lib. 2.Craue.conſi.61.num 6.Rol.à Val.28.num.2.lib.1 & conſi.81.nu.15. lib.2.Alexand.d.conſi. reſpondet ad contraria ſuperius adducta.num.14.15.16.

4 Secundò, † factæ fuerant reparationes in fundis hæreditariis, quas fideicommiſſarius tenetur exſoluere.l.mulier.§.ſed enim.ff.ad trebel.Quãdo ſcilicet, ad perpetuam vtilitatem impenduntur. l. diuortio.§. impendia.& §.ſi vir.ff.ſol.mat.l.1.2.l.quod dicitur.ff. de impenſ.l.impenſæ.ff.de verbo.ſigni.no.in c.paſtoralis.de Deci.ſcribit Bar.in l.damni. §. ei cuius.ff.de dam.infect.& in cotem.ferro.§.qui maximus.nu.14. ff. de publica.& vectiga.Aret.conſi.111.cunſi.nu.1. Alexan.conſi.162.nu.2.lib.-.de Afflict.deci.252.nu. 2.Rolan.à Val.conſi.28.num.1.lib.1.Mono.de arbit. lib.2.centu.3.caſu 215.num.1.cum ſequent.

Non enim,videtur hæres eas facere donandi animo.Imò repetendi,veniente reſtitutione,quas etiam non tenetur compenſare,cum perceptis fructibus ſicut ſolet bonæfidei poſſeſſor. l.emptor.l.ſumptus.ff. de rei.vẽd.ex eo,quod hæres,illas percipit ex re,quæ interim ſua eſt, alius autem ex re aliena. Nimirum ſi diuerſum ius inter vtrũque ſtatuatur.vt voluit Gloſ. quam omnes ſingularem vocãt in d.l.emptor.Et ob id euentus conditionis reſpectu fideicommiſſarij retro non trahitur,nec quo ad dominiũ,neq; fructuum lucrandorum gratia.l.1.§.1.ibi: Nã medio tempore ſunt

sunt hæredis. ff.ad Syllania. vt not. Bartol. in l. fin.§. sed quia. C. commu.de lega. vt omnes volunt in d.l. domos.

5 Ideò quæritur, † cuius temporis habenda sit ratio, vel præsentis, vel præteriti, quo factæ fuerunt? Fuit conclusum tempus restitutionis esse cõsiderandum.d.l.domos. vbi Bart.l.vbi pure.§. fin. ff.ad Trebell. Guid.Pap.decis.293.Bertrand.consil.287.in fin. lib.2.Boëri.dec.44.nu.12. Rol.à Val.consi.28.nu.14.

6 Hoc etenim † scire plurimum interest. Nam esse potest,quod olim res minoris vendebãtur,quæ nunc sunt in longe maiori valore.l.pretia rerum. ff.ad leg. Falcid.cap.non debet. de consang.& affinit.vel etiam carius. hinc dici solet, omnium rerum vicissitudines.cap.obiiciuntur Iacob.& cap.dixit Sarra.32. q.4. Aut forsitan hæres, iam à longo tẽpore fecerat constructiones, quæ nunc vetustate vilescunt. vt inquit Bart. in dict.l.domos. vel belli tempore, quo omnia cara esse solent. & nunc cessante bello, decreuerit valor. Necnon propter varias causas, quæ possunt contingere,vt res pluris, vel minoris æstimetur tempore testitutionis. Sicut aduertit Alexand. in d.l.domos.col.1. Paul.de Cast.num.7.Iason num.4. Albet. num.1.Feli.in cap.causam quæ.num.28.29.de re Iud. Ruin.consil.38.num.25. lib.1. Igitur sicut augmentum æstimationis rei,quod tẽpore restitutionis contingit, cedit lucro hæredis.Ita,econtrario diminutio, cedit in commodum fideicommiss. vt idem operetur oppositum in opposito, &c. l.fin.§.fin.de lega.3. Et, vt sit par causa lucri,sicut, & damni.l.manifestissimi. §.sed cum in secundam. C.de fur. sicut prolixius declarat Ruin.consil.117.num.1.lib.3.

7 Paul.de Cast. † in d.l.domos.num.4.& in fin.allegat contra communem intelligentiam.d.l.domos. In qua dicitur, domos hæreditarias exustas, & hæredis nummis extructas ex causa fideicommiss. post mortem hæredis,esse restituendas legatario, prius tamen boni viri arbitrio, sumptuum rationibus deductis, & ædificiorum quantitatibus extantibus æstimatis. Et sic videtur (inquit) quod tota illa summa sit restituenda,non habito respectu rei,qualis fuerit de præsenti. sed pro tempore quo facta est. Respondet ille,quod verbum extantibus,tollit dubium.Nos vero dicimus,verbum extantibus non esse in textu.sine quo communiter legitur. Deinde impertinenter loqueretur I. C. quia deberet dicere extantium ædificiorum. Et quo modo dici possunt extare quantitates,quæ iam expensæ fuerunt, & per manus traditæ, & consumptæ?Ideo,quia non extant, nec videri possunt,iudicis officio æstimandæ sunt:Et licet disponat deducendos esse sumptus,& æstimandas ædificiorum quantitates, non sequitur propterea quod se referat ad tempus, quo extructæ fuerunt, sumptuum enim poterit fieri deductio,& æstimatio quantitatum ædificiorum, sicut hodie apparent, & videri possunt. secundum diuersas ædificiorum qualitates cum plures fuissent ab hærede extructæ domus.

Maxime,quod verba intelligenda sunt, secundum tempus purificatæ cõditionis. l. interuenit.ff.de lega. præst.l.si cognatis.vbi Soci.in 4.not. ff. de rebus dub. l.eum qui post apertum. ff. de condi. & demonstra.l. item prætor.l.Titius.ff.de suis,& legiti.Cepha.consi. 17.num.63. Roland.à Vall. consil.38.num.38.lib.4. Bart. in l. si ita legatum. de lega. 3. latè Manti. lib. 3. tit.12. per to.& tit.11.num.1-.eod.lib.

8 Intellige † vt hæc expensarum ratio diuidenda sit inter hæredem,& fideicommiss. Nempe, si hodie æstimentur centum erogata, hæres grauati, qui detrahit duas quartas, computabit quinquaginta, & alius tantundem. Et proinde, quilibet pro rata tenebitur. Imo,in d.l.vbi pnte.§.fin. in fin.Alberi.num.5. Alexand.num.5.Rom.in l.mulier. §. sed & ipsc. ff.ad Trebell.Bertrand.in consiliis s.allega. Guid.Pap. decis.293. Illud etiam commune est, onera hæreditaria diuidi solere inter hæredem,& fideicom.pro hæreditariis portionibus.l.1.& 2.C.ad Trebel.l.1. C.si cert. peta.§.sed quia stipulationes.Insti.de fideicom.hæredita. Et sicut quilibet pro parte commodum sentit, ita & sentiat oneris partem. l. vni. §. pro secundo.C. de cadu.toll.

9 Illud solùm † restabat diffiniendum, quod allegabatur ab hærede, defunctum cõstruxisse luteum murum in viridario hæreditatis, sicut erat in principio, & nimia aquarum magnitudine corruisse nuperrime. petebat nihilominus sumptus,quos in constructione muri fecerat. Alius negabat. Constabat autem hanc impensam, de illis esse, quæ perpetuam rei vtilitatem concernunt. proinde, isti muri tegulis cooperti, ad longissima tempora extenduntur. vt docet vsus.

10 Deinde, † impensa, quæ decem annis est duratura, eiusdem est generis. secundum Gloss. in l.a. ff.de impens. sicut declarat Bart.ibi.& Paul.de Cast.in d.l. domos.num.6. Illa denique,quæ in ædificando consistit.vel reficiendo non dicitur fieri gratia fructuum. sed pro perpetua rei vtilitate. vt scribit Gloss. in l.in fundo.ff.de rei vendi.illæ enim,quæ fructuum percipiendorum causa fiunt, vel ad ædificiorum tutelam, non repetuntur. sed cum fructibus compensantur.d. §.impendia.l.3.& ibi Glo. ff.de impens.Imo.Alex. in d.l.domos.Roland.à Vall.consil.28.num.12.13.cum seq.Bertrand.consil.379.num.9.lib.1.

11 Recusabat † igitur fideicom. hanc impensam soluere, multis rationibus. quia, non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. ff. si cert. petat.l.si homo mortuus.ff.de verbor.oblig.§.1.Instit. de vsufructu. Et si cessauerit causa, solet cessare effectus. l. adigere. §. quamuis.ff.de Iure patro.c.cum cessante. de appella. Multomagis, quando ratio cessat, quæ dicitur legis anima.l.cum pater. §. dulcissimis. de lega.2. sed ratio huius contributionis est, quia ex illa impensa fideicommissarius sentit cõmodum. ex hoc autem euerso muro, nihil consequitur commodi. cur tenebitur? vulgaris.iuribus. Non dicitur versum, nisi duret. l.si pro parte.§.versum. ff. de in rem vers. l. quicquid. ff. de reg.Iuris.l.2.§.illud. ff.de hæredi. vel actio. vendi. Sibi soli hæres ædificasse videtur, non alteri, ideo solus ipse impensam soluat, non alius. vt separatorum sit separata ratio.l.fin.ff.de calumnia.

12 Hæres † verò asserebat,ab initio vtiliter reparasse, licet post modum corruerit, nec debere futuros casus,& fortunã præstare fideicommissario. fecit,quod debuit.arg.l.1.§.si magistratus.ff.de magistra. conueniend. sicut non tenetur negotiorum gestor. sufficit, si vtiliter gesserit. licet negotium non habuerit effectum. vt quia insulam fulsit, deinde illa exusta est. l. sed an vltro.& l.siue hæreditaria.ff. de neg. gest.l.2.§. non solum.ff.ad Tertull. Non enim quod ex post facto acciderit æstimari oportet. l. si alius.§. est & alia. ff.quod vi aut clam. Deci.consil.7.num.2.hinc,solius est almi,scire futura Dei.

13 Sed † vt ad definitionem veniam, vnde in hoc dicerticulum excessi,tota ista circunflexa peutio,elidiur,& explanatur à l.& in totum.ff.de impens.in reb. dota. factis. in qua dicitur, impensarum factarum rationem haberi, etiam, si res malè gesta est. veluti, si maritus,fulserit insulã ruentem, eáque postea exusta

fit. Sufficit si ab initio fuerit vtiliter expensum, vt declarat Roland. à Val. consil. 117. in princip. lib. 3. Et si dicas l. illam loqui, de marito, qui fundum dotalem restaurauerat, esse æquum, ne pro illo bono opere damnum patiatur, neue retrahatur à restaurationibus dotalium rerum. l. quod dicitur. §. 1. ibi propter æquitatem. ff. eod. Respond. eadem ratio militat in hærede, negotiorum gestoribus, tutoribus, curatoribus, & similibus qui in rebus alienis faciunt reparationes. ne retrahantur ab inpensis, quas necessario facere oportet, ne res pereat. Maximè, quando restaurator sine culpa est, cui propterea casus fortuitus postea superueniens nocere non debet sed fideicom. & domino. d. l. domos. l. cum res. §. item si fundus. de lega. 1. l. si ex legata causa. ff. de verbor. oblig. §. si res legata. Insti. de lega. fortunæ enim inconstantia, non est sub nostra dominatione. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. l. contractus. ff. de reg. Iuris. hinc colligitur responsio ad contraria superius allegata, fuit conclusum fideicommissarium teneri.

14 Postremo, † super mobilium restitutione, quorum plurima, erant consumpta, detrita, & pauci valoris conquerebatur fideicomm. nolens illa recipere. Allegabat hæres restitutionem dilatatam fuisse à testatore gratia ipsius hæredis, vt interea gauderet illis. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. illámque deteriorationem accidisse ex quotidiano vsu, quo res mobiles consumi solent. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebell. vbi dicitur, hæredem non teneri de casu, si dolo, vel culpa careat suo enim iure vtitur. Hinc † tutor non tenetur restituere illa mobilia, quæ intra tantum tempus potuerunt cõsumi, vt not. Bart. in l. quod ad præsens. C. de inutilegul. lib. 11. Petrus de Anchar. Imo. Panor. in cap. fin. de pigno.

15

16 Alius † autem opponebat, vsufructuarium debere gaudere vsufructu salua rerum substantia: hic non esse saluam substãtiam, verbum restitutionis plenam continere significationem. l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsuris. l. 1. C. de sentent. pas. & re. Nec videbatur restituere, qui deteriora facta, restituit. l. Marcellus. §. res abesse. l. Labeo. ff. de verbor. signif.

17 Concluditur, † hæredem, nõ teneri præstare mobilia, nisi in ea forma, quæ reperiuntur tempore restitutionis. Ideo sequitur, si in hæreditate erant serui, vel animalia, quæ decessissent, ad æstimationem hæredem non teneri, si modo extra dolum, & culpam fuisset, vel si ædes incendio, casinate, vel ruina fluminis periissent, hæc damna ad fideicommiss. pertinere. d. l. muliere. §. sed enim. & l. cum res. §. culpa. de lega. 1. vbi Bart. declarat pro qua culpa hæres teneatur. & in l. quod Nerua. in vltima. quæst. ff. depositi. Mono. de arbi. lib. 2. casu. 49. num. 1. 2. 3. & 4.

18 Sicut enim † fortuiti casus ad dominum pertinent vt s. diximus. & l. qua fortuitis. C. de pigno. actio. l. damnum. C. loca. Bart. in l. si quis nec causam. num. 4. ff. si cert. peta. l. pignus. C. de pignu. actio. Ita ad eum cui, fit restitutio hæreditatis. l. deducta. §. ante diem. ff. ad Trebel. l. si seruus legatus. §. cum quid. de lega. 1. Alexand. consil. 74. num. 3. lib. 6. Gosadi. consilio 63. num. 16. Deci. consi. 81. nu. 4. Cepha. consi. 67. nu. 29. Manti. lib. 9. tit. 12. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio solutione tollitur, quam probare oportet.*
2 *Vestes nuptiales, à patre promissa post longum tempus soluta præsumuntur.*
3 *Argumentum à solitis, validum.*
4 *Mulieres insaniunt, circa eorum corporis cultum.*
5 *Argumentum à verisimili fortissimum.*
6 *Factum, præsumuntur factum, expensis illius, quia facere tenebatur.*
7 *Vestes veniunt appellatione victus.*
8 *Præsumptio fortior, vincit debiliorem.*
9 *Præsumptionibus simul coniunctis, resultat plena probatio.*

DECISIO CLIX.

Vestes nuptiales à patre promissæ, post, longo tempore, factã taciturnitatem, solutæ præsumuntur.

STEPHANVS de Pasturana Paternensis in contractu matrimonij Margaretæ filiæ suæ promiserat vltra dotem, quasdam vestes, & ornamenta. Nunc post viginti octo annos, & positis in generali discutione bonis Simonis eius filij, & hæredis, petunt hæredes Margaretæ illas vestes, quæsitum est, relatore D. Iosepho Suares, an recte petant?

1 Quod † prima facie iustum videbatur, virtute instrumenti publici, in quo clare legitur illa promissio. ideo, oportet videre factam solutionem, vt illam tollat obligationem. §. 1. Insti. quib. modi. tolli. oblig. Alioquin, cum solutio in facto consistat, præstita non præsumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & post. reuer. l. consil. ff. de cura. fu. l. quinquaginta. ff. de proba. Alexand. consil. 17. num. 3. lib. 1. de Afflict. decis. 9 num. 3. Nisi similiter clarè, & verè probatur. l. non hoc. C. vnde legi. l. neque natales. C. de proba. cap. in præsentia. de probatio. Craue. consil. 113. numero 1. Deinde, quia verisimile est, si eas pater tradidisset filiæ, curasset vtique habere de solutis liberationem à filia, vel genero. sicut communiter fieri videmus. l. nam ad ea. ff. de legi. Ne præsumatur pater suum voluisse iactare. l. cum de indebito. ff. de proba.

2 Contrarium † visum est nobis, & ratio huius decisionis colligitur, ex multis rerũ argumentis. si quidem hic petitur res, quæ erat necessariò exsoluenda, & tradenda à patre filiæ, nuptiarum tempore, à iam elapsis viginti octo annis. Ideo vix est, vt iudex sibi persuadere possit, non fuisse solutam. Quia, non solent fieri nuptiæ sine vestibus nuptialibus. Neque egreditur sponsa vt in domum mariti ducatur, nisi habeat mundum, & ornamenta debita, & consueta.

3 Vt à solitis † argumentum sumamus. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. Bart. in l. si librarius circa fin. ff. de reg. Iuris. Glo. Bart. & docto. in l. neque natales. C. de proba. Cra. consil. 197. num. 3. vt præsumatur factum quod solitum est fieri. Bald. in Rub. C. de fide instru. circa fin. Rip. in cap. cum M. nu. 45. de constit. Cagno. in l. si emancipati. num. 45. 46. C. de colla. Ita, vt omnis dispositio recipiat interpretationem ab eo, quod fieri consueuit, eo in loco, quo fieri debebat. c. certificati. de sepultu. Alex. consil. 37. num. 16. lib. 1. Cepha. consil. 708. num. 67. cum seq.

4 Maximè, † quia, huiusmodi mulierum genus, ad corporis ornatum, cultúmque, ardere, aut insanire studeat, vt inquit Diuus Hieronymus ad gaudẽtium de educatione pacatulæ infantulæ. relatus per Tiraquel. in l. 3. connubia. num. 21. vt non sit verisimile sponsam venisse ad nuptias sine debita veste nuptiali. & ornamentis ad corporis cultum.

5 Quod quidem † fundamentum, positum super verisimili, probat apertissime. l. semper in obscuris. ff. de regul. Iuris. & quod non est verisimile id quoque reiicien

reuciendum venit.l.fin.ff.qood cur.caof.§.idem iuris est.Insti.quib.ex caus.mano.oon licer. cap. qoia verisimiie. de præs. Deci. in cap. proposuisti. num.16. de proba.Bald in l.1.C.de seruis fugi. Craue.consi.281. nom.5.Cepha.copiosè consil.603.num.23. cum seq.

Mouebat etiam iudices, quod nostri antesignant dictitant in l.cum seruus. vbi Ias.post Bart. num.5.ff. de verb.obligar.Quotiens factum,quod requirit impensam,factum reperitur,præsumitur factum ab illo, qui suis impensis,illud facere tenebatur. per l. fin.C. de alimen. pupil. præstan. vbi præsumitnr pupillus educatus expensis tutoris. Alciat. regul:3.præsumpt. 50.Chass.in consue.Burg.Rub.6.§.4. in verb. vester, & arbiter.nom.7.Ita,qoi fuit vestitus,habuisse vestes ab illo, qui eom vestire tenobatur. Cum vestes, appellatione alimentorum contineantur. l. verho virtus.ff.de verbo.signif. l. legaris. ff. de alimen.& ciba. lega.Alexand.consil.133.nom.1.lib.4.Roland.à Val. consil.22.num.1.lib.1. Mono.de arbit.lib.2.centu.2. casu.170. num.29.cum seq. Alexand. Ias. Decius, & alij in l. de alimentis. C. de transactio. Et videbatur inanis ista petitio vestium, cum iam à multis annis defuncta esset vxor. quorsum quærebant vestes pro mortua & ornamenta? arg.l.fin.§.fin.de auro & arg. lega.l.seruo alieno.§.fin.de lega.1.

8 Licet enim † hic concurrant duo verisimilia inuicem pugnantia. Illud tamen prævalere debet, quod est verisimilios.l.diuus.ff.de in integ. restit.l. non solum.ff.do ritu nupt.l.qui doos.§.si Lucius.vbi Socin. in 4.nor.ff.de reb.dub.c.transmissæ. qui filij sint legi. cap.literas. de præsumpt. Craue. consil.282. num.6. & consil.61.num.9.porro magis verisimile est expeditas fuisse vestes, quam vt credamus non fuisse solutas. Si quidem non solent parentes de datis vestibus caotionem recipere, cum illæ ex quadam liberalitate efferantur sponsæ. vt experti sumus.

9 Et si dicatur, † iudicium,quod super præsumptionibus fundatur esse debile, & infirmum.l.absentem. ff.de pœnis.l.fin. C.de proba.l.3.§. idem tamen.ff.de mino. hoc verum, nisi vrgentissimæ sint præsumptiones.cap.afferte mihi gladium de præsumpt.l.si hi qui.C.de adulte.Calca.consil.63.num.3. Hypol.in l. 1.§.idem Cornelio.num.4.ff.de quæstio.Craue.consilio 275. num.11.de Afflict.decis.13.num.2. Iterum Calca. consilio 77. num.4. vbi allegat plures glossas, tam iuris ciuilis,quam Canoonici,quæ volunt:Ex pluribus præsumptionibus simul iunctis, resoltare plenam,& sufficientem probationem quas allegat etiam Rom.consil.7.num.2.3.& consil.seq.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenionis,de tertio se opponēte super pretio declaratur.*
2 *Excussio an sit necessaria,viro vergēte ad inopiā. 4.6.*
3 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest, negare non debes.*
5 *Personæ qualitas,ante omnia verificanda est.*
7 *Rota Aueneo. in dubys voluit fauere dotibus, vt non sit opus discutione,viro vergente ad inopiam.*
8 *Pauper,vel diues,quis dicatur? arbitrarium.*
9 *Excussio cessat, vbi notorium est, maritum non esse soluendo fallit,quando mulier ageret contra tertios bonorum possessores. & num.10.*
11 *Mulier non efficitur domina dotis,sibi consignata.*
12 *Vxor non tenetur imputare fructus in dotem.*
13 *Creditor posterior, priori offerendo, intrat in eius locum.*
14 *Vxor non tenetur creditori remittere rem, quæ fuit sibi consignata, licet ille dotem velit soluere, fallit. num.16.*
15 *Inspicitur,quod euenire potest.*
17 *Creditor superfluum quod habuit ex pignore, restituere cogitur.*

DECISIO CLX.

Marito vergente ad inopiam, qualiter vxori succurratur? casus pulcherrimus.


Cassivs Longinus, olim magister monetarum, reperitur debitor erga generalem Christianissimi Francorum Regis thesaurarium in summa septem millium librarum turo. oblatis literis requisitoriis magistratibus ciuitatis Auenionis, pignoratur io suis mobilibus, & satis egregia suppellectili, de quibus ego inuentarium feci. domina Æmilia Paula, eius vxor, se opponit, & dicit habere ius insistendi super illis bonis, pro dote, & augmento,necnon alijs suis iuribus, quæ simul iuncta, ascendunt ad summam duorum millium,& octo centum aureorum. Com maritus ad inopiam vergat: Et huius occasione,edidit sua dotalia instrumenta & antiquarum recognitionum.

1 Creditor instar, † vt vendantur bona,pretiúmque inter vxorem, & creditores distribuatur, secundum formam statuti Auenio. quo cauetur, opponentem super pretio, non posse impedire distractionem pignoris,&c.lib.2.Rub.21.artic.4. Quod videtur conforme,eum dispositione iuris communis. in l.à Diuo Pio.§.quod si res. ff. de re iudica. Et hanc præposteram esse dotis petitionem, constante matrimonio. cum adhuc non sit nata actio, ad repetitionem.l.2.ff. solut.matrim.l.1.C.si dos consil. matr.solut.fit. Nisi viro vergente ad inopiam.l.si constante. ff.solut.mar. l.vbi adhuc.C.de iure do. autem. quod locum. C. de colla.de quo non constabat,cum ille opulenter viue-
2 ret, com tota familia. Et † quod deberet mulier, prius agere contra maritum personali actione, & discutere eius bona iuxta authent. hoc si debitor.C.de pignori.vt sciretur,an esset soluendo,necne. Forsitan (inquit)vtrique nostrum poterit satisfacere, vel pretium mobilium nostra credita suppetabit: hæc omnia,causæ cognitionem requirunt.Non esse asserenti mulieri credendum in iudicio. l. tutores à patruo. ff. de confir.tuto. l.nó tantum.§.senatus.ff.de fideicom. liber.cap.cum secundum.de hære.lib.6. Bart. in l. stipulario.§.habet.ff.de ope.no.nuntia.Roma.consi.93. num.7.& consil.211.num.4.Deci.in l.fin.num.16.ff. si cert.peta.

3 Quid ad te, † si post tibi solutam dotem alius ius suum consequeretur. arg. c. nuper. de dona.inter virum, & vxo. c.ex tenore. de foro compe. huic seruit regula. Quod tibi non nocet,&c. l.2.§.item varus.ff. de aqua pluuia.arcend.§.1.insti.de lege fusia cani.tol. l.in creditorib. vbi Glo.ff. de euictio.l.mulier. ff. qui potio.in pigno.habean.

4 Hæc decisio, † non caret dubio, si quidem Paul. de Castro in l.2.num.3.ff. solut.matr. vult mulierem non posse impedire creditores, quin mittantur in possess. bonorum mariti ex primo decreto, licet illa, allegaret maritum vergere ad inopiam & ita Bart.tenere in qoodam suo consilio incipiente, quæritur vtrum. Sequitur Hypol.in l.si quis ne quæstio.num. 12.ff.de quæstio.& in Rub.de falsis.num.39. Cepha.
5 consil.768.nu.7. Quia, † ante omnia,personæ conditio,

dirio, è qualitas verificanda est, scilicet, an maritus sit talis, à quo constante matrimonio veniat dos auferenda. l. si quæramus. ff. de testa. l. quidam referunt. ff. de iure codicil. l. si crimen. C. qui accusa. non poss. l. liber. C. de peti. hæredi. l. non ignorat. C. de fructi. & expen. c. in primis. 2. quæst. 1.

6 Alij verò, † qui fauorabiliores sunt mulieribus, asseruit, licere vxori, per viam exceptionis comparere in iudicio moto per creditores mariti, & excipere de dote anteriori, impeditéque executionem, allegando maritum declinare, quamuis contra illum prius non egerit, super inopia, nulláque facta discutione. Sicut enim potest mulier occasione superuenientis casus contra maritum agere. d. l. si constante. & l. vbi adhuc. Multo magis poterit excipere, & impedire cœptas executiones. l. inuitum. §. cui damus actionem. ff. de reg. iuris. Bald. nouel. de dote. 7. part. priuil. 24. Negusan. de pigno. primo memb. 5. part. num. 29. ita, vt non sit opus obseruare formam, traditam. in d. §. quod si res, & consequenter statuti nostri, vt scilicet, vendenda sint pignora nec pretium distribuendum inter priores, & posteriores debita prosequentes. Cum illa, iure retentionis vtatur. vt vult Bart. in d. l. si constante. in 8. q. 3. part. princip.

7 Super † quibus habita consideratione, videns iste senatus, pignora, in inuentario posita, non satis posse ad totam integram persoluendam dotem, & nulla esse alia mariti bona. Noluit ampliori lite partes inuoluere, vel fatigare ordinauitque, vxorem posse retentione vti, siue præiudicio iuris partium, &c. sequens opinionem illorum, qui dotibus fauent iuxta. l. in ambiguis. ff. de iure do. l. semper. ff. de reg. iuris. c. fin. de re iudic. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. hab. l. 1. ff. solu. ma. c. nuper. de dona. inter vir. & vxo.

8 Constabat etiam nobis, mariti vires, longè esse debiles ad deferendum, tantum æris alieni pondus. Sitque in arbitrio iudicis positum, quis dicatur pauper, vel diues. not. Bart. in d. l. si constante. num. 74. Alex. num. 13. Ias. num. 144. Rip. num. 26. Deci. in authent. præterea. num. 15. C. vnd. vir, & vxor. & consil. 163. num. 5. Couar. lib. 2. varia. resolu. cap. 6. num. 8. Ioan. Lup. in Rub. de dona. §. 11. Luc. de penna. in l. 1. C. de mendi. valid. li. 11. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo omnia. nu. 31. Mono. de arbit. lib. 2. centu prima. casu. 65. num. 7.

9 Deinde, hæc curia, quæ secundum bonum, & æquum iudicare solet, & sola facti veritate inspecta, non consueuit istas executiones admittere, quæ ex iuris, meris apicibus descendunt, vt scribit Glo. in l. si post. ff. de euictio. l. si fideiussor. §. quædam. vbi Bart. ff. manda. & in l. 1. in fin. ff. de condict. indeb. Bald. in l. clarum. C. de auctorit. præs. Aret. consil. 126. circa fi. Maria Soci. consil. 24. col. fin. lib. 1. Negusan. de pign. primo memb. 8. part. num. 28. Et in tanta notorietate inopiæ (vt nostri maiores affirmant) cessant excussiones. l. fin. vbi Deci. num. 16. ff. si cert. petat. Negusan. vbi proximè. num. 14. Quid iuuat, quod paucioribus expediri potest, per longiora extendere? l. fin. C. qui admit. ad bono. poss. po. l. 1. ff. quod me. caus. l. 1. in fi. ff. de dote præl. l. si quandu. de lega. 1. cap. bene quidem. 96. distinct. cap. si Romanorum. 19. distinct. cap. si Papa. de priuileg. Ruin. consil. 68. nu. 8. 9. lib. 4. Cepha. consil. 249. num. 5.

10 Fatentur † tamen, vbi mulier ageret hypothecaria contra tertios bonorum possessores, esse opus maritum expresse excutere. d. l. vbi adhuc. ibi, vel ab aliis, qui non potiora iura, legibus habere noscuntur. vbi Gloss. ita tenet. Bart. in d. l. si constante, in 2. quæst. 3. par. principa. Alexand. & Ias. Campeius de dote. q. 46. Negusan. 1. memb. 8. pat. num. 23. quamuis (vt illi dicunt) dos multa habeat priuilegia, non tamen reperitur istud habere. Ias. in d. l. si constante. num. 66. Et hanc communem esse in iudicando, & consulendo, sequendam. Cro. in d. l. si constante. num. 10. Rolan. à Val. consil. 19. num. 5. lib. 1. proinde, vbi agitur de spoliãdo emptore, & bonæ fidei possessore, qui ignorabat ius hypothecæ mulieris, maritus in eodem negotio, agere nos opportet. arg cap. vbi periculum. de electio. lib. 6. Quamuis sola facti veritate iudicare liceat. æquitas tamen suadet, vt latiori probatione sciatur, & appareat, si ille, qui alienauit, pretiúmque recepit, sit soluendo, necne, vt de euictione teneatur suo creditori. Deci. in d. l. fin. num. 24. Bald. nouel. 8. par. priuileg. 37. Craue. consil. 163. num. 3. cum seq. Sed quot decepti sunt creditores, qui credentes maritum esse diuitem, petente vxore, postea vacuas habuerunt manus? Ideo, pedetentim, etiam dotium causæ agendæ sunt, vt non præcipitanter velimus illis fauere sed sensim, & moderatè, ne nimius fauor alteri iniuriam faciat. vt inquit Pontifex. in c. nuper de dona. inter vi. & vxo.

11 Illud † quoque diffinitum fuit, mulierem, nõ fieri dominam eorum adiudicatorum, sed illas tenere, pro cautela, & custodiæ causa, vt Bart. docet in d. l. si constante. 4. quæstio. principa. versic. secundo quæro. de Afflict. decis. 9. num. 2. Nec maritum liberatum à dotis obligatione, quamuis illa, res suas teneat, vt inquit Bald. in cap. 1. col. 1. versi. quæro si vxor reperit. vt lit. non contesta. Socin. consil. 60. num. 3. lib. 1. Capitius. decis. 46. num. 2.

12 Quoniam † illis vtetur bonis, simul cum marito, & liberis. vt eadem lege cautum reperitur. Adeo, vt fructus, quos ex rebus adiudicatis perceperit, pro dote, & donatione propter nuptias scilicet Gloss. in d. l. vbi adhuc. in verb. ad substentationem, licet sub conditione debeatur. l. hoc iure. ff. de verb. oblig. Amol. ferron. lib. 1. tit. 4. de dote. nu. 28. in sortem non imputentur, secundum quod scriptum reperitur à Bald. nouel. 7. pat. priuil. 47. Ias. in d. l. si constante. nu. 118. Licet creditor, qui prædium sibi obligatum detinet, fructus, quos percepit, vel percipere debuit in rationem exonerandi debiti computare necesse habeat. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. l. si dominum. & ibi Bart. ff. de pigno. cap. 1. & 1. & ibi Panorm. de vsuris. Alex. & Ias. in l. apud Iulianum. §. fruct. de lega. 1. Negusan. in 5. memb. 5. par. Quia, vt s. dicimus. hæc est quædam præuisio futuri damni, ne mulier indotata remaneat, si cogeretur expectare dissoluti matrimonij die. §. illud quoque, circa fin. ibi, futuræ læsionis inopiæ viri amittere metum. in authen. de æqualita. dotis. Néve, ex hoc fauore dotis patiatur diminutionem. c. quod ob gratiam. de regul. iuris. lib. 6. l. quod fauore. C. de legib.

13 Postremo † in eodem consilio (me referente) fuit posita incidens quæstio, an possit posterior creditor offerendo mulieri debitam summam, pignora obtinere? Multi putant minimè audiendum, veluti Bald. in d. l. vbi adhuc. col. 3. Bald. not. 7. par. pri. 47. de Afflict. decis. 199. cum aliis per eos allega.

Imo, in locum mulieris debere collocari, non modicæ auctoritatis viri existimauerunt. Ex eo, quòd nullum damnum mulier patitur, habeátq; integram dotem. Lædi homines ex dato à nobis dotibus priuilegio, nullo volumus modo, inquit Iustinia. in §. aliud quoque. in authent. de æqua. do. d. cap. nuper. Et huius opinio. fuit Paul. de Castro in d. l. si constante. num. 5.

num.6. Alexand. num. 30. Ang. num.3. Imo. num.5. versic.4. adde Ias. num. 114. Bald. authen. quo locum. num. 5.4. Illúdque generale est, vt posterior possit, anteriori debitum offerendo in eius locum succedere. l.1. C. si antiquior credi. & l.1. C. de his qui, in locum prio. credi. succed. l. Modestinus. ff. de solut. l.1. C. qui potio. in pigno. habean. l. Paulus. §. qui pignoris. ff. eod. Nam si maritus habeat ius offerendi, cur non habebit ille, qui in eius ius, & causam succedit? l. cum tibi. C. qui potio. in pign. habean. Bart. verò in d.l. si constante. nu.88. ius offerendi competere posterioribus soluto matri. quando vxor ageret, hypothecaria. Non autem in casu inopiæ, quia, æquitas hoc non dictat. l. quæ æquitate. ff. de except. doli.

14 Sed quid † agendum? hæc curia sequuta est priorem sententiam, tanquam æquiorem. Cum (vt iam diximus) non transferatur in vxorem dominium, durétque matrimonium, forte præmorietur vxor, vel
15 vir pigniori fortuna vtetur. Hæc posse † euenire, debemus prospicere. vt inquit IC. in l. si domum. §. fin. ff. loca. l. si quis bona. §. si inter. ff. de damn. infect. Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. & ibi Ias. num.5. ff. de verbor. oblig. Non fit tantum præiudicium marito, vbi vxor retinet, quàm si extraneus. eum sint illi, diuinæ, & humanæ domus socij, & duo in carne vna. l. aduersus. C. de crimi. expi. hæred. cap. hæc imago. 34. quæst.5. Et cum illa, sub eodem gerantur tecto, facilius inter eos conseruatur dilectio, & ne maritus iniquè ferat, quod ab vxore dicatur suspectus, negligẽs, & malus suorum negotiorum gestor, &c. Saluo ta-
16 men, † & nisi appareat pignus lõge excedere dotem: Non enim esset æquum vt mulier illud integrum retineret, sed pro rata dotis tantum, superfluum posterioribus distribuendum venit. Ne illa, cum iactura aliena locupletari contendat. l. fin. §. licentiam. C. de iure deli. vt fraudibus hominum obuietur. l. in fundo. ff. de rei vendi. vt Bald. nouel. ait. d. priuil. 47. in fi.
17 Sicut solet † contingere in quouis alio creditore, qui si plus debito fuerit consequutus ex vendito pignore, tenetur residuum restituere. l.3. C. de distract. pigno. vel si vna res ex pluribus sufficeret, aliæ restituendæ sunt debitori, vt declarat Bart. in l. creditoris arbitrio. ff. de distract. pigno. l.2. C. de pigno. Negusan. 2. memb. 5. par. num. 51. de Afflict. decis. 258. per totam. & probat. l. fin. §. si autem minus in debito. C. de iure domi. impe.

SVMMARIVM.

1 *Commodum qui sentit, debet sentire, & onus.*
2 *Cessante causa libertatis, cessat libertas.*
3 *Cessante causa immunitatis, cessat immunitas.*
4 *Ratio, quando ponitur in dispositione, dicitur finalis.*
5 *Argumentum à contraria sensu fortissimum.*
6 *Vasallus debet succurrere domino tempore belli.*
7 *Feudum à fide dicitur, per excellentiam.*
8 *Vasallus non tenetur iuuare dominum de pecunia, quando illi, personale seruitium præstat, ne duplici onere grauetur. & num. 9. 12.*
10 *Argumentum à maiori ad minus, vel ad multomagis fortissi.*
11 *Personalis obligatio, trahit ad se realem tanquam accessoriam.*
13 *Vasallus, an teneatur conuertere seruitium personale in pecuniarium?*
14 *Vasallus in multis casibus liberto æquiparatur.*
15 *Omnia, tempus habent.*
16 *Vasallus diues, debet domino subuenire tempore necessitatis.*
17 *Necessitas, non habet legem, cui difficile resistitur.*
18 *Non licet bis, in bello peccare.*
19 *Bona allodialia, quæ dicantur?*
20 *Vasalli, tenentur contribuere, pro bonis allodialibus.*
21 *Bona, in dubio allodialia esse præsumuntur.*
22 *Feudo bona proxima, feudalia non sunt.*
23 *Castro vendito cum iurisdictione, non veniunt alia bona.*
24 *Legato adiectum post testamentum, ad legatarium pertinet.*
25 *Fines territorij includunt omnia, quæ intra fines sunt.*
26 *Domini terrarum non habent intentionem fundatam, vt bona, quæ intra territorium sunt, sub eorum sint dominio, nisi respectu iurisdictionis.*
27 *Vasallus non potest facere prædium feudale, quod est allodiale.*
28 *Bona descripta in cadastro, obligant nouos possess. vt teneantur ad onera, licet sint priuilegiati. & nu. 31.*
29 *Res transit cum onere suo.*
30 *Ciuitas, potest obligare bona ciuium suorum.*
32 *Hypotheca, non extinguuntur, propter nouas dominorum acquisitiones.*
33 *Alienatione voluntaria, non extinguitur hypotheca.*
34 *Bona post feudum acquisita, non sunt feudalia.*
35 *Vasallus, non tenetur ad iuramentum fidelitatis, pro allodialibus nec laudemium soluere. num. 36.*
37 *Laudemium est soluendum maiori domino, per nouum vasallum.*
38 *Rescriptum principis latiss. interpretandum.*
39 *Ratio, diuersos casus, simul coniungit.*
40 *Generalis loquutio, generaliter intelligenda.*
41 *Bona emphiteoticaria tenebantur ad onera, vbi allodialia tenentur.*
42 *Tributa sunt soluenda, pro omnibus prædijs.*

DECISIO CLXI.

Consilium pro hominibus tertij status comitatus Venaysini, contra dominos Vasallos super contributionibus faciendis, belli tempore, casus multum necessarius, & quotidianus.

DOMINVS noster Gregor. Papa XIII. suo sacro rescripto disposuit, & mandauit. sub datum Romæ apud sanctum Petrum die quinta Iunij 1583. Vasallos patriæ comitatus Venaysini, non teneri contribuere ad expensas belli, propter bona nobilia, quæ possident, siue feudalia, ratione quorum astricti sunt ad seruitium personale, &c.

Quæritur, an teneantur conferre ad expensas, & onera, quæ belli occasione contingunt? veluti, si pecunia redimendus sit locus, ab hostibus occupatus? vel forsitan fieret conuentio cum hoste, ne ipse in terras nostras irruat, vel currat, aut depopuletur fructus, aliquo mediante dono? Vel si ad principem mittendus sit nuntius, vt informetur, super bello, quod timetur, vel speratur vt opem ferat, & auxilium mittat. Aut certè pro similibus causis, in quibus non est necessarium seruitium personale ipsorũ Vasallorum? Iesu Christi, eiúsque intemeratæ matris, nominibus piè inuocatis.

Licet Domini Vasalli profiteantur habere immunitatem, secundum præcedẽtem bullæ diffinitionem ad expensas belli. Illáque onera superios enarrata, accessoria sint, & belli occasione contingant: tamen, quia, in illis casibus cessat ratio concessæ immunitatis, Et expensæ, quæ fiunt in illis gerendis negotiis, vtiliter

vtiliter exponuntur, pro communi statu, salute, & vita, certè naturæ regula suadet, vt quod, pro omnibus datum est, omnium contributione sarciatur. l. 1. ff. ad l. Rhod. de iac. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. c. qui sentit commodum. eod. tit. l. 1. ff. de Instito. l. vni. §. pro secundo. C. de cadu. tol. Et foret absurdum, aliquos habere commoda, alios solos onera sustinere. l. 16. qui in potestate. §. fin. ff. de lega. præstand. Deci. in d. l. secundum naturam. num. 2. & consil. 190. col. 3. versi. 2. Craue. consil. 245. num. 2. in fin. Cepha. consil. 483. num. 30.

2 Deinde, † quia, nullum in præmissis casibus, seruitium personale præstant, ratione cuius, fuit illis data ista libertas. quo igitur cessante debet cessare libertatis effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. c. cum cessante de appella. Cessante causa priuilegij, cessat priuilegium. l. athletæ. §. 1. ibi, quandiu in præsidatu sunt. l. geometræ. ibi, donec curam gerunt. ff. de excusa. tu. l. Titia Seyo. §. vsuras. de lega. 2. vbi Glo. & Bar. l. filius à patre. §. 1. ibi, cum militare desiisset. Ias. num. 4. ff. de liber. & posthu. §. 1. Insti. de milita. testa. Tiraquel. de causa res. prima par. num. 113. & nu. 203.

3 Ita, † cessante causa immunitatis, debet cessare immunitas. l. semper. §. negotiatores. ibi, quandiu in huiusmodi actu sunt. ff. de iure immu. l. planè. ff. de operis liberto. l. 1. C. de profess. & medi. lib. 10. vbi, medicus, quandiu in exercitu manet, gaudet immunitate, secus, quando extra castra degit.

4 Proinde, † illa causa, cum sit posita in dispositione, & expressa à principe, dicitur finalis. l. 2. §. 1. ibi, non aliter donaturus. vbi Glo. & Bart. ff. de dona. l. 1. §. sexum. ibi, & ratio prohibendi est. cum Glo. & Bar. ff. de postuland. l. sed & si mors. ibi, quod alioqui facturus non erat. ff. de dona. inter vir. & vxorem. vt hic expressè dicitur. Ratione quorum astricti sunt ad seruitium personale. Notat Bart. post Gloss. in l. cum tale. §. falsam. ff. de condi. & demonstra. Adeo, vt super illa causa in dispositione posita, tota dispositio capiat fundamentum, tanquam præcipuum totius intentionis principium, sine qua, non erat facturus. vt inquit Bald. in l. auia. in fi. C. de tute do. & consi. 340. num. 4. versi. porrò. lib. 2. Cor. consi. 101. nu. 17. lib. 1. Craue. consilio 142. num. 9. Tiraquel. in prima limit. num. 3. cum sequent. Roland. à Val. consil. 69. nu. 38. 39. lib. 4. Cepha. consil. 429. num. 5. Qua deficiente, deficit dispositio. sicut deficit, sine anima corpus. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. Decius in d. cap. cum cessante. num. 1. cum sequent. Paris. consil. 32. num. 53. lib. 1.

5 Ponderando † vlterius, illa, & eadem verba. ratione quorum astricti sunt ad seruitium personale. Ergo, à contrario sensu, si non astringantur ad seruitium personale non debent gaudere, illo priuilegio. Quia, contrarius sensus legis, est lex. l. 1. §. . ff. de offi. eius cui manda. est iuris. & ibi omnes not. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. cap. cum virum. de regula. à Roland. à Val. consil. 65. num. 22. & consil. 72. nu. 17. lib. 4. Quod locum habet, in statutis, contractibus, sententiis, mandatis, & rescriptis principum. vt latè scribit Ias. in d. l. 1. num. 55. 56. & sequent. Bald. & doct. in l. ennuenriculam. C. de epis. & cleri. & in l. apud an 1]105. C. de fur. li , vt ille contrarius sensus, apertam faciat decisionem. l. si quis locuplex. ff. de manu. testam. vt illi dicunt.

6 Vlterius, † & tertio, hoc clarissimè demonstratur ex verbis bullæ. ibi, secundum obligationes consuetudinum feudalium, &c. Quibus scilicet cauetur. Vasallum debere succurrere domino tempore belli. l. Imperialem. §. firmiter. de prohibi. feudi aliena. per Fede. c. 1. in fi. in quib. caus. feud. amitta. cap. 1. de nulli. Vasal. qui contu. fuit. cap. 1. quæ fit pri. causa benefi. amit. sicut se ita facturum, promittit, & iurat. cap. 1. quæ sit noua forma fidel. cap. 1. quali. Vasal. iura. de-
7 beat. Hinc, † feudum à fide, id est, fidelitate dicitur. cap. 1. §. fin. per quos fiat inuestitu. per excellentiam. Licet in omnibus contractibus fidem alienam sequamur. l. 1. ff. si cert. peta. eámque semper, & vbique seruare oporteat. l. bonam fidem. C. de actio. & obliga. l. bonafides. ff. deposi. Sed quia, magis bona fides in feudis exigitur, vt bene nobis facientibus, benefaciamus. c. 1. §. beneficium. In quib. caus. feud. amit. Bald. in præludiis feudo. num. 7. vel feudum, quasi fidele dici potest. Quia quemadmodum amicus certus, in re incerta dignoscitur. Ita, Vasallus domino fidem, in rebus aduersis, & incertis debet præstare, & obseruare, auxiliando, & adiuuando dominum. Ne cum fortuna fuerit nubila, dominus solus existat. c. 1. §. licet. si de feud. fuerit controuer. inter dominum, & agna.

8 Vbi † autem, personaliter seruiret domino, non teneretur pecuniá domino irrogare. Ne duplici onere grauaretur. l. Titia cum testamento. §. qui in vita. de lega. 2. l. nauis onustæ. §. cum autem. §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. penult. ff. de dote prælega. l. priuatio. vbi Bart. C. de excusa. mu. lib. 10. Craue. consilio 24. num. 7. Cepha. consil. 154. num. 9. Et per regulam. qui, in vno grauatur, in alio debet releuari. l. cum qui. ff. de iureiurand. l. iure. ff. de iure do. Quando scilicet, eodem tempore peteretur seruitium, & auxilium. Alioqui secus. Roland. à Val. consil. 1. nu. 155. lib. 2. Mono. consil. 32. num. 4. tunc excusaretur vtrúmque præstare. Sed in prænotatis casibus, nullum seruitium præstat personale. Nec vllum timet personæ periculum. Et nihilominus de bello agitur, quod pecunia gerendum est, si auxilium tunc denegetur, & in tanta necessitate, nescio profectò an feudum fidele dicatur. Proinde nostri sapientissimi gubernatores, videntes negotia ista, nō posse alio pacto confici, nisi muneribus, & largitione. maioris mali euitandi gratia, inuiti hanc viam aggrediuntur. Et (quod vulgò dicitur) argenteis hastis pugnare. Fertur ab Eras. chilia. 2. centu. 7. cap. 43. Oraculum respondisse Philippo Macædonum regi consulenti quo pacto posset victoria potiri. Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

9 Et si † dixeris, Vasallus non tenetur domino subuenire de pecunia, cap. 1. §. licet Vasallus. si de feudo defuncti fuerit contro. Hoc verum, quando personaliter seruit. vt ibi dicitur. hic verò, huius occurrentis belli, nihil facit. Quia, gladio opus non est, non equis, aut lanceis. vt s. dicimus. sed magnopere expedienda sunt negotia, quæ ex hoc duro nascuntur bello. proinde, pecunia subintrare debet in locum seruitij personalis. Si tu teneris iuuare principem, pro conseruanda patria, personali tuo seruitio, nullísque parcere periculis, etiam si de propria ageretur vita. c. 1. quib. mod. feud. amit. vbi Bald. & alij not. cap. 1. hic finitur lex. vbi dicitur, si dominus faciat iustam guerram, Vasallus tenetur ire cum eo. alioqui feudum amittit. Et, si tam durum, & periculosum obsequium præstare teneatur, cuius [illegible] plerumque mors est, vel amissio, & debi[illegible] membrorum. Sitque hominis persona nobilior, & excellentior [illegible] opibus, quæ in illius comparatione vilescūt. l. iustissimè. ff. de edi. edict. l. sancimus. C. de sacro. eccles. §. in pecudum. Instit. de rerum diuis.

10 Multomagis, † quando bellum nummis geritur,

nummos

nummos tenebitur erogare.l.in seruorum.ff. de pœnis.Alexand consil.113.num.4. lib. 2. authen. multomagis.C de sacro.eccles. vt liceat argumentum sumere à maiori ad minus.vel à multomagis l. quantò magis.ff.de in litem iurand. Ias.consil.23.col.3.lib.2. Alexand.& Ias.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran. Decius in l.non debet.num.1.& 2. ff. de reg. iuris. & probat.l.nec in ea.ff.de adulte. l.in suis. ff. de lib. & posthum.Cepha.consil.180.numer.17.& consi.332. num.49.

11 Illa † itaque personalis obligatio, tanquam principalis, & nobilior, trahit ad se reale, veluti accessoriam,& dependentem, casus est in l. si pater. in princip.ff.de adop.authen.ingressi. C.de sacro. eccles. vt inquit Anna.consilio septimo.num.13. quem sequitur Zasius de feud.titulo.ad quid vasal. domi. teneatur.num.13. Et quia, personalis omnino esset otiosa eo tempore,quo cæteri, patriam ab inimico liberare contenduut.Tu verò nihil faceres?

Nam illi prænominati casus, ex bello descendunt speciémque habent hostilitatis. Quid interest? si hostis locum proditoriè intercipiat, vel armis inuadat? Si violenter repellendus sit,vel donis mittatur foras? Istud bellum dicitur lachrymis carens, in quo victoria contigit citra cædem, & sanguinem,& quod vulgò dicitur, sine sanguine vincere. Et propterea tanquam accessorij,naturam principalis sequuntur.l.quę religiosus.ff.de ret vendi.c.accessorium.cum si.

12 Hinc † videmus, eos, qui militare non possunt, deberet seruire per substitutos.d.l.Imperialem. §. firmiter.cap.1.an mu.vel alias imperfec.feud.ren.cap.1. §. si quis decesserit.vbi Bald.in 3.not. si de feud. fuerit contr. inter domi. & agna. Gloss. in tit. de feud. fœmi. Si vasallus vocatus vt dominum comitetur, aut ipse veniat, aut alium æquè bonum mittat. vel dimidium fructuum feudalium eius anni domino subministret. Alioqui,feudum perdit.cap.1.§.similiter.de capitu.Couar. .ur ergo,sicut in istis casibus, non tenebitur conuertere seruitium personale cessans, in pecuniam,pro adiuuanda patria?

13 Imò † verò, quando ita expediret, hoc facere tenetur vasallus,videlicet,personales operas conuertere in pecuniarias vt scribit And. de Isern. in d. §. firmiter.nu.32.Ad patroni similitudinem, qui in casum necessitatis,potest petere pretium operarum.l.patronus. § sed, & qui operis. ff. de operis liber. declarat Gnfred.in l.adigere.§.qui stipulatus. col. 3. versic. & caue ff.de iure patro.

14 In † multis enim casibus, vasallus liberto æquiparatur. vt Gloss. not. in cap. 1. de milite vasal. qui contu.est And.de Iser.in cap.1. quib.mo. feud. amitta.Bald.in d.cap.1.de mil.vasal.de Afflict.in ca. 1. nu. 47.quib.mo. feud.amit. Roland.à Val.consil.quinto. numero sexto. libro tertio. Ita in casu huiusmodi, cum personale cesset, & aliud maximè hodie sit necessarium.

15 Hinc † bene dicitur. Omnia tempus habent, vt apud ecclesiast.c.3.c.non debet.de consang. & affi. l. pretia rerum.ff.ad l.Falcid. & illud, noueris tempus, vt scilicet in omni aggrediendo; conficiendòque negotio,præcipuum habeat momentum. Et optimum esse, si quis tempus spectauerit aptum. Sicut natura (inquit Philosophus) non est eadem in omnibus locis,& temporibus, ita, non oportet hominem vbiuis eundem esse, sed cum loco, & tempore variari. Et præsertim occasione tantæ necessitatis, & inopiæ, quæ nunquam visæ sunt tales, nec auditæ à maioribus, propter illa tria durissima flagella quibus totus

iste populus iam à viginti quinque annis percussus est,vsque ad extremum miseriæ locum, vt attestatur illud immensum, & intolerabile æris alieni pondus, quod sustinent tam communis patria, quam alij incolæ,& locorum municipales. Ita, vt periculum sit, ne tanto pōdere pressus, ipse portitor cadat. Interea manebis lætus in vmbra? videbis cadentem proximum, & non porriges manum? Cum sis huius corporis membrum, si inædia corpus periret, quo modo viueres?

16 Vnde † dicunt nostri antiqui patres, quando vasallus est diues, & dominus est in euidenti periculo propter guerram, tenetur illi subuenire, etiam de pecunia.Ioan.de Anna. consi.7.n.14.Oldr.consi.104. qui loquitur, de acquisitione facta, de loco Valriani,per summos Pontifices, tunc Auenioni degentes, propter totius prouinciæ vtilitatem,& necessitatem, vt probant.l.1.C.vt nemi.liceat se ab emp.specie.excu.lib.10.l.iubemus nullam.C.de sacro.eccle.l. absit. C.de priuil dom.August.l.cum ad felicissimam.C. de

17 quib.mu.nemi.liceat se excus.lib.10. In † quibus dicitur,tempore necessitatis, quæcũque priuilegia cessare,sine ratione dignitatis,vel religionis intuitu, aut personarum prærogatiua concederentur.latè Iason l. si ex toto.vbi Soci.col.2.versi.tertia conclusio.de lega.1.de Ripa num.1 .17.Tiraquel. de nobi. cap. 20. numer.169.Rolan.à Val. consi.80.libr 3.qui colligit viginti octo priuilegia,quę ex necessitate inducũtur, & inter cætera,num.29.allegat consi.Bald.406.lib.5. vbi dicit,si verba sententiæ dicant, quod talis sit immunis,& exemptus,ab omnibus, & singulis capitationibus gabellis,impositionibus,collectis, angariis, & perangariis,realibus,& personalibus,& quibuscunque aliis,quæ dici, & excogitari possent quocunque nomine censeantur,& quacumque ratione, & causa. is non excusabitur, quotiens aliorum non supperunt facultates,seu cum magno scandalo suppeterent,quia possunt grauari exempti cum cæteris ad contribuendum & ratio sumitur ex cap.quod non est licitum.de regu.iuris.hinc dicitur, necessitas ingens telum, cui difficilè resistitur.Bart.in l.nullus.C.de mo.pub.li.12. Nata.consi.525.nu.14.Francis.Mar. decis. 540. in fin. Nec est opus ostendere hanc allegatam necessitatem, quæ certè nimis omnibus manifesta est, vtpote cum cogatur communis patria cum municipiis, quondie impetrare moratorias præscriptiones,quod valdè calamitosum est, lædirque existimationem mendicare gratias à principibus ad non soluendum creditorib. l.quotiens.C.de precib.Impera.offe. Et hæc honoris læsio morti æquiparatur.l.iusta.ff.de manu. vindic.l. isti quidem.ff.quod mo.causa. Ita, vt vix hodie sit locus,in quo fidem velint sequi creditores. Et si rediret illa tempestas, & repellendus esset iterum hostium exercitus, quo modo in tanta debilitate, patria suos extenderet neruos? vnde melius est in tempore occurrere,quàm post exitum vendicare.vel post vulneratam causam remedium quærere. vt docet Impera. in l.fi.C.in quib.caus.in integ.resti.non est neces. l. 1.

18 C.quand.liceat vni.si.iudi.se vindica.Ecce,† quid dicant sapiētes. Non licet bis,in bello peccare. in rebus scilicet periculosis, non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite. Nec est secundo erroti locus, præliorum delicta (vt inquit Vegetius) emendationem non recipiunt cum statim pœna sequatur errorem,Valerius Max.titulo,de sapienter dictis, aut factis. turpe esse in re militari, dicere non putaram. Lacedæmonij Archilocum è finibus suis iusserint excedere quod dicebat, satius esse clipeum abiicere,

quam interire. hinc tu sola animos mentémque peruris gloria.

Ne igitur hoc tam charum languesiat corpus, ne ve in tam grauem incidamus culpam, singula eius membra, cito, cito, illi mutua conferant auxilia, & debita officia præstent. vt vnita virtus, fortiter eius inimicos, repellere, & vincere possit.

19 Secundum † dubium proponitur, quæ dicantur bona allodialia, pro quibus, secundum bullam vasalli obligati sunt ad contributionem? Hoc nomen priscis temporibus cognitum non fuit. Sed sicut feuda nouiter introductum, sic voluit vsus, quem penes arbitrium vis est, & norma loquendi, vt inquit Cia. patet tit. de allodiis. & cap. primo. §. inter filiam. ibi allodium, siue libellarium. si de feud. fuerit contro. huius meminit d. And. Alcia. Parergon lib. 1. cap. 45. Quod alio nomine Burgensaticum, siue Burgensi appellatur, vt scribit And. de Iser. in d. §. inter filiam. latè Guil. Benedic. & vxorem nomine Adelasiam. num. 298. Et illa propriè dicuntur, quæ nemini recognoscuntur, siue vllo personali, vel pecuniario seruitio, & de quibus, potest dominus libere disponere, nullius petita licentia. arg. l. libertis, libertatúsque. ff. de alimen. & ciba. lega. in quibus, nullum ius habet princeps, nisi protectionis & supremæ iurisdictionis. l. bene à Zenone. vbi Gloss. C. de quadrien. præs. & in l. fin. C. si con. ius vel vti. publi. Et ita differunt à feudalibus, & emphiteoticariis, pro quibus præstatur seruitium, vel annua pensio. Guid. Pap. quæst. 112. de Afflict. in d. §. inter filiam. numero quinto. Craue. consil. 11. numero nono. in tit. C. de iure emphyteo. nullúsque dubitat.

20 Quapropter † bulla disponit, vasallos ob bona allodialia quæ possident in loco, in quo habent iurisdictionē, vel alibi, debere contribuere, cum aliis tertij status ad omnes expensas, & alia onera belli. Ideo sequitur, quod pro omnibus bonis, quæ possident, tam in loco iurisdictionis, quam extra locum, tenebuntur contribuere, nisi feudalia probentur. Cum

21 † in dubio allodialia esse præsumantur inspecta origine, qua omne prædium, censetur esse liberum, à qualibet seruitute. l. altius. C. de serui. & aqua. Alex. consil. 129. numer. 1. libro primo. & consil. 55. nu. 19. libro quarto. Deci. consil. 468. numer. [illegible] Al[illegible]. reg. 2. præsump. 3. Cacheta. decis. 28. num. 13. Rolan. à Val. consi. 46. num. 39 libro tertio. Cepha. consil. 206. in princip. Et ita tenent omnes, tam legendo, quam consulendo vt inquit Bello. consil. 1[illegible]. numer. 9. de Afflict. decis. 267. numer. 4. Iul. Clar. in §. feudum. quæst. 18.

22 Quod [illegible] procedit, [illegible] si vicina prædia essent feodalia. quia, non quicquid iuxta feudum est feudo accrescit. [illegible] feudal[illegible] videri debet. vt Bald. ait in cap. 1. §. econtrario. numero p[illegible]. de inuestitu. de re aliena facta. Nata consil. 24[illegible]. numero qui[illegible]. 10. Ideo, si vasallus post infeudationem emisset prædia, vel annuas pensiones, aut bona stabilia, illa sola feudalia intelliguntur, quæ per dominum feudi probantur esse de castro, ex pertinentiis feudi. vt docet Alexand. consil. 55. libr. 4. licet sint intra fines territorij. vt hostien. in cap. nimis. quem Cano. sequuntur, de iureiurand. de Iser. in d. l. Imperialem. §. illud. numer. 65. Mathe. de Afflict. Deci. 267. numero quarto. Paul. de Cast. consi. 179. num. 1. lib. 1. Licet (inquit) illa bona, sint sita intra regnum & prouinciam alicuius principis. Non tamen debet pro illis possessor fidelitatem, nisi feudalia probentur. Paris. consil. 16. num. 18. lib. 4. de Afflict. in cap. 1. de contro. inter mas. & fœmi. num. 18. Rolan. à Vale. consil. 46. numer. 48. libr. 3. Cepha. consil. 369. numer. 94. cum sequent.

23 Hinc † vendito castro, cum iurisdictione, & pertinentiis non veniunt alia bona. quæ venditor possidebat extra iurisdictionem. vt latius explicant Bart. Paul. Alex. Imol. Ias. in l. 3. in princip. ff. de acqui. possess. Nata consi. 446. num. 6. Cepha. consi. 250. num. 13. 14. & consi. 183. num. 64. Hic enim agitur de prędiis, etiam diuersis temporibus acquisitis per d. d. vasallos, vt suos augerent reditus. Quæ quidem prædia nihil habent commune cum iurisdictione, vt suprà dicimus. & Chassa. consi. 18. num. 22. Hostien. & Pan. in c. si diligenti. de foro compe. Soci. consil. 127. nu. 5. lib. 1.

24 Et † si dixerint illi, quod post testamentum legato accedit, ad legatarium pertinet, tanquam legati pars. l. quod in rerum. §. si quis post. l. si ex toto. de lega. 1. l. Seya. §. Tyrānæ. de fund. instruct. Ita, quod feudo postea additum est. debet tanquam feudum iudi-

25 cari. l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. Et † cum inter eosdem territorij fines contineatur & feudi terminos. cap. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. l. æde sacra. ff. de contro. emptio. l. fi. vbi Ang. C. de euictio. Alex. consi. 54. nu. 1. lib. 3. Deci. consi. 347. num. 1. Cra. consi. 105. Bald. in l. insulæ Italiæ. ff. de indi. Soci. Iu. consil. 65. nu. 68. lib. 1. Soci. consi. 166. nu. 3. lib. 2. probat etiam text. in c. cum episcopus. de offi. ord. lib. 6. Respondetur, præmissa locum habere, in testamen. & legatis, in quibus plenius voluntates testātium interpretamur. l. in testamentis. ff. de reg. iur. illáque adiectio, pro vno fundo destinatione patrisfa. existimatur. l. Caius. §. 1. de lega. 2.

26 Deinde, † natura finium est, includere quicquid intra fines continetur respectu scilicet iurisdictio. non quo ad dominium rerum particularium intra limites existentium. Non enim domini terrarū habent eorum intentionem fundatam vt bona quę intra eorum sunt sita limites, sint feudalia, vel emphiteoticaria. Pan. in c. si diligenti. nu. 2. de præscrip. Soc. consil. 127. num. 5. lib. 1. Iacobi. de sancto Georg. de feud. in verbo dictique vas[illegible]li. nu. 6. Nata consi. 313. nu. col. pen. Rolan. à val. consi. 46. post nu. 6[illegible]. Bertran. consi. 39. num. 1. lib. 2. & consi. [illegible] num. 9. 11. lib. 3.

27 Vlterius † vasallus non potest facere prædiū feudale, quod nunquam fuit, & causam suæ possessionis, mutare in alterius præiud[illegible]ium. l. qui bona. §. 1. ff. de acqui. pos. l. cum mutare. C. eo. Et vt inquit Bald. in d. §. econtrario. hæc dominia difformia sunt. Si quidem vnum tanquam feudum, aliud tāquam allodiale possidetur. inter quæ magna est differentia. And. de Iser. ibid. nu. 9. de Afflict. d[illegible] 267. nu[illegible]. 3.

28 Imò, † maior pars istorum prædiorum, in cadastro locorum, vel ciuitatum adhuc descripta reperiuntur, proinde (tametsi ab exēptus nunc possiderentur) onus remanet. l. incol[illegible] vbi Bart. ff. ad municip. Ad quem Alex. addit, si ecclesia, illa prędia aquireret, teneretur ad onus. e. t. c. non minus. de immu. eccles. c. si tributum. 11. qu. 1. Pan. in c. fi. nu. 12. de vita, & hones. cleri. Ias. in l. placet. num. 17. C. de sacro. eccle. vt probat. l. omnes C. sine censu, vel reliq. fund. compa. non poss. Gl. & Bart. in l. 1. C. in quib. caus. pig. vel hypo. taci. contra. Bart. Alex. Aret. & Ias. in l. apud Iulia. §. hæres. de lega. 1. Soci. consi. 243. nu. 1. lib. 2. Licet prædia adhuc non fuerint posita in æstimo sub nomine possessores. vt Bald. ait in l. si negotium. C. de nego. gestis Roma. in l. Imperatores. in princi. ff. de publica. Decius consi. 285. num. 1.

29 Quia, † res transit cum onere suo. l. 1. §. si hæres. ff. ad

ff. ad Trebel. l. rescriptum. §. sciendum. ff. de mune. & hono. l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pigno. actio.c.le.1.de censib.Cra.consil.217.num.5. Et hæc colligit Rolan. à Val.consil.31.nu.1.cum seq.lib.1.

30 Nemo † enim dubitat, quin ciuitas possit communi consensu obligare bona ciuium, pro futuris functionibus persoluendis. l. inter debitorem. ff. de pact.l.Imperatores.ff.de publica.e.pastoralis.de decimis. Bart. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vni.no.Anchara.consil.303.per to.de Afflict. in con-

31 stit.prædecessorum.3.par. numer.1. vbi † iterum ait, bona, quæ semel reperiuntur accastrata in collectis, si transeant ad ecclesiam, transire cum onere. hæc sunt realia munera,à quibus neque primipilaris, neque veteranus,aut miles.aliúsve, qui aliquo priuilegio subnixus est, neque Pontifex excusatur. l. fin. §. patrimonium.ff.de mu.& honori.suntque illa bona, iure communi hypothecata. pro debitis vniuersitatis,vt Paul.de Cast.in d.l. inter debitorem. numer.4. Ia s.consil.83. in prin. libro tertio. & in l.apud Iulianum.§.hæres.num.5.de lega.1.Deci.consi.285.nu.5. Cachera.decis.91.nu.4.

32 Si † extinguerentur hypothecæ, & onera, quæ fundis annexa fuerunt, propter nouas dominorum mutationes, fieret magnum præiudicium aliis incolis, quibus aliorum onera accrescerent, & extranea debita soluere cogerentur,quod esset iniquum.l. nemo debet alterius odio. de reg. iuris. libr. 6. l. si quis in suo. §. legis.C.de inoffi.testa.l.si vnus.§. ante omnia.ff.de pact.

33 Et † præsertim,quando,illæ nouæ prædiorum acquisitiones factæ fuerunt per contractus voluntarios,ab ipsis locorum dominis, quo casu hypothecæ anteriores non extinguuntur.l.3.& l.4.ff.quib. mod. pig.vel hypo.solui.l.bouem.§.pignus.ff.de edi. edict. Guid.Pap.quæst.575.Boë.decis.181.num.7. Bertran. consilio tertio.num.58.libro tertio.Iacob. de Sancto Geor.de feud.in verbo.Ita etiam quod dicti inuestiri. nu.10.11.Rip.in l.fin.nu.146.147.C.de reno.dona.

34 Et † quia, illa prædia, post primam inuestituram acquisita, non sunt feudalia: Imò allodialia inspecta feudi origine, quæ tanquam radix viuum & præcipuum fundamentum inspicitur. Deci.consil.185. nu. 3.in fin.& consil.194.num.3.Ruin.consil.20.num.1. lib.1.Gosa.consil.84.num.5.Cepha.consi.369. num. 94. vsque ad num. 107. qui dicunt omnia bona post primam inuestituram acquisita, allodialia censentur.

35 Sequitur † ergo, vasallos non teneri ratione istorum bonorum, ad iuramentum fidelitatis, quod ratione feudi præstatur,c.1.quali.vasal.iura. deb. Cum sint allodialia, & Franca. ex industria vasalli acquisita. c. 1. §. si quis de manso. de contro. inuestituræ. quia nullo modo ipsum feudū tangunt. Cepha.consi. 205.per.to.

36 Illud † quoque puto, si venderetur feudum, cum pertinentiis, laudemium non deberi maiori domino occasione illorum bonorum allodialium. Cum, non

37 sint feudalia,neque fendalia. Quamuis † nouus vasallus laudemium soluat.iuxta.l si.vbi Gl.in verbo accipere,& Ias.declarat.nu.41.42.C. de iure emphyteo. & probat.cap.1. quo tempo. mil. inuesti. accip. deb. Craue.consil.215.num.1. cum sequent.Ruin.consil. 169.lib.1.Rip.in §.duo fratres.num.87.Cepha.consi. 27.nu.18.19.Nam si pro rebus allodialibus non præstet iuramentū fidelita.vt Cepha.d. consi.205.nu. 10. Neque ergo laudemium soluet:quia feudum est seruitus,allodialis libera.no.Gl.in l.si vsusfructus.1.ff.de vsufruct.Bald.in c.1.si de feud.fuerit cōtro.inter. do. & agna.& in c.1.in fin.de contro.inuestitu.Ias. in l.si prius.num.41.ff.de noui ope. nuntia. hic enim simul stare non potest,seruitus,& libertas.§.1.Instit. de iure persona.

Postremò,nolo insistere amplius,qualiter hęc prædia ad d.d.vasallos peruenerint, nec immorari quomodo facta fuerit consolidatio.Si quidem Bulla clarè loquitur,generaliter disponendo, vt pro allodialibus teneantur contribuere.Igitur,generaliter venit intelligenda.l.1.§.generaliter.ff.de lega.præs. l. item apud Labeonem.§.generaliter.ff.de iniuriis.l.1. §. eum verbem.ff.de offi.præfect. vrb. Non distinguit si ex contractu voluntario, vel necessario facta fuerit res allodialis.Ita neque nos,debemus distinguere.l.de pretio. ff. de publi. l. si seruum. §. non dicit prætor.ff.de acqui.hæredi.sufficit, quod hodie fundus sit allodialis, non,quomodo factus sit talis. l. non vnde originem. C.si cer.peta.l.si auia.C.de dona.

38 Illud † etiam constat,rescriptum huiusmodi fauore hominum terræ status emanasse à nostro summo, & æquissimo principe, vt possint incolæ cogere vasallos, & locorum dominos ad deferendum eorum partem tanti oneris,& æris alieni,quod belli occasione contractum est. Nimirum, si latissimè interpretari posset,si eo viri argumenti genere cogerentur.l.fi. vbi Bart.Ias.& Aquen.ff.de consti.prin.c. cum dilecti. de dona.c.cum olim.de verb.sign.& Bart.in l.1.col.fi.C.

39 de iuris,& fac.igno.Sed † non sunt quærendæ aliæ ratiocinationes,vbi viua, & naturalis ratio in textu posita est, pro quibus allodialibus nullum præstant seruitium personale. vt suprà dicimus.hæc itaque ratio, tanquam generalis diuersas species, & emergentes casus,simul complectatur,vt inquit Deci. consil.30 t. nu..8.Cepha.consi.490.nu.20.

Aduerte si placet,vt in summa bullæ intentionem accipias.Illa,tripliciter exprimit ad quas expensas vasalli pro allodialibus teneantur, primò generaliter, dicēdo ad omnes,qui omne dicit,nihil excludit.l. Iulianus.ff.ad exhibend.l. omnes populi. ff. de Iusti. & iure.c.si Romanorum.§.dicendo.vbi Gl. 19. disti. In quibusdam expensis,& illę continebuntur,quas municipium, vel ciuitas facit, pro communibus eorum gerendis negotiis,vel necessitatibus occurrentibus. l. 1.§.quibus.vbi Bart.ff.quod cuiusc.vni.nomi. aut si de frumentaria erogatione ageretur.l.1.§. 1. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. vel in reparationem minorum, pontium,viarū,& fontium,iuxta.l. ad instructionem. C.de sacro.eccle.l.fi.C.de quib.mune. nemi. liceat se excusa.lib.10.Necnon,& illas respicit, quæ belli causa fierēt.vt no.omnes.in l.si ex toto.de lega.1.Quamuis in illa generalitate casus belli cōtineretur.l.si chorus.de lega.3.l.semp.ff.de reg.iuris. Tamen, quia iste casus erat dignus speciali nota.post genus, speciē expressit. dicendo, & ad omnia belli onera. arg. l. item apud Labeonē §.hoc edicto.ff.de iniuriis. Gl.in Rub. C.de seru. & aqua.Rip.in c.inter cætera.num.53. de rescrip.Et aliorum proeōmnni vtilitate.Et sic, quotiens pro communi vtilitate aliquid erogandum erit ab omnibus,etiam vasallis præstandum est.vt vna determinatio,æqualiter determinaret.l.iam hoc iure.ff.

40 de vulga. Alioqui,† si aliquis ex istis duobus stantibus non integrè solueret.Ista vniuersalis propositio. quæ dicit,omnes expensas, omnia onera. & aliorum pro communi vtilitate,&c.Non esset vera.l.1.§.quod ait prętor.ff.de alea lusu.& aleato.Craue.consi.133.nu.5. & consi.214.per to.Cepha.consi.235.nu.25.

41 Et † quamuis bulla nullam faciat mentionē aliorum prædiorum, quæ allodialia non sunt, sed emphiteoticaria quæ à vasallis, tanquam dominis vtilibus possidentur. Tamen à maioritate rationis, videtur etiam velle, & includere, vt pro his similiter teneantur ad contributionem. Si quidem grauando illos soluere onera, pro liberis, & franchis prædus. multomagis pro seruilibus, quæ nullo gaudent priuilegio. Quando lex casum magis dubitabilem decidit, videtur quoque minus dubitabilē decidere, authen. multomagis. C. de sacro. eccles. & suprà nu. 10. Ita, vt iste casus, verè dici non potest omissus, in quo maior ratio dispositionis militat. l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. l. si cum dotem. ff. sol. mat. Oldra. consil. 224. num. 33. Bald. in l. per diuersas. C. manda. & consil. 95. num. 1. lib. 4. consil. 335. lib. 5. & consil. 384. num. 4. lib. 5. Nam ea, quæ sunt eiusdem rationis includuntur sub dispositione, tanquam propriè expressa, non quidem tacitè, vel extensiuè. sed iure quodam repræsentationis. vt Oldra. inquit in loco præallega. Et verè vocari potest tanquam oculatus casus, ab eadem lege decisus. Quia ratio, est anima legis. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. Etiam si correctoria esset dispositio, vel exorbitans. Panor. consil. 75. num. 7. lib. 1. Craue. consi. 62. num. 14. & consi. 132. num. 7. Cepha. consi. 490. nu. 20. cum seq.

Et quando esset omissus, (quod non creditur) remaneret in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam. l. si cum dotem. in princip. ff. solu. ma. Iure autem communi, omnes homines pro his agris, quos possident, publicas pensitationes persoluere debent. l. omnes. C. sine censu, vel reliq. l. Imperatores. ff. de publica. c. omnis anima de censi. c. non minus. de immu. eccle. sine vlla exceptione, vel excusatione. l. fi. §. patrimonio. ff. de mune. & hono. Nisi enim ille sanctissimus, Beatissimus, & pijssimus omnium pater, & erga nos saluator, misisset auxilium de sancto suo, omnium miserorum miserrima fuisset conditio nostra. Et nescio, quis nunc etiam vestros possideret agros. Quæ dico, sub correctione, &c. tandem super his facta est transactio per quam 12000. aureorum soluere promiserunt.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum, & precarium transferunt veram possess. etiam si secundo realiter res traderetur.*
2 *Donationes reciprocæ dicuntur fauorabiles.*
3 *Constitutum post mortem collatum, est inutile.*
4 *Constitutum conditionale non transfert possess. ante conditionis euentum.*
5 *Clausa ex nunc, prout ex tunc quid operetur? & numero 11.*
6 *Oldra. consi. 139. latè examinatur, & redditur debile. vsque ad fin. decis.*
7 *Vixisse dicitur, qui solo momento vixit.*
8 *Anima dum est, spes est.*
9 *Voluntarys in conditionibus verba etiam inspicimus.*
10 *Fictiones introducere non permittitur.*
12 *Facultas concessa capiendi possess. post mortem, infert non esse concessam in actu moriendi.*
13 *Viuens moritur.*

DECISIO CLXII.

Constitutum appositum in conditione si decessert sine liberis, an versificetur in praeambula hora mortis constituentis, an verò post mortem vt inutile. casus pulcherri.



OANNA Marcella insulana instituit hæredem dominum Ludouicum Andibertum consobrinum suum, ab eodémque legata reliquit. Ea mortua, hæres auctore prætore mittitur in possess. virtute legis fina. nullo contradicente. post multos dies, Catharina Marcella, seu eius maritus se opponit, producendo instrumentum publicum, in quo legitur, Ioannam, & Catharinam mutuas inter se fecisse donationes omnium bonorum retentis fructibus, & centum florenis. in hæc verba. *En cas qu'elles, ou l'vne d'icelles vienne à deceder auant que l'autre sans enfans naturels, & legitimes, se sont constituees, tenir, & posseder les biens donnez au nom du precaire, & simple constitut l'vne de l'autre, & au contraire, &c.* vnde nitebatur ostendere euenisse casum donationis reciprocæ, haberéq; potiora iura possessionis virtute clausularum constituti, & precarij, quæ transferunt
1 † verá, & corporalem possess. in donatariam. l. certè. §. primo. ff. de preca. l. quod meo. ibi, is possidet, cuius nomine possidetur. ff. de acqui. poss. l. pignus. ff. de pig. actio. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Bart. in l. ab emptione. in fin. ff. de pact. Adeò, vt primus emptor, vel donatarius præferatur secundo, cui facta esset realis traditio. docuit Bald. in rub. de contra. emp. quæst. 16. Panorm. in cap. secundo numer. 14. de consuet. & cons. 91. numero septimo. libro primo. Alexand. consil. 14. nùmero octauo. libro primo. & consi. 25. num. 8. lib. 3. Deci. in l. contractus. num. 18. de regul. iuris. Tametsi iste modus acquirendi sit fictus. vera tamen possessio transfertur. Bart. in d. l. ab emptione. circa fin. versic. vltimo aduerte. & in l. si is qui ab emptor. num. 70. ff. de vsucap. Deci. vbi suprà. num. 16.

2 Maximè † cum agatur de reciproca donatione facta inter sorores, quæ dicitur fauorabilis, & neutram lædit. l. 1. C. de pact. l. de fideicommis. C. de transact. l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de dona. inter virum & vxo. Cepha. cons. 44. numero septimo. libro primo. Nec propriè donatio dicitur, sed permutatio. hypo. consil. 106. num. 13. cum sequen. Et quia eodem contextu facta est, non ex interuallo. l. quæ iam nuptæ. ff. de dona. inter vir. & vxo. Ias. in l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. Chass. consilio secundo. numero quarto. Tiraquel in l. si vnquam. in verbo donatione. nu. 110. cum sequent. & suprà decis. 144. Hæredem obligatum, ad obseruandam defunctæ voluntatem. l. cum à matre. C. de rei vendi. l. ex qua persona. ff. de regul. iuris. ad quem vis constituti transfertur, & transit. l. quæsitum. §. fin. ff. de preca. Tiraquel. de constit. amplia. 13. æquius esse, & iustius vt bona ad sororem pertineant, quam ad extraneos. l. cum auus. ff. de condi. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. cum sim.

3 Hæres † verò ostendebat effectum huiusmodi constituti, post mortem donantis collatum esse inutilem. Cum desinat possidere ille, qui alterius nomine se possidere constituit. l. prima. §. Scæuola. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuerit. l. cum hærede. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poss. Ang. Imol. Alexand. in l. quamuis. §. primo. ff. de acquir. poss. Alexand. consilio 82. numero nono. lib. 2.

lib. 2. Iasin l. quotiens. numero decimo septimo. C. de rei ven. Deci. consil. 247. num. 3. 4. Bertrand. consil. 327. num. 7. lib. 1. de Afflict. decis. 335. num. 6. Nata consi. 189. in prin. Rolan. à val. consi. 61. nu. 61. lib. 2.

4 Quemadmodum † si constitutum apponeretur in contractu conditionali, ante conditionis euentum locum non habet. l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. poss. Alexand. consil. 153. numer. 5. lib. 6. Tiraquel. par. 2. amplia. 15. num. 13. Quia tanquam accessorium, sequitur naturam principalis contractus, vt inquit Bald. in l. ex testament. C. de fideicom. Tiraquel. limita. 7. num. 16. Nata consi. 263. num. 4. Gosad. consi. 28. num. 36.

5 Nisi † quando, apponeretur clausula ex nunc, prout ex tunc, & econtrario. vt docet Bart. per illum text. in l. si ita stipulatus fuero si Titius. ff. de verb. oblig. l. cum quidam. in princip. ff. de vsu. Alexand. consil. 83. num. 7. lib. 2. Neguſ. de pigno. 2. memb. 2. pat. num. 4. Guid. Pap. decis. 268. refert Ioan. Pap. lib. 8. titul. 6. attest. 3. de qua, in donatione nulla est mentio.

6 Quid † dicendum? Oldra. consil. 139. num. 7. hanc quæstionem decidit, dicens, quando infallibiliter verum est, donantem decedere sine liberis, verificatur hæc conditio in hora præambula mortis, & non spectatur tempus, quod erit post mortem, vel quando desperatum est posse nasci liberos, ex illa muliere, quæ est posita, in extremis suæ vitæ terminis, constitutum suum plenum sortietur effectum. Oldra. sequuntur Alexand. consi. 83. num. 6. lib. 2. vbi ait donatariam habere titulum viuo defuncto quæsitum. & Deci. in d. l. contractus. num. 17. Neguſan. & Guid. Pap. vbi supra.

Hæres conabatur illud consilium euertere dicendo, quando constitutum apponitur in contractu simulato, nullas habet vires, vt not. Bart. in l. post contractum. col. 2. versi. sed quid si venditor. ff. de dona. Decius in d. l. contractus. num. 16. & Tiraquel. vbi supra. Et hanc donationem suspectam esse, à malo homine sumptam, legasse longè plura quam retinuerat sibi, non esse verisimile voluisse testamentum nugatorium conficere. & si donauisset, dixisset testando. Non esse credibile donatariam tacuisse tempore adeptæ possess. per hæredem. &c. & hæc longè diuersa à terminis Oldra. Cæterum, hæc parum mouent, de quibus non plenè constat, & in hac possess. exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem non facilè admittuntur. d. l. fin. C. de edicto diui Adri. toll. cum si.

Sed aduerte. Si propriam & veram naturam verborum sequamur, non erit verum dicere, hanc esse mortuam, quæ adhuc viuit, & nondum emisit spiri-
7 rum. Proinde † vixisse dicitur, etiam qui solo momento vixit. l. vxoris abortu. C. de posthu. hæred. inst. ergo non dicitur mortuus, antequam spiritum emittat. l. cum hic status. §. si ambo. ibi, qui ante spiritum posuerit. ff. de dona. inter vir. & vxo. verba autem donationis dicunt, casu quo altera moriatur sine liberis ante aliam. Ideo necessario considerant tempus mor-
8 tis, non dicitur mortuus, qui adhuc viuit. Nam † inquiunt medici, dum anima est, spes est. Mors est dissolutio animæ à corpore. Hic nulla adhuc est dissolutio, ergo non est mors. l. decem. ff. de verbo. obliga. Cepha. consil. 349. num. 5. quod est duplicatum 380. Conditiones sunt in forma specifica intelligendæ, non per æquipollens. l. Mæuius. l. qui hæredi. de condi. & demonstra. Ideo, quæ de morte loquuntur, non sunt ad vitam referendæ. de priuatione ad habitum nulla est proportio vt inquit Philosophus. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega.

9 In † istis conditionibus voluntariis, non solum mentem, sed etiam verba verificari oportet. l. qui plures. in princip. l. si ita quis. de vulga. Deci. consil. 11. num. 19. Cepha. d. consil. 349. num. 9. & 10. Si contingeret vtramque sororem esse in eodem mortis periculo. Naufragio fortè ruina, vel incendio, nonne illa alteri succederet, quæ spiritum post aliam etiam momento deponeret? l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. qui duos. l. sed & in illo. ff. de reb. dub. ergo non verificatur hæc conditio vita durante. Nimirum sic Deci. consil. 247. num. 7. tenet contra Oldra. & Gosadi. consil. 99. num. 13. quia donec aliquid vitæ superest, non dicitur mortuus. Non
10 † licet Oldrado, (quamuis excellenti) singulares fictiones inducere, vel excogitare, quæ solæ à lege fuerunt introductæ, vt inquit Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. in prima quæst. quid sit fictio? quamuis homines vtantur fictionibus, illæ tamen prius à lege inuentæ sunt boni publici gratia. Cepha. consil. 173. num. 14. Quis dedit Oldrado hanc potestatem interuertendi proprias verborum significationes, dicendo, quod conditio mortis, verificetur durante vita, contra. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. Lex Cornelia, & postliminium suos proprios, & singulares habent terminos, quos non licet ad diuersos casus extendere. l. illam. C. de colla. Alexand. etiam qui Oldra. sequitur in d. consil.
11 83. loquitur de dona. in † qua erant illa verba ex nunc, prout ex tunc, quatum natura est, ad tempus contractus reducere dispositionem Gloss. & omnes doct. in l. 1. C. de codicil. latè declarat Cepha. consil. 153. num. 20. cum seq. de quibus etiam loquuntur Neguſ. & Guid Pap. suprà allega.

Maiores nostri volunt secundum proprias constituti regulas non posse transferri possess. post tempus mortis, illius, qui alterius nomine se possidere destinauit vt suprà dicimus. Et opus esse constituere, in aliquod tempus, quod ante mortem designetur. vt Bertran. consil. 327. numer. 7. libro primo. Si vera esset opinio Oldra. non esset opus timere amplius constituti inualiditatem. cum semper in præambula mortis forte suum sumeret effectum, & quando infallibiliter verum esset promittentem non posse adimplere conditionem, quę post mortē collata fuerat, quod esset mirabile. Imò nouam, & expressam requireret iuris decisionem.

12 Denique † altera, alteri superstiti, dat facultatem apprehendendi possess. donatorum bonorum, vnde necessario infertur, non esse datam facultatem in actu moriendi, sed quando esset omnino mortua cum adhuc viuens gaudeat fructibus, & ibi, dicto casu adueniente; quæ conditionem mortis induunt, vt simili Nata consil. 189. in prin. & eadem includuntur oratione. Alexand. consil. 100. numer. 2. 3. 4. libro sexto. Maria. Iu. consilio septuagesimo sexto, numero decimo. lib. 2.

Cæterum Alberi. de Rosa. in l. fin. numero tertio. C. de pact. sequitur opinio. Oldra. Molin. etiam ad consi. decij 247. Dicens Decium melius fuisse loquutum in d. l. contractus. numero decimotertio. Gabrie. consil. 141. numero sexto. Istis seruit quod dici solet.
13 viuens † moritur. l. qui duos. §. primo. ff. de manumis. testa. Iaso. in l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. numero tertio, de lega. 1. Cepha. consil. 380. numer. 2. fuit conclusum per omnes, vno excepto, donatariam manutenendam.

SVMMARIVM.

1 *Fructuarius debet tributa agnoscere, quandiu durat vsufructus.*
2 *Extinctio communis debiti ad quem pertineat ad proprieta. vel vsufructua? & 10.*
3 *Onus hareditarium diuiditur, inter haredem, & fideicom.*
4 *Vsusfructuarius repetit magnas expensas à proprietario.*
5 *Necessitas rerum magistra.*
6 *Despartement, quid significet.*
7 *Conductor repetit expensas à locatore.*
8 *Expensa magna qua dicantur?*
9 *Iudex non potest arbitrari nisi causa cognita.*
11 *Colonus an debeat tributa soluere. nu. 13. 15.*
12 *Ad l. si sine harede. § Lucius. declaratio. & 14. contra Pinel. & num. 16.*
17 *Casus fortuitus non excusat, quando vigebat tempore promis.*
18 *Emptor ad tributa prateriti temporis tenetur.*
19 *Legatarius, an teneatur tributum soluere?*
20 *Talliarum exactio, paratam habet executionem.*
21 *Dominus directus an teneatur tributum pro parte soluere? laté.*
22 *Annui reditus inter immobilia computantur.*
23 *Emphiteota debet publicas functiones exsoluere.*
24 *Iuly Clari solutione tributi distinctio dubia.*
25 *Taliarum solutio fieri debere secundum consuetudinem.*
26 *Sub pallio sordido sape est sapientia.*
27 *Cadastri solutio noua, & summa dispartita. soluendi modus.*

DECISIO CLXIII.

Quis teneatur soluere collectas super fundis impositas? casus nimis quotidianus, & diffici.



OVISSIME ciuitas nostra vt se exoneraret à tanto pondere æris alieni, & partem debiti extingueret, voluit distribuere summam centum millia aureorum inter suos ciues, per æs & libram per singulos exsoluendam, quod vulgo dicitur facere Cadastrum. Fuitque dubitatum quis debeat soluere onus, quod fundo imponendum est, an dominus directus, vel emphiteota, quid de colonis, & inquilinis, legatarus, & hæredibus emptoribus, venditoribus, & fructuaris?

1 De † fructuaris: multæ leges apertè loquuntur, vt ipsi debeant tributa persoluere. l. hactenus. ibi, quoniam, & alia onera agnoscit, puta stipendium, vel tributum. & l. pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. l. quæro. de vsufruc. lega. l. fructus. & ibi Bart. ff. de actio. emp. si quidem hæc onera, ratione fructuum imponuntur, ideo ad eum, qui fructus percipit, pertinent. l. neque. ff. de impens. in reb. dota. fac. l. fi. C. sine censu vel reliq. & cómodum sequatur onus. l. item si fundi. ff. de vsufruc. vnde maritus, qui fructus fundi capit, neque stipendium, neque tributum, ob dotalem fundum, præstitú exigere à muliere potest. d. l. neque. Et esset iniquum si proprietarius, qui nullum cómodum interea sentit, illa obsequia cogeretur agnoscere. finito verò vsufructu, ad proprietarium onera reuertútur. l. adhuc. §. si operas. l. si operas. ff. de vsufruc. ita docet Bart. in præallega. ll. & 10 l. vni. no. 36. C. de mulieri. & in qoo. lib. 10. & in l. fructus. ff. solu. ma. de Afflic. decis. 232. n. 3. & ti. de prohibita feudi alien. per Fede. §. præterea. nu. 37. Soci. cons. 119. lib. 1. & consi. 217. lib. 2. Pinel. in l. 1. 2. par. nu. 72. Cepha. cons. 636. nu. 35. cum sequen.

2 Quid † si ad extinguendum commune debitum dispartitæ essent summæ, vt vnusquisque ciuium assignatam portioné exsolueret, quis tenebitur an proprietarius, vel vsufructuarius? Quia, hæc solutio perpetuam fundi libertatem respicit, proprietarius deberet eam exsoluere. l. 3. §. 1. de impens. in reb dota. far. l. diuortio. §. impendia. & §. planè. solu. ma. Gloss. in l. pe. §. fi. de lega. 3. Bart. in l. quæro. in fi. de vsufruct. lega. & in l. qui concubinam. §. qui hortos. de lega. 3. Roma. consi. 230. num. 3. de Afflict. decis. 252. nu. 2. Et non vsufructuarius, qui non tenetur, nisi ad modicas expensas, ne alioquin ex vsufructu nullam, aut modicam perciperet vtilitatem. d. §. qui hortos. l. hactenus. ff. de vsufruct.

Sed dubium facit, quod ex hac extinctione etiam ipse commodum sentiret, cum amplius ad tributum non teneretur. & sic militat ratio regulæ. l. secundum naturam.

Hæc quæstio est difficilis, quæ magis in facto, quam in iure consistit finge fructus bonorú esse 300. aureorú, tributum quod singulis annis præstatur 15. aut 20. dispartitam summam 300. aut 600. Non esset damnosum nimis, si vsusfructuarius dispartitam summam pro semel exsolueret. cum intra tres, vel quatuor annos ex fructibus posset repédere solutam summam. Non ita hæres, qui nullum commodum ex hæreditate percipit, sed tantum habet spem post alterius mortem, quæ plerunque decipit expectantem, cum prius possit ipse mori. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fis. Et posset dicere hæres, ego spem pretio nó emo. sicut si iactum retis, vel aleam emerer. l. si iactum retis. ff. de contra emp. sicut dici solet. suadéntque suum, præsentia fructum. gloss. in l. cum hi. in princip. ff. de transact.

Ex diuerso si dispartita summa magna sit quam legataria à viginti, aut triginta annis ex fructibus non posset recolligere, vel fortè annosa illa sit. hæres verò robustus, qui breui secundum naturæ cursum, sperat illum desideratum diem, esset nimis durum istam cogere ad extinguendum, cum illa solutio magis vtilitatem hæredis concernat.

3 Ego † dicebam ab initio. hoc onus inter vsofruct. & proprietarium diuidendum pro rata, ad similitudinem hæredis, & fideicommiss. l. 1. & 2. C. ad Trebel. l. 1. C. si cer. peta. §. sed quia. Insti. de fideicom. sed fuit responsum diuersum esse rationem, quia illa distributio fit pro portionibus hæreditarus, quæ semper sunt certæ. hic verò nescitur quantum.

4 Aliqui † dicebant, licet vsusfructuarius non teneatur ad magnas expensas, tamen si eas fecerit, potest ab hærede repetere. not. Bart. Bald. in l. eum ad quem. C. de vsufruct. Bertrand. cons. 40. nu. 13. lib. 2. Ita, & legataria, soluat, & repetat, ab hærede. Illi loquuntur vbi cogit necessitas impensam facere, vt quia ædes corruerent, vel flumen euerteret fundum. hic non est præcisa. Cú interea præstando pensionem liberetur. & vlterius, melius est non soluere, quam repetere solutum. l. 3. ff. de compensa. Et ne quis committat se sub fragilitate cautionis. l. cogi. §. si pater. in fin. ff. ad Trebel. Pinel. in l. 1. 2. par. num. 72. in fi. C. de bonis mater.

Sed quid tandem? vix decisum in specie reperies casum, si quidé nostris maioribus non fuit tanta necessitas cóflandi alienos nummos, sicut apud nostros

occasione

occasione illius intestini, & crudelissimi belli. Ideò
5 verum est quod dicitur,† Necessitas rerum magistra.
hinc Persius.

Venter magister artis, ingeniique largitor.

Itaque nostri incolæ ad dissoluendas tantas obli-
gationes hunc modum adinuenerunt, qui vulgò *vn*
6 † *despartement* dicitur,secundũ æs, & libram distribu-
tum,vt vnusquisque pro sua dispartita summa liberet
ciuitatem. R. D. Vicelegatus postulantibus consuli-
bus conuocauit Rotam,cum quibusdam togatis viris
in proprias palatij sedes, huius decisionis gratia. Et
post longas disputationes,multi erant opinionis. hoc
7 totum in iudicis arbitrio esset positum,† ad similitu-
dinem expensarum,quæ fiunt à cõductoribus, si qui-
dem illæ magnæ sint, & in perpetuam rei vtilitatem
conuersæ, præstentur à locatoribus, alioquin secus.
vt Bar.docet in l.damni.§.ei cuius.nu.3. ff. de damno
infec.& in l.cotem ferro. §. qui maximos.num.14.ff.
de publica.Are.consi.111. nu.1. Alex. consi.162. nu.
1.lib.7.Gram.consi.13. nu.43. Paris. consi. 96.num.
26.lib.2.de Afflict.decis. 252. num. 2. Rolan. à Valle
consi.28.nu.13.lib.1.Boër.decis.44. nu.13. Tiraquel.
de retract.§.15.Glo.1.nu.19.
8 Quæ † autem dicantur magnæ expensæ, vel per-
petuam rei vtilitatem concernentes. Iudex arbitrabi-
tur pro qualitate rei,& personarum conditione. Glo.
in l.hactenus.& in l.omnino.vbi Alberi. & Ang ff.de
impens.Cor. consi. 81. in fi. lib. 4. Hypoli.in l.quæ-
stionis.nu.45.de quæstio.Tiraquel. in l.si vnquam. in
verbo omnia.nu.31.& in tracta.de Iudi.exiguis.versi.
71.Meno.de arbi.lib.2.centu.3.casu 115.nu.8.decisio
Perusi.58.num.9.
9 Hæc † opinio non expedit negotiũ. proinde, non
solet Iudex arbitrari,nisi priùs vocata parte. l.vt vim.
ff.de Iusti.& Iure.e.t.de causa pos.& proprie. c. Deus
omnipotens.1.quæst.1.l. quod si nolit. §. si quid ita.
ibi,in causæ cognitione.ff.de edi.edic. Bar. in authen.
ad reprimẽdum.in verbo.& figura.& in l. Theopom-
pus nu.9.de dote prælega.Cur.Senior in l.admonen-
di.nu.380. Nata in ele.sæpe.§.non sic.nu.14.de verb.
signi.Roma.consi.374.

Et data tali quali petitione pro informatione par-
tis,& iudicis.Alex. consi. 50. nu. 6. lib.2.Soci.consil.
54.nu.2.lib.2.Signo.consi.111. num. 7. Et causa co-
gnita. l. cùm hi. §. vult igitur.& ibi Bart.num.1.ff.de
transact. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his
qui no.Infa.l.1.§.expilatores. ibi, causa cognita libe-
rum erit arbitrium statuendi, ei qui cognoscit. ff. de
expila. & effracto.l.hodie.ff.de pœnis. Quæ dicitur
magni ponderis,& virtutis. vt docet Bar. in l. in cau-
sæ.§.causa cognita.ff.de mino.Oldra.consi.227.num.
2.3.Hypoli.in l.qui eodem.à num.18.vsque 38. ff.de
sica. Mono. de arbi.lib.1. quæst. 17.18.19. vnde me-
liùs esset litem resecare, quam retaliare.arg. l. termi-
nare.C.de fruc. & litium expensionem. Non quod
velim ego vno verbo legitimum arbitrariæ actionis
ordinẽ interuertere, seu impedire,sed quia mihi ma-
gis grata sit breuitas, & litium finis. l. properandum.
C.de Iudi.l.dominus testa.ff.de condi.indebi.c.finem
litibus.de dolo,& contu.
10 Ideò † dicebam hæredem debere hanc præscri-
ptam summam persoluere,cum perpetuam fundi vti-
litatẽ & libertatem respiciat supra allega. rationibus.
Ita tamẽ quòd legataria teneatur quádiu ipsa vixerit,
& fructus perceperit soluere hæredi, tributum, quod
ipsa anteà præstabat reip. annis singulis. & hoc mo-
do,vtrique parti consuleretur. quod ferre omnibus
placuit,verum articulus indecisus remansit.

11 Circa † colonos,& inquilinos,qui certa pecunia do-
mino soluenda fundos contraxerunt,an debeant tri-
buta soluere. Glo.in l.1. C. de anno. & tribu.in verb.
fructus. voluit teneri eos,non dominos,qui pẽsiones
percipiunt. Nisi consuetudo regionis sit in contra-
rium. per l.si sine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tute.
vbi,tutor qui locauerat fundos onera annonarum &
contributionum temporalium,sequutus consuetudi-
nem semper obseruatam præstiterat, in suis rationi-
bus rectè illa soluta poterit repetere. ergo, cessante
consuetudine colonus annonas, & contributiones
tenetur soluere. Et quia in d.l.1. C.de anno.disponi-
tur eum debere tributa pendere, qui possessiones te-
net,& percipit fructus. Bar.ibi nu.3.dicit Glo.notan-
dam mirabiliter. Idem Ioan. de Pla. num. 3. Paul. de
Cast.consi.442.in fi.lib.1. Glo.sequitur Alex.consi.4.
nu.4.lib.5.Ias.consi.109.in fi.lib.1.
12 Cæterùm † Glo. cum suis adhærentibus videtur
malè loquuta. vt conductor,qui nummis colit.ad tri-
buta astringatur,nõ dominus, ad quem pertinet fun-
dus ex quo ipse solus percepit fructus, pecunia æsti-
matos non colonus, qui pecuniá loco fructuum tra-
dit.l.Labeo.ibi,res abesse videtur, cui pretium abest.
ff.de verbo.signi.quamuis fortè valor fructuum supe-
ret pensionem. hoc sibi deberetur pro cultura,& cu-
ra,& magnis laboribus.l.si à domino.§. fructus. ff. de
peti.hæred. Ipse non possidet,sed dominus.l.rei. ff.lo-
ca. Iniquum videretur,si extraneus tributarios coge-
retur suos labores reddere, in alterius commodum.l.
a. C. de allu. & paludi. Molineus in d.consi.4.Alex.
ait errasse nostros,cuius sententiam sequimur. huius
etiam opinio.fuit Pinel.in l.1.2.par.nu.72.versi.deci-
mo amplia. C. de bonis mater. Cachera.decis.83.nu.
5.6.sed facilè est aliis contradicere. Et vt vulgò dici
solet, Nihil est pertinaciùs ad contradicendum quam
homo. difficultas residet ex d. §. Lucius. cui non re-
13 spondent contradictores. Ideò † visum est nobis non
esse trahendum ad tributa, de quibus non loquitur,
sed de annona.Nam quædam ciuitates prerogatiuam
habent,vt, qui in territorio eorum possident certum
quid frumenti pro mensura agri, per singulos annos
præbeant.l.munerum.§.patrimoniorum. ff.de mu. &
hono.quod non posset facere dominus,ad quem non
pertinent fructus.d.l.1.C.de anno. Item,quando an-
nona in publicum defertur,solet is,qui defert iustum
pretium recipere.l.fi.ff.de anno. l.1.§.cura carnis.vbi
Bar.ff.de offi.præfect.vrb.& in l.1.C. de epis. audien-
tia. Contributiones autem temporales dicuntur,quæ
non sunt perpetuæ, sed pro tempore præstantur.§. 1.
Insti.de perpe.& tempo.actio.vt sunt collectæ, quæ
imponuntur personæ pro rebus.l.rescripta.in fi. ff. de
mu.& honor.l.indictiones.C.de anno.& tribu.puta,
quando agri possessores tenerentur ad custodiam ci-
uitatis.vel ad aliud simile, quod temporale esset, non
perpetuum,sicut est ipsa locutio. Tributũ verò,quod
vnusquisque agnoscere cogitur per æs,& libram per-
petuum est,rémque sequitur & consequenter rei do-
minũ.c.si tributum.11.quæst.1.l.omnes. C.sine cens.
& reliq.l.incola.ff.ad municip.& ibi Bar. Ias.in l.apud
Iulianum.§.hæres.de lega.2. Soci. consi. 242.num.1.
lib.1. Ex eo quod ciuitas contrahendo obligauit bo-
na ciuium.l.inter debitorem.ff.de pac. l.Imperatores.
ff.de publica.c.pastoralis.de Deci. Bar. in l. vni.C. de
mulieri. Nimirum si solus dominus per æs,& libram
tributa agnoscere compellatur.
14 Fateor † tamen colonum debere soluere onera
imposita pro rata fructuum retentorum,detracta de-
cima,& iure triturationis.arg.l.filij.§.fi.ff.ad municip.

Glo.in l.generali.§.fi.de vsu. lega. Cachera. decis.83. nu.9.Rolan.à Val.consi.66.nu.29.30.lib.1.Imò contrarium verius esset, quia hæc pars habetur loco laboris, & sumptuum.Alex.consi.35.num.12. libro 4. Cra.consi.45.nu.21.

15 Pinel.† in loco præallega.versi.tertio in eodem articulo. existimat, si tributa essent notoria, & consueta,& Colonus nihil exciperet, videretur tacite se obligare ad illa soluẽdum.l.semper.ff.de reg. Iuris.quod nobis non placuit, vtpotè cùm iustè potuit credere dominum debere rei suæ onera sustinere, non extraneos,ne præsumatur suum iactare, & velle pro alio soluere.l.cùm de indebitu.ff.de proba.quod latiùs patet in seq.art.

16 Quid † iuris in emptore, & venditore fundi allibrati, vel cadastrati in libro ciuitatis,qui pro rata diuisione facta, tenetur ad certam pecuniæ quantitatem? videbatur hoc onus ad emptorem pertinere. quia res transit cum onere suo.l.alienatio. ff. de contra.emp l.Pomponius. §. cùm quis. ff. de acqui. poss. doc. in d. l. placet. Et onus hypothecæ possessorem respiciat, cõtra in quẽ tentari solet.l.Imperatores.ibi, possessores, etiam præteriti temporis vectigalia soluere debere.ff.de publica.l.cùm possessor.§.fi.ibi, nec audiuit legatarius contradicens ob tributa præteriti temporis.ff.de censib.l.prædiis. ff.de iure fis.vbi,præteriti temporis onus ad emptorem pertinet.

17 Contrarium verius est, si quidẽ vbi ciuitas contraxit debitum omnia & singula incolarum bona, & prædia sunt obligata pro satisfactione illius debiti, & affecta ad recipiendum onus, quod pro rata erit imponendum, quamuis adhuc nulla facta fuerit oneris distributio. Glo. & Bart. in l. incola. 2.ff.ad municip. Bar.in l.prouidendum. C. de decurio.per illum text. Ibi,ne præteritis debitis susceptorum onerentur. no. Bal.in l.1.§. quod si nemo. in 3. quæst. ff. quod quis. vniuer.specula. ti. de censis. versi. Item no. Et quia, inspicitur origo illius temporis, quo debitum est à ciuitate contractum. l. si vnus, ex sociis. in princi. ff. pro socio hinc recedens à ciuitate non liberat se, ab illo onere quod natum est,& contractum,dum ille in ciuitate manebat, nec ad illud nouiter receptus tenebitur. non solet obligatio contra vnum contracta, ad alterum deuenire.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.ro. ti.C.res inter alios acta,aliis non præiudicare.

Et licet respu.habeat facultatem conueniendi emptorem, etiam pro præteritis oneribus secundũ præscriptas leges.& l. fi. vbi Bal. C. sine cens. & reliq & Bar.in l.fi. C.de fide Instru. lib. 10. tamen emptor si quid soluerit, habet regressum contra venditorem actione negotiorum gestorum. Bal. in l.si negotium. C.de neg.ges.l.cùm proponas.C.pro socio.l.2.§.quid publici.ff.de hæredi.vel actio. vend. vel potest opponere exceptionem excussionis, vt priùs conueniatur venditor.l.morbis. ff. de Iure fis.l.2. C. de conuenient fis. debito. lib.10. Are.consil.104. Bossi. in tracta. de princip.nu.98.Soci.consi. 293. lib. 2. Nata consi.71. Deci. consi. 37. num.15.libro 2. de Afflict. decis.95. num.2.3.4.

18 Ego † verò cõtrarium putabam, cùm emptor sciat prædiũ, quod nunc emit esse obnoxiũ ad præstanda onera ciuitatis, quæ sunt notoria, & publica. licèt in specie nesciat quid,& quantum,tamen in genere non ignorat illud tributum deberi, quod sæpè superat debitos redditus. si taceat, & nihil dicat, neque faciat consuetas reseruationes, vel non minoris emat, sicut solet fieri propter impositas seruitutes, quæ si palam appareant, non obligant debitorem. l. ea quæ. ff. de cõtra.emp.nec certiorari debuit emptor, qui eas non ignorauit.l. 1. in fi. ff. de act. emp. hinc videmus, si quis tempore belli,vel pestis, vel alterius fortuiti casus contraxerit,non poterit posteà se tueri, si quid sibi damni illius occasione contigerit,ante oculos aderat ille casus.l.qui bona.§.de illo. ibi,habent quod sibi imputent, qui ab initio vitiosas ædes cõduxerunt. ff.de damno infecto.Gal.in l.si ea lege in fi. C.de vsu. Alex.consi.112 nu.4.lib.1. Gosad. consi. 74.nu.3. de Rip.de peste.de pri.contrac.nu.41.cum sequen.seruit quod in superiori articulo voluit Pinel. meliùs huic casui conueniens.nu.12.

Iam à triginta elapsis annis easdem sustinemus tempestates quæ ab ictu illius diræ lanceæ, quæ percussit Christianissimum Henricum secundum Gallorum regem subortæ sunt, istud est assuetũ malum, sed nondum finis. Quis ergo ille est, nisi supinus, & mentis inops, qui dicat putabã fundum esse liberum à tributis, vel non habere annexum onus? quasi audiens,dissimulet non audire. Nisi facta esset distributio pro extinguendo toto debito & possessori intimata, tunc vendendo teneretur emptorem certiorem facere,quod si tacuerit iustè eidem condemnaretur, secundum communes iuris regulas.

19 At † si legetur prædium,hæres cogitur legari prædij soluere vectigal præteritum, vel tributum,vel salarium,vel elnacarium,vel pro aquæ forma. vt inquit Affri.in l.apud Iulianũ.§. hæres de lega.1.vel si pendente conditione fideicommissi deberetur. liberto.§. 1.de annuis lega.Paul.de Cast. consi.16.num.4.lib.2. Ias. consi.95.num.10.lib.1.Cra.consi.295.nu.3.

Licèt tempus solutionis euenisset post mortem testatoris, vel postquam res fuit tradita. Quia,inspicimus tẽpus muneris iniuncti.l.de functa. ff.de vsufruc. Glo.& Bart. in d. l.Incola.Paul. de Castro in dicto §. hæres. nu.2.Alex.nu.5.Ias.num. 6. Cæterùm intereà legatarius possidens tenebitur soluere. l. cùm possessor.§.fi.ff.de censib. salua actione agendi contra hæredem.

20 Cùm † hæc exactio paratam habeat executionem. §.& primum. in Authen. Iusiurand. quod præsta. ab his. §.oportet. in Authen. de manda. princip. l. missi opinatores.l.fi.C.de exacto.tribu.lib.10.Roma.cons. 161.in fi.Cra.consi.111.num.1. Rolan. à Val. consil. 32.nu.5.lib.1. Cachera.decis.86.num. 4. Solet enim iste Senatus,vbi ciuitas, vel locus agit contra descriptum, vel incolam, vel solitum soluere: & is se opponit dicens se grauatum, alibi domicilium habere, aut migrasse, vel extra territorium prædium positum, errasse æstimatores,aut quid simile,ordinare per modum prouisionis. vt ille soluat præstita obligatione per ciuitatem, vel locum de restituendo in casum futuræ cognitionis, & sine præiudicio iuris partium. l. postquam.§.1.ff.vt lega. vel fideicom.no.cauea.l.1.ff. de Carbo. edic. l.1.ff. si mulier in pns. mis. sit. Sicut contingit in aliis causis, quæ executionem paratam habent. vt in dotibus,alimentis, salariis & simi. quorum mora aliquod periculum esset allatura. l. de pupillo.§.si quis nuos.ff.de noui ope.nun. Bar. in l.1.ff. de glan.legend.Rebuf.tract.de senten. prouis. & titu. de senten.executio.Bal.consi.433.per to.lib.1.

21 De † domino directo & emphiteuta, à quibus vnus idem fundus diuersimodè possidetur sæpè dubitatum extitit, quis eorum debeat persoluere? Et videbatur vtrumque, emphiteotam ratione vtilis dominij & fructuum. Alium, pro directo dominio, & censu annuo, iuréque Laudemij:propterea quod ista munera indicuntur secundũ quantitatem patrimonij,

& fru

& fructuum possessoris. l. 1. C. de anno. & tribu. Et per æs, & libram. l. omnes. C. de operi. publi. Bar. in l. 4. & ibi de Ripa. nu. 20. cum sequen. ff. de re Indica. Bal. in l. etiam col. penul. C. de execu. rei iudica. Deci. consi. 335. in princip. Panor. in c. non minus. de Immu. eccles. Rolan. à Val. consi. 66. nu. 15. lib. 1. Dominus autem directus in suo possidet patrimonio hæc iura, quæ etiam æstimari possunt. l. si. ff. de cósti. pecu. Cur de his non tenebitur, si omnes contribuere te-
22 neantur? Imò † isti annui redditus inter immobilia computantur. §. vult autem lex. in Authen. de non aliena. rebus eccles. Lucas de Penna in l. 1. C. de anno. & trib. & in l. 2. C. de præd. naui. lib. 11. & in l. 3. quæst. 5. de fund. limitro. Rolan. à Valle d. consi. 66. num. 32. fierétque præiudicium emphiteotæ, si in æstimatione fundi non deduceretur summa, vel onus, quod domino directo debetur, ne duplici onere grauetur. l. nauis. §. cùm autem. ff. ad l. Rhod. de iactu. Glo. in l. vni. C. de mulieri. & in quo loco. And. de Isernia titu. quæ sint regalia. in verbo. plaustrorum.

23 Nihilominus † tamen iure cauetur emphiteotam debere publicas functiones soluere. l. 2. vbi Bal. 2. no. C. de iure emphiteo. l. 1. vbi Glo. in verbo fructus. C. de anno. & tribu. Lucas de Penna. in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. Bal. in d. l. 1. vbi Ias. nu. 30. Alex. consi. 35. nu. 12. lib. 4. & consi. 4. lib. 5. Chas. consuc. Rub. 4. §. 6. in verbo *supporter*. Ioan. de amicis consi. 8. nu. 61. Bossi. titu. de princip. num. 120. Sylua. consi. 47. Nata cósi. 312. Cur. Senior, qui dicit communem consi. 36. nu. 1. & 2. Quia, hæc onera fundi possessores sequuntur, qui percipiunt fructus, quorum gratia tributum præstatur. l. si quos. C. de rescind. vendi. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fisci. Deci. consi. 285. & ita iudicatum Syluanus ait d. consi. 47. Nata consi. 312.

24 Iulius † Clarus in verbo emphitheosis quæst. 46. distinguit, si census esset magnus, dominum debere pro rata soluere, secus quando esset modicus, quod in arbitrio iudicis consistit. Boër. decis. 142. num. 7. Cagno. in l. 2. nu. 129. C. de rescind. vendi. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 2. casu 144. nu. 19. & casu. 145. nu. 4. vnde doctori distinguenti magis credendum est, vt Sali. ait in l. filiæ. C. fami. hercis. & in l. apud antiquos. C. de fur. Neuisa. in Sylua. in verbo est nubendum. nu. 32. lib. 5. Ad similitudinem remissionis mercedis, quando canon correspondet fructibus, sicut in locatione contingit. vt docet Bart. & Ias. num. 19. 20. C. de iure emphiteo. Rota bono. conclu. 13. num. 11. Sicut pensio, vel decima Papalis super fructibus imposita æstimanda est deductis oneribus. c. tua. de decis. Deci. cósi. 156. Vigna. de pensio. quæs. 56. Chas. vbi suprà. vel vbi de charitatis subsidio ageretur. Beleuci. de subsidio chari. quæst. 37. nu. 6.

Veruntamen hæc non sunt adhuc liquida, si quidem potest esse pensio modica, quæ tamen multum æstimabitur, si fortè vno egregio cohæreat fundo, qui etiam minoris censebitur, propter impositam seruitutem, cùm libertas sit inæstimabilis. l. libertas. ff. de reg. Iuris. finge super sterili fundo dominum habere magnum censum, cuius fructus vix sufficiunt. Deinde aliqua sunt prædia quæ vix inter centum annos alienantur, alia quæ passim: & sic in casu huiusmodi, ius est in facto positum. l. si ex plagis. § in cliuo. ff. ad l. Aquil. Postremò, multi sunt qui existimant, has collationes fieri debere, & regulari secundum locorum statuta, & consuetudines. vt Bar. no. in l. 1. C. de auro corona. lib. 10. per l. litibus. §. hæc de redditibus. C. de agri. & censi. lib. 11. ibi, maneant in pristina consuetudine, & more solito. Alex. consi. 52. num. 4. 5. 6. lib. 5. Ias. in d. l. 2. C. de iure emp. num. 32. Paris. consi. 25. num. 54. lib. 1. Bossi. titu. de princip. nu. 120. Cachera. Decis. 83. Soci. Iu. consi. 49. num. 16. libro 1. Caroci. de loca. & conduc. titu. de collec. nu. 6. Istorum opinio est verissima, sed vbi sunt illa statuta? Cæterum visum est in qua opinione sunt, qui in proximis ciuitatibus commorantur. l. cùm de lanionis. §. asinam. de fundo instructo. Proinde à vicinis populis, & rusticis quandá obseruatam vidimus regulam, quæ non caret æquitate. Hinc Cicero Tuscula. Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia.

Videlicet, vt dominus directus non sit cogendus soluere pro canone quem percepit ex fundo emphiteoticario, quando ille canon esset minor dimidia eymina tritici, vel siliginis, vel dimidia cana olei, & barrallis vini, vel sex solidorum annis singulis. tunc onera fundis imposita ab emphiteotis integraliter persoluantur: & sic isti sequuntur opinionem Clari, declarando quæ sit modica pensio.

Vbi verò seruiret dimidiam eyminam tritici, dominus tenebitur soluere emphiteotæ annis singulis. —————— 5. ß. 3. dena.
Pro extinctione huius oneris semel tantú. 6. fl. 3. ß.
Pro dimidia eymina siliginis annis singulis. 4. ß. 2. de.
Pro extinctione. —————— 5. fl.
Pro vna cana olei. —————— 7. ß. 3. dena.
Pro extinctione. —————— 8. fl. 6. ß.
Pro dimidio barralli vini. —————— 4. ß.
Pro extinguendo. —————— 5. fl.
Pro sex solidis annis singulis, vt s. —— 4. ß. 3. dena.
Pro extiguendis. —————— 5. fl.

Vbi verò canon tritici, vini, olei, & pecuniæ plus ascenderet, quam suprà designatum est, pro rata. & proportionabiliter augebitur portio soluenda per dominum, secundum præscriptas regulas, tam per annos singulos, quam pro extinctionibus: veluti si seruiret emphiteota vnam eyminam tritici, dominus tenebitur singulis annis ad decem solidos, & sex denarius, & pro extinctione semel tantum ad 12. fl. 6. den. & sic de singulis.

Vbi autem fundus fructus cuiuscunque generis domino præstaret, tenebitur dominus ad eam partem quæ ascendit sua portio. veluti fundus qui facit sextam partem fructuum positus est in Cadastro pro sexaginta, dominus tenebitur ad decem semel tantum, quæ sunt sexta pars summæ dispartitæ, & deinceps, Et pro tributo quod interim præstaret emphiteota, soluet illi dominus annis singulis septem pro centenario illius scilicet quotæ. vt si illa sexta pars fructuum æstimaretur cétum, dabit dominus septem suo emphiteotæ. Et idem, quando haberet tertiam, quartam, quintam & deinceps, vt pro illa quota contribuat emphiteotæ septenarios nummos.

Iste modus placebat, sed tandem visum est, non posse acquirere plenam libertatem. Nam licèt sint iudicati ciues creditoribus, tamen ius creditorú saluum manet contra ciuitatem, quæ non potuit suis patronibus ius creditorum tollere. l. debitorum pactionibus. ff. de pact. Sicut vidimus in proximis ciuitatibus, quæ postmodum coactæ fuerunt instituere diuersas lites contra suos ciues, pro recuperádis pensionibus, & expensis nomine iudicatorum solutis. Et hoc modo laborem magis serere visæ sunt, ex quo nihil aliud receperunt, nisi laborem ipsum. Ideò pòst multa senatusconsulta super his habita, venditæ fuerunt gabellæ ad annus duodecim, pretio 148000. aureorum, remissa cura emptoribus extinguendi, &c.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio durat anno, quæ morte extinguitur.*
2 *Nascitur in viuis liuor, post fata quiescit.*
3 *Mortuis, non conuiciandum.*
4 *Testes non debent iudicare, sed deponere.*
5 *Testes de credulitate, non probant.*
6 *Iniuria facta patri, censetur facta filio.*
7 *Ex verbis iniuriosis nascitur capitale odium.*
8 *Honore nihil carius, & causa honoris, æquiparatur vitæ.*
9 *Actio iniuriarum legis Corneliæ nascitur ex percussione.*
10 *Iniuria qualis sit arbitrio iudicis remittitur.*
11 *Fratrum ira acerbißimæ.*
12 *Inimicitia durare præsumitur, nisi probetur reconciliatio.*
13 *Iniuria, an censeatur remissa per confeßionem sacerdoti factam?*

DECISIO CLXIIII.

De excusatione tutoris legitimi, quæ ex verbis iniuriosis orta est, an sit legitima? casus vtilis.

CONVOCATIS coram D. Ludouico
Bello, auditore & prothonotario, pa-
rentibus & amicis nominatur in tuto-
rem Titius, tanquam proximior & ido-
nior. Iste se excusat, dicens habuisse ini-
micitias capitales contra Caium patrem pupillorum.
audiuntur testes, duo deponunt Caium dixisse verba
iniuriosa cõtra Sempronium patrem Titij, *qu'estoyent
contre son honneur, & reputation.* vnus addit vidisse
quod tunc dictus Titius & Caius *s'entrebattoyent.* ter-
tius testis Iudex loci, *que l'on luy vint raporter, que le-
dit Titius auoit donné vn soufflet audit Caius pour occasion
desdites iniures.* Curator pupillorum friuolas esse ex-
cusationes, quia ab illo tempore nunc vsque lapsi
1 sunt octo anni. Iniuriarum † actionem extinctam,
quæ anno durat. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis
cautio. Morte rei finitam, cùm mors omnia soluat. §.
deinceps. in authen. de nup. l. 4. ff. loca. l. si non conui-
tij. C. de iniuriis. c. fin. vbi no. eo. l. si cùm emancipa-
tus. §. emancipatus. ff. de colla. bonor. hinc bene
dicitur.
2 Nascitur † in viuis liuor, post fata quiescit. Ini-
quum esse, litis præteritæ maledicta referre. l. fratris.
3 C. de transact. Mortuis † non est conuiciandum, vt
est in adagio. credẽdum extinctam inimicitiam, pro-
pter tam proximum sanguinis vinculum, quod inter
illos fuerat à natura contractum. Et nemo præsuma-
tur odio habere proprium sanguinem. c. non satis.
86. distinct. & supra decis. 64. num. 5. vel propriæ sa-
lutis immemor. l. 1. C. ad l. Iul. repetun. & quod con-
fitendo totiens sacerdoti voluerit retinere iniuriam
contra Domini præceptum dimittite, & dimittetur
vobis, &c.
4 Et † vlteriùs, probationes non concludere, & ni-
mium generales, dicendo, *qu'il luy dict de paroles iniu-
rieuses.* sed qualia? videntur testes diuagari cum di-
scrimine alienæ existimationis, cùm deberent desi-
gnare prolata verba ex quibus iniuria colligeretur. l.
prætor edixit. ff. de iniuriis. *contre son honneur, & re-
putation.* quod illa verba sint contra honorem, & re-
putationem. oporteret testificari, & non iudicare: di-
cant prius tenorem verborum, deinde Iudex videbit
si lædant honorem. l. qui testamento. §. fi. vbi Bart. ff.
de testamen. l. testium. C. de testi. §. si verò absunt. in
authen. de hæred. & fal. Alexan. consi. 114. nu. 1. lib.
4. & consi. 132. num. 25. lib. 5. Deci. in c. 1. nu. 61. de
5 iudi. maximè, † cùm de credulitate deponentes, non
probarent. Glo. & Bart. in l. penul. ff. de aqua pluu. ar-
cend. cano. in c. quotiens. de testi. Ludoui. decis. 28.
numero 5.

Titius verò se excusandum à tutela profitebatur,
propter capitales inimicitias, quas cùm patre pupil-
lorum contraxerat. l. Atletæ. §. dat remissionem. ff. de
excusa. tu. §. inimicitiæ. Insti. eo. occasione verbo-
rum, contra Sempronium suum patrem prolatorum,
quæ eius honorem & existimationem lædebant: ideò
iusto dolore Caium colapho percussisse, vt paternum
tueretur honorem. l. qui cum vno. §. si libertus. ibi,
ignoscendum est ei, si voluit se vlcisci prouocatus.
6 Iniuriam † factam patri, filium afficere & lædere.
l. 1. §. & si fortè. l. sed si vnius. §. filiusfa. ff. iniuriis. §. pa-
titur. Insti. eo. propter connexitatem quæ est inter pa-
trem, & filium. l. fi. C. de impub. §. ei vero. Insti. de
inuti. stipula. l. cùm scimus. C. de agri. & censi. 6. hac
7 auctoritate. 35. quæst. 3. Ex † verbis si quidem in-
iuriosis capitales iniurias nasci inter contendentes, &
altercantes. inquit Bal. in c. veniens. de testi. Hypo.
consi. 3. nu. 3. & maximè, quando verbera, verba se-
8 quuntur, quæ faciunt iniuriam mixtam. Et † quod
tunc agebatur de honore, quò nihil carius homini
esse debet. Cùm honoris causa, vitæ æquiparetur. l.
iusta. ff. de manu. vindic. l. isti quidẽ. ff. quod me. caus.
l. quisquis. C. de postul. Et si miles honorem neglexe-
rit, militia priuetur. l. ait prætor. §. ignominiæ. ff. qui
notan. infa. l. sed & milites. §. ignominiæ. ff. de excusa.
tu. c. fœlici. de accusa. hinc plus valet bonum nomen
habere, quam diuitias multas. l. 3. ff. de testi. Oldra.
consi. 39. hinc beatus Paul. potius mori, quã vt glo-
riam meam quis euacuet. 1. ad Corint. 9. c. Bal. consi.
312. lib. 4. Et qui honorem negligit suum crudelis
est. c. nolo. 12. quæst. 1. Bal. consi. 382. lib. 5. Cra. consi.
9 163. nu. 2. 3. Et † de reali iniuria, ex qua nascitur le-
gis Corneliæ actio. ex illa colaphi percussione. l. lex
Cornelia. §. 1. ff. de iniuriis. §. item lex Cornelia. In-
sti. eo. quæ propterea atrox iniuria vocatur. §. atrox.
Insti. eo.
10 Decisio † quæstionis à Iudicis officio pendet, qui
secundum qualitatem personarum, loci, & temporis,
arbitrabitur an ista iniuria capitalis dicatur? Alexand.
consi. 203. lib. 2. Gram. consi. 57. nu. 9. Tiraquel. in l. si
vnquam. in verb. omnia, vel partem. num. 13. cum se-
quen. Gome. in princip. Instit. de actio. num. 44. Cra.
consi. 119. num. 1. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 3. casu
263. & centu. 2. casu. 110. nu. 3. 4. Glo. in §. item pro-
pter. Insti de actio. ponit exemplum capitalis, quan-
do ageretur de crimine ingerente pœnam capitis, id
est, de statu. aliàs capitalia dicuntur iudicia, & capita-
les pœnæ. l. 2. ff. de publi. iudi. l. capitalium. ff. de pœ-
nis. dici in §. Cornelio Felici. decis. nu. 25. Et ita pos-
set dici capitalis iniuria quæ honorem lædit, mortiq;
æquiparatur, vt suprà. Venit etiã in considerationem,
istos fuisse fratres patrueles, inter quos solet esse atro-
cius odium, quàm extraneorum. Hinc dici solet.
11 Fratrum † iræ acerbissimæ, exemplo Cain, & Abel:
Remi, & Romuli, & quamplurimorum, vt refert
Eras. centu. 2. c. 50. Qualitas etiam personarum ma-
ximè perpendenda est. quæ non sunt infimæ condi-
tionis, imò honestioris, quarum non expedit nomi-
na detegere, vt facilè credamus ex verbis, iuncta per-
cussione fuisse conceptum inter eos odium capitale.
12 Quod † semper durare præsumitur, nisi de reconci-
liatione

liatione appareat.l.ex ipsius. vbi Bal. C. famil. hercis. authen. & si dicatur.C.de testi.cano.in c. cùm oporteat.de accus.Cra.consi.9.num. 6. Illud etiam considerabile est, quod hoc crudeli tempore homines pro minimo honoris punctu furiari consueuerũt,& vindictã quærere. Fuit conclusum ab omnibus, excepto d. relatore, excusandum. Non obstabant aduersa, si quidem actio iniuriarum, quæ ex lege Cornelia descendit perpetua est d.l.lex Cornelia.no.Bar.in l.2. §. fi. ff. ad l. Iul. de adul. Balb. de præs. 4. par. versi. primo.Roland.à Valle consi.59.nu.15.lib.2. vlterius, quæ annalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.l.pure.§.fi.ff. de excep. doli. Ias. in d. §. qui iniuriarum.nu.8. Et si morte extingueretur, cessaret excusatio propter inimicitias : quæ tamen considerabilis est, ne quis cogatur inimicis suis benefacere, onus tutelæ assumendo.l.4.in fi.ff.de adi lega.

13 Illud † etiam considerabile est per confessionem sacerdoti factam, quis tenetur remittere iniurianti rancorem,non tamen satisfactionem,quam potest iustè prosequi,vt ille reparet,& resarciat, quæ abstulit iniuriam passo.vt no.Glo.in c.1.de maledic. Ias.in l.si tibi.§.quædam.nu.2.3.ff.de pac. doc. io §. fi. Insti.de iniur.quod tamen Theologis latiùs discutiendum dimitto. Postremò, voluit iste Senatus scire à testibus, qualia fuerant illa verba iniuriosa.qui dixerũt Caium dixisse Sempronio, *va meschant Huguenot*. Ideò tacuisse honoris gratia, & ne perpetuus posteris remaneret inimicitiarum fomes.

SVMMARIVM.

1 *Furnum, vel molendinum licet vnicuique construere.*
2 *Iure gentium vnicuique licet disponere de rebus suis.*
3 *Præscriptio seruitutum negatiuarum non currit, nisi à tempore prohibitionis, & à cœpto opere. 5. & 7. noviter.*
4 *Actus particularium, non inferunt ad ius vniuersale.*
6 *Notoria iniquitas nullitati æquiparatur.*
8 *Cautela pro dominis, ne subditi construant furnos.*
9 *Sententia super possess. an exequenda non obstante appellatione?*
10 *Aegidiana constitutio, an locum habeat in profanis?*
11 *Statutum Auenio. super executione sententiæ, super posses. lata.*

DECISIO CLXV.

De seruitutibus negatiuis, in quibus non acquiritur ius, nisi post inhibitiones currat legitima præscriptio.

IN CAVSA furni Reuerendissimi domini Gulielmi Cheisholme Episcopi Vasionen. contra syndicos Kastelli, testes deponunt, *que audit lieu n'y auoit qu'vn four apartenãt audit seigneur, auquel tous les habitans estoyent tenus de cuire leur pain. Et qui vouloit auoir four au terroir, estoit tenu de demander licence audit seigneur, & payer deux eimines bled tous les ans de cense*, sicut viderunt,& censũs receperunt.

Secundò, apparet anno 1508. fuisse factas proclamationes de non coquendo alibi, pœna decem librarum, tres se opposuisse, dicentes habere licentiam à domino coquendi in suis furnis.

Tertiò, producuntur antiquæ locationes iurium mensæ episcopalis, & inter cætera promittunt conductores se curaturos quod omnes habitatores coquent suos panes in furno domini, & recusantes cogere.

Quartò, extant recognitiones certorum particularium pro furnis in territorio constructis.

His non obstantibus nuperrime, & in his diebus, quibus furni quiescere solent, circa finem mensis Decembris dicti incolæ, clanculum, & astutè fecerunt in testa furni domini foramen, per quod flamma, & vis ignis egrediebatur, vt frigidum magis redderent furnum. atque ex præparatis iam à longè lapidibus, nouum sibi construxerũt, & vsi sunt illo aliquo tempore: vnde dominus episcopus tanquam spoliatus obtinuit reintegrationem, & ordinatum demoliendum opus, à qua sententia fuit appellatum, & causa domino Iosepho Suares commissa : coram quo de duobus dubitatum extitit, primò de causæ meritis, secundò super executione sententiæ.

1 Syndicus † dicit malè iudicatum, quamuis in loco vnus solus fuerit à longo tempore furnus, & incolæ in eum suos panes immiserint & coxerint. siquidem coquere in furno alieno, meræ facultatis est,& libertatis : ita vt per longissima tempora non acquiratur ius prohibendi, quominus quis in alium accedat, vel fabricet furnum.l.2.§.denique Marcellus. l.si in meo. ff.de aqua plu.arcend. Nec ille, ad quem pertinet fundus dicitur possidere, seu quasi ius istius præsentis & futuræ coctionis : quia repugnat ius gentium, quo

2 † vnicuique liberum est de rebus suis pro voluntate disponere.l.in re mandata.C.mand.l.nemo.C.de Iud. l.nec emere.C.de iure delib. Et in suo facere, etiam si vicino noceret, dummodo non fiat ad æmulationem.l.fluminum. §.fi.ff.de dam. infec. l.quemadmodum.ff.ad l.Aquil.l.1.vbi Glo. C.de interd. Et propterea cessante possessione, non currit præscriptio. c.sine possessione.de reg.iuris lib. 6. Et deinde, quia vnusquisque præsumitur liberas habenas habere, nisi seruitus probetur.l.altius. C.de serui.l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendic.cano.3.c.nimis.de iureiurand.Alexan.consi.129.nu.1.lib.1.Dec. consi. 360. num.4. Item, sicut dominia rerum certis modis,& titulis nobis acquiruntur.l.1. ff.de acqui. rerum domi. §. nãque. Insti.de actio.hinc stipulatio sine causa inutilis est.l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. Ita, furnarius non potest sine titulo,& fundamento suos antiquos cogere pistores, vt semper ad eum deferant coquendos panes, ne actus voluntatis præteritæ generet futuram necessitatem. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Nisi ita fuisset conuentum, & promissum, de qua promissione non constat. Ideò malè iudicatum.

3 Procurator † fiscalis, allegabat iura præcedentia, ex quibus constabat de multis titulis, & fundamentis suæ possessionis, & vsus. dominos dedisse licentiam pro nouis ædificandis furnis, accepisse censũs. Factas proclamationes, & ab illo tempore lapsos quamplurimos annos, acquieuisse incolas, fuisse præscriptum & acquisitum ius prohibendi, secundum Glo.no.in l. qui luminibus. ff.de serui.vrba.prædi.quæ vult, si prohibitus non contradicat, ab illo tempore currit præscriptio. contra prohibitum, qui volebat mutare consuetum vsum, qui tacendo, ius suum remittere præsumitur.l.3.§.dare.ff.de vsufruc. l. alienationis.ff.de verbo.signi. Idẽ Glo.in l.2. C. de seruitu. Bar.in l.quominus.in 1.& 2.quæstio. ff. de flumi. vbi Ias.nu.41.de Rip.nu.132. Panor. in c. significante. de appella.in c.abbate.de verbo. signi. in c bonæ.de postula.præla.in c.cum Ecclesia Hutrina.vbi de Rip.nu. 132.de causa pos.& proprie.Bar.in l.si prius. num. 4. ff. de

ff. de noui ope. noncia. Ias. in §. æque. num. 40. Insti. de
actio. Boër. decis. 125. nu. 5. Quod sufficiunt decem
anni inter præsentes, & viginti inter absentes, quod
non probamus. Imò requiritur longissimum tem-
pus. vt Balb. 4. par. 5. par. nu. 17.

4 Replicabat † syndicus, licèt quidam acceperint
licentiam a domino, vel soluerint census, non sequi-
tur quod tota ciuitas hoc fecerit, vel soluerit. quia ex
actibus particularium non infertur ad ius vniuersale.
§. vniuersitates. Insti. de rerum diuisio. l. sed si hac. §.
qui manumittitur. ff. de in ius vocád. oporteret quod
ciuitas conuocato concilio, petiisset, & soluisset. l.
metum. §. animaduertendum. vbi Glo. ff. quod me.
caus. l. ciuitas. vbi Bar. & Ias. num. 3. ff. si certum peta.
Bar. in l. ant facta. §. fi. ff. de pœnis. Panor. in c. in Ge-
nesi. de electio. in c. dilectus. de simo.

5 Et † vlterius, vt currat præscriptio, operæpretium
esse, vt prohibitio fiat in ipso actu. i. eo tempore, quò
homines alium furnum construere nitebantur, alio-
quin secus. vt Cepol. titu. de furno. versi. secúda quæ-
stio, scilicet à tempore, quò alios incepit ædificare,
sed propter prohibitionem destitit ab opere. Idem
Bertrand. consi. 3. num. 2. 3. lib. 5. & consi. 329. num. 2.
lib. 2. Iacobi de sancto Georgio de feud. versi. cum
molendinis. nu. 5. Balb. de præs. 4. par. 5. par. num. 16.
non tamen ita in specie Craue. de Antiqui. par. 4. §.
materia. num. 98. sequen. sed tempore iam dictarum
proclamatio. non inceperant nouum ædificare, vel
quia tunc non expediebat. igitur nó potest dici com-
6 pleta præscriptio. & † consequenter constat de noto-
ria iniquitate sententiæ, quæ nullitati æquiparatur. c.
inter cæteras. de re iudi. vbi Panor. nu. 1. 5. 7. Feli. nu.
10. 11. Deci. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. de
Afflict. decis. 28. nu. 7.

7 Aduerte, † quod de incepto opere loquuntur, ad
hoc vt currat præscriptio si desistar, ratio esse potest,
quia tunc amittit possessionem desistédo. l. clàm pos-
sidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqoi. posses. Idem esse
potest in molendinis, ædibus altius non tollendi, &
simi. Sed si loquamur de his seruitutibus, in quibus
non est necessarium opus, veluti ne in alium furnum
vadas, molendinum, vænatum, piscatum, cædendum
ligna, ad pascua. nónne sola prohibitio, cùm patientia
8 operaretur præscriptionem? Præterea, † vbi sunt
proclamata acquiritur ius domino contra subditos,
vt Balb. inquit in loco præallega. qui dat cautelam
dominus, vt faciant proclamationes, & subditis, vt se
opponant, alioqoin à die prohibitionis curreret præ-
scriptio, & ita non esset necessarium incipere opus.
constat etiá oppositiones suprà formatas, magis pro-
bare ius domini, cùm dicant se habuisse licentiam à
domino furnos ædificandi in territorio: ergo illa ces-
sante, fatentur non potuisse ædificare. l. cùm prætor.
ff. de iudi. c. nonne. de præsump.

9 Ad † secundum, existimabat syndicus appellatio-
nem per eum interpositam operari effectum suspen-
siuum, etiam in possessoriis, & intereà qoiescendum
ab executione cle. vni. de sequestra. pos. & fructú. Bal.
consi. 79. lib. 1. & consi. 321. lib. 5. Panor. in c. cùm ad
sedé. de resti. spolia. de Afflict. decis. 269. Coca. practi.
quæst. c. 32. num. 8. versi. primo conclus. Maran. de or-
di. Iudi. par. 6. c. de appella. nu. 295. limit. 1.

10 Fuit † conclusum exeqnendam, sine præiudicio
iuris partiú in petitorio. Et mouit dd. quia possessio
R. D. Episcopi erat corroborata multis fundamentis,
quibus potuit bona fide & iusto titulo præscribere:
deinde constabat de vitiosa interuersione posses. in-
colarum, qui conati fuere diuertere venientes pisto-
res: nam vt dici solet, in furnum frigidom non ex-
pedit panes immittere. Et postremo, quia constitu-
tio Ægidiana locum, etiam habet in profanis, & qui-
buscunque possessoriis etiam plenariis, vt attestatur
Paris. consi. 108. num. 15. lib. 1. Ioseph. Lud decis. 20.
11 num. 21. & ita obseruatum & iudicatum. Cui † con-
forme est nostræ ciuitatis statutum, lib. 2. titu. de ap-
pella. art. 3. scilicet, vt sententia lata soper posses.
mandetur executione, non obstante appellatione,
præstita obligatione de restituendo, vel data cautio-
ne, si non sit soluendo. Nisi fuisset lata sententia con-
tra actorem, quo casu sententia posteà lata in fauo-
rem actoris non mandabitur executioni: quia prima
sententia maculasse videtur ius petitoris. Cùm præ-
sumatur legitimè lata l. Herennius. §. Caia. ff. de euí-
ctio. c. fi. de senten. & re Iudi.

SVMMARIVM.

1 *Indebiti condictio contra quem detur.*
2 *Indebite soluens non agit contra delegatum, cui soluit, sed contra delegantem, qui fuit liberatus ab obligatione.*

DECISIO CLXVI.

De condictione indebiti, contra quem danda est.

DOMINVS Manaldus Guilhelmus, do-
ctor medicus egregius, facto calculo
cum syndicis Minerbiæ, repetitur credi-
tor in centum aoreis, eo mortuo d. Ioan-
nes Maria tutor liberorú d. Manaldi, delegauit istam
summam nobili Catharinæ illios filiæ, cui syndicus
credens debitos soluit, posteà detecto errore appa-
1 ruit esse indebitos. Tutor † volebat syndicum debere
agere contra no. Catharinam, quæ pecuniam rece-
perat, & se non teneri restituere, quod non accepe-
rat. §. is qooque. ibi, qui non debitum accepit, ab eo
qui per errorem soluit, re obligatur, datúrque contra
eum condictitia actio, propter repetitionem. Insti.
quib. mo. re contra obliga. diutiúsque fuit litigatum
in curia ordinaria, soper isto satis subtili agendi mo-
do. Tandem cùm ageretur inter personas, quæ liti-
2 bus non sunt macerandæ euocatione facta. Fuit † ci-
tò conclusum, tutorem condemnandum ad restitu-
tionem summæ indebitè solutæ, propterea quod ces-
sio facta fuerat vere creditori pupillorum, cui tene-
batur soluere. Et breui manu fingitur tutor accepisse
nummos, & illi tradidisse. l. licet. §. quoniens. ff. de iur.
do. l. singularia. ff. si cer. peta. l. si mulier. ff. de con-
dic. ob caus. c. per tuas. vbi Panor. no. 7. de simo. c. ve-
niens. nu. 6. de testib. no. Bart. in l. Modestinus. ff. de
dona. Et maximè, cùm tutor sentierit commodum
ex illa cessione, & solutione, fueritque liberatus ab
obligatiune. Nimirú si teneatur indebiti condictio-
ne. l. his solis. ff. de cond. indebi. & in propriis ter-
mi. inuenio tex. in l. si citra. C. eo. titu. vbi soluens
indebite, non habet actionem contra delegatum, sed
delegantem, quia secundú Glo. ibi, paria sunt me tibi
soluere centum indebite, vel tuo creditori te mádan-
te. Nec refert, siue per te, siue per alium indebitum
accipias. l. solutum. §. solutum. ff. de pigno. actio.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, & suos, an contineat transuersales?*
2 *Institutio facta de filio, & suis, an sit vulgaris, & fideicom.*

DECI

DECISIO CLXVII.

IAQVELINA Romana villæ insulæ, istituerat hæredem Paulum Æmilium filium suum, & suos. Iste veniens ad mortem,& sine liberis,instituit sibi hęredem vniuersalem Ioánem Antonium amicum suum. Cóqueritur Margareta Æmilia soror, quod ita spreta fuerit à suo quondam fratre, vt qui maluerit extraneum instituere, quàm charissimam sororem,quæ vocata fuerat ad bona matris, per illa verba, & suus. Negabat hæres transuersales venire appellatione suorum,l.in suis.l.gallus.§. núc de lege. ff.de lib.& posthu.§. sui autem.Insti.de hæred. quali & different.

1 Contrarium†fuit dictú quòd trásuersales veniant suorum appellatione vbi nó sunt descendentes,consuluit Paul.de Castro consi.374.nu.4.libt.1.Bertan. consi.181.nu.1.lib.1.& consi.174.lib.3.Barba.consi. 28.coll.3.versi.tamẽ dico,quod appellatione sui, veniant transuersales.Licet secundum propriam,& veram vocabuli significationem solos in potestate comprehendat. d. §. sui, tamen, quando à fœmina prolatum est, quæ non habet liberos in potestate.§. fœminæ.Instit.de adoptio.Ex voluntate disponentis à proprietate recedimus. l. non aliter.de lega.3.suósque intelligimus,qui à matre vocati sunt. Guid.Pap. q.548.& consi.133.nu.1.vide latius infrà decisi.181.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria,an sint publicanda,vno se opponente. nu.4.*
2 *Separatorum debet esse separata ratio.*
3 *Exceptio,tua non interest agentem excludit.*
5 *Mori potius,quàm fœdari.*
6 *Monitoria diffamatoria reprobata, pro re leui, & de qua publico instrumento constat.*
7 *Iurisdictio temporalis, non est impedienda per ecclesiasticam.*
8 *Iudex maturo iudicio,& audita parte,ius dicat.*
9 *Coniuncta,& connexa,quæ dicantur.*

DECISIO CLXVIII.

Monitoria non sunt publicanda, vno opponente. etiam,respectu cæterorum propter eiusdem facti connexitatem.

SÆPIVS apud nos dubitatum fuit, super monitoriis,quæ impetrantur in forma malefactorum, ad habendas probationes à testibus,quorum nomina ignorantur, vel nolunt deponere, vt scribit Panorm. in in c.constitutus.1.num.4.de testib.in c.ad nostram.2. no.3.de iureiur.in c.si sacerdos.de off.ordin. Archid. in c.si peccauerit.2.quæst.1.& alij,in c.noui.de Iudi. Bart.in l.ciuile.C.de furt.& in authen. ad reprimendum,in verbo,per denútiationem,cum si.
1 Si†vnus se opponat, & dicat non esse publicanda, & velle dare causas,&c.Impetrans verò declarauerit, nolle opponentem comprehendere, velleque eum eximere,sed vt curras contra alios,quid iuris?

2 Videbatur†posse,quia,quantum ad cæteros pertinet liberas ædes habet,etiam inuito eo, qui se opponit.l.loci corpus.§.competit.ff.si seru.vendi. Suntque personæ separatæ,quæ monendæ sunt & certiorandæ,inter quas,debet esse separata dispositio.l.fi.ff. de calum. l. si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.l.si separatum.ff.de appellat. Nam,si vna absoluta fuerit,cum cæteris rectè ageretur personarum mutatio,aliam atque aliam rem facit.l.si cum vno.ff.de excep.rei iudi. Et si cum vno egeris, alios conuenire non prohiberis,inquit Imperator in l.1.C.de transact. huic seruit titulus.C.res inter alios,vt aliis non præiudicet. l. 2. C.quib.res iudi. non no. vrget deinde quod volente parte,iste à lite eximitur,in qua damnum timere non potest. l. postquam liti. C. de pactis. l. quæritur. §.si venditor.ff.de edilic.edict. c.quam periculosum.7.q. 1.c.in præsentia.de renun.Non debet igitur vlterius quærere,& alios impedire.arg.l.1.§.item varus. ff.de aqua plu.arcen.§.1.Insti.de lege fusia cani.toll.vt veritas delegatur & manifestetur.l.illicitas.§. veritas.ff. de off.præs.c.qui scandalisauerit.de reg.iur.Pythagoras interrogatus, quid Deo simile facerent homines? Cum veritatem exercent,respondit. Hic,de occultis agitur,vt detegãtur,& pateãt,adeo lata aperta sit via.

3 Et†præsertim,quia opponentis nihil interest,quæ quidem exceptio,tua non interest agentem omnino excludit.l.1.ff.de appellat.recip.l.ex conuentione.vbi Decius alios citat.C.de pact. & consi.302.nu.4.5.l.si seruus.ff.de cond.fur.l. si procurat.§.mand. ff.mand.

Et si forsitam aliorũ reuelationes istum afficerent, vel accusaréť,extra periculũ manet, propter expressam, ab impetrante factam exemptionẽ, volentique non fit iniuria.l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur.Neq; furtum.l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt. l.nemo videtur fraudare eos,qui sciunt.ff.de reg.iur.c.volenti.eo.tit.

4 Imo†supercedendum,etiam respectu cæterorum. siquidem data licentia publicandi, possent reuelantes húc infamare,& dicere,quod surripuerit, celauerit, falsificauerit,&c.ex quorũ depositionibus huius honor maximè lęderetur,vt pote cum viro bono iste merus, magísque mortis esse debet.l.isti quidem. ff.
5 quod me.caus.l.iusta.ff. de manu.vindic. Hinc†bene dicitur:potius mori,quam fœdari. Proinde,damnum pati non debet, ex monitorio, quod impugnare intendit, & dare causas impedituras publicationem, quæ multæ esse possunt, puta, quod sit diffamatorium,iuxta.l.Item apud Labeonem.§. ait prætor.ibi, ne quid infamandi causa fiat.ff. de iniuriis. Cum sit prohibitum famosos edere libel.tit.C.de famo.libel. c.qui in alterius famam.5.q.1.famam tueri facile est, extinctam non facile est restituere,vt inquit Plutarc. vel, si de re modici præiudicij ageretur, vel friuola, pro quibus monitoria non conceduntur. c. sacro. de sent.excom.Feli.in c.testimoniũ.nu.25.de test.Neui. in verbo monitoriæ.num.49.50.vel si diceret res,de quibus agitur esse notorias,publicis instrumẽtis probatas certum aduersarium, cum quo,quando volet, licebit experiri,& agere coram suo iudice cõpetenti. Non esse opus iudicio extraordinario, iurisdictionis ecclesiasticę,quandiu ordinaria patent.l.in causæ.§.fi. ff.de mino.Feli.in c.2.nu.8.de constit.Neui.num.48. Alioquin languesceret iurisdictio temporalis, cuius exercitium passim occuparetur contra l.consultu diualia.C.de test.c.perinde.11.q.1.Bart.in d.authen.ad reprimendum.vers.contra ista.Panor.in d.c.nouit.& ibi Deci.n.27.vbi dicunt nõ esse vtendũ istis denuntiationibus,nisi ex magna,& graui causa,& deficientibus aliis iuris communis regulis,& actionibus.Fel. ibi,n.15.Petrus de Anch.in c.ea q.n.15.& 25.de reg. iur.lib.6.Præterea circuitus induceretur,proinde, si reuelantes hunc afficerent. læsus remedia quæreret, cogeretúrq; se deffendere,& dare causas.Ideo,magis expedit, vt illæ nunc examinentur, antequam vlteriores progressus faciat qui essent inutiles.arg.l.singularia.ff.si cert.peta.

8 Sobrie † tamen, magnáque circunspectione, isto excommunicationis gladius exercendus est. Non passim, sed causa cognita & diligenter examinata, quæ Episcopi animum moueat.c.dilecto. de sentent. excomm. lib.6.c.Episcopi.c.nemo Episcoporum 11. quæst.3. sacrum trident. conci. sessio.25.c.3.c.administratores ibi, diligenti studio.23.quæst.5.l.de iure. ff. ad municip. l. si coloni.C.de agri.& censi.libr.11. Ancha.vbi suprà num.16.circa fin.Et eo magis comparente parte, quæ se opponit, audiri debet si velit impedire huius rei executionem.c.Deus omnipotés. 2. quæst.1.c.1.de caus. poss.& pro.l.de vno quoque. ff.de re iudic. & hoc volunt Canon.in d.c.nouit. vbi Panorm. num.53.cum sequent.clem.sæpe de verbo. signifi.Hypo.in d.l.de vno quoque.num.136.

9 Nec † obstat, separatas esse personas. Imò coniunctæ dicuntur, occasione eiusdem negotij, & facti.l. sæpe.ff.de re iudi.Gloss.& Bart.in d.§.ante omnia. & in l.si separatim. §. fin.ff.de appella. Etiam respectu aliorum qui huius rei notitiam habent, coniunctum dicitur. Ideo reseruato vno, alij quoque debent reseruari, qui ex illo dependent.l.2.ff. de iuris om. iudi.l. oratio.ff.de sponsa. Et cessante principali accessoria, cessant.§.igitur.Instit.de pupill. Et ratione connexitatis, & vnitatis ab omnibus est supercedendum. l.1. C.si vnus ex pluri.appellat.l.vni. C.si in vna eadémque caus.restit.postule.l.3.§.ex his.ff.de verb.obliga. c.tantis Daniel.81.dist.Alex.in d.l.sæpe.num.54.

Et ita fuit iudicatum inter Carthosos fratres, & in illa generali discutiune bonorum nobilis Petri de S. Sixto, quibus data fuit dilatio decem dierum ad dandum causas, & dictum interea supersedendum.

SVMMARIVM.

1 *Adulteria punibilia.*
2 *Maritus, principaliter offenditur vxoris adulterio.*
3 *Adultera, perdit dotem, & bona parafernalia.*
4 *Adulterium, difficilis probationis.*
5 *Adultera furatur marito, vt det amasio.*
6 *Sententia lata contra adulterum, non nocet mulieri, nec contra.*
7 *Pœna ordinaria non imponitur, vbi præsumptionibus iudicamus.*
8 *Actam in vno iudicio, alijs non nocere.*
9 *Ad Authen.si quis ei.C.de adul.declaratio.vti n.12.*
10 *Pœna iudicialis, vel prætoria non exigitur, nisi partis intersit.*
11 *Adulterij præparamenta, quæ?*
13 *Maritus relinquens vxorem sine alimentis, perdit dotem, vel si infirmæ medicum non adhibuerit,*
14 *In peccatis, excusationem quærere.*
15 *Extremis morbis extrema adhibenda sunt remedia.*
16 *Difficile est, assueta relinquere.*
17 *L. defuncto. ff. de publ. iudi. non habet locum in certis casibus. & 18. mulieres habent bona triplicis generis.*

DECISIO CLXIX.

De lite super adulterio mota, inter maritum, & adulterum hæredem vxoris. Nimium quotidianus casus.


IACOBVS Fontaine mercator Auenionis, mortua vxore sua, quæ extraneum fecerat hæredem, & eum, quem ipse suspectum habebat, quæstionem contra eum retulit: dicendo vxorem dotem perdidisse, & vnam vineam parafernalem, propter adulterium eum ipso commissum. Ille negat, quid iuris?

Actis constat, curiæ Archiepiscopalis post multas querelas inter coniuges iudicialiter propositas, & rixas ex suspicionibus nascentes à iudice ecclesiastico, fuisse præceptum mulieri, & adultero, ne solus cum sola sub eodem conuersarentur tecto, pœna viginti quinque marcarum argenti. Hanc nihilominus iuisse in domum adulteri, ibique peste percussam decessisse, eo prius hærede instituto, fiscum petiisse incursam pœnam. Iudicémque vna sententia condemnasse adulteram in tricentis aureis, & ipsum tanquam hæredem alterius, in quingentis libris turo. & pro vtraque pœna concordasse cum fisco. ad quadringentos aureos.

1 Hinc † colligitur male dicere eos, qui dicunt adulterium non esse punibile, propter nimiam delicti consuetudinem, quasi magnatum ludum. Iul.Clar.in §.adulterium. quæst. 17. Si quidem non potest consuetudo tollere pœnas contra eos impositas, qui diuinam maiestatem offendunt, & lædunt.c.erit autem lex. c. consuetudo.4.distin. l.de quibus.vbi Ias.num. ff.de legib.l.vni.C.de longa consue. Extat egregium responsum Dionysij regis, qui cum eius filius ingenui viri vxorem adulterasset, iratus interrogauit filium, an tale quid in patrem comperisset? respondit, tu non habebas patrem regem. Nec tu (inquit Dionysius) filium regem habiturus es, ni talia perpetrare desinas, existimans hoc crimen pœna exhæredationis dignum, ita Plutar.in Apol.

2 Ideo, † iusta ratione potuit maritus, tanquam principaliter offensus. l. si maritus sit. §. lex Iulia. l. mulier.§.socer.ff.de adulte.commoueri, & instare, vt sibi illata repararetur iniuria. Videlicet ope exceptionis aduersus hæredem si dotem peteret.l.pen. & l.fi. C.eod.l.rei iudicatæ.§.1.vbi omnes no.ff. solut. matr. Roman.consi.286.Boër.decisi.338.num.4. & actionis, ad recuperandam vineam quæ erat parafernalis. c.plerunque de dona.inter virum & vxor. vbi Gloss. intelligit dotalitium, pro parafernalibus bonis, cuius opinio communiter obseruatur vt ibi attestatur Panorm.

3 Nempe † vxorem impudicam dotem perdere, & parafernalia bona, quæ læso marito applicantur. l. consensu. C. de repud. Roman.singula.315. Ias.in l. fideicommissum.C.de fideicom. Tiraquel.in l.1.nu. 44.45.Hinc ciuiliter ageret maritus, siue criminaliter contra Bart. in l. miles. §. socer. vbi Alexand. & in l. cum mulier.num.19.ff.solut.mat.& consil.140.num. 8.lib.2.Clar.in §.adulterium.num.13.& 15. vbi non sunt liberi: nec pater mulieris, quibus adulterando non potest præiudicium facere, vt illi attestantur, & Bartol.& cæteri in l. 2. §. item si voluntate. ff. solut. matrim.

Hæres multis modis se excusabat, quod non erat probatum crimen, male iudicatum, soluisse metu carcerum, &c.

4 Licet hoc † crimen sit difficilis probationis. vt no. Bart.in l.2.§.si simul.ff.eo.c.præterea.de testi. Ita, vt præsumptionibus maximè sit iudicandum. c. tertio loco.de præsumpt.vbi hoc not.Panor.& Feli.Ang.in verbo *che ay adulterato* num.40.41.Craue.consi.105. nu.24.Hypo.consi.1.nu.47.& consi.28.nu.5.Roma. consi.91.Alex.consi.189.nu.10.lib.6.Crose.in Reper. abba.in verbo testis licet vnus post alium.nu.4. Mono.consi.31.nu.18.lib.1.Hic verò sæpe visi sunt soli, & in secretis locis, & clanculum in mariti domo, & cum rubore dum apprehendebantur, inter gentes cum inhonestis & oculatis signis, &c.

Quæ

Quæ sunt huius criminis fortissima argumenta, vt videre licebit per Conrad. Lancil. in praxi crimi. titu. de adult. num. 13. 14. vltra publicam diffamationem quæ ex vicinorum voce probata visa est, propter multa turpitudinis dicta, aut facta, quæ viderant, & audiuerant vrgebat etiam plurimum, illa iudicialis inhibitio, vtrique promulgata qua non obstante, à solitis non destiterunt. Ita vt inde delictum probetur, iuxta terminos authen. Si quis ei. C. de adulte. vt attestantur præallegati doctor.

Augetur † præsumptio, & suspicionis effectus, quod illa, illum hæredem fecerit, qui coniugalem suum maculauerat thorum spretis fratribus. Iuxta illud Ezechielis c. 13. tu autem dedisti cunctis amatoribus, & dona donabas eis, vt intrarent ad te, vndique ad fornicandum tecum. Et Oseæ c. 4. Ephraim munera dederunt amatoribus suis. vt refert d. Andr. Tiraquel. in l. 9. num. 111. Imò, surripuisse marito pannos, & dedisse amasio, sicut solent facere vxores, quæ turpi insaniunt amore hinc dici solet, luxuriæ muliebris prodigalitas comes perpetua. no. Gloss. in l. & mulieri. ff. de curat. fur. Feli. in c. pastoralis. num. 5. de iudi. Tiraq. vbi supra. num. 141.

6 Quidam † ex nostris dicebant iudicem male iudicasse, quod vtrunque vna sententia condemnauerat. Ex eo, quod lex Iulia vetat duos reos adulterij simul marem, & fœminam accusare. l. reos. C. eo. Sed, à quo velit, debet initium facere. l. si maritus. 2. ff. eo. Quod speciale est in hoc crimine. l. 1. C. si plures vna senten. cond. sunt. l. si plures. ff. de iniuriis. Nata consi. 79. num. 10. Clar. in §. fin. quæst 84. in fin. Imo, sententia lata contra adulterum, non nocet mulieri, sed aget causam. Quid enim (inquit Vulpianus) si adulter inimicitiis oppressus est? vel falsis argumentis, vel testibus subornatis, qui noluit, aut non potuit prouocare? Mulier verò iudicem religiosum sortita, velit suam pudicitiam deffendere? l. denuntiasse. §. quæritur. l. adulter. §. 1. ff. eo. Et tamen adultero absoluto, mulier vltra non poterit accusari. d. §. quæritur. not. Bart. Bald. Alber. Sali. & Paul. in d. l. reos. Idem in muliere condemnata, cuius sententia, non nocet adultero. c. significasti. eo. tit. Quod mirum esse videtur, cum istud crimen ex nefaria vtriusque coniunctione contrahatur, & coniunctorum idem sit iudicium, & correlatiuorum, &c. adde l. duobus. ff. de libera. caus. c. interrogatum. 2. quæst. 5. hoc ideo puto. Cum huius criminis probatio difficulter colligatur, voluit lex, cum istis mitiùs agere. argum. l. in interpretatione. ff. de pœnis. l. semper in dubiis. ff. de reg. iuris.

7 Hinc, † quotiens præsumptionibus, & indiciis iudicandum est non imponitur ordinaria pœna. c. afferte. vbi canon. de præsumpt. Sed mitior, & leuior. Bald. in c. 1. fin. quib. mod. feud. amittant. Hypol. consi. 7. num. 36. & in Rub. de probat. nu. 23. Deci. consi. 175. post num. 8. Gram. consi. 136. nu. 22. Clar. in §. fin. quæst. 20. num. 6.

8 Sequitur † etiam, quod acta in vno iudicio, contra alterum agitata, alteri non noceant, sed causam ex integro agendam esse. l. sed & si possessori. §. fin. cum l. sequen. ff. de iureiur. l. 1. C. quib. res iudi. non noceat. l. sæpe. ff. de re iudica. c. inter dilectos. §. porrò. de fide instru. Bart. cum suis commilitonibus in l. 2. C. de edend.

9 Sed † respondetur, enim vtrique causa cognita, vno decreto prohibita fuisset mutua conuersatio, & probetur vtrumque contrauenisse, & contempsisse præcepta, potuit iudex iuxta terminos d. auth. si quis ei. vtrunque condemnare: quia clara, & probabilis est illa contrauentio, quæ sensu corporis percipitur. Bart. in l. filiæ textores. de legat. 3. c. quoniam contra falsam. de probat. debebant præceptis acquiescere, alioquin tenebuntur ad pœnam, ex quasi contractu debitam. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. Non amplius quæritur si adulterium per eos commissum sit, sed an præceptis contrauenerint. l. creditor. §. iussus. ff. de appellat. l. 1. ff si quis ius dicen. non obtempe. c. 1. de dolo, & contu. clem. 1. eo. Feli. in c. in literis. in fi. de constit. Neuisa. in verb. monitoriæ. num. 49.

10 Et si † dicatur, differentias esse inter pœnas conuentionales prætorias, & iudiciales, si quidem conuentionalis semper debetur. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat. Aliæ verò nequaquam, nisi prius constet, quod partis verè intersit. l. & si post tres. ff. si quis cautio. l. 2. in fin. ff. si quis in ius voca. non ierit. Glos. in §. alteri. Instit de inutil. stipulat. Ias. in l. 2. §. fin. num. 15. ff. de verbo. oblig. & in d. §. alteri. num. 10.

11 Cæterum † hæc contrauentio omnimodo delictum præsupponit non solum ex contumacia natum, verû ex dicta conuersatione, ex qua generantur præparamenta ad adulterium, puta, visus, & eloquium, tactus, post oscula factum. Gl. in l. quod ait lex. ff. eo. late maiores nostri in Rub. de iudi.

12 Si † enim maritus facta denuntiatione possit adulterum impune occidere d. authen. si quis ei. fortius afficere debet adulteros, & coercere prohibitio à iudice facta cum factum iudicis censeatur factum partis. l. si ob causam. C. de euictio. l. 1. C. si in caus. iudica. Bart. in l. si plus. §. mota. ff. de euictio. Alexand. consi. 112. num. 4. lib. 6. Ias. in l. iuste possidet. ff. de acquir. possess. & in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. num. 2. ff. de re iudic. Deci. consi. 357. num. 1. ad fin. Cra. consi. 248. num. 1. adde Rip. in c. cum M. numer. 153. de constit.

13 Allegabat † iterum heres, maritum fugisse à ciuitate tempore pestis relicta vxore, cui nulla alimenta reliquerat, spreuisse eius infelicitatem, nullámque infimæ cõpetentem curam intulisse. Non esse æquum virum ob facinus suum dotem lucrifacere. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solut. matr. l. si ab
14 hostibus. §. 1. eo. tit. Si † enim non adhibeat medicum & per negligentiam suam moriatur, indignus efficitur maritus. l. 3. ff. quib. vt indig. Ioan. Lup. in Rub. §. 70. num. 24. vel si vxorem à se expellat. Alexan. cons. 78. lib. 5. & consi. 26. lib. 6. Socin. consil. 64. lib. 4. Cra. consi. 253. num. 10. Quamuis ab eius fuisset separata thoro, nihilominus tenetur maritus eam alere vt scribit Alexandri. in c. ex parte. de sponsat. quia non desinit esse vxor. c. 2. de diuor. Iul. Clar. in §. adulterium. num. 17. Dicebat de his fuisse probatum cum clarior non possit considerari expulsio, quam ire foras domum claudere, dimissa vxore. arg. l. Paulus. ff. rem ratam habe. l. de quibus. ff. de legib. Ioan. Lup. in Rub. §. 70. num. 32. Non enim refert quid, ex æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de institu. & substitut. Et quod vna via prohibitum est, alia non permittitur. c. cum quid. de regul. iuris. libro sexto, cum simi.

15 Si abstinuisset † à commercio illius hominis, & alibi honestè vixisset hæc improba vxor, iustè conquereretur, de nimia erga eam mariti sæuitia quod illam tempore pestis improuisam dimiserit: extremóque morbo, extremum non adhibuerit remedium, vt Marcus Tullius inquit,

lib.nfficio.primo.Tiraq.de retract.§.16.gloff.2.num. 13.Sed cum ad prohibitum redierit,& ibi mortua fit. non debet ex peccato auxilium quærere. l.auxilium. ff.de mino.c.nemo ex delicto fuo.de reg.iur.lib.6. Et dum leges inuoeat,contra eas committit.l.confenfu. C.de repud.l.fenatoris filia, cum l.fequent.ff.de ritu nupt. Probatur hanc apud matrem manfiffe per dies aliquot, fed ea dimiffa rediiffe ad vomitū:quia,diffi-
16 cile † eft affueta relinquere.§.pauonum. Inft.de rerum diuif.præfertim mulieribus,quæ nolunt vbi velis,vbi nolis cupiunt vltrò. Tiraquel. in l. 8. num.16. Et ad vetita folent, effe procliuiores.c. de viduis. 27. quæftio.prima.

17 Aliud † obftaculum maritum impedire videbatur, quod vxoris morte,delictum fuiffet extinctum. l.defuncto.ff.de publ.iudi.l.1.ff.fi reus,vel accu.mor.fue. cum mors omnia foluat. §. deinceps in authent. de nupt.l.4. ff.loca. Sed, quotiens lis eft cooteftata,inftantia contra hæredes tranfit,etiam in criminalibus. l.vni.C.ex delict.defuncto.l.pupillum. §.in hæredes. vbi Cagno.num.4.ff.de reg.iur.

18 Præterea , † quotiens pœna à lege impofita, eft amiffionis bonorum ipfo iure, mortuo delinqueote poteft tractari de illo crimine contra hæredes, ad effectum confifcationis,fecundum Glof.in l.3. §.quod autem in verbo,etiam hæredi. ff.quod quifque iuris, & ibi Iaf. num. 2. Bart.io l.3.C.fi pendente appella. mors interue. Clar.in §.fin.quæft.5 t.num.14.Tiraq. in l.fi vnquam.in verbo reuertatur.num.241.

19 Circa † vineam petitam dubium nafcebatur. Ex eo quod hæres probauerit femper remanfiffe in poteftate mulieris, & nunquam traditam marito,qua ratione non dicitur parafernalis, fed tertia fpecies bonorum ad vxores pertinentium. vt docet Bart. in l. maritus.C.de procura.Alexand.confi.144.lib.3. Decius coofi.521.oum.1.2.Rui.confi.222.in prin.lib.1. Cepha. confil.122.in princip. libr.1.fuit conclufum, maritum abfoluendum à reftitutione dotis,condemnandúmque hæredem ad reftitutionem iocalium , & veftium , quas maritus ex prædeceffu vxor. lucratus fuerat , & abfoluendum hæredem à reftitutione vineæ,quæ noo erat parafernalis.

SVMMARIVM.

1 *Tutores debent pecunias pupillares ad honeftum lucrum collocare,fallit.nu. 7.*
2 *Intereffe,etiam iure canonico rectè petitur.*
3 *Tutor , non folum de male geftis , fed & de neglectis tenetur.*
4 *Intereffe,de intereffe non debetur.*
5 *Tutor,quando pro otiofa pecunia teneatur?*
6 *Tutor excufatur , fi pofuerit pecuniam ad exercitium, quod folebat defunctus exercere.*

DECISIO CLXX.

De vfuris pupillaribus non duplicandis.



CIRCA rationes redditas per tutores d. Laurentij Drapenj, nūc doctoris quæftio orta eft, an illi deberent foluere vfurarum vfuras,ob id,quod pecuniam otiofam retinuerant , quam poterant collocare,in emptiones prædiorum, vel penfionum, veloti,fi quingenti aotei fuiffent ab initio in penfiones expofiti, primo anno nafcebantur triginta quinque, fecundo verò anno illi 35. in emptionem pofiti fructum quoque producerent, & deinceps. Diligens paterfami. ita folet facere , nec patitur fuos nummos otiofos effe,quem propterea imitari debent boni tutores & curatores, & fimilem diligennam adhibere. l.à tutoribus.ff.de admini. tu. & quia ita iurant fe facturos.l. legitimos. ff. eo. Quod fi non fecerint,vel
1 pecunias in fuos vfus conuerterint,legitimas præftabunt vfuras , vt Iulianus ait: in l. tutor qui repertorium.§.fi poft. ff.eo.tit.Non enim prohibitum eft tutoribus pecunias pupillares ad honeftum lucrum collocare , ficut permittitur dotem exactam propter inopiam mariti apud mercatorem deponere fub fpe honefti lucri.c. per veftras.de dona.inter vir.& vxor.
2 Iure † itaque canonico habetur etiam ratio intereffe damni emergentis,vel lucri ceffantis.c.dilecti de foro compet. c. peruenit.c. fequent.de fideiuff.c.conqueftus,de vfuris. l. 3. in fin.vbi Bart.ff.de eo,quod cert. loco.Innoc.in c.facro.de fenten. excommu.Panorm. in c.venerabilis,colum.3.verfi. aduerte. de exceptio. & in c.1.& 6.in princip. de offic. delegat. & ibi Feli. Gloff.in l.curabit.C.de actio.emp.& io l.2.C.de vfu. Ioan.Lup.in d.c.per veftras.§.79.per totum. Rebuff. in l.vnica.in præfa.oum.15.cum fimi.
3 Tutor † itaque non folum pro male adminiftratis, tenetur,fed etiam de neglectis.l.fi tibi.C.de tefta.tut. l.tutoris.C.de admi.turo.l.ita autem.§. geffiffe.ff.eo. l.1.& 2.ff.fi tutor vel curat.non geffe.l.fcire oportet. in princip.ff.de excufat.tuto. Soci. confi.2. num.4.5. cum fequent.libr.1.
4 Cæterum, † lex expreſsè prohibet vfuras,ex vfuris exigere.in l.fi.C.eo.l.placuit.ff.eo. l.fi non fortem in princip. ff. de cond. indebit.l.improbum.C.ex quib. cauf.infam.irrog.l.vni.vbi Rebuff.fuper Gloff.dupli. C. de fentent. quæ pro eo quod inter. profe. verba enim de primo actu intelligenda funt. l. boues.§.hoc fermone. & ibi Tiraquell.ampliff.ff.de verb. fignific. Hinc,res femel decimata iterum decimari non debet. Gloff.in l. vni. C. de mulieri. & in quo loco. lib.10. Soci.conf.302.num.5.lib.2.Sicut trebellianica femel exacta à primo hærede , iterum ab alio detrahi non debet.l.1.§.denique.ff.ad trebel.ita,vfura vfuram non pariat. Ne ex litibus,lites oriantur.l.4. §. ait prætor. ff.de re iodi.l.terminato.C.de fiuct. & liti.expenf.l.fi quis.C.de iureiurand.
5 Illud † etiam venit in confiderationem tutorem ita demum teneri pro otiofa pecunia, quotiens probaretur vænalia fuiffe prædia , quæ fecure poterant comparari vt fcribit Bart.in d.§.fi poft.Paul.de Caft. confil.301.num.6.lib.1.Aretin.confil.31. in fin.Bertrand.confi.318.num.1.2.lib.3.Alexand.confil. 200. num.2.3.lib.6.Decius confi.178.in fin.Cepha.confi. 429.num. 68. Et quod otiofa pecunia fufficiens fuiffet pro comparandis illis prædiis.l.ita autem.io prin. ff.de admin.tut.
6 Sunt † qui dicant tutorem ooo poffe expooere pupillares nummos,nifi ad exercitium,quod defunctus confuetus fuerat exercere.vt Gloff.no.in §.fi vero.in authent.vt hi,qui obliga. fe habere perth. res minor. arg.l.fi negotia.ff.de nego.geftis.Bar.in l.Titium,aut Mæuium. §. altero. ff. de adminiftr. tut. Quod tamen in arbitrio iudicis magis videtur confiftere vt perpendat induftriam , & diligentiam eorum , qui in eadem arte verfantur. nam alia vox eft paftoris, alia mercenarij , vt plerúmque magis expediat illas merces vendere , quam extraneis committere oegotiationes , quia rara fides , &c.

Et fi induftriofus non fit totor , fufficit,fi faluam

peca

pecuniam retineat.l.1.§.si defonctus.ff.de rebus eo.l. idémque.§.sed hoc.ff.pro socio.Soci.consil.24.num. 44.lib.1. Sed quia manifestum erat quotidie venales fuisse pensiones, & fundos, conclusum fuit simplex interesse deberi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum extra territorium non extenditur.*
2 *Statuta pœnalia non obligant forenses.*
3 *Proclamata ciuitatum non obligant forenses.*
4 *Statuentes possunt obligare subditos, ne alio loco contrahant.*
5 *Vxor, si donare prohibeatur, alio in loco donando nihil agit.*
6 *Extraneus obligatur statuto loci, in quo contrahit.*
7 *Qui cum alio contrahit debet scire conditionem eius.*
8 *Statutum non debet rumpi per interpositas personas.*
9 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
10 *Mandatum generale non includit delictum.*
11 *Præsumptio iuris, vrgentissimis probationibus tollitur.*
12 *Ciues nouelli excusantur, si statutis contraueniant.*

DECISIO CLXXI.

Declaratur statutum Auenio. quo cauetur, de minoribus non obligandis, sine consensu duorum propinquorum, quid in forensi contrahente contra statutum? casus quotidianus.



MONDONVA Rota Auenionẽsis minor, 26.annis sine suo cutatore promisit Petru bocheto Arelathensi soluere, tricentos aureos ex causa mutui, in chirographo per eum subscripto, deinde in locum villænouæ extta monarchiam ductus, se efficaciter obligauit. Repertus creditor Auenioni instante fisco carceratur, quod contra statuta patriæ contraxerit. dominus vicegerens post plures interrogationes condemnauit illum, vt consentiret cancellationi instrumenti, & nihilominus in triginta aureis fisco erogandis secundum Bullam. Ille appellauit causa nobis committitur, quæritor an bene iudicauerit?

1 Videtur male,† quia, virtus statuti extra territoriũ non extenditur, l.fin.ff.de iuris.om. iudi. c.vt animarum.§.fin.de consti.lib.6.c.à nobis, de senten.excom. l.cum vnus.§.penult. de bonis aucto. iudi.pos.l. 1.in fin.ff.de tuto.& cura.da.ab his. Alexan. consi.164.in princ.lib.6.Cepha.consi.414.num.36.Iacob.butriga. in authen.item nulla communitas.C.de sacro.eccles. Si bannitus inquit, à ciuitate Bononię, vbi non potest testari, nec contrahere, Mutinæ contraxerit, valebit contractus, vel testamentum, quia attenditur statutum loci, in quo contrahitur, l.si fundus.ff.de euictio. l.1.ff.de vsur.

2 Deinde, statuta † pœnalia, nõ solent forenses obligare qui prę sumũtur ignorare mores alterius ciuitatis c.1.de constit.lib.6.c.2.eo.tit. Bart. in l. cunctos populos num.21. & ibi Ias.num. 67. C. de summa trinit.Cur.senior consi. 27. col. 10.versi.secundo præmitto.Deci. consi. 19.in princip.Plo. de in litem iurand.§.7.num.8.Et ne pœnam sustineat, qui ignorans aduersus decretum fecit, l.fin. ff.de decre. ab ordi. faciend.l.si ignorans.ff.loca. Maximè, cum istud statutum sit contra, vel præter ius, quo, non prohibetur cum minoribus contrahere. Nam si læsi illi sint, in integrum restituuntur, toto tit. de minor. Et scribit in proposito Alexan. consi. 16. in princip. & consi. 128.in princip.lib.1. Deci.consi.314.num.6.Cur.Iu. consi.9.in princip.& consi.108.num. 30. Ripa lib.1. res.c.2.num.14.Cagno.in l.fin.num.15.ff.de iuris.om. iudi. Nata consi.514.num.11.& 17.

3 Hic enim † agitur de proclamate olim promulgato, ne quis contrahat cum minoribus, nisi præsentibus duobus consanguineis, vel iudice. cuiusquidẽ proclamatis ignorantiam habere videntur, qui extra locum habitant. vt sunt forenses c.cum inhibito. de clandes. desponsa. Alexand.consi.31.lib.5.Bart.in l.si tutor peritus.C.de excusa.tut. Authen.qui semel.C.quo modo, & quando Iudex. vox præconis paucis innotescit. clem. 2. vbi Cardi. vndecima quæst. de sentent. excommun. l.vetius.ff.de probat. c.ignorantia de reg. iuris lib. 6. Alexand. consi. 37. num. 8. lib. 2. Aret. consi.11. Ias. in l. quandiu. C. qui admit. Cra. consi. 244. num. 4. & consil. 244. num. 4. & consil. 200. num.36.

4 Imò bene iudicasse,† cum expresse dicatur in bulla, etiam si minor extra ciuitatẽ duceretur, & illic contraheret in fraudem prohibitionis. Siquidem possunt statuentes ligare subditos, etiam ad ea, quæ geruntur extra ciuitatem d.l.fin.ff.de decre.l.2.vbi Bald. C. de eunu. l. mercatores l. non solum C. de commet. & merca Bart.in d.l.cunctos populos num.45.Si statu-
5 tum † prohibeat vxori dare marito, non valebit donatio extra territorium facta. Similiter, si prohibeatur mulier cnotrahere sine consensu propinquorum, contrahendo extra, nihil agit. quia potestas statuentium, non coarctatur territorio c.tua & c.si.de cleri. non residen. & s̃.decis.135.

6 Hinc, si alienigena,† minor vel mulier, hic contrahat tenetur obseruare huius statuti solemnitatem vt Bald. inquit in l.si.ff.de iuris.om.iudi.Ias.consi.48.lib. 1.& consi.59.lib.3.Are.consi.54. Rui.consi.260.lib. 4.& consi.69.lib.3.Boe.Deci.242.Rolan.à val.consi. 91.num.30.lib.4.fortius, extraneus contrahens cum minore, & subdito, cui interdicta est bonorum administratio, debet præscriptam legem obseruare, quæquidem lex personam minoris semper sequitur, l.actionũ genera.ff.de actio.& oblig.l.pe. C.eo.l.1.§. si hæres.ff.ad Treb.Ias.in §.omnium num.1.Instit. de actio. Sicut excõmunicatus, quocumq; vadat, maculam secum defert c. quisquis 4. q. 5. Infamis similiter, vel interdictus l.ex ea ff.de postul.l.relegatorum. §.interdicere.ff.de interd. & relega. l. Iulianus. ff. de cura.furio.Alex.consi.41.num.6.lib.5.Idẽ in sententia, quę suos in omnibus locis parit effectus l.1.C.vbi de cri.agi opor.c.fin.de foro compet.Ita, minor recedendo à sua ciuitate aliò se conferens, secum defert contrahendi prohibitionem, vt cum alio, siue sciente, siue ignorante conuenire non possit, l. is cui bonis. ff. de verbor.obliga.

7 Huius † etiam forẽsis excusatio supina esse videtur, quod dicat ignorasse conditionẽ eius, cum quo contrahebat l.qui cum alio.ff.de reg. iuris. Et patria sunt scire, vel scire debere l.quod te.ff.si cert.peta. l. si paternus vbi Bart. ff.de confir. tutel. c. innotuit. de electio.Alex.consi.60.nom.1.2. lib.5. Cagno. in d.l.qui cum alio.num.2.3.Non est prudentis dicere, non putaram.l.inciuile.C.de fur.

8 Et si † ita impune liceret, daretur via euitandi statutum per ioterpositas personas, proinde, ciuis forensis nomine contraheret cum minore, & ipse esset verus creditor, provt hic factum videmus. Cum

Bochetus non fuerit in chirographo, nec in obligatione, sed quidã alius Auenionensis Bocheti nomine, Ideo, vana omnino redderetur statuti prohibitio, contra.l. non dubium. C. de legib. Et quod vna via prohibitum est, alia via non debet esse permissum.c. cum quid.de reg.iur. lib. 6. Nocet præterea huic forensi, quod cõtractum huiusmodi ratum deinde habuerit, cuius rati habitio, retro trahitur, & perinde, ac si ab initio ipsemet contraxisset.c.rati hab.de reg.iur.
9 lib.6.l.licet.C.de procura. Et † qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.c.qui per aliũ.de reg.iur.libr. 6.l.is damnum dat. ff. eo.l.1.§.deiecisse. ff.de vi, & vi arma. Ideo, sicut ille ciuis si suo nomine contraxisset, incidisset in statutum ita, cõtrahendo nomine forensis, forensem lædit.l.aut qui aliter.in fi.ff.quod vi, aut clam.l.si quid eo quod.vbi Deci.num.35.cum seq.ff. de iurisf.omni.iud. Aduerte, si Bochetus mandasset, vt minori pecunia crederetur, perinde esset, ac si ipse contraxisset. Sed non constat quod specialiter mandauerit. Sed generaliter quod suas pecunias crederet idoneis, & de his negotiaretur.

10 Vnde † in generali mandato non censetur mandasse contra leges vel statutum ciuitatis.l. si procurator. ff.de condict.indeb.l.merito.ff.proc.socio.l.si socius. ff. si cert.peta.omnes in l. 3. §. si procurator.ff.quod quisque iuris.l.pen.ff.quę in fraud.credtr.Alex.consi. 33.num.4. lib. 2. sed quid dicendum? Neruus huius decisionis consistit, an ille sciuerit statutum ciuitatis iuxta doctr.Bart.in d.l.cunctos populos.nu.21. Probatur, sæpius venisse redisse, emisséque merces, & vendidisse. Auenione contraxisse societatem cum vno ad quem cura carnis pertinebat per duos annos. Ex quibus arguebat fiscus sciuisse mores patriæ. c.quanto.c.quosdam.de præsumpt. c. postquam. de electio. Alex.consi.41.num.7.lib.5.& consi.165.num.2. lib. 6.Cra.consi.151.num.24.

11 Cæterum, † cum ille iuris præsumptionem habeat. d.c.ignorãtia, vrgentissimis probationibus siue præsumptionibus scientia probanda esset. l. fin. ff. quod me.caus.Deci.consi.400. col.3. & consi.597.num.4. Cepha.consi.359.nu.76.Cra.consi.124.in fi.& consi. 134.num.10. Et præsertim, vt iam dicimus non probetur hic traxissę motá, sed interpolatis vicibus, non per continuum annum.l.fin.§.quotiens.& ibi Bart.& doct.ff.de publicia.

12 Hinc † ciues nouelli contrauenientes statutis excusantur propter eorum præsumptam ignorantiam. l. qui cum vno. §. fin. l. qui comeatus.§.tironi.ff. de re mili.l.si adulterium cum incestu.ff.de adulr.Feli.in c. à nobis.in princip.de except. Roma.consi.491.num. 1.Boeri.decisio 260.num.2. fuit conclusum bene iudicatum circa cancellarionem, male vero respectu pœnæ, à qua fuit absolutus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, potest sibi soluere.*
2 *Vxor præsumitur scire facta mariti. Imo non, contra Cor. & Craue. 4.*
3 *Ignorantia præsumitur.*
5 *Tacens, qui scit ius sibi competere, non sibi præiudicat.*
6 *Legati fructus, quando, & qualiter debeantur?*
7 *Hæres potest vsucapere legatum, tacēte legatario per 30. annos.*
8 *Legatæ rei dominium, recta via transit in legatarium à die mortis.*
9 *Legatum speciei, & legatum quantitatis differunt.*

DECISIO CLXXII.

De vsuris, & fructibus legatorum, & interpellatione facienda.



PATER, filiæ suæ legauit octingentos aureos, nepotem ex filio pupillum hæredem fecit, maritúmque filiæ, cum alio tutorem designauit. Tutor ab initio suæ administrationis scripserat in libro rationum tutelæ, & in parte expositorum, accepisse legatum, vxoris nomine & ob id, detrahendam esse summam de hæreditate. Non apparet de acceptatione legati, per vxorem facta, nisi quod mortuo marito, & iam redditis rationibus per contutorem illa conquæritur, quod legatum non habuerit. Quæritur à quo legatum petet?

Hæc quæstio, est satis implicita. Si quidem constat hos tutores dubios esse in facultatibus, & male versatos. Si valuit acceptatio per maritum facta, vxor contra hæredem agere non poterit, cum iam legatum soluerit, sed contra mariti bona: tam pro legato quam eius fructibus, licet dubia sit opinio circa fructus. vt suprà dicimus decisi.18. Si verò nunc legati acceptatio fieret, contra hæredem agendum est, & pro legati fructibus. Et tunc hæres, & summam, & legati fructus à tutore consequeretur, quia diceretur non soluta, & remansisse in hæreditate, & augeret reliquationem. Sicut econtrario minus restitueretur à tutore pupillo, si ab initio tollatur legatum de globo hæreditatis, cum accessoriis fructibus.

1 Et † videbatur legatariam non posse ab hærede petere, cum iam illud fuerit consequuta. Certúmque sit tutorem posse sibi soluere, etiam absque iudicis decreto.l.fistulas.§.sciendum. ibi, dici tradere te tibi possessionem posse. ff. de contra. emptio. l.cum ipse, C. eo.tit. de Afflict. decisi. 13.num. 14. Sicut potest dominus de peculio deducere, quod sibi debetur.l.peculium.ff.de pecu.idem inquit Ang. ibi, in quocunque administratore, creditore.

2 Præsertim, † cum præsumatur vxor sciuisse factum mariti. vt Cor. consi. 165.num. 28. lib. 2. vbi ait, esse verisimile vxorem habere notitiam, bona mariti esse emphiteoticaria. Sicut coniunctus, præsumitur scire facta coniuncti.l. octaui. ff.vnd. cogna. l. de tutela. C. de in integ. restit. Corneum sequitur Cra. consil. 151. num. 24. Et cum de re ad vxorem pertinente ageretur, credendum fuit maritum non celasse vxori acceptationem. arg. l.id quod nostrum. ff.de reg. iuris. l. merito. ff. pro socio.l.in re mandata. C. mand. hinc, socius præsumitur scire ea, quæ à socio geruntur.c.postquam.de electio. Bald. consi. 295. num. 2. lib.3. Deci.consi. 583. num. 3. Craue. consi. 108. num. 3. Et cum sit viri socia, duóque in carne vna.c. hæc imago. c. cum caput 33.quæst. 5. l. aduersus. C. de crim. expila. hæredi. c. vna quæque 13. quæstio. 2. c. quos Deus.33. quæstio. 2. vnde si bona sit acceptatio, non posset nunc contra hæredem agere. c. quod semel placuit de reg.iur.libr.6.

3 Mulier, † timens ne inanis sit actio, quam excluderet inopia debitoris. Negabat sciuisse, sed ignorasse prout regulariter præsumitur. c. ignorantia. de reg.iur.non esse probatam scientiam, saluam habere actionem contra hæredem.

Ad consil.Cor. † dicebat iniquum, & damnosum
4 mulieribus vt pote quæ, non sunt solitæ scrutari libros rationum suorum maritorum, sed tantum tractare quotidiana negotia domus. Olim apud Romanos

nos inter alia nuptiarum solemnia, dum spōsa in domum mariti ducebatur in ipsius primo ingressu, sibi offerebatur clauis. vt intelligeret se rei domesticæ curam suscipere, & res domesticas custodire debere. refert Sex. Pomp. hinc, vxores dominas domus appellamus secundum Bart. in l. Titia cum testam. §. fin. de lega. 2. & consil. 56. Bart. fecit testamentum. quia, domi se continent. l. 1. C. de offic. diuer. iudi. Nec expedit vt calendaria, & maritorum secreta pandantur vxoribus. quod earum genus sit garrulum, & muta cicada, pro miraculo est, ita silentium in fœmina. l. filia in orbitate. ibi, ex momentaneis voluntatibus. C. de inoffi. testam. Tiraquel. in 10. l. num. 1. vsque ad 7. & in l. 9. num. 129. Et quamuis sciuisset, non tamen obligaretur propter præsumptum erga maritum metum, verendo illi displicere. arg. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rerum actio non dat. Et ne huius rei occasione inter eos nasceretur discordia. l. repræhendenda. C. de insti. & sub.

5 Vlterius, † tacens, qui scit ius suum saluum fore, tacendo non sibi præiudicat. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel Hypo. taci. contra. Feli. in c. inter. circa fin. de re iudi. Rub. consil. 125. num. 5. Cepha. consil. 445. num. 28. Sciebat etenim hæredem semper ad legatū teneri. §. hæres. Insti. de oblig. quæ ex quasi contract. nas. Nec obstabat quod consuluit Cor. si quidem iudicatum videmus contra. à doctissimis antecessoribus meis, agente nobili Clemente de Perusiis contra. no. Isabellam de Luna vxorem Philippi de Perusiis. quæ excusata fuit à commisso, non obstante per maritum facta recognitione, visis scriptis meis. Domini fuerunt opinionis legatariam posse nunc legatum petere ab hærede, salua hæredi actione agendi contra tutorem. pro summa, & fructibus.

6 Sed dubium est † an legataria post decem annos à tempore aditionis, possit etiam nunc legati vsuras petere? propterea quod hæres non fuit in mora, ante interpellationem, & acceptationem, licet sciat legatum relictum. Possitque illud præscribere tacente legatario per 30. annos. vt Balb. no. in tracta. præscript. 2. part. 3. par. num. 70. Socin. consil. 63. num. 7. vers. sic. præterea. lib. 1.

7 Nec † ad legatarium pertinet ante acceptationem irreuocabiliter. fortè, nō curat habere. l. 2. §. sed quotiens. ff. ad Trebel. vel non expedit acceptare propter varias causas, quæ possunt accidere, cur non capiat. l. quia poterat. ff. ad Trebel. §. neque tamen. Insti. de auto. tuto. l. minoribus. ff. de mino. Nec dicitur in malafide præscribens antequam sit ius acquisitum legatario. Agatúrque de iure quærendo, non de iam quæsito, inter quæ, longa est differentia. l. non amplius. l. filius. de lega. 1. l. seruus. C. de pact. Et si hoc velit habere, cur non petit? petite, inquit dominus, & accipietis. Et iterum. Ne quid expectes amicos facere, quod per te queas. quasi verò hæres teneatur solicitare legatarium vt legatum capiat. l. magnam. C. de contra. empt.

8 Licet † præterea rei legatæ dominium transeat in legatarium. l. à Titio. ff. de fur. l. si tibi homo. §. cum seruus. de lega. 1. debeantúrque fructus legatario rei legatæ ab adita hæreditate. l. Herennius. ff. de vsu. l. quæsitum. ff. de acquit. rerum domi. l. 1. & ibi Bald. C. de vsu. & fruct. lega. l. cum res legata. de lega. 1. Socin. Iu. consil. 182. num. 21. lib. 2. Couar. in cap. Raynald. §. 1. num. 1. Manti. lib. 7. tit. 10. num. 31. Et ob id habeat etiam actionē realem, quæ solis dominis datur. l. 1. & 2. C. commu. de lega. doct. in l. 1. & ibi de Rip. nu. 48. de lega. 1. Et per communes iuris regulas, quibus cauetur, quotiens ipso iure aliquid defertur, statim eo tempore fructus debeantur. nō expectata petitione, aut litiscontestatione. vt decidit Gloss. in §. 1. in verb. imminere. in authen. de incest. nupt. per l. cum qui. ff. de his, quib. vt indig. Tiraquel. latè in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 268. Et ita videbatur
9 hæredem teneri etiam ad legati fructus. Quod † non est verum. Nisi fuisset in mora. Quia, differentia est inter legatum quantitatis, & legatum speciei. Legata enim quantitas non transit ipso iure in legatarium. tanquam genus, propter incertitudinem. l. sed & si certos. l. nō amplius. §. fi. l. si quis bonorum. de lega. 1. Ideo, interpellatione opus est. l. Titia Seio. §. vsuras. de lega. 2. l. in minorum. C. in quib. caus. resti. in integ. non est necess. Ang. Aret. in §. nostra. num. 6. Instit. de lega. Tiraquel. vbi s. num. 270. Cepha. consil. 610. nu. 52. cum sequen. huic seruit. l. nummis. ff. de in litem iuran. l. in quartam. ibi, sed si accepta pecunia. ff. ad l. Falcid. Nisi, quando pecunia sicut species legaretur. veluti, illa, quæ esset in arca vel sacculo. l. 1. §. si decē, quæ in arca. ff. vt in pos. lega. d. l. sed & si certos. l. cum res legata. & ibi Areti. num. 2. Ias. num. 5. de lega. 1. fuit conclusum, hæredem non debere fructus, nisi à die interpellationis.

SVMMARIVM.

1 *Conclusione facta in causa, non licet facere nouas probatio.*

2 *Executio facta super interesse non liquidato, non valet, Imo valebit. num. 5.*

3 *Debitor, non dicitur in mora, si pecunia iussu iudicis fuerit arrestata.*

4 *Ocularis inspectio fieri potest, etiam post conclusionem in causa.*

6 *Plus petere non dicitur, qui vtitur clausula, saluo iure superflui.*

7 *Debitor post moram tenetur de casu fortuito, etiam si res periisset eodem modo apud creditorem. num. 8.*

DECISIO CLXXIII.

De oculari inspectione loci contentiosi, quæ fieri potest, etiam post conclus. in causa. de mora, casibus fortuitis. casus quotidianus.

PROCVRATOR Illustr. Marquionis de Vigena carceres impetrauerat cōtra Claudium Mutonum colonum suum, ob non solutas pensiones ascendentes ad mille, & quadringētos aureos, saluo iure detrahendi quod soluisse legitimè probaretur. Necnon propter depopulationes, & pacta non obseruata. Portato processu, & iam viso, petit vt dominus cōmissarius visitet locum, videátque quam male versatus sit in conductione. Iuxta terminos. l. si irruptione. ff. finium regundo. Carceratus opponit, id fieri non debere, sed iudicandam incarcerationem ex eisdem actis. Et pendere litem super depopulationibus, in alia instantia, in qua petat, si velit visitationem, quæ modo causam carcerationis tardare non debet, ne interea carceratus languescat.

Non esse † licitum post cōclusionem in causa nouas facere probationes, vt sit litium finis. c. de testib. cap. cum dilectus. cap. cum Ioan. de fide instru. c. pastoralis. de causa pos. & pro. l. 1. C. de relatio. Ias. in l.
1 admonendi. num. 318. Nunc clausa est ianua, sat prata bibere. imputetur actori, qui renuntiauit probationibus.

bus.l.3.§.idem scribit. ff. de peculio. l. quæritur. §. si venditor. ff. de edilic. edict. cap. quam periculosum. 7. quæst. 1. autbent. qui semel. C. de proba. Hypol. in §. sequens. num. 14. vsque ad 40. vbi enarrat multas huius renontiationis vites, quibus ostenditur non licere litigantibus retrocedere, & omissas repetere probationes.

2 Secundò, † male obtentam carcerationem, cum prius debuisset creditor, de interesse, & damnis facere liquidationem. l. hæc autem. §. 1. ibi, liqueréque prætori. ff. ex quib. caus. in pos. ea. Ias. in l. 1. num. 32. ff. de edend. de Afflict. decis. 231. & 358. nu. 5. quamuis habeat publicum instrumentum quod non habet executionem, nisi super liquidis & discussis prius, & illis, quæ in instrumento leguntur. Bart. in l. per diuersas. C. manda. Alexand. consil. 188. num. 1. lib. 2. & consil. 4. nu. 4. lib. 3. Decius consil. 122. & consil. 109. & consil. 682. num. 9. Socin. consil. 4. num. 3. libro 1. Cra. consil. 164. num. 1. Roland. à Val. consil. 20. nu. 8. Et paria esse, aliquid non esse, vel non apparere. l. quidam. ff. de fur. l. in lege fundi. ff. de contra. empt. & decreta super incertis petitionibus laxata nullius esse momenti. l. 1. & toto tit. C. de sentent. quæ sine certa quan. profer. §. curare debet. Instit. de actio. Augetur etiam iniquitas carcerationis. Quia, facta collatione de debitis, & solutis, remanet solum debitor in centum, & quinquaginta aoreis, & tamen non erubuit petere mille, & quadringentos. incurrisse pœnam contra plus petentes.

3 Et postremò † allegabat, instantibus consulibus loci in quo situm est rus, mandato iudicis retentas fuisse pecunias, quæ deberentur Marquioni vsque quo solueretur dispartita summa, quæ ratione illorum bonorum reipubl. debebatur. de quibus certiorem fecit procuratorem ideo non debuisse spreta iussione magistratus attentare carcerationem. l. 1. ff. si quis ius dicen. non optempe. c. non solum. de appel. lib. 6. ad boc pertinet regula. l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstra. l. 3. §. 1. ff. de sta. lib. præceptum iudicis impediuisse solutionem cui necesse parere tenebatur. cap. quod quis mandato. de reg. iur. lib. 6. l. iuste possidet. vbi Ias. num. 1. 2. 3. ff. de acquir. posses. l. quamquam. in princip. ibi, si iussu iudicis compulsus. ff. de aqua plu. arcend. l. si quis id quod ibi, vel ab ipso prætore iussus. ff. de iuris. omnium iudi. vbi Ias. num. 32. Si debitor promisit soluere sub pœna, & iudex præcipiat ne soluat excusabitur à pœna. l. mulier. vbi est casus. ff. de lege com. Et ab omni mora, si iusta causa intercesserit. l. si quis solutioni. ibi, non videtur fecisse moram. ff. de vsuris. Rip. in l. quod te. nom. 55. ff. si cert. peta.

4 His non † obstantibus, alius instat, vt oculata fide videatur damnum: quod illatum est prædiis, & arboribus & qualiter promissas arbores non plantauerit, & cætera, quæ tanquam notoria possunt videri, etiam post conclusionem. cap. quoniam. vbi Gloss. in manifestis ordo iuris non est obseruandus. de filiis præsbi. cap. euidentia. de accusa. c. peruenit. c. pro posuit. de appella. Barba. in cap. pastoralis. col. 30. de causa pos. & prin. Hypol. in d. §. sequens. num. 41. quod multis comprobat exemplis. Et quia, hæc probatio verior sit cæteris, & efficacior. contra quam leges, & statuta non possunt. secundum Glo. in c. ad nostram. 3. de iureiurand. Bald. in l. contra negantem in fi. C. ad l. Aquil. vbi, si steterit iuramento damnum passi, non obstante iuramento peti potest vt locus videatur. & si appareat nullum esse damnum, absoluendus est reus. Aliæ siquidem probationes, quæ instrumentis, vel testibus fiunt, ciuiles dicuntur. Ista verò naturalis quæ oculis videri, & palpari potest, quæ neque figmentis, neque vllo exquisito colore mutatur. aliæ vtique. Roman. consil. 14. nu. 5. Hypol. in §. secunda. num. 22. cum sequen. Imò verò propriam confessionem tollit. si quis hominem occidisse fateretur, & paratus sit viuentem ostendere, cessabit Aquil. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. & multa alia, per Hypol. in Rub. de proba. à num. 157. vsque 174.

5 Potuisse † facere executionem pro interesse etiam ante liquidationem. sufficit si lite pendente fiat. iuxta doctri. Bart. commu. approba. in l. 1. nu. 8. ff. de eden. vbi Paul. de Castr. num. 9. Ias. num. 31. & Bart. in l. 1. in fin. de lega. 2. in l. 2. C. de sent. quæ sine certa quan. Roma. consil. 76. num. 3. Socin. Io. consil. 136. num. 3. lib. 2. Cagno. in Rub. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. num. 5. Ias. in §. curare debet. nu. 54. 57. Insti. de actio. Aufre. decis. 367. Deci. consil. 389. num. 11. Licet tempore executionis certum nō sit. tamen habita consideratione, quod cito certificabitur, certum dicitur. l. certum. ff. si cert. peta. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. Ias. in §. fuerat. num. 62. de actio. sufficit, si in processu liquidetur. Rebuf. in l. vni. Glo. in aliis. num. 36. C. de senten. quę pro eo quod interest. quod istud semper practicatur.

6 Non tamen † caret dubio, si quidē sunt alij multi contrarium sentientes propter rei petitæ incertitudinem. & cum sit in potestate actoris, quando velit, vt veniat instructus, & certos. l. is qui in alterius. ff de regul. iuris. Omnisque generalitas confusionem pariat. l. legato generaliter. de lega. 1. cum multis aliis. sed tutius esset in hac scribentium varietate, tenere distinctionem Ioan. Fab. in d. §. curare debet. & Ioan. de Pla. ibidem. videlicet, quotiens interesse, vel fructus principaliter peterentur, necessaria esset præambula liquidatio ante executionem. quia tunc omnino incerta esset petitio, vaga, & inconstans. Si verò accessorie, veluti decem modios tritici, cum interesse, liquidatio huius, (quanti plurimi valuit, à tempore moræ) poterit fieri lite pendente. & post executionem. Nata consil. 659. num. 12. Couar. varia. resolu. cap. 1. num. 2. in fin. Cacbera. decis. 125. num. 12. 13. sed ista respiciunt materiā principalem carcerationis.

7 Et non nocere, † quamuis facto calculo, longè minus deberetur, quam petitum ab eo sit. tamen quia petitor se restrinxit ad id, quod vere deberetur, non dicitur plus petiisse, virtute clausulæ, saluo iure superflui, quæ solet excusare petitores ab expensis litis. vt scripsit Ias. in §. si quis agens. num. 3. Instit. de act. Purpu. in l. edita. num. 197. C. de edend. Neuisa. consi. 94. num. 14. Lodo. decis. peru. 51. in fin.

8 Nec arrestum, † quod de pecuniis debitis factū est tribuere potuit excusationem, ex eo quod, debitor fuit in mora soluendi, & si soluisset in termino cessasset arrestum. sibíque soli, non creditori nocere debet mora. l. in condemnatione. §. vnicuique. ff. de reg. Iuris. l. qui decem. in princip. ff. de solutio. l. mora. ff. de verb. oblig. l. vinum. ff. si cer. peta. l. si in Asia. §. fin. ff. deposi. hinc post moram tenetur de casu fortuito. l. quod te. ff. si cert. peta. l. si seruum. l. si ex legati causa ff. de verb. oblig. & in terminis nostris. l. creditor. ff. de solut.

9 Replicabat † debitor, nullum propterea damnum contigisse creditori, cum ipse verè deberet reipubl. retētas pecunias, cui necesse tenebatur soluere etiam cessante arresto. Itaque, nō erat tua, illa pecunia, quæ aliis debebatur. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signif. Nec videor contraxisse moram, pro re tibi soluenda,

uenda, quæ tua non erat. iussúque iudicis detenta. Respondebat creditor, redde quod debes, aliena ne curaueris.l.in re mandata. C.mand. forsitan non erat debitum, vel plus debito petebatur. aduersus quem petitorem, poteram meas exceptiones proponere. & non spoliatus causam meam discutere. sicut nunc facio, qui fuisti causa amissæ possessionis meæ. §. commodum. Instit.de interd. Et præsertim, quia, debitor post moram tenetur de casu. etiam si res promissa, eodem modo fuisset peritura, penes creditorem. l. cum res. §.fin.de lega.1. l.cum filiusfamil. §. fin.ff.de verbo.oblig.l.si filio.§ post diuornum. ff.solut.mat.l. qui decem.ff.de solu. secundum communem opinio. maiorum nostrorum.in d.l.quod te.vt ibi Iason attestatur. num.27. de Rip. num.28. Et ita nocuit mora creditori, cum fuerit huius aresti causa. sed excusat debitorem, quod alius omnimodo tenebatur soluere reipubl. nummos. hinc nascitur illa quæstio alta, & difficilis, si quis soluerit tytanno post moram sit excusandus? de qua per Bartol. & doct. in d.l.creditor. Deci.consil.25.Ancha.consil.64.Bald.consil.228.lib. 2.Et inter cæteros casus, quando mora præcessit, non esse excusandum debitorem.l.si vt certo. §. sed interdum. ff.commo. l. si ex legati causa.decidit post alios de Afflict.decis.150.num.31.

Sed quid agendum? maior pars obtinuit, prius locum esse inspiciendum oculis, vt deinde in materia carcerationis iudicetur, prout iuris fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum non currit, nisi facta acceptatione per iudices.*

2 *Compromissi prorogatio intimanda est litigatoribus, & à tempore intimationis currit terminus.*

DECISIO CLXXIIII.

BARTHOLOMÆVS cupiens sibi melius consulere, & morosas contestationes eitius expedire, recurrit ad Vicelegatum, & petit litem, quam habet aduersus fratrem delegari, vni ex auditoribus Rotæ, quæ mihi commissa est. vocatus frater dicit, causam præuentam in curia ordinaria. Ostendens compromissum factum à partibus. Alius respondet, expirasse arbitrium quod vnius erat mensis, & iam elapsos duos annos.

1 Fuit dictum, † causam remittendam nominatis iu-
dicibus. quia, non constabat, eos suscepisse iudicium.
l.si de meis. §.suscepisse. ibi, qui iudicis partes susce-
pit, finémque sua sententia controuersiis impositu-
rum pollicetur. ff. de arbit. Et non currat terminus,
nisi facta acceptatione. forsitan nolunt electi, illud
onus sumere. quoniam hæc res libera est, & extra
necessitatem iurisdictionis posita. l.3.§.tametsi.ff.eo.
Et dicitur res inter alios acta. quæ ad alios non ex-
tenditur. nisi consenserint. l.si vnus.§.ante omnia.ff.
de pactis.Glo.& Bald.in l.si cum dies.§.fin.ff.de arbi.
Alexand.consil.34.num.4.lib.1.Soci.consil.87.nu.1.
lib.4.Boët.decis.287.nu.1.doctor.ampliss. in l.si quis
arbitratu. ff. de verbo.oblig. & in cap.quintaualis.de
2 iureiurand.Adeo, † vt si postea per arbitros proroge-
tur, à tempore notificationis factæ litigantibus, inci-
piat currere.l.2.C.vbi in rem actio.l.Labeo.vbi Bart.
& Ias.num.1.ff.de iureiurand.Alex.consil.34.num.6.
lib.1.Cur.senior.consil.31.num.2.& consil.32.nu.3.
& latius per Molin.ad consil. Alexand.34. libro 1.&
Boët.in d.decis.287.

SVMMARIVM.

1 *Patris præsentia, supplet propinquorum præsentiam.*

2 *Pater, simul cum filia contrahendo, satisfacit statuto, quo cauetur filiam non posse obligari, sine consensu patris.*

3 *Patri, per filiam facta renuntiatio, valet sine consensu propinquorum.*

4 *Prædium dotale, an dicatur in sponsa nondum cognita.*

5 *Disposita in vxore, an habeant locum in sponsa?*

6 *Alienatio fundi dotalis valet mediante iuramento.*

7 *Equi diuæ Iunonis celeri volantes cursu.*

8 *Pater contrahendo, non potest fungi vice duorum.*

9 *Nemo potest duobus dominis seruire.*

10 *Metus reuerentialis magnæ virtutis, qui non tollitur præsentia propinquorum.*

11 *Pretium an sit restituendum, quando à contractu receditur?*

12 *Res minorum alienari non possunt.*

13 *Emptor debet probare pretium versum in vtilitatem minoris.*

DECISIO CLXXV.

Statutum prohibens sine consensu propinquorum contrahere, an habeat locum, quando illa persona contraheret, simul cum patre? frequentiss. casus.

PATER, simul eum filia domum, quæ ad filiam pertinebat, vendidit. & vterque de euictione promittit. sed pretium recepisse confitetur filia, quæ se viduam in contractu nominauit, & tamen prius contraxerat sponsalia, per verba de futuro. dederátq; in dotem sponso omnia bona sua, iura, & actiones. Consummato matrimonio maritus agit ad nullitatem venditionis, multis rationibus. primo, quia, fundus dotalis per legem Iuliam alienari non potuit, deinde, cum minor esset sponsa, non poterat sine consensu duorum propinquorum alienare, secundum statutum. & sine iuris solemnitatibus. Minúsque in præiudicium mariti absentis, & ignorantis.

1 Emptor † allegabat præsentem fuisse patrem, qui
suppleuit defectum propinquorum. Cum nullus sit
amor, qui vincat paternum.l.fin.C.de cura.fu.Neque
alius, qui melius consilium capiat pro liberis, quam
pater.l.nec in ea. ff. ad l.Iul.de adulte. Aut melior sit
amicus. l. quidam cum filium. cum ibi not. ff.de hæ-
redi.instituend. Imò, plus filiũ diligit, quam se ipsum.
l.isti quidem. §.fin. vbi Glo.ff.quod me.causa. Tiraq.
in præfa.l.si vnquam. nu.8. de quibus plena sunt vo-
2 lumina, & veterum, & nouorum. Hinc † si statutum
dicat, filium non posse obligari sine consensu patris,
simul cum patre contrahendo, obligabitur. vt Bald.
scribit.in l.fin.versi.dicit statutum. C. ad Macedo. in
c.cum Beltaldus.nnm.11.de re iudi.Bart.in l.cum pa-
ter.§.libertis.de lega.2. Deci. consil.418. num.6. Ri-
3 minal.consil.282.Imo, † si filia patri renuntiaret, pro-
pter naturalem affectũ quem pater in eam gerit, non
præsumeretur voluisse filiam decipere. vel illi dam-
num afferre. vt Bald. in l.pactum.2.quæst.C.de colla.
vbi Ias.num.5.Deci.num.6.Roman. & Alexan. in l.si
quis mihi bona.§.fin.ff.de acquir.hæredi.Alex.consi.
106.in fin.lib.1.& consi.29.num.12.lib.3.Fra.in cap.
quamuis.3.not. de pact. lib.6.Ias. & Alciat.in l.trans-
actionem.C.de transact.

4 Negabat † præterea domũ venditam fuisse dotale prædium,

prædium, quod per legem Iuliam prohibeatur alienari. cum tempore venditionis, data non essent corpora.neque consummatum matrimo. Aliud esse matrimonium,aliud sponsalia.l.si quis officium.ff.de ritu nuptia. Et disposita in vxore, non habere locum in sponsa.l.solet.§.1.ff.de his,qui notan.infa. cum sine matrimonio,dos esse non possit.l.3.ff. de iure dotium. Cessétque ratio priuilegij in sponsis solis.l.assiduis. ibi, quis earum non misereatur propter partus pericula,& obsequia,quæ malis præstant. C. qui potio.in pigno.hab.l.1. ibi, cum ad sobolem procreandam.ff.solut.matr.Et per multa iuris exempla,quibus cauetur, vnum ab altero differre. not.in Rub. solut. matrim.in l.2.§.sponsa.ff.de priuil.credito.Bald. Nouel.7.par.priuil.15.

5 Et vlterius, † mulierem posse alienare fundũ dotalem mediante iuramento,vt no.omnes,in c.quamuis.de pac.in cap.licet mulieres.de iureiuran.& commu.attesta. Riminald. in §.1. Instit. quib.aliena.licet vel non.num.208. cum sequen.

Sed an propriè, vel non dicatur dos ante matri. consummatum. & consequenter disposita in dote habeant locum in sponsalibus. hæc latius à nostris maioribus circunferuntur in præallegatis locis. & in l.cum fuerit. vbi Socin. ff. de condi. & demonstra. si moriatur sponsus, vel sponsa, an superstes lucretur, quod ex pacto,vel statuto debetur? Cano.in c.tertio loco. de præsumpt. in c.ex publico. de conuers. coniug. Feli.in Rub.de sponsa. Rip. in Rub. solut.matri. num.60. Istæ, & similes quæstiones videntur positæ in planicie venti,quæ huc,atque illuc diuagãtur nullo coercitæ obstaculo. Ita,vt vterque suam dicat esse communem. sintque inter se variantes interpretes, contrarij multi. Quæso,quomodo in his,& mille similibus iuris articulis, firmum consilium nostrum, iudiciúmve esse poterit? Imo anceps, & volabile.

6 Sicut † apud poëtã dicitur de equis diuinæ Iunonis, inter cœlum, & terram celeri volantibus cursu. Quos, sicut retinere non potes, ita inquam plurimis nostrorum cogitationibus firmare iudicium difficillimum est.sed interea (doleo) patitur animus,& maceratur. Igitur omissa omni tediosa farragine.

7 Certum † est domum illam esse dotalem,cum dotis causa data sit, in illa generali assignatione bonorum, & iurium quam fecerat mulier. l. semper in generalibus.ff.de reg.iuris. Quam propterea neque pater,neque eius filia,potuit vendere lege Iulia ita prohibente. l.4.ff. de fund. dota.l.non sine. C. de bonis, quæ lib.l.si sponsa.ff.de iure dotium.Et multo minus nescio, & ignorante marito, de cuius interesse agebatur,ne indotatam haberet vxorem. l.pro oneribus. C.de iure do.l.id quod nostrum.ff.de reg. iur. Etiam si liceret mulieri iurando fundi dotalis facere alienationem. hoc nihil ad maritum, qui aliorũ factis grauari non potuit.l.si cõstante. C.de dona. & tanquam res,inter alios acta.

Non obstat † præsentia patris. quia,non tanquam
8 pater,sed tanquam cõtrahens præsens ipse fuit. Sicut de episcopo dicimus,qui,vbi est in capitulo,non tanquam episcopus, sed tanquam canonicus reputatur. cap.à collatione.de appella.lib.6. Statutum loquitur de præsentia,non de contrahente. Ideo contrahendo simul cum filia, nõ est satisfactum statuto. cuius verba propriè intelligenda sunt. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gestis. vnus dominorum dicebat patrem in casu huiusmodi nullum habuisse commodum. sed, vt facilius emptorem inueniret séque de euictione obligauit. Et si cognouisset non fuisse vtile filiæ,nõ vendidisset, & ita militat ratio pietatis paternæ erga filiam ne decepta videatur. Ego verò,patrem nõ posse fungi vice duorum. scilicet contrahentis, & consensum præstantis. vt agens,& patiens simul ille sit. c.fi. de institu.c.debitũ.de baptis.l.si consul.ff.de adoptio.

9 Hinc † dominus in euangelio, non potestis duobus dominis seruire. Quis scit, si pater ex pretio participauerit? vel forsitan totũ habuerit? ex no.in l.si cum dotem.§.transgredia.ff.solut.matr. Cur.consil.53.per to.Boet.decis.33.num.10.vel quo modo vtilis potuit esse venditio. Cum non appareat pretium cõuersum in filiæ vtilitatem? Imo,illa pecunia simul cum sponsa perijt. iuxta.l. si sine hærede. §. interposito.ff.de admi.tuto.

10 Magna † siquidem vis est metus reuerentialis filiorum erga parentes.not.Glo. in l.1.§. quæ oneradæ.ff.qua.rerum actio non detur.Bald.& alij multi in l.interpositas.C.de transact.l.veluti.ibi,vt patriæ,parentibus pareamus. ff. de iustit. & iure.l.bonori.ff.de obseq. à lib.paren.præs. Adeo, vt ille metus ex præsentia amicorum,seu propinquorum non tollatur. vt no.doct.in l.transactionem C.de transact.cap.causam matrimonij. de offic. delega.in d. cap. quamuis.sicut nuper rescissum fuit matrimonium,per verba de præsenti contractum, inter Floridam, & Riparium. licet in datione corporum præsentes fuissent parentes, & amici cum patre, & matre istius coactæ puellæ. quia, latebat in animo motus. d.c.causam.c.1.de eo, quod me.caus.Socin.consil.262.num.2.3.4.lib.2. Rui.consilio 60. num.19. de Afflict.decis.69.Cra.consil.260. num.2.Cepha.consil.92.num.45.cum seq. Cæterum conquerebatur emptor,quod bonafide,& patre præsente emisset. & ad decipiendum eum illa se viduam nominauerat. l. si decipiendi. ff. ad Velleia. Tacuisse dotem promissam & nunc ageret ad rescissioné contractus. de pactu autem restituendo verbum nullum.

11 Nam † qui vult à contractu recedere,tenetur pretium quod habuit restituere. saltem offerre,& consignare.l.si à te.C.de pact.inter empt. & vend. compo. l.non solum.in fi.C.de præd.mino. Glo.in l.si in emptione.§.fin.ff.de contra.emptio.l.Iulianus.§.offerri. ff. de actio. empt. l. acceptam. C. de vsu.Boër.decis. 124.num.22.cum sequen. Alex. consil.130.num.18. lib.4.Bald.de his,qui feud.date pos.§. notandum.Tiraquel. de retract.consil.§.1.Glo.17.num.1.cum seq. Idq; generale est in omni restitutione in integ.l.quod si minor.§.1. & seq. ff. de mino. vt scilicet vnusquisque suum repetat.l.ait prætor.§.plane.ff.eod.

Imò dicit maritus minimè,nisi quando in minoris vtilitatem cõuersum est.l.patri.§.1.ff.de mino.l.prædiorum.in fin. vbi Bart. C. de præd. mino.l.pupillus, & idem Bar.ff.de auctori.tuto. & in l.3.ff.commoda. Socin.consil.115.num.13.lib.1.Deci. consi.60.col.1.
12 versi.nec domina Lucretia. Et hunc † malæfidei esse possessorem, qui contra iura mercatus fuerit. emendo rem minoris,sine iuris solemnitatibus.l.magis puto.§.nec passim.ff.de reb.eorum.l.scimus. in fin.C.de agri. & censi. de Afflict. qui numerat solemnitates. decis. 249. qui propterea tenetur restituere fructus.l. certum.C.de vendi.Socin.consil.22.num.17.lib.1.

13 Et vltra, † tenetur emptor probare pretium fuisse conuersum in vtilitatem minoris, vendentis, & alienantis. & factum locupletorem. Alioquin non recuperat pretium,secundum Gloss. Bart. Bald. Albert. Sali.in d.l.prædiorum.Bart.Bald.& Albert.in l.1.C.si adue.credito.Sali.& Albe.in l.vtere. C.de præ.mino. Socin.d.consil.115.Et ita consuluisse reperio tres viros ætatis nostræ excellentissimos in eodem casu videlicet

delicet Natam consil.631.num.5.Cepha. consil.207. num.37.cum sequen. Roland.à Val. consil.7. nu.28. lib.3. vt ipse attestatur consilio 60. nom.58.lib.4. hic autem non constabat de fructu pretij.Ideo &c.Contra ista iacula opponebat emptor bonæfidei clipeum, propter præsentem patrem. soluisse pretium & omnes alios ignorasse tractatus,&c. Fuit conclusum rescindendam venditionem,prius restituto pretio,cum reparationibus,& expensis legitimè factis. Neutram partium,&c.

SVMMARIVM.

1 *Pompeius Rocius Reuerend. Episcopus Cauallic. in accessorem assumptus in causa de saumo morte.*
2 *Ius vænandi, depascendi, ligna cædendi an includant ius collectandi?*
3 *Ligna,fructus naturales dicuntur.*
4 *Animal,non licet immittere in pratum alienum.*
5 *Legis Aquiliæ actio,soli domino datur.*
6 *Collectas,possunt inter se imponere ciues vrgente necessitate. num.15.*
7 *Verba,ciuili modo intelligenda.*
8 *Seruituti vtendum,ciuili modo.*
9 *Modus est pulcherrima virtus.*
10 *Pascua nõ possunt reduci ad culturam in præiudicium debitæ seruitutis.*
11 *Seruitus,extinguitur legitimo tempore.*
12 *Scientia,& patientia diuturna,æquiparantur.*
13 *Diuisio territorij an fieri possit per dominos non vocatis incolis. num.17.22.*
14 *Imperator,dicitur dominus totius orbis.*
16 *Dominus, non potest alienare feudum,inuitis subditis. Imo potest,in certis casibus. num.30.*
18 *Transactio, ex parte rei, nihil noui dat, sed ius antiquum declarat. num.21.*
19 *Transactiones obseruandas, propter bonum publicum.*
20 *Transactio,exceptio litis finitæ.*
23 *In causa finium regundorum instrumenta inter alios probant,& mandatum præsumitur.*
24 *Dictum,aut factum.*
25 *Separata,non includunt.*
26 *Inconueniens,non est multiplicandum.*
28 *Bona,vel malafides,quando præsumatur?*
29 *Error iuris,non inducit præscriptionem.*
30 *Mandatum,non præsumitur.*

DECISIO CLXXVI.

De diuisione territorij facta per dominos loci, non vocatis subditis. casus antiquæ quæstio. inter Auenionenses, & vicinos populos. difficilis, & magni ponderis.


N confinibus ciuitatis Auenionis, & loci de caluis montibus extat quædam agrorum pars,vtrique territorio cohærens, quæ saumo morte appellatur, de cuius dominio olim diu fuit disceptatum inter Auenionenses, & dominos dicti loci. tandem Anno 1469. inter istos iuncto procuratore fiscali Aueniо. fit transactio, per quam condomini accepta pecunia à lite discedunt, dictámque agri marginem Auenionensibus remittunt, lapideisque terminibus distinguunt, & limitant. Saluo iure depascendi,cædendi ligna,& vænandi caluis montibus.Et vtraque pars,alteri ius suum respectiuè remittit.Quibus itaque gestis,cõsules Auenio. tam ciuibus,quàm incolis, de prædiis illius territorij in emphiteosim cõcesserunt,sine cõtrouersia,vsque ad Annum 1556. quo tempore,cum ille locus propter occurrentes necessitates vigesimam partem omnium fructuum in territorio excrescentium vendidisset,volebat emptor etiam in ea parte de saumo morte hoc onus exigere. Cuius occasione, inter istos vicinos populos, dura admodum orta est quæstio, quæ animosè hactenus perseuerauit. Crescentibus si quidem necessitatibus, propter varias bellorũ tempestates, creuit cum tempore vulnus. huc pertinet,quod vulgò dicitur.

Nota morum,& index tempus est mortalibus.arg. cap.non debet. de consang. & affi. Si quidem leuius sustineretur onus,si in eam quoque territorij partem tributum extenderetur. Hæc causa in Rota vertebatur,sed portato processu procurator oppidi nos omnes suspectos allegauit,quia,Auenionen. Tandem ex
1 † conuentione ciuitas me vnum elegerat,procurator alterius Reuer. Dominũ Pompeium Rochiũ Episcopum Cauallicen. virum quidem doctrina, & singularibus virtutibus clarum. Et oculis subiectis locis,antequam præcipuam narrationis partẽ ingrederemur volumus quædam exordia discutere.

2 Ex eo, † quod arguebant incolæ, sicut per transactionem licebat illis vænari, & in eo loco ligna cædere, & immittere animalia ad depascendum inuitis prædiorum dominis, ita, videbatur inclusum, & reseruatum ius collectandi,siue indicẽdi onera. Si quidem superiores reseruationes ostendunt possessores non esse veros dominos. l.3.§. planè. ff.de acqui.rerum dom.

3 Si liceat † mihi ligna cædere, videor habere ius percipiendi fructus, quia, ligna fructus naturales dicuntur.l.fructus.ff.de vsur.l.frugem.ff.de verb.signif. l.item si fundi.§.si.cum l.sequen. ff. de vsufruct.Bald. in l.ancillæ.C.de fur.Socin. consil.82. num.23. lib.4. Cepha.consil.595.num.2.

4 Ius autem † depascendi,dominium quoque videtur includere l.pratum. vbi Gloss.non licere domino inuito immittere animal in alienum pratum. quia, herba,quæ ibi radices egit, illius est, cuius est solum. ff.de verb.signif.l.solum.§.fin.ff.de rei vendi. Et pars prædij dicitur.l.qua ratione. l.adeo.§.fin. ff. de acqui. rerum dom.§.qua ratione.& §.si Titius.Instit.de rer. diui.l.fructus.ff.de rei vendi. Imò,pro damno in herbam illato datur actio legis Aquil.l.si seruus seruum. §.si oliuam.ff.ad l. Aquil.l.qui occidit. §. si quis alie-
5 num.eod.tit.l.fin.C.eo. Quæ † soli domino competit.l.item mella.§.legis.eod.tit.l.1.§.si post.ff.si quad. paup.fecis.dica. Bertrand. consil.1. num.5.6. libro 3. Vænationis similiter, quæ fiunt inuitis dominis,magnum seruitutis signum ostẽdant vt pote cum, etiam agri fructus esse dicantur. l.item si fundi. §. aucupiorum.ff.de vsufruct.Bertrand.consil.255.num.8.lib.1. Iacob. Rebuf. in l.vni. C. de væna fera.lib.11.Socin. consil.86.versi.6.conclus.lib.1.

6 Ideo, † hæc tria iura, videntur maiora iure indicendi collectas,quas oppidani inter se cõstituunt,vrgente necessitate. vt omnes not. in l. 4. ff. de re iudi. firma. de gabel. 1. parte. quæst.7. & in l. ciuitas. ff. si cert.peta.maximè,enim consensu superioris.Panorm. consil.15.& consil.20.consi.60.lib.2.Cra.consil.195. num.2.

Tandem in hac nostra prima sessione fuit conclusum separatum esse ius indictionis, ab illis,de quibus erat facta reseruatio. Soleátque exceptio firmare regulam in non exceptis. l. nam quod liquide. §.fin.de pœnu lega.doct.in Rub.de reg.iuris.Cra.consil.113. num.4.

unm.4. Imo, maius esse, qnod tributarium redderet fundum.l.1.& to.tit.vectiga.no.impo.non pos.l.munerum.§.præterea.ff.de mu. & hono. Sal.in l. neminem.C.de sacro.eccles.Bru. consil.29.col.fi. Et tacita non veniant quando sunt maiora expressis Gloss. in cap.cum in cunctis.de electio.Socin.consil.123.in fi. lib.4.Craue.consil.95.in fin.

8 Præterea, † quamuis simpliciter reseruata fuerint ista iura & indistinctè, tamen ciuili modo intelligenda esse.l. nepos proculo.ff.de verbòr.signif. veluti, si liceat tibi ligna cedere.Non intelligitur de fructiferis arboribus. sed sylua cædua, quæ esset ibi posita.& inculta, & dummodo fundum deteriorem non faceres.
8 l.ex sylua.ff.de vsufr.l.sylua.ff.de verb.signif. Si † venari, non posses per medias vineas ire, agere. l. si cui. ff.de serui.Neque per seminatos agros discurrere. vel si forsitan prædia parietibus, sæpis, aut palis clauderentur,non liceret pro ingressu eos rumpere. vel coactos,vel retétos cuniculos, venari,vel capere. l. nisi. §.ceruos.ff.de acqui.rerum do. Ioan. de Pla. in l. vni. C. de vena.fera. lib.11. Bertrand. consil.156.num.8. lib.1. idem de iure depascendi dicendum est, vt pendentibus præiudicium non faciat,sed post leuatas segetes.l.Paulus.ff.ad l.Aquil.l.1.si quadru.pau. Et pro modo facultatum, & non vltra. l. Imperatores. ff.de serui.rusti.præd.l.testatrix.§.1.ff.si serui.vendi. Bertr. consil.240.num.10.lib.6. Ne dura firmatur interpretatio,in alterius præiudicium.l.2.§ si quis à principe. ff.ne quid in loco publ.l. filio pater. vbi Ias.2.not.de lega.1.Cra.consil.261.num.6.7.iuxta illud.

9 Omnibus † adde modum,modus est pulcherrima virtus.l.cum hi.§.modus. ff. de transact.l.ius alimentorum.§.modum.ff.vbi pupil.educa.debear.l. in omnibus.ff.de reg.iur.l.placuit.C.de iudi.

10 Cæterum, † adhuc manebat scrupulus, Auenionenses scilicet, non potuisse contra ius reseruatæ venationis, pascuorum, & ligna cædendi, reducere pascua in culturam,propter quam impedirentur debitæ seruitutes.l.1.ibi,iueri enim ius suum debuit, non in alterius iniuriam committere.ff.quod vi, aut clàm.l. si colonus.l.si tertius.§.officiú.ff.de aqua plu.arcend. l.2.C.ad l.Aquil.Imo,nec etiam dominus loci,posset pascua vendere, in præiudicium subditorum. l.2. vbi Ioan.de Pla.C.de pascu.publi.& ibi Iacob.Rebuf.lib. 10. Bertrand. consil.1.num.7.11.15.lib.3. Cepol.tit. de serui depas.col.13.versicu. Alia est quæstio. Et sic videbatur, cogendos esse consules, vt in pristinum statum reducerent remissos agros.l.præses.l. si manifeste.C.de serui.

11 Dictum † fuit, cum scientibus aliis, & videntibus iam longissimo tempore cultura facta appareat, & ædificatas rusticas ædes, non posse petere reductionem.l.Sabinus ibi,cogi non potest,cú prohibere poterat, hoc prætermisit. ff.commu.diuid.l. Labeo ait. cum l.sequen.vbi Glo.& Bart. ff.de aqua plu.arcend. Bart.in l.quæ dotis.col. fin. & ibi Ias.ff.solut.matrim. Cepol.tit. de iure depas.col.17. versic.tertio casu.ibi, si verò eo sciente.l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.Scientia
12 enim,† & patientia diuturna,idem operatur sicut expressus consensus. not. in l.2. §. voluntatem.ff.solut. matr.Cano.in cap. exhibita.de his quæ fiunt à maio. pari.cap.Deci.consil.409. num.6. Cepha.consil.601. num.7.

Expeditis minimis initiis, dum maiora aggredimur procurator opidi me suspectum allegar. Et ne viderer affectare iudicium, libenter vices meas, & quæ huius gratia præparaueram magnific D. Iosepho Suares collegæ,& sutorio meo amantissimo remisi,ille Caualionem veniés,cum eodem Reuerend. Domino Episcopo plures sessiones fecit,auditis abúde partium procuratorihus.

13 Dicebant † itaque actores, nó valuisse transactiones,nec diuisiones factas per condominos cum Auenionensibus sine consensu,& voluntate subditorum, propter interesse qnod habeant super illa parte remissa, imponendi collectas, & alia onera secundum occurrentes in oppido necessitates. Nam si pars illa eximeretur à territorio, restantes partes incolarum grauiora onera sustinere necesse est, quod esset iniquum. Et quia, dominus loci non habet dominium super territorio, neque proprietatem sed tantum iurisdictionem.l.pupillus.§.territorium.ff.de verb.sign.
14 Sicut † Imperator,dominus totius mundi dicitur respectu iurisdictionis,& protectionis.iuxta illud.

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. l. deprecatio.ff.ad l.Rhod.de Iac.cano.in cap.nimis de iureiurand. in c.si diligenti. de præscript. Bart.in l.1.C. de summa Trinit. Bertrand.consil.1. num.9.10.lib.3. Ruin.consil.26.num.7.lib.1.Roland.a Val.consil.46. num.34.lib.3.

15 Et propterea,† ius collectãdi, tam forenses, quam incolas possidentes prædia ad communitatem pertinet. non ad dominum.l.1.§.quibus. vbi Bart.ff.quod cuiusl.vniuers.& in l.4. ff. de re iudi.Glo.in §. si vero. in authent.quib.mod.natu.effi.sui.Bart.in l. solet. de alimen.& ciba.lega.Alexand.consil.52.lib.3. Nam consil.51. & consil.105. & consil. 550. Ideo transigendo, non potuerunt transferre ios incolarum. sed ius,quod habebant nempe solam iurisdictioné,quando illam alienare liceret. l.qui tabernas. ff. de contra. empt.l.si domus.§.fin.l.senatus.§. fin.de lega.1. Non fuisse vocatos in transactione, nec nominatos in illa, quomodo potuit dominus ios eorum in alios transferre.l.si vnus.§.ante omnia. ff. de pact. l. debitorum pactionibus.C.eo.l.1.C.res inter alios acta.l.de vnoquoque.de re iudi.l.id quod nostrum. ff. de reg.iuris. Et ne quis alterius odio prægrauetur. l.si quis in suo. §.legis.C.de inoffi.testam. cap.nemo debet.de regul. iuris lib.6.

16 Imò verò,† non potuisse condominos alienare illam partem territorij inuitis incolis etiam respectu iurisdictionis. cap.1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Fede. c.1.§.ex eodem. de cap.Coral. sicut nec dominus feudú,sine voluntate Vasalli.Glo. in l.inuitus.ff.de fideicom. liber. Bald 10 c.1.§. si quis miles.qno tempo.miles inuesti.petere debeat.Panor. in cap.audiris. nu.20.de præscript. Quia,interest subditorum non mutare dominos. c.fi.de maio.& obed. Deci.consil.4. num.9. Neuisa.consil.12.inter consil. Bru.Roland.à Val.consilio 1. num.34. lib.1. Cepha. consil.638.num.23.de Afflict.decis.265. num.69. Et quod non valeant similes transactiones iterú ostendit Conar. in cap.peccatum.2.part.§.9.num.8.

17 Auenio autem, † se tuebatur clipeo suæ diuisionis,& tráfactionis, ex cuius procemio apparebat procedandis turbis, & scandalis euitandis fuisse transactum, & posuisse terminos. Anenionem partes rei tunc sustinere quæ conueniebatur,& possidebat,mediantéq; pecunia,quá tradidit,recessisse à lite. Vnde,
18 cum † illa sit natura transactionis, vt reus det actori, vt à lite desistat, & amplius non petat.l.2.C.eo.Alex. in l.sub prætextu.num.9.eo.tit.Deci.consi.351.nu.2. & consil.474.nu.7.& consil.479. col. fin.consil.532. nu.10.Soci.Iu.consil.144.lib.1. Paris.132.nu.5.lib.1.
19 Videbatur iustú, † & æquum obseruãdam esse transactionem.propter bonum publicum,& pro tollendis

tunc

tunc moltis regnantibus malis.l.fratrib.C. eod.Deci. consi 630.nu.4.de Afflic.decis.220.Neuisa. coosi.50. nu.28.Parisi.96.nu 57.lib.1.Hinc,statutum probibēs transactionem, noo valet, cuius prohibitio quietem publicam impediret Cacialup, de trāsac. q.22. Idem, de iuramento,tanquam cōtra bonos mores prestito. Soci.Iu.consi.32.nu.52.lib.3.Rol.à Val.consi.28.nu. 5.& seq.lib.4.vbi,enumerat priuilegia transactionis.

20 Et hāc † esse exceptionem litis finitæ. d. l.fratris.l. eleganter.§.si quis post.ff.de condic.indebi.l. causas. l.non minorem.C.de transac.l.1. ff. de iureiur. l. terminato.C.de fructi.& litium expens. Gram.decis.66. num.20.Bero.consil.176.num.27.Cephal. consil.66. nom.24.

21 Et † condominos transigendo,nihil alienasse, & Auenionenses nihil de nouo sibi acquisiuisse, sed solum obtinuisse, eorum antiqui iuris declarationem scilicet,qood ad eos pertinebat illa agrorū pars. Qui enim declarat,nihil de nouo dat.l. hæredes palam. §. si quis post.de testa.& probat.l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si serui. vendi. vbi, per sententiam pro reo latam,non constituitur seruitus,sed qoæ est declaratur. Ita solet facere transactio, quæ rei iudicatæ æquipararur.d.l. non minorem. Iacobi. de Sancto Georg.in tract.de feud.in verbo. Et cum pacto de nō alienand. nu.7.8.Soci.Iu.consi.45.nu.2.lib.2.& consi.146. nu. 22.lib.3.Et ita apparere,incolas non fuisse læsos.

22 Et † præsertim, quia possunt domini locorum transigere, pro terminandis territoriorum finibus & cum vicinis diuidere, non vocatis incolis, qui noo erant actores,nec defensores.vt Soci.consi.166.nu.1. 2.lib.2.Bru.in terminis consi.34.col.1.versi.nam certum est.& col.3.versi.mouere Parisi.77.lib. 2. Gosadi.consil.11.nu.16.Soci.Iu.in termi.consi.146.nu.9. lib.3.Roma.consi.275.num.2.3.4.& vlterius, quod territorium alteri incorporatum, illius naturam assumit.num.5.

23 In † causa enim finium regundorum, instrumenta etiām inter alias partes confecta probant.vt asserit Soci.d.consi.166.nu.2.Barba.consi.6.col.2.in fi.lib.2. vsque ad nu.13. Et quod,circa agrorum terminationes quando per alios fiunt, mandatum præsumatur vel emolugatio postea per incolas subsequuta. Paris. consil.77.lib.1.Roderi.sua. allega. 7. num. 15. vsque ad finem, videlicet, quod dominus iurisdictionalis potest diuidere,& separare à sua villa, pro bono pacis,& ad placandos duos litigantium animos, etiam aliis ignorantibus.Barba.consi.11.col.2.lib.2. Quem refert, & sequitur Gabrie. titulo de iure quasi. non tollend.cooclu.8.nu.16.Marc.decis.338.num.13. vbi concludit, etiam si subditorū intersit, non fieri alienatio. propter subsidia, quæ in parte alienata imponerentur.Hinc vasallus, super lite dubia, & incerta feudum alienare potest.c.1.vbi omnes.si de feud.fue. contro.Paris.consi.16.num.3.lib.1.Sed quid opus est verbis?

24 . In † hac lite nihil ab vtraque parte omissum est, quàm fuerit datum,aut factum.vtpote cum de re magni ponderis ageretur, quæ excedebat sex centorum iuga boum, & in fertili fundo. Et respondendo obiectibus producebant consules aliud instrumentum alterius antiquæ diuisionis anni 1320. qno constabat solos dominos caluorum montium fecisse diuisiones de territorio, cum hominibus loci. Nouarum & sic non esse nouum quod factum est postea.

25 Respondebat † siodicus, separatos esse cōtractus, & res inter alios gestas, quæ,non solent aliis oocere. l.fi.ff.de calum. Si malè tunc fecerint soli diuidendo.

non sequitur, vt illa inutilis diuisio, istam vtilem faciat,ex actu si quidem nullo,nihil sequitur boni.l.non
26 dubium.C.de legib. Inconueniens, † non est multiplicandum.l.ratas.C. de rescind. vendi. l. a testatore. de condit. & demonstra. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris.l.sed ex diuerso.§.1.ff.de rei vēdi. c.tua.de consang.& affini.Bertran.consi.272.num.8. lib.2.Craue.consi.173.nu.4.

Replicabant,saltem se esse in possessione taliter diuidendi.Cum ex vnico acquiratur, quasi possessio. c. cum ecclesia Suttina. vbi omnes no.de causa.poss. & proprie.

27 Et † quod videntibus sindicis, & incolis appositi fuerant termini,habentes insignia ciuitatis quos, venando,cedendo ligna, & depascendo potuerunt videre,& tacendo per tam longa tempora, ius, si quod habebant amiserant.Ita,vt ciuitas bona fide, iustóque titulo per triginta annos præscripsisse legitimè censeretur.l.fi.vbi Bart.Bald.Sali.Alberi.C.fini.regundo. Balb.de præscrip.4.par.4.par.versi.14.quæro,ou. 97. per text.in c.de quarta.de præscrip.c.si diligenti.eod. tit.l.omnes.C.de præs.30.vel 40.anno. no. omnes in authen.qoas actiones.C.de sacro.ecclesiis.

28 Imò, † malam fidem habuisse consules, scientes condominos non potuisse diuidere, & disponere de alieno. Sicut ille, qui emit ab episcopo sine solemnitate,mandato,vel vltra dimidiam.l.si superstite.C.de dolo.authen.hoc ius porrectum. C.de sacro.eccles. Alex.cons.46.nu.8.lib.2.Balb.2.par.5.par.nu.17.

Bōna fides poterat causari ex inspectione instrumenti antiquæ illius diuisionis. Item vt crederēt hoc potuisse dominos, præallegatis rationibus. Alius,
29 † semper negabat bonam fidem habuisse,eos credendo quod meum est, sine facto meo ad alium posse transferri.d.l.id quod nostrum.Et fuisse in iuris errore,ex quo bona fides nasci non potest.l. regula. ff. de iuris,& fac.igno.l.leges.C.de legib.l.nemo potest. de lega.1.Pan.in cap.eum non liceat.num.7.& in cap.de quarta.nu.12.de præs.c.possessor. de reg. iuris. Balb. in l.Celsus.1.parte.nu.17. vsque ad num. 21. de præscrip.Cra.consi.188.num. 10. poterant etiam credere consules dominos loci habere mandatum à suis subditis.Ne delictum præsumeretur.l.meritò. ff. pro socio.vt actus potius valeat,quam pereat.l. quoties. ff.de reb.dub.l.si duo,vbi Bald. ff. de acqui. hæredi. l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.

30 Sed † ista credulitas, non nascitur ex sincera mente, com illud non præsumatur. Bald. in l. 2. C. si ex fals. instru. & in l.1. C. de reb. alienis non alienand. Alexand & Ias.in l.sciendum.ff.de verbo.obliga. & in l.qui aliena.ff.de acqui.hæredi.Feli.in cap.sicut.de re iudica.Deci.consi.215.col.2.versi.vlterius. Soc.cons. 254.col.2.versic. præterea.libr. 2. Cra.consilio 266. num.9.

Super isto articulo,vterque erat pertinax, neuter alteri volebat cedere.quamuis, si vera sint, quæ supra dicimus dominos posse transigere, & diuidere pro bono pacis, non dicerentur in mala fide consules. graues etenim sunt, & magnæ auctoritatis viri, qui consulum iuraruentur.

31 Nec † muuebat animos, quod domini non possunt alienare iurisdictiones inuitis subditis.si quidem multi sunt casus, quibus hoc facere possunt. Si ageretur de facienda remuneratione, vel vbi non esset magna læsio. & quotiens longa consuetudine illud permitteretur sicot hodie indistinctè illis permittitur vt vnusquisque rei suæ sit legitimus administrator, & arbiter.l.in re mādata.C.mād.l.nemo.C.de Iudęis.

Alex.latè consi.1.nu 92.lib.1.Deci.consi.191. Socin. Iu.consi.69.lib.3.Cra.consi.54.nu.3.Nata consi.122. Silua.consi.96.Bossius de principe.nu.384. Rolan. à Val.consi.92.lib.1.Cepha.consi.155.Parisi.consil.22. num.74.lib.1.& hanc communem esse.Bursa. consil. 160.nu.80.lib.1.Puteus lib.1.decis.39.ita iudicatum. vel quotiens pro concordia alienatur, & sedanda lite.Alex.consi.25.lib.5.Gabrie lib.commu. sentent. tit.de iure quæsito non tollend.conclus.8.numer.16. Pan.in c.auditis.nu.2.de præscrip. sicut hic contigisse videmus.

Postremo producebat oppidum multas deliberationes quas secum fecerant in eorum concilio, super prosequenda reuocatione illius diuisionis, non longè post transactionem,& quandam litem coram d.vicegerente motam contra consules. Si tempore primarum conclusionum litem mouissent, fuisset vtique interrupta præscriptio, sed cum post cōpletum præscriptionis tempus egerint, responsum est syndico, amice tardè venisti.

Fuit conclusum validas fuisse diuisiones,& transactiones, & cogendas partes ad earum obseruationes. Neutram partium in expensis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris, si non valet, vel valebit, cuius sit virtutis? latissimè. 4.7.8.10.27.*
2 *Verba præsentis temporis non trahuntur ad futurum.*
3 *Generalis cogitatio tantū operatur sicut specialis. 5.7.*
6 *Negatiua plus negat, quàm affirmet affirmatiua.*
9 *Clausula codicil. magis ex consuetudine notariorum, quam ex voluntate testatorum apponitur.*
11 *Rhadamanteum iudicium.*
12 *Amor paternus, alios omnes vincit.*
13 *Charitas prima incipit à se ipso.*
14 *Somnium nostrorum, circa clausulam codicillarem.*
15 *Filÿs magis fauendum est, quàm extraneis.*
16 *§.1.l.1.de lega.3.explicatio vtiliter contra Rolād.18.*
17 *Taciturnitas, an operetur confirmationem hæredis?*
19 *Fideicommissa odiosa.*
20 *§ Seia.l.filio. de adimend.lega. declaratio contra Roland.*
21 *Legatum, an debeatur rupto testa.natiui. posthu.ignorante?*
22 *Authen ex causa declaratur multis modis. 23.24.*
25 *l.si ff.de hæredi.insti declaratur vtiliter. 28.*
26 *Affectio liber. amoris, habet vim clausu. codicil.*
29 *Legatum paruum, vel magnum quid sit?*
30 *Mater bimuba succedat filio, quando alÿ non sunt liberi.*

DECISIO CLXXVII.

De clausula codicillari si non valebit, &c. noua, & pulcherrimæ declarationes casus difficilis, & excellentis.



CLAVDIVS Barbe loci de Visano, condidit testamentum, in quo Petrum, & Iacobum Barbe fratres suos fecit hæredes, dominæ Catharinæ vxori suæ tricentos aureos vltra dotem legauit, quæ post annum adhuc viuente marito filiam nomine Philippam procreauit, deinde testator in eadem voluntate decessit. Eo mortuo,& dato tutore Philippæ, inter patronos scriptos hæredes, & Philippam, seu eius tutorem orta est quæstio. similiter, & Catharinam legatariam. Et postremo inter Petrum, & Iacobum Barbe,& Catharinam matrem, propterea quod ad secundas nuptias conuolauerat, & volebat Philippæ filiæ suæ, ab intestato defunctæ, succedere, lite coram d.Ioan.Valentiano mota. Huius litis vincula facilè possemus dissoluere si puris, & naturalibus iuris regulis vteremur. verùm nostrorum nimis alta, & subtilia ingenia, decisionem hanc labyrinthum reddiderunt, quòd semel ingressis, nullus sit exitus. vel, vt Erasmus ait in garrulos competere, qui nullū sermonis inueniunt finem. Tot itaque sunt auctores, & inter se discordantes, & varij, in sermonibus abundantes, vt ab initio eramus opinionis articulum indecisum relinquere, & in vnco remittere pēdere saccum. propter incertitudinem inquirendæ decisionis. Et ne credentes iustè facere, forsitan iniquè iudicaremus.

1 Causa † huius certaminis nascitur ex illa vulgati clausula codicillari. si non valet, vel valebit iure testamenti, volo valere iure codicillorum, &c. Nam cum testamentum fuerit ruptum natiuitate posthumi, l.2. C.de posthum.hæred.Insti.l. qui vxorem. ff. de iniusto.§.1.Instit. de posthum.hæred.insti. Et ad causam intestati redactum. succedatque dicta Philippa tanquam proximior suo patri.authen. in successione. C. de legiti.hæredi.§.intestatorum,Insti.de hæredi. quæ ab intesta. defe. dicebant patrui, posthumam esse rogatam restituere hæreditatem scriptis hæredibus, retenta legitima l.filio præterito. ff. de iniusto rup. authen.ex causa.C.de libe.præteri. vel exhæreda. Alex. consil.26.num.7.lib.1. Quia, de illo casu videtur testator cogitasse, saltem in genere, per illa verba futuri temporis si non valebit, scilicet de ruptura, quæ per natiuitatem posthumæ post testamentum subsequeretur nō si fuisset loquutus per verba præsentis tem-
2 poris, si non valet. Nam † cum testamentum tunc esset validum.l.3.§.1.ff.de iniusto rup.deficeret cōditio de præsenti sub qua formata erat clausula. verbáque præsentis temporis ad futurum non trahantur, l si ita legatum.de auto,& arg. lega. l. cum ad præsens. ff. si cer.peta. Ideo, dicendo si non valebit. videtur etiam cogitasse de posthumis nascituris, qui rumperent testamentum.

3 Ita,† vt tantùm operetur generalis cogitatio, præsumpta inquam, siue recollecta ex illo verbo valebit, ac si nominatim fuisset expressa ab ipso testatore.arg. l.qui iure militari.ibi, hoc tamen animæ fuit, vt vellet quisquis sibi nasceretur,&c.ff. de mili. testa. Tantùm itaque operatur expressio in genere, quantùm specialis.l.semper in genera.ff.de reg.iuris.Deci.consi. 490.nu.2.Paul.de Cast.in l.1.C.de posth.hæred.Sali. in l.si.q.7.C.de codicil.Ruin.consi.19.nu.8.lib.3.

4 Et † si dicatur, clausulam illam posse verificari in multis alijs casibus, qui possunt contingere post testamentum, veluti, si moreretur hæres ante testatorem, vel si non adiretur hæreditas vel efficeretur indignus de quibus potuit cogitare, non de futura posthumi natiuitate inspecta mente testatoris, qui videtur separasse istum casum ab illa generalitate, arg. l.obligatione generali.ff.de pigno.l.si de certa. C. de transact.l.quæsitum.§.sed idem Papi.de fund.instruc. Ne videretur plus diligere extraneos, quā propriam sobolem.l.cum acutissimi.C.de fidicom.

5 Respondent † huius opinionis fautores, omnes casus generalitatem comprehendere, & continere, licet minor sit ratio, in vno, quàm in altero. l. 1. §. quod autem.ff. de aleatori.l. 1. §. generaliter.de lega. præstand.Ideo, hūc casum etiā esse comprehēsum sine præuisum à testatore, proinde, dispositio negatiua si non

si non valebit, secundum proprietatem sermonis,
6 æquipollet vniuersali, potentiúsque † negat, quam
affirmet affirmatiua. Gloss. in c. cum dilectus. de con-
suet. hinc affirmatiua in vno actu tantum verificatur
negatiua verò trahitur in infinitum. l. boues. §. hoc
sermone. ff. de verbo. signi. l. hoc genus. vbi Gloss. de
condi. & demonstra. Et cum multis aliis, suas effe-
runt cogitationes. vt videre licet per Rolan. à Vale
consil. 7. numer. 24. cum sequent. Cepha. consil. 585.
numer. 26. vsque ad fin. Moder. in d. authen. ex causa.
quorum scripta, sub infinitiuo propemodum conti-
nentur modo. Mirantur illi de Aretino, vt qui volue-
rit dicere testatorem, cogitasse de aliis casibus in illa
generalitate, & non de casu rupturæ testamenti per
posthumi natiuitatē & quis est ille spiritus (inquiūt)
7 qui, ista sibi reuelauerit? Cum † idem operetur gene-
ralis cogitatio, sicut specialis. d. l. qui iure. Ex vi ser-
monis, à cuius proprietate non est recedēdum. l. non
aliter. de lega. 3. Et ita contra Bart. & Aret. multos ma-
gnæ authoritatis viros, tenuisse, iudicasse, cómunem,
& magis commune, &c. Inter quos Oldra. cons. 149.
& consi. 171. Paul. de Cast. in l. 1. C. de posthu. & cósi.
271. nu. 5. lib. 2. Roma. consi. 122. Cor. consi. 150. on.
4. lib. 3. Ang. Aret. in §. 1. Insti. de codicil. Alex. consil.
30. in prin. lib. 3. & consi. 87. lib. 2. & consi. 124. co. lib.
Ang. consil. 99. Deci. consil. 490. Bertrand. consil. 10.
lib. 3. & consi. 150. num. 8. lib. 4. Cra. consi. 34. per to.
Tiraq. in verbo donatione largitus. nu. 269. Capella
Tho. decis. 455. Benedic. in verbo. in codē testamen-
to. num. 247.
8 Bart. † verò in d. l. 1. quæstio. 6. ff. de iure codi. hāc
clausulam, etiā per verba futuri temporis conceptam
non posse cōseruare institutionem, in vim fideicom-
missi. quando scilicet posthumus esset ignorāter præ-
teritus veluti (vt iam dicimus) si tempore testamenti
non cogitabat se habiturum liberos. Nam, cum do-
natio sit fortior fideicom. vtpote, quæ duorū volun-
tate firmetur. l. 1. C. de pact. & illa reuocetur per na-
tiuitatem liberorum. d. l. si vnquam. fortius reuocari
debet fideicommissum nato posthumo. Deinde, cum
in testamēto militis semper censeatur apposita, clau-
sula si non valeat iure communi valeat iure militari.
l. 3. ff. de mili. testa. & tamen vbi nascitur posthumus
militi, de quo non cogitauit rumpitur testamentum.
l. si cum vel in vtero. C. de mili. testa. d. l. qui iure. huic
seruit regula accessorium, quod naturam sui sequitur
principalis. l. non dubium. C. de legib. Ideo rupto te-
stamento per nouæ prolis natiuitatem, rumpentur
quoque codicilli, qui à testamēto dependent. l. 1. ff. de
9 iure codicil. Et † maximè, quia vt plurimùm dicta
clausula censetur apposita ex communi stylo nota-
riorum, qui vires huius non intelligunt. Ideo nihil
debet operari in liberorum præiudicium. vt credidit
Alexand. consil. 52. num. 29. lib. 4. Bald. in l. quotiens.
C. de hæred. insti. Panorm. in c. cum contingat. versi.
9. casus. de iureiurand. Rip. in l. centurio. numer. 80.
Deci. consil. 394. col. fin. Curt. Iun. consil. 101. in fin.
10 Hanc † eandem opinio. tenuit Bart. consulendo.
consil. 228. Lapus. & Ater. in d. consil. fin. Nicola. de
Mathe. quem refert, & sequitur Bald. in l. fi. num. 20.
C. de codicil. & in l. si totus. & plures ita consuluisse.
C. de reuocan. dona. & consi. 387. num. 3. lib. 5. Ang.
in l. idem erit. de mili. testa. & consi. 108. num. 1. a. ite-
rum Aret. in l. Titius. ff. de lib. & posthu. & consil. 93.
num. 5. Alexand. consil. 41. nu. 6. lib. 1. Paul. de Cast. in
l. sicut certi. nu. 3. C. de testa. mili. Ias. in authen. ex te-
stamēto. C. de libe. præteri. duos senatores ducis Me-
dio. ita iudicasse. & in iudicando tenendam. Cor. cósi.
244. nu. 8. lib. 4. Rube. consi. 112. & consi. 225. Bertr.
consi. 170. nu. 4. lib. 1. & ita iudicatum per supremam
curiam gratiano. & consil. 10. libr. 4. Barba. consil. 60.
lib. 1. Ioan. Igneus. Paul. picus. in d. authen. ex causa.
Soci. consi. 93. nu. 8. hanc esse cómunem. lib. 4. Rip. in
d. l. si vnquam. quæst. 21. nu. 42. Moli. ad consi. Alex.
26. lib. 1. & ad consil. 30. lib. 3. Socin. Iun. consil. 154.
in princip. lib. 2. Iul. Clarus in §. testamentum. quæst.
46. ita iudicandum, & consulendam Alcia. in prima
reg. præsump. 13.
11 Sed † quid dicendum? totus iste senatus imitari cu-
piens quasi Rhadamanteum iudicium, quod neque
muneribus, neque gratia deflectitur (sicut videmus
nostrorum plerósque pretio, varia in hac re edidisse
consilia) procliuior fuit ad sequendum opinio. Bart.
tanquam æquiorem, & magis conformem volunta-
tibus, siue loqueretur de præsenti, siue de futuro, siue
post natiuitatem superuixerit, siue non. Omnimodo
12 † iniquum putauit, vt per hanc clausulam liceret au-
ferre hæreditatem liberis, & dare extraneis, contra
communem, & naturalem hominum voluntatem,
quæ credit paternum amorem omnes vincere. l. fin.
C. de cura. furio. Et neminem velle carnem suam ne-
gligere. c. non æstimemus. 12. q. 1. Ita natura docente,
cuius doctrina nulla tergiuersatione tollitur. l. cum
ratio. ff. de bonis damna. Neque ius sanguinis, iure ci-
uili dirimi potest. l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris. l. fi-
lio quem pater. ff. de lib. & posthum. Quæso post na-
tam posthumam si fuisset interrogatus pater, cui ma-
gis vellet dare substantiam suam, filiæ, an fratribus? tu
quid diceres?
13 Credo, † quod dicebat ille Terentianus. heus,
proximus sum egomet mihi. Et omnes sibi melius
esse malunt, quam alteri. l. præses. C. de serui. & aqua.
l. ex facto. ibi, nec enim aut patrem, aut principem de
hoc casu cogitasse verisimile est, vt eum, qui postea
nasceretur exhæredaret. ff. de vulga. l. tale pactum. §.
fin. ff. de pact. & ibi Gloss. sæpe audiui magnificum
quondam d. Ludouicum patrem meum dicentem mi-
hi. Nemo nouit amoris ardorem in filios, nisi sit pa-
ter. vt Ælia. inquit. libr. 12. de variis histo. Nimirum
si Aret. ille magnus Iureconsultus, qui probitatem
simul cum doctrina coniunxit. in d. consil. suo vlt. di-
cat opiniones aduersantium esse somnia vigilantium,
& cauilantium leges. Idem Rip. in d. l. si vnquam.
quæst. 21.
14 Somnium † dicimus, rem futilem, nulliúsque mo-
menti. hinc somnia ne cures. Itaque qui credunt pa-
trem velle auferre panem filiorum, & dare extraneis,
ipsi sibi somnia fingunt. Et cum vix ipsi intelligant;
quo modo literarum ignari poterūt capere, has plus-
quam subtiles verborum interpretationes? vnde pace
dixerim videntur parietibus loqui, cum à testatorib.
minimè intelligantur. Nec possum dici voluisse, si
non intelligam. l. Labeo. ff. de suppel. lega. c. 1. 15. q. 1.
errantis nullus est consensus. l. si per errorem. ff. de
iurisd. om. iudi.
15 Illud † etiam magis confirmabit in voto, quod vi-
deamus aduersarios Bar. vna sola, & cómuni respon-
sione vti ad omnia fundamenta præscriptæ cóclusio-
nis. scilicet quod testator præsumitur illum cogitasse
casum. Bart. verò, imò non cogitauit. vnde sumus in
dubio. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. quo casu magis su-
menda est, illa interpretatio, quæ fauet liberis. c. qui-
cunque. 18. q. 1. l. in suis. ibi, non nouam hęreditatem.
ff. de lib. & posthu. d. l. ex facti. l. sunt personæ. ff. de re-
ligio. c. fi. de senten. & re iudi. l. semper in ambiguis. ff.
de reg. iuris.

16 Et † si dicatur, pater, cum nata posthuma mutare testamentum potuerit, non murando, videtur in eadem voluntate mansisse. l. 1. §. 1. de lega. 3. fideicommissum à filiosa. vel seruo relictum, si post manumissionem voluntas durauerit valet, quasi nunc datum, & ita voluit Paul. de Castr. in consil. 200. in fin. lib. 2. sed loquitur in doctore, qui sciebat vires clausulæ, & poterat reparare, sibi imputatur. l. a. §. Seruius Sulpicius. ff. de orig. Iuris. l. professio tua. C. de mune. patri.

17 Huic † respondet Bart. in d. consil. lapus esse verum, si in testamento fuissent instituti filij, tunc illa taciturnitas operaretur fideicom. quasi voluerit tacendi primos, hæredes remanere. arg. l. 3. C. de inoffi. testa. At vbi extranei sunt, illud non præsumitur. Nec ordinaria dilectio, siue naturalis, propter extraordinariam tollatur aut læderetur, sicut creditor, qui scit ius suum sibi durare, si taceat, non facit sibi præiudicium. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. Aret. consil. 94. Ias. in d. authen. ex causa. nu. 5. Angel. consil. 108. num. 3. & in l. idem ere. ff. de mili. testa. Ita consuluisse collegium Perusi. Soci. consil. 93. nu. 3. 6. lib. 4. Mol. ad Alex. consi. 26. lib. 1. & consi. 30. lib. 3.

18 Ad † l. 1. §. 1. de lega. 3. adiicric, sicut ego dicebam dominis collegis meis, loquitur de fideicommis. iam relicto, licet nullum ab initio fuerit, habebat tamen voluntatem disponentis, vnde, cum illud etiam nutu relinquatur. l. num. de lega. 3. Nimirum si tacendo per tempus habile, confirmetur. Hic verò de nouiter inducēdo agimus, quod difficilius fit, quam semel constitutum confirmatur. arg. l. pater furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alic. iuris. sicut non valet argumentum de minori ad maius affirmatiuè. e. cui licet quod est de reg. iuris. l. qui indignus. ff. de sena. Ideo non sequitur taciturnitas confirmat fideicom. iam relictum, ergo potest nouum inducere. c. fin. de transla. præla. e. super quæstionum. §. si verò. de offi. delega. Roland. à Valle. consi. 61. num. 14. libr. 1. Et præsertim, quia huius fideicomm. forma præiudicaret liberis, vt prædicimus.

19 Deinde, † cum fideicommissorum materia, odiosa sit, & onerosa, in qua parcè agendum est, & stricta, vt ita dixerim manu. l. cohæred. §. cum filię. ff. de vulga. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. Dec. in l. semper in obscuris. versi. tertio regula. de reg. iu. & consi. 59. & consil. 289. num. 4. Cra. consi. 161. nu. 9. Adeo, vt nisi verbis, & signis de eo appareat euidentissimè, capienda sit interpretatio, quæ fideicom. excludat. Riminal. consi. 223. nu. 56. debeátq; iudex potius in contrariam inclinare partem. Soci. consi. 113. nu. 8. lib. 1. Deci. consi. 187. num. 11. & consi. 336. in fin. Cra. consi. 180. in fi. Alba. consil. 31. num. 9. Cepha. consi. 447. nu. 13. lib. 3.

20 Huic † seruit. l. filio. §. Seia. de adi. lega. Seia priuigno suo legatum fecerat, iste accusauit Seiam crimine capitali, post acceptam accusationem illa fecit codicillos in quibus, de legato priuigno relicto nullam mentionem fecit, quæritur an legatum debeatur? minimè. Et sic, cum sciret testatrix legatum propter criminale iudicium fuisse ademptum, nō curabat expressè adimere. Idem in casu huiusmodi.

Roland. à Valle. d. consi. 7. nu. 30. in fin. quod ideo non censetur reintegratum legatum, quod fuerat ademptum propter inimicitias. quia, non fuerat sequuta reconsiliatio. l. quod si iterum. co. tit. hic secus. quia, lex præsumit si testator cogitasset de posthumo non fecisset tales hæredes, quæ quidem ratio cessat, quando longo tempore vixit, & non mutauit, quod commodè facere poterat. quia, actus sequens, declarat præcedentem. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo.

Iste non dissoluit nodum. Imò magis stringit, & claudit. Quæritur enim, cur non videatur reintegratum legatum, cum testatrix tanto tēpore vixerit, quo potuit mutare, & non mutauit. Et disponendo, non disposuerit de eo. & tamen semper remanet ademptum, quod semel à lege sublatum fuerat, ex tacita mente testatoris. Ita semel rupto testamento per dispositionem legis, licet testator superuixerit, & non mutauerit, videtur habuisse animum, vt illa à lege inducta ruptura, semper in eadem qualitate maneat. Quid ad propositum, quod opus est reconciliatione in legato propter inimicitias adempto? Nónne, & tacitè illa fieri potest? l. 4. §. fin. co. tit. Ita, & tacitè fieri videbatur per taciturnitatem temporis, & in non disponendo. Nónne per actum sequentem, id est, per codicillos post inimicitias factos censebatur præcedentem iniuriam sustulisse. Et tamen semper remanet iniuria, & consequenter legati nullitas. Itaque sicut ibi taciturnitas temporis non mutat ademptionem legati. Ita similiter taciturnitas testatoris, post rupturam non debet operari restitutionē hæreditatis. Quorsum si testator cogitasset de posthumo, non fecisset extraneos hæredes, ergo tacendo, extraneos fecit hæredes tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & obliga. & de his satis.

21 Sed † quid de legato Catharinæ vxori relicto, an præstabitur non obstante ruptura ex posthumi natiuitate? huius etiam rei lubrica est decisio, pleuáq; discriminis à nostris authoribus circumuoluta. plurib. itaque adminiculis opus esset ad describendum, quid rectè definiendum sit.

22 Tu † diceres præstandum. Quia, hodie iure nouo ex causa præteritionis, vel exhæredationis irritum est testamentum, cætera namque firma permanent. authen. ex causa. C. de libe. præteri. vel exhæreda. vnde legata, fideicommissa, tutelæ, donationes, & cætera in testamento disposita valebunt, propter generalitatem literæ, quæ indistinctè conseruat cætera præter institutionem. l. 1. §. generaliter. de lega. præstan.

23 Deinde, † communi voto maiorum. authen. locum habet tam in præteritione filij iam nati, quàm posthumi. vt docuit Bart. ibi, num. 4. Imo. in c. cum esses. de testa. num. 26. Alexand. ibi. num. 17. Cur. numer. 6. cum sequent. Bertrand. consil. 150. libro quinto. Parisi. consil. 60. nu. 9. lib. 2.

24 Sed † dubium est, an locum habeat, non solum si posthumus scienter à patre præteriretur, sed etiam si ignoranter? vt in casu nostro, in quo pater tempore testamenti non putabat se habiturum liberos. Multi, etiam in ignorante, & communem vocat Paris. consi. 60. 61. 64. nu. 8. lib. 2. Nam, cum gratia testatorum introductum fuerit, vt cætera disposita valeant. l. 1. C. de sacro. eccles. licet pereat institutio. Idem fauor in vtroque casu militare videtur, sciuerit, vel ignorauerit. Imò, magis fauendum esset ignoranti, quia, plus delinquit in filium sciens, quam ignorans pater. l. si ignorans. ff. loca. cum si.

Insuper videtur testator per clausulam codicillarem cōseruasse legata. l. si quis eum nullum. l. ab intestato. ff. de iure codicil. vbi in solis codicillis relicta legata pręstabuntur, si postea nascatur posthumus, perinde ac si omnes hæredes, ad quos legitima hæreditas, vel bonorum possessio peruentura esset, rogarentur. Ita, in casu huiusmodi, cum hæreditas deuenerit ad eam, cui legitimo iure debetur, videbatur rogata,

legata

legata præstare. verùm ille text. loquitur, quando solos codicillos faceret, & vteretur hoc generali verbo, quisquis mihi hæres erit, quod vim habet expressę nominationis. l. 8. §. hæc verba. de vulga. & nihil ad casum nostrum.

25 Videmus † etiam plerunque non obstante ignorantia testatoris legata præstari. l. fi. ff. de hæred. insti. falso rumore perlato mortuam fuisse Pacumeniam hæredem, testator mutauit testamentú, & alium sibi hæredem fecit, dicendo, quia, quos volui, hæredes mihi habere non potui, ideo Rufinum instituo. Sed quia falsus rumor obesse non solet, fuit pronũtiatum hæreditatem ad Pacumeniam pertinere. legata tamen in posteriore testamento pręstabit, ecce ibi, legata relicta ab ignorante, per hæredem præstari.

26 Huic † seruit, ratio liciti amoris, & affectionis, quam gerebat testator erga legatariam vxoré suam, cuius gratia inducitur fideicom. l. in testamento. ff. de fidei. liberta. ibi, pios tamen filios debere manumittere eam, quam pater dilexisset. hic pater, vocat bene dilectam vxorem, cui legauit 300. aureos. cum sint duo, in carne vna. c. hæc imago. 33. q. 5. l. aduersus. C. de crimi. expila. hæredi. hinc colligitur, legata, quæ alias non deberentur, præstanda esse, si persona, cui legatum est, à testatore maximè diligatur. vt Gloss. in d. l. in testamento. Roma. in l. si verò. §. de viro. num. 49. ff. solu. ma. & consi. 179. num. 21. Ias. in l. verbis ciuilibus. num. 16. de vulga. in l. non dubium. num. 20. C. de legibus Gabrie. lib. 4. de testa. conclus. 5. num. 2. Hinc etiam Bart. in d. Authen. ex causa. quando verisimile esset, testatorem legasse, etiam si de posthuma cogitasset. col. 4. ibi, pręterea hoc suadet æquitas Ang. in l. vxorem. ff. de manu. testam. Castren. in d. authen. Aret. in l. Titius. num. 6. ff. de libe. & posthum. Socin. consil. 93. lib. 4. Cepha. consil. 585. numer. 31. cum sequent.

27 Cæterum, † alij cótrariam magis communem esse. Cum, non sit credendum, quod legata fecisset, si de filiis cogitasset. d. l. pen. ff. de iure codicil. Sicut miles qui ignoranter filium prætererit, non censetur velle alium hæredem facere. l. militis codicillos. §. miles in supremis. de milita. testa. l. sicut certi. C. eo. propter immensam patris, in liberos dilectionem, quæ videtur esse inæstimabilis. vt latius suprà. Et deinde, si donatio reuocetur propter natiuitatem. d. l. si vnquam. ita, & legatum quod donatio dicitur. l. legatum. de lega. 2. Imò magis legatum, cum donatio fortior sit legato licet d. authen. ex causa generaliter loquatur, quæ debet restringi ad metas rationis. l. regula. §. cum quis. ff. de iuris, & facti igno. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2.

Et si authentica casum ignorantiæ conciperet, tota vertere in pręiudicium testatorum, & contra naturalem eorum voluntatem, quæ est præferre liberos
28 extraneis. d. l. cum acutissimi. in † l. fin. erat extranea hæres scilicet Pacumenia. hic filia. l. fi. C. de codicil. in l. in testamento, agebatur de libertate, cuius fauore, & dilectionis personæ, pręstatur legatum, apparebátque voluntas expressa, licet imperfectum fuisset testamentum hic nullo modo, &c. vt illi latius, & longius multo. in locis præallegatis.

29 Sed † quid tandem? Aliqui distingunt, inter legatum paruum, & magnum vt paruum debeatur, & non magnum, & magnum dici, quando ad dimidiá totius hæreditatis ascendit. Imò, hoc positum esse in arbitrio iudicis. Soci. consi. 93. lib. 4. Mono. de arbi. libr. 2. centu. 2. casu. 167. Tiraquel. in verbo donatione. nu. 271. Alcia. verò regu. 1. præsump. 13. neutrum deberi quia. l. si vnquam loquitur generaliter, tam de re parua, vel magna. & l. generaliter. §. cum authen. C. de insti. & substi. Are. consi. 93. & consi. fi. verum Socin. consi. 63. nu. 30. lib. 4. Paris. consi. 60. 61. nu. 17. libr. 2. æquius esse si non excedat dimidiam præstandum.

Vnde hæc curia in hoc ancipiti posita loco voluit scire vires patrimonij huius, & relatum est testatorem habere in bonis tria millia aureorum. Catharinam dedisse dotis nomine quingentos aureos, lucratam ducétos, & omne ius suum iuncto legato ascendere ad mille aureos, & ita remanebant filiæ duo millia, quorum fructus vsque ad annos nubiles poterant debita persoluere, voluit eam opinionem sequi, quæ matri fauebat, ordinauítque legatum præstandum.

30 Cæterum † finita lite huiusmodi, post tres, aut circiter annos, quia varium, & mutabile semper fœmina. c. forus. de verbo. signi. Cum hæc mulier ad secunda vota conuolasset, mortua filia, volebat illi ab intestato succedere, patrui verò eam esse indignam, quòd marito iniuriam fecerat. secundum Gloss. in authen. ex testamento. C. de secund. nup. Sed fuerunt repulsi ab eorum petitione, quoniam mater pleno iure succedit filiæ licet ad secunda vota conuolauerit, quando vnicus est filius, vel omnes mortui fuerint, vt docuit Bart. in d. authen. ex testamento. & consi. 5. Angelus Matiæ. & est commu. opinio. contra Gloss. vt latis. Ioan. de Gatto. ibi. num. 46. Et in his solemus considerare, qualitatem, seu affectionem personę immediatæ, non mediatæ. l. cum ita. §. in fideicom. de lega. 2. & ibi Bald. Soci. consi. 249. nu. 20. lib. 2. Et cum adita fuerit hæreditas per filiam, amplius non dicitur patris, seu mariti hæreditas, sed ipsius filiæ. l. 1. §. veteres. ff. de acquir. hæred. Neque consideratur affectio mariti, sed filiæ erga matrem. l. fi. C. de instit. & substi. Non quod fuit, sed quod nunc est, inspicimus. l. non vnde originem. C. si cer. peta.

SVMMARIVM.

1 *L. septimo mense. de sta. homi. vtiliter declaratur. 5. 9.*
2 *L. Quod certatum est. C. de posthu. explanatur. 7. 10.*
3 *Partus imperfectus non rumpit testa. neque donationem, nec facit deficere conditio. si sine liberis. Nec similiter impedit dotis restitutionem.*
4 *Canis festinans imperfectos parit catulos.*
6 *Octimestris an sit legitimus? 11. nouiter, & vtiliter.*
8 *L. quod dicitur. ff. de libe. & posthu. declaratur.*
12 *Tempus, qui allegat, debet illud probare.*
13 *Natura, nihil agit frustra.*
14 *Regulæ standum est, & qui allegat fallentiam probet.*
15 *Naturalia, non accidentalia attendenda.*
16 *Alciatus in l. qui mortui pungitur.*
17 *Præsumptionibus opus est, in his, quæ sunt difficil. probationis.*
18 *Dolor magnus in prægnantibus causat abortionem.*
19 *Terminus à quo, regulatur secundum terminum ad quem.*
20 *Mulieri dicenti se ante tempus parere, an credatur? 21. 22. 23.*
22 *Confessio inconsiderata non nocet confitenti.*
24 *Obstetrici an credendum super immaturitate partus?*
25 *Peritis in arte, quo modo credatur?*
26 *Imperfectæ probationes non coniunguntur.*
27 *Matri in dubio fauendum.*

DECISIO CLXXVIII.

Hic agitur de partu immaturo, an succedat, & transmittat hæreditatem patris ad matrem? casus pulcherrimus.

SPIRETA Floteta loci Sanctæ Ceciliæ duobus diebus post occisum Dionysium Noguerium maritum suum, filiam peperit, quæ intra octo dies mortua est, relicta matre, & duobus germanis fratribus à quibus petit tertiam partem hæreditatis dicti Nogueri ab intestato defuncti, ex persona filiæ. per authen. defuncto. C. ad Tertul. Se opponunt fratres, dicentes partum fuisse intempestiuum, & immaturum, qui secundum naturæ terminos viuere non poterat, vt pro non nato habeatur. l. qui mortui.
1 ff. de verbo. signi. vt † probat. l. septimo mense. ff. de sta. homi. septimo mense nasci perfectum partum iam receptum est. ergo à contrario, sexto, vel octauo imperfectum esse. Itaque facta computatione vitalis diceretur si intra centum, & octuaginta duos dies nasceretur. l. intestato. §. post decem menses. ff. de suis &
2 legiti. † Probat. l. quod certatum est. C. de posthu. hæredi. Instit. posthumus perfectè natus, licet illico decesserit, dum modo ad nullum declinet monstrum, vel prodigium rumpit testamentum. pōderando verba perfectè natus. Itaque septimestris, vel octimestris non rumperet testamentum, quia, non diceretur per-
3 fectè natus. Nec † faceret deficere conditionem si sine liberis. Soci. consi. 275. in fi. lib. 2. Minúsque reuocaret donationem per l. si vnquam, vt per Tiraquel. ibi in verbo. susceperit liberos. num. 205. Nec similiter impediret dotis restitutionem, secundum terminos. l. dos à patre. cum Gloss. C. solu. ma. de Afflict. decisio. 236. Neque transmitteret hæreditatem ad suos Hypo. consil. 10. num. 36. Cra. cons. 110. num. 5. Nam si pro non nato habeatur, non entis nullæ sunt qualitates. l. 2. ff. de vsufruct. Et tanquam abortiuus, & nimis properans defecit in itinere. l. vxoris abortu. C. de posthu. hæredi. §. posthumi. Instit. de exhere.
4 libe. Hinc vulgo dicitur. Canis nimis festinans imperfectos catulus parit. Mar. Tullius in Catili. poma ex arboribus si cruda sint, vi euelluntur, si matura, & cocta, vltro decidunt. Ita partus maturi sunt, qui
5 nouem Lunæ cursibus educuntur. vnde, † secundum communes medicorum, & philosophorum sententias, septimestres, & nonimestres sunt legitimi, atque perfecti. Alij minimè: vt refert Socin. Iun. consil. 71. lib. 1. Bursa. consil. 53. numer. 18. Tiraquel. vbi suprà. num. 200. cum sequent. Ioseph. Ludo. de nato in octa-
6 uo mense. Paris. consil. 56. lib. 2. Licet † multi velint octimestres haberi pro natis, & posse succedere vt Ang. in d. l. vxoris abortu & ibi Alexan. Bald. cons. 128. libro primo. & cons. 113. lib. 5. Deci. consil. 623. circa fin. Bertrand. consil. 217. in fin. libro primo. cum multis allegat. per Parisi. consil. quinquagesimo sexto. lib. 2.

7 Præsertim † quando habent sua integra corpora suis composita membris. d. l. quod certatum est. Huic
8 † accedit. l. quod dicitur. ff. de libe. & posthum. qui exsecto ventre editus est rumpit testamentum, & tamen erat immaturus, alioqui non erat opus ventrem excidere, vt à communiter contingētibus argumen-
9 tum faciamus. Nec † obstat d. l. septimo mense, quæ intelligit septimo mense natos esse legitimos, respectu nuptiarum contractarum, veluti si hodie essent contractæ nuptiæ, & hinc ad septem menses nasceretur puer, vel si diu abfuisset maritus, & reuersus in septimo mēse haberet prolem, diceretur legitima. At si sexto, & viueret præsumeretur ab alio viro conceptus. vt in d. l. ibi, credendum est, eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est legitimum esse, facta computatione temporis nuptiarum vt aduertunt
10 Ang. & Alex. in d. l. vxoris. Non † quod excludat octimestres, sufficit momento vixisse. d. l. quod certatum est. & d. l. quod dicitur. vbi etiam, quamuis non integrum animal fuerit cum spiritu tamen, rumpit testamentum. si non sit integrum, ergo est imperfectum, si rumpit succedit. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. sequitur, vt transmittat ad suos. l. qui duos. §. cum in bello. ff. de rebus dubiis. l. apud hostes. C. de suis, & legiti. Deci. consi. 245. nu. 3. Et ita videtur iure probari istorum opinio. hæc sunt secreta naturæ hominibus plurimum dubia, & incerta. Cum plerúque videamus integros partus cito decedere. & dicere, propterea fuisse imperfectos non certè possumus, quod per mediam nebulam intuemur, & velut vmbram incertam aspicimus, quicquid dixerint medici, nos alio iure vtimur, nempe sufficere momento conditionem fuisse adimpletam. l. hæredibus. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. l. quidam testamento. l. rogo. ff. de fideicom. liberta. ibi, quia semel extitit conditio. l. placet. ff. de acqui. hæredi. l. fin. C. de indic. vidui. toll. l. si quis hæredem. C. de institu. & substi. cum si. Quia, vbi res semel extinguitur, nunquam reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. Ideo, semel natus, & viuus partus suos debet effectus operari. d. l. quod certatum est. l. quod dicit.

11 Veruntamen, † cum maior pars nostrorum seniorum sequatur medicos, dicentes semestres, & octimestres pro non natis haberi, & esse abortiuos, fuit conclusum huius abortionis probandæ onus ad fratres pertinere.

12 Cum † super immaturo tempore, eorum intentio cōsistat. l. cum re. l. matrem. C. de proba. l. eum actum. ff. de nego. gestis. clem. 2. vbi not. de rescrip. Alexand. consil. 16. num. 31. lib. 5. Deci. consil. 256. num. 4. Nata consil. 436. num. 6. Cepha. consil. 631. numer. 23.

13 Cum † præsertim non sit præsumptio, naturam (quæ nihil agit frustra) voluisse imperfectos fructus producere, quæ communiter solet multiplicare genus humanum ex perfectis, & integris hominum
14 corporibus. Et † qui allegat fallentiam eam probare tenetur, cum sit standum regulæ. l. nam ad ea. ff. de legibus. Gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris. docto. in l. quotiens. ff. si quis cautio. Cur. Senior. consil. 11. num. 2. Parisi. consil. 11. num. 17. libr. 2. Roland. à
15 Val. consil. 81. nu. 4. lib. 1. Et † magis naturalia, quam accidentalia soleamus inspicere. l. naturalem. ff. de acquir. rerum domi. §. illud. Instit. de rerum diuis. l. qui habet. §. 1. ff. de tutel. l. tutor peritus. §. qui à tutoribus. ff. de excusa. tuto. l. profectitia. in fi. ff. de iure dotium. l. fin. C. de his qui veniam æta. l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. Port. consil. 165. nu. 33. Hypo. consi. 9. nu. 29.

16 Hinc † colligimus d. And. Alciatum in d. l. qui mortui. inopinanter loquutum, dum dicit, si mulier contendat partum esse legitimum, hæredes mariti abortiuum dicant, nō creditur matri, nisi ex medicorum, & obstetricum sententia. Nam si ille intelligat matri hoc onus incumbere, loqueretur contra communes iuris regulas, quibus cauetur reos debere suas exceptiones docere. l. in exceptionibus. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. l. 1. & 2. ff. de excep. l. qui accusare. C. de edend. vbi Deci. nu. 1.

Proinde,

17 Proinde, † isti fratres germani multis coniecturis conantur probare abortiuum, cùm certa probatio in casu huiusmodi sit difficilis vt prædicimus, quemadmodũ in multis aliis casibus præsumptionibus opus est,& perspicuis indiciis.l.dolum.C.de dolo.pro quibus lex contenta est possibili probatione secundum subiectam materiam.l.consensu.§.seruus.C.de repud. Bar.in l.si quando.in fi.C.vnd.vi.Cano.in c.afferte de præsump.Cra.consi.73.num.7.Mono.lib.2.casu 116, centu.2.& lib.2.centu. prima.casu 89.

18 Primò † itaque probant Floretam grauissimo dolore affectam, dum intellexit Huguenotos occidisse maritum existẽtem in porta ciuitatis, quam tanquam consul custodiebat à pestiferis. & illum proditorem in habitu dissimulato, qui sequentes habebat socios, vna manu porrexisse cartulam, & altera pistoleto (quod sub pallio latebat) percussisse. Et quando in domum suam delatus est mortuus, ingentes emisisse clamores, duros gemitus, & planctus, quibus verisimile est commota fuisse viscera, & coactã post duos dies intempestiuũ emittere.sicut sæpe cõtingere solet prægnãtibus nimio dolore affectus parere abortiuos, siquidẽ ille magnus & insolitus dolor, & vehemens gemitus generat accidentia in vtero, quæ ligamina sustinentia fœtum in matrice dissoluunt,& rumpunt: vt dicunt naturalium causarum scrutatores. Sicut legitur Regum 1. c.3.de vxore Phinees,quæ prægnans erat,vicináque partui, & audito nuncio quod capta esset arca Dei,& mortuus esset vir suus, incuruauit se & peperit, irruerant enim in eam dolores subiti.

19 Aduerte,† licet iste dolentis,& plangentis animus plenè probatus existat, non tamen infert editionem fuisse immaturam, quia opus esset vt prius probaretur tempus maturitatis, & deinde cognosceremus quanto tempore ab illo distaret. sicut non possumus dicere factum esse dilatione pendente, nisi sciamus terminum dilationis.l.siue pars.C.de dila. Et eidem, si deficiat exemplar, deficit exemplandum. l.in testamento.de condi. & demonst. Quia terminus à quo, regulatur secundum terminum ad quem, tanquam à principali suo. authen. si quis in aliquo documento. C.de edend. Deinde, quis reuelauit nobis tunc non venisse tempus pariendi? dubia probatio non releuat probantem.l.non hoc.C.vnd. legi.c.in præsentia. de proba.

20 Dicunt † illi,quia ipsa dicebat se parituram circa tempora natiuitatis D.N.Iesu Christi, & ipsa peperit mense Nouembri: sed sicut vna testis ab ipsis producta dixit, vulgatem esse regulam inter grauidas. *Que mieux conte le petit que le grand.* sæpe falluntur matres circa præscriptum pariendi tempus, vt quotidie videmus.

21 Tertiò, † dum laborabat in partu,fatebatur etiam immaturum: & ita nõ est opus testibus,cùm ipsamet hoc fuerit confessa. Nulláque sit melior probatio, quam confitentis.l.cùm te.2.C.de transact. l.generaliter. C. de non numera. pecu. c. per tuas. de proba. Alex.consi.13.circa princip.& consil.18. libr. 4. Cra. consi.61. num. 3.cum aliis multis relatis per Cepha. consi.192.nu.8.cum sequen.

22 Non † est etiam secura ista assertiò, quæ laborante muliere in puerperio fit. magno dolore affecta, nescit quid dicat, mortisque cogitatione turbata inconstantem habet animum. arg. l. hac consultissima. C.de testa. Plerúque ludibria, & insana profundunt, quæ posteà dixisse non recordantur, vt experientia docet. vnde non solent nocere confessiones,quæ non sunt verisimiles vlterò emissæ, & incõsideratè.l.diuus. ff.de milita.testa.l.1.§.si quis vltro. ff.de quæstio. l.in confessionibus. ff. de interro. actio. l. inde Neratius in fi.ff.ad l.Aquil.Bal.in l. si quis in huc genus. C. de epis.& cleri.Decius in d.l.cùm te.nu.8.Cra.cons.134. num. 38.

23 Præterea,† poterat verificari assertio ista,respectu septem mensium, licèt sit tempus legitimum. Cùm communiter eo mense nati dicantur immaturi,habita consideratione ad omnes alios, qui nono mense nascuntur. Sufficit si generale dictum in vno tantum verificetur casu. perinde est,ac si ille casus solum fuisset nominatus. l. fundus qui locatus. de fund. instruc. si legatus fuerit fundus cum instrumento generaliter,& ibi testator & colonus instrumenta habeant,illud solum continebitur, quod erat testatoris. Idem si fuerit appellatum ad plures iudices, & vnus tantum sit competens, ad illum censetur appellatum. Ang.consi.336.nu.2. Et in similibus docet Bar.cons. 196. ciuitas Camarinæ. in 4.puncto. Cra. consi.162. nu.4.Bar.in l.qui Romæ. §.duo fratres in 6. quæstio. & ibi de Rip.num.79. Cepha.consi.23.nu.26.

24 Quartò, † obstetrix quæ leuauit infantem deponit, *que ledit enfant estoit fort maigre & ennichillé, menant tousiours vn plainct,& ne tetoit pas bien,& ne tiroit pas le tetin,n'ayant force pour ce faire, ainsi que luy disoit la nourrice*. Ideò videtur obstetrici, tanquam expertæ in arte esse credendum.l.1. vbi Bar.ff. de ventre inspiciend. c. cùm causam. c. proposuisti. de proba. Idem Bart. in proœmio ff. & maximè, cùm designet signa quibus colligitur fuisse crudum & immaturum partum,miniméque vitalem,si non possit sugere lac, & ligare vbera nutricis,quomodo viuet? Glo. in l. 2.C. vbi pupil.educa.deb. Hæc depositio non est integra, suoq; telo vulnus patitur: quoniam illa dicit, se nescire an partus immaturus sit. Si testis dubitatiuè deponendo fidem non faciat. l. solam. C. de testi. Alex. consi.82.nu.2,lib.4.Ias.in l.1.nu.15. ff. de ius. & iure. Cra.consi. 6.nu.124. Cepha. consi. 512. nu. 10. cum sequen. Multò minus quando dicit se nescire. Si signa per eam adducta probarent immaturitatem, non dixisset ignorare an esset imperfecti temporis.: ignorato enim genere non potest haberi cognitio specierum.l.1.ff.si certum peta. sed quia videbat maturos partus sæpissimè ingemiscere, & plangere,multis occasionibus: vel quia in vtero matris dolorem acceperint, vel forsitan venientes in lucem, in exitu dura recipiuntur manu, vel propter longas parturiendi moras,& angustam portam, quæ solent reddere partus debiles & infirmos: meritò dicit, se nescire.

25 Porrò,† vt expertis in arte credatur,solet prius Iudex illis committere,vt videant & referant,vt admonet Bar. in l.1. §. ex hoc rescripto.de ven.inspiciend. Cano.in c.significasti.de homi. Non vni tantum, sed ad minus duobus.c.causam matri.de proba. Alexand. consi.179. nu.8.& consi.148.nu.1.lib.2. Deci.in d.c. proposuisti.nu.10.de proba. Et quia ista causa est ardua,in qua agitur de tertia parte hæreditatis satis amplæ,vt aduertit Panor.in d.c.proposuisti.nu.7.Decius nu.13.docto.in l.1.§.fi.ff.de verbo. obliga. Mono. de arbi.lib.2.casu 140.nu.27. Et hic, non tanquam experta loquitur, sed tanquam testis. ideò soli non creditur.l.solam.C.de testi. Mono. consi. 284. num. 32. Sed quid dicemus? hæc causa delata est ad meas iudicanda manus, & discussa in consilio visum est nobis omnibus, proposita media non concludere abortiuum fuisse partum. Et ob id tertiam partem hæreditatis Dionysij ab intestato defuncti pertinere ad Floretam matrem ex persona Spiritæ filiæ suæ, per d.

authen. defuncto. latius declarat Alexand. consi. 79. num. 4. lib. 6. Et inter cætera mouebantur d.d. Quod hæc paruula fuerit tota integra, baptisata, illique impositum nomen, & vixerit per octo dies, vt in simili ferè casu considerauerunt nostri antiqui patres. Soci. Iu. d. consi. 35. nu. 22. lib. 2. Cagno. in l. 1. nu. 193. ff. de verb. obliga. Chas. consi. 19. nu. 6. 7. 8. 9. Bursa consil. 63. num. 20. vlterius, quia solent matres quæ panuntur abortum maximè periclitari, multæ moriuntur, aut longa detinentur infirmitate. Hæc autem, illico post partum sana omnino visa est, & sine macula.

26 Nec † fuit quæstionis coniungere simul illas imperfectas probationes vt facerent vnam integram, vt aduertit Monn. d. consi. 284. Deci. in c. veniens. de testi. docto. in l. admonendi. vbi Ias. nu. 253. quia singulæ non concludunt. l. 1. C. qui numero tutel. lib. 10. l. spadonem. §. qui multa. ff. de excusa. tuto. Alex. consil. 11. per to. lib. 4. Hypo. consi. 88. nu. 22.

27 Et † postremò, vt in dubiis opinionibus huic desolatæ ex morte mariti, & filiæ faueremus. l. iure. ff. de iure do. l. fi. C. de institu. l. 2. vbi Bar. & doc. de vulga. l. precibus. ibi, ad te omni modo eius pertineat successio. vbi Deci. no. 6. Cur. Iu. consi. 134. num. 6. Cepha. consi. 339. num. 12. & consi. 429. numero 152. cum sequen.

S V M M A R I V M.

1 *Parrochiæ ius non est auferendum.*
2 *Parrochia iure gentium diuisæ, & dioceses.*
3 *In alieno choro non licet pedem ponere.*
4 *Delictum in ecclesiam commissum, grauius dicitur.*
5 *Domus tota, per ingressum, & egressum regulatur.*
6 *Domus duarum parrochiarum, duas habens portas, de illa parrochia dicitur in qua sita est anterior porta.*
7 *Ianus, geminus dicitur.*
8 *Nauis, à prora, & puppi.*
9 *Domo legata continetur hortus, si per domum ad illum sit ingressus.*
10 *Vna res, non debet diuerso iure censeri.*
11 *Consuetudo, præsupponit ius commune esse in contrarium, quæ propterea ad alios casus non est extendenda.*

DECISIO CLXXIX.

Si domus sita sit intra fines duarum parrochiarum, cuius erit parrochia?



PALATIVM apostolicum Auenionis, magnum & mirabile opus, situm reperitur intra limites duarum parrochiarum. Beatæ Magdalenes à parte anteriori, cum magna porta, per quam fit communis ingressus, & egressus, & mediam partem continet ædificiorum. Altera pars, quæ dicitur aquæ pendentis respicit sanctum Symphorianum, habens in fine graduum portam ferream, quæ aliquando, (quoties expedit) aperitur, & domino placet. Vnde inter istos duos parrochos sæpe orta est quæstio, quis debeat defunctos domesticos sepelire?

1 Symphorianus † volebat saltem eos recipere, qui in sua residebant parte, secundum præscriptas parrochiarum metas, vt limitata causa limitatum produceret effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. Et ne liceret alteri iura alterius parrochiæ vsurpare. c. nullus. de parro. c. ex patre. c. cùm liberum. de sepultu. c. placuit. de pœni. dist. 6. Seruit regula, id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. in re mandata. C. manda. Et vt inquit Gratus episcopus, hæc obseruatio pacem generat. in c.
2 primatus. 7. distinct. Vtpote † cum iure gentium iura, & dominia rerum fuerint distincta. l. ex hoc iure. ibi, agris termini positi. ff. de iusti. & iure. diocesea, & parrochiæ diuisæ. c. prouinciæ. 99. dis. c. vrbes. 80. dis. c. inter memoratos. 16. quæst. 3. c. ecclesias. 13. quæst. 1. c. ad decimas. de resti. spolia. lib. 6. l. si irruptione. ff. fini. regundo. Itaque ordo iuris confunderetur, nisi cuique parrochiæ ius suum tribueretur. l. consulta diualia. C. de testa. c. peruenit. 11. quæst. 1. c. 2. ibi proprio cootempto presbytero. de parro. huic decisioni ser-
3 uit adagium. In † alieno choro non licere pedem ponere. contra eos, qui sese immiscent alienis negotiis, & aliorum vendicant partes. contra. l. Iustitia. ff. de ius. & iure. Si lex Agraria aduersus eos, qui terminos statutos, extra suum agrum amouerint, pœnam constituat. l. fi. ff. de termi. moto.

4 Multò † magis contra eos, qui rerum spiritualium partitos limites occupare conantur. Cùm grauius sit delictum, quod in ecclesiá committitur. l. si quemquam. l. presbyteri. C. de epis. & cleri. c. sicut dignum. in princip. de homi. c. cùm quidam. de iureiurand.

5 Alius † verò totum palatium ad suam ecclesiam pertinere profitebatur. Ex eo quod habebat ingressum, & egressum intra suos limites, & maiorem portam, à qua tota regulatur domus, & tanquam potentior, ad se omnes alias attrahat partes. arg. l. cùm in diuersis. ff. de religio. vt in terminis voluit Bart. in l. quod cóclaue. in fi. per illum tex. ff. de dam. infec. vbi Albe. nu. 3. Etiam si in alia parte comedat, bibat, &
6 moretur. Idem Ang. nu. 5. His † accedit, quod anterior pars palatij (magnis structuris resplendens, & alros recreat visus) de Magdalena existit. quæ etiam facit, vt totum eodem iure censeatur, secundum Ang. Ibi. dicens, si domus vna haberet duas ianuas, anteriorem, & posteriorem, & per vtramque vicissim fuerit ingressus, illius erit parrochiæ, in qua posita est anterior porta, vt à nobiliori fiat denominatio. sequitur Alexan. in addi. ad Bar. Nam quemadmodum cuiusque rei potissima pars principium est. l. 1. ff. de orig. iu. l. si procuratorem. ff. manda. l. 3. §. scio. ibi, initio inspecto. ff. de mino. Ita ianua domus, sicut principalis, & initium totius ædificij, cætera, táquam accessoria ad se facilè trahit. c. accessorium. de reg. iuris. sine foribus frustrà ædificaretur domus. Et oporteat intrare per ostium, non aliunde sicut fures, & latrones. vt apud diuum Ioan. c. 10. c. ordinationes. 1. quæst. 1.

7 Hinc † Ianus geminus dicitur, quasi vtriusque ianuæ cælestis moderator, quod oriens aperiat, & claudat, pacisque, & belli index vocabatur. vt apud Titum Liuium lib. 1. ab vrbe cõdi. litera I. Et Ianuarius mensis primus, & principium anni. c. ieiunium. §. mense. 76. distinct.

8 Nauis † etiam à prora, & puppi principaliter regitur: propterea quod à prora & puppi, tanquam à capite & calce pendeat tota nauis. Ita ingressus & egressus dicitur principium & finis habitationis.

9 Hinc † legata domo nó cótinetur hortus, nisi per domum ad hortũ ingressus habeatur. l. prædiis. §. qui domum. de lega. 3. l. olimpico. §. fi. ff. de seruit. vrba. prædio. c. Raynutius in verbo. domum, & quendam hortum, vbi cano. amplis. & Bero. nu. 63. Alex. cõs. 26. nu. 1. lib. 4. & cons. 223. nu. 1. lib. 2. Ias. in l. fi. ff. de consti. princip. nu. 14. Recordor me respondisse fratribus

Domini

Dominicanis, quibus datum erat priuilegium. Ne liceret aliis ædificare ecclesias, vel cœnobia iuxta eorum monasteria per ducẽtos passus. Hanc distantiam à porta ecclesiæ, vel monasterij dimetiendam, non à continentibus ædificiis. sicut videre licet in fratribus Capuchinis nouiter ædificatis, quorum ecclesia ab aliorum viridario distat solum per viginti passus, à portis verò ecclesiæ, vel conuentus vltra tricentos & sexaginta. qualiter autem debeat fieri mensuratin distantiarum, locorum, & terminorũ, & per quas vias, an per aëream rectam inspectionem per modulas. vide Bar. & doct. & Ias. in l. 1. nu. 3. 4. 5. ff. si quis cautio. Ista causa deleta est in Rotam per D. Ludouicum Bellum prothono. S.S. Apost. auditorem, & conclusum fuit totum palatium ad solam parrochiam beatæ
10 Magdal. pertinere. Nec † obstabat, quod ædificium factum reperiatur post diuisionem territorij, & propterea solo cedere debeat. §. si quis in suo solo. & §. ex diuerso. Insti. de rerum diuis. l. 1. C. de edifi. priua. l. si Titius. ff. de rerum diuis. Nam cùm vna, & eadem domus constructa reperiatur super vtriusque solo, & vltra solum, & ædificium ostium habeat in regione alterius. Istud tanquam potentius, alteram ad se attrahit partem. ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. §. si quis in aliena tabula. Insti. de rerum diuis. c. 1. de consecra. eccle. vel alta. lib. 6.

11 Similiter † non faciebat præiudicium quod scribit Mausuerius titu. de taleis, & collectis. §. item nota. quem sequitur D. Guil. Bened. in d. c. Raynutius. in verbo, & ortum. nu. 8. & 9. si aditus, & pars anterior domus sit vnius parrochiæ, & posterior alterius, qui ibi habitat soluere tenetur collectas in illa parrochia, in qua focum tenet & ignem. quoniam, vt illi dicunt, consuetudo illud operatur, siquidem secundum vulgares collectæ indicuntur, per focos & belugas: ergo præsupponunt ius commune contrarium disponere. l. de quibus. vbi Bar. nu. 5. ff. de legi. magna enim vis est consuetudiois, quæ ius commune interpretatur, tollit, & limitat. Glo. in §. ex non scripto. Insti. de iure natu. gen. & ciui. Bal. in l. Imperialem. §. prætereà ducatus. de prohi. feud. alie. per Fede. Panor. in consil. 7. nu. 5. lib. 2. Cra. consi. 238. nu. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Quæ etiam in persoluendis muneribus potissimum spectatur. Alex. consi. 124. nu. 3. lib. 4. de Afflict. titu. quæ sunt regalia. §. extraordinaria. num. 46. Cepha. consil. 568. numero 8.

Quæ propterà non extendirnt de caso, ad casum. Lius singolare. l. quod verò contra. ff. de legib. And. de Isar. in Rub. de consue. recti feudi. Imo. in c. 1. de feud. Soci. consi. 73. num. 4. lib. 3. Bert. consi. 346. num. 11. lib. 2. Alexand. consi. 68. num. 5. 19. lib. 2. Cra. consil. 318. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *§. In hac actione. l. si cum exceptione. ff. quod me. causa declaratur. & nu. 7.*
2 *Huguenoti, Cyclopicam vitam agunt.*
3 *Catholici ab Huguenotis capti, dicuntur in puteo cum canibus viuere.*
4 *Impugnare nõ licet, quod est nostræ salutis remedium.*
5 *Contractus non debet claudicare.*
6 *Malum pro bono, pro perca scorpium.*
8 *Contractus, an apud hostes initus valeat?*
9 *L. Nam & Seruius. ff. de nego. gest. declaratur vtiliter. & nu. 11.*
10 *Libertatis gratia multa promittũtur. & n. 12. 13. 14.*
15 *Cessante causa obligationis, cessat obligatio.*
16 *Procemium instrumenti denotat causam finalem.*
17 *Simulationes doli participes.*
18 *Clandestina suspecta esse.*
19 *Contra contractum veniens, non potest se iuuare ex illo.*
20 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
21 *Mendaci nulla fides adhibetur.*
22 *Mendax in vno, mendax in alio.*
23 *Ex paucis multa, ex minimis maxima colligimus.*
24 *Leonem ex vnguibus æstimare.*
25 *Tractantur multa, quæ non perficiuntur.*
26 *Onera, secundum facultates distribuenda.*
27 *Pennas maiores nido extendere.*
28 *Fatuus, fatuus loquitur.*
29 *Industria vnius, aliquando plus æstimatur, quam pecunia alterius.*
30 *Plures res vno pretio emptæ, faciunt vnũ contractum.*
31 *Si vnus ex pluribus dicatur plus debito oneratus, omnium remissio fieri debet.*

DECISIO CLXXX.

Hic agitur de contractu per captiuum celebrato in fauorem concaptiui, qui illius redemptionem promisit & soluit. casus lachrymabilis.



IOHAEL Antranus anno 1575. die decima sexta Augosti, dum iter faceret de loco Boniliorum Auenionem, missus in legationẽ à ciuitate sua, fuit captus ab Huguenotis, cum suis comitibus, & clausus in duro Iocassij carcere. In tanta autem angustia positus, multos (ex vicinis nobilibus) amicos suos adhibuit oratores, & mediatores, vt pro se & concaptiuis redemptionem moderarentur, & promitterent. vnus illorum nobilium dominus de Cabanis, post varias disceptationes & circumlocutiones, & reductionem magni petiti pretij, promisit prædonibus pro prȩda mille & ducentos aureos omnium nomine. Antranus erga illum se reddidit fideiussorem. Ludouicus Rouerius in hoc itinere comes, & vnus de quinque harum miseriarum socius. adhuc existens in manibus hostium, se obligauit Antrano soluere quadringentos aureos secundum inter eos prius factam totius oneris diuisionem. Euasus
1 agit ad rescissionem cõtractus, diceudo † (inter cætera) promisisse per vim & metum, ob causam carcerationis, & vinculorum, nulliusque momenti esse promissionem. l. qui in carcerem. ff. quod me. causa. l. non interest. l. fi. C. eo. licet is, qui conuenitur crimine careat, sufficit probare metum fuisse illatum, etiam respectu tertij in cuius fauorem facta est obligatio. l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod me. caus. Bal. & Paul. in d. l. non interest. Ancha. in c. abbas. nu. 5. eo. propterea quod metus dedit causam ineundæ obligationis, & libera voluntate non contraxit, cùm esset captus, & ab hostibus detentus. Nihil enim magis contrarium est consensui quam vis & metus. l. nihil. ff. de reg. iur. Rui. consi. 113. num. 6. versi. secundus casus. lib. 5. vbi, si venditor cogitur vendere tertio, qui non participauit de metu, contractus dicitur meticulosus, etiam respectu tertij emptoris. d. §. in hac actione.

2 Præsertim † in hoc tam miserando casu, in quo agimus de Catholicis ab Huguenotis captis, qui verè dicere possunt se suscepisse hospitium apud eos, qui

Cyclopicam

Cyclopicam vitam agunt, id est, quæ neque legibus,
neque disciplina ciuili constet. neque religione deo-
rum gubernetur : sed insania magis, & insatiata libi-
3 dine. Et † quod alio populari sermone fertur, di-
cuntur in puteo cum canibus viuere. quo ergo mo-
do dici potest ille contractus spontaneus? qui tan-
quam in Scytica seruitute initus, plenus est lachry-
mis? Antranus dicit, huius tam miserandæ sortis
etiam sensisse dolores, & vltra tria vulnera, quæ pas-
sus est se defendendo ne caperetur, armis, vestibus &
pecunia spoliatus, alios duros tolerasse ictus, soluen-
do suam & alterius redemptionem, & quod peius est
promissa denegetur. Nec sibi nocere allegatum me-
tum, siquidem hæc obligatio per Roperium præsti-
ta, venit in executionem duarum præcedentium ob-
ligationum, vnius scilicet præstitæ per dominum de
Cabanis, qui pro omnibus captiuis se obligauit erga
aggressores. Alterius verò præstitæ per eû qui etiam
pro Rouerio concaptiuo promiserat, & fideiusserat
erga d. de Cabanis. Ideò non potest dicere meticulo-
sum, quæ amico & redemptori præstita est, & illi qui
se obligauit, & fecit vt alius suam susciperet libera-
tionem, quam posteà consequutus est, mediantibus
4 illis, per Antranum solutis. Non † solent audiri, qui
nituntur impugnare causam consequutæ salutis, &
quod illis vtile fuit. l. filiû. §. omnibus. ff. de lega. præs.
l. Papi. §. meminisse. ff. de inoffi testa. l. alia. C. quib. vt
indig. l. in seruitutem. §. si quis bonorum. ff. de bonis
liber. §. 1. Insti. quib. alie. li. vel non. c. quam præposte-
rum. 13. quæst. 2. c. ex eo. de reg. iuris. lib. 6. Bart. in l.
post legatum. ff. quib. vt indig. Ias. in l. filio pater. num.
10. de lega. 1. Sequeretur quod obligatio, quam præ-
stitit Antranus d. de Cabanis eadem ratione deberet
dici meticulosa, cùm fuerit etiam contracta, dum ille
ab hostibus detineretur, quod esset absurdû. proinde
ista, de cuius rescissione agitur, est pars, & seqnela
præcedentis obligationis per Antranum contractæ,
& tanquam accessoria regulanda est secundum natu-
ram illius, eandémque generat executionem. l. 1. §.
quæ onerandæ. ff. qua. rerum actio nó detur. l. si ven-
tri. vbi Glo. & Bar. ff. de priui. credito. l. cum antiqui-
tas. C. de testa. l. hæredes palam. §. vno contextu. ff. eo.
dici latius in l. si emancipati. nu. 80. & 287. C. de colla.
5 Et † sicur præcedentes duæ, per singulos promisso-
res respectiuè adimpletæ sunt. Ita quoque Rouerius
suam debet adimplere, & pari iugo trahere, vsque ad
debitum executionis effectum. Alioquin claudicaret
contractus, contra l. 1. ff. de rescind. vêdi. l. si cùm dies.
§. vnde eleganter. ff. de arbi. inæquales, & dissidiosos
exitus generaret, contra l. fi. C. de fruc. & litium ex-
pens. l. fi. C. commu. vtriq. iud. Tiraquel. in tracta. pri-
moge. quæst. 4. Et quia graue est fidem fallere. l. 1. ff.
de consti. pecu. c. 1. de pac. cum si. Dicebat etiam ini-
quum esse, velle rescindere illod, à qoo vitam, & salu-
tem consequutus est, & multa alia quæ solent moue-
re iudices aduersus ingratos, & eos qui conantur red-
6 dere malum pro bono. Sicut † dici solet pro perea
scorpium, vbi quis optima præstans pessima capit.
contra l. fi. ibi, decet redemptori reddere vicem be-
neficij. C. de capti. & vt inquit M. T. Cicero 2. offic.
Benefacta male locata, malefacta arbitror.

7 Respondebat † ad §. in hac. qui loquitur de eo, qui
licet crimine careat, lucrum tamen ex metu sentie-
bat. Se verò nullum commodum sentire, imò dam-
num promittendo pro alio soluere, & soluisse, & hac
de causa fuisse carceratum, vt actis constat. Similiter
ad Rui. in d. consi. 113. ille tertius commodum con-
sequebatur ex illato metu, quia habebat rem vendi-
tam per metum. At hic tantû abest vt lucretur, sicut
prædicimus, imò ex bono opere lapidatur.

8 Auerte, † licet re vera, qui apud hostes detinetur
contrahendo in eorum commodum vi, & metu hoc
faciat : quia indebitum promittit. Bart. in l. hostes. ff.
de capti. l. quia à latronibus. ff. de test. l. postliminium.
§. à piratis. ff. de capti. no. doc. l. 1. vbi de Rip nu. 4. 7. &
69. ff. de acqui. pos. hoc verum respectu hostium, & il-
lius in cuius commodum contrahit, vt in locis præal-
lega. At si captiuus promitteret redemptori, alia ra-
tio est. quia, sine eo adhuc esset captiuus, & hostium
seruus. itaque illa promissio magis fauorabilis est,
9 quam meticulosa. Et † huius rei probatio sumitur
ex l. Nam & Seruius. ff. de nego. gestis. Cùm tres es-
sent captiui, & vnus ea conditione missus, vt pro tri-
bus pecuniam afferret. Et nisi redusset, alij duo pro
eo pecuniam darét. Si non reuertatur, & hac de cau-
sa alij duo pro illo pecuniam soluerint. æquum est,
vt in eum tertium iudiciû reddatur, vt scilicet tenea-
tur duobus soluere, quod illi, pro eo hostibus exsol-
uerint, vnde colligitur valere conuentioné inter con-
captiuos factam. Nec excusaretur ille tertius, si dice-
ret per vim, & metum promisisse regressum, & pecu-
nias delaturum, & quod si non reuerteretur, alij duo
pro eo pecuniam darent : siquidem speciale est liber-
tatis fauore, vt ex conuentione nascatur actio inter
concaptiuos, vt scribit Bar. Albe. Paul. in d. l. nam &
ser. per illû text. Rip. in trac. de peste de pri. côtrac. nu.
10 90. 91. 92. Sicut † in multis alijs casibus pro libertate
respondendum est. l. promissæ. C. an ser. ex fac. suo. l.
lege Iulia. ff. de manu. l. inter pares. ff. de re iudi. l. li-
bertas. ff. de reg. iu. c. ex literis. de proba. c. fi. de sen. &
re iudi. Ignoscendum est ei, qui qualitercunque san-
guinem suum redemptum esse voluerit. l. 1. ff. de bo-
11 nis eo. qui sib. mor. conciue. At † si ille tertius nihil
promisisset socijs, sed hostibus tantum, & non reuer-
teretur, socij contra eum agere non possent. licèt pro
eo pecuniam dare coacti fuissent, vel si aufugisset ho-
spite insalutato : & si soluerent pro eo, non diceren-
tur eius negotium gerere, cui non possunt facere
præiudicium, nisi expresse consentiat. l. id quod no-
strum. ff. de reg. iuris. & titulo res inter alios acta. l. si
vnus. §. ante omnia. ff. de pac.

12 Vnde † etiam sequitur, si extra causam redemptio-
nis alia fieret promissio, per eum qui in hostium po-
testate est, tanquam meticulosa iustè rescinderetur
iuribus præalleg. non item contra : alioquin verrere-
tur in maximum captiuorum præiudicium recusan-
tibus omnibus agere cum illis, & quodammodo in
tanto scalore perpetuo languescere cogerentur. quod
ius non patitur. arg. l. 2. ff. de libe. homini. exhiben. l.
Titio. §. 2. de condi. & demonstra. Glo. in l. cùm anti-
quitas. vbi Bar. Bal. Sal. & alij. C. de vsufruc. huic ser-
uit l. minor. §. non semper. ff. de mino. l. sanximus. ibi,
ne nimia subtilitate in perniciem eorum reuertatur.
C. ad Trebel. l. cùm plures. §. quæ bona fide. ff. de ad-
mi. tuto.

13 Imò † cessante promissione, solutum hac de causa
repeteretur per l. fi. C. de capti. Glo. in c. factorum. 12.
quæst. 2. Etiam si expresse prohibuisset, cùm sit pia,
& sancta hominis liberi liberatio. d. l. libertas. Et ho-
mo homini obsequium debeat. l. non tantum. ff. de
appella. l. si seruus ea lege. ff. de seruis expor. voluit
Bal. & Sali. in d. l. fi. de neg. gestis. Feli. in c. significauit.
14 nu. 4. de Iudæ. Idem † si pro condemnato ad pœnam
corporalem, quis exsolueret, eúmque liberaret, vt
possit etiâ ab inuito repetere. vt Bart. ait in. l. Stichus.
de pecu. lega. quia; non auditur perire volens. d. l. non
tantum.

tantū.probat. §.si vnum de prædictis.in fi.in authen.
vt cùm de appell.cognosc. Adde,licere mihi recipere
præmium si te liberauero à vi hostium,vel latronum
furore. vel si tu te obligaueris mihi , non potes dice-
re,te hoc causa metus fecisse:quia,ego hanc vim non
submisi , & operæ potius meæ mercedem accepisse
videro.l.metum.§.licet.ff.co.Bar. in d.§.in hac. Deci.
consi.42.nu.5.

Aliud fundamentum propositæ rescissionis addu-
citur, se obligasse Antrano vt relaxaretur,sed cū non
fuerit relaxatus ,remanseritque adhuc captiuus per
vnum mensem , & inter manus hostium nullius esse
momenti obligationem. l.1. ff. de cond. ob causam.
15 Bar.in l.fi.nu.14.ff.eo.ti. Nam † cessante causa obli-
gationis cessat obligatio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iu-
re patro.c.cùm cessante.de appella.Soci.consi.31.nu.
19.lib.1. Tiraq. tracta. cessante can.1. par. num.184.
Quando illud promissum erat causa finalis ipsius ob-
ligationis.l.cùm te fundum.C.de pactis inter emp.&
vendi.comp.ibi,non impleta promissi fide.Soci.cons.
16 26.nu.4.5.lib.3.Cra.consi.246.nu. 2. Prout † colligi-
tur ex proœmio dictæ obliga. quod denotat causam
finalem.l.fi.vbi Bar.& Bal.ff.de hæred. insti.Glo. in l.
2.ff.de iudi.Bal.in l.pacta nouissima.C.de pac.Soleár-
que declarare partium voluntates. l. item quia. ff. de
pac.Deci.consil.350.num.4. & consil.475. num. 32.
Roland.à Valle consil.69.num.38.lib.4.Cra.consilio
301.num.2.

Augetor iniquitas , cùm appareat Antranum im-
pediuisse ipsius Rouerij liberationem , sicut deponit
ille d.de Cabanis. dicendo , *que ledit Antran luy dict à
part , de retenir prisonnier ledit Rouiere & Galhard*. vn-
de videtur Antranus sequutus mores illorum,qui di-
cunt , & non faciunt , & verbo tenus sunt amici.
hinc ille,

Lenibat dictis,sed mens diuersa parabat.

17 Itaque † similes dissimulationes doli videntur es-
se participes.l.1 §.1.ibi, cùm aliud agit,aliud simula-
tur. ff. de dol. hinc natæ sunt simulationes contra-
ctuum,quæ probantur coniecturis,& præsumptioni-
bus.l.dolum.C.de dol. Bart. in l. post contractum. ff.
de dona.Cor.consi.4.num.2.& consi.135.nu. 34.lib.
5.Deci.consi.644.nu.4.Soci.consi.18.num.4.lib.1.&
consi.127.num.7.lib.3. Cra.consi.73. nu.7.& consil.
156.num.7. Et cùm fieri soleant clàm, in arbitrio iu-
dicis sunt positæ.de Afflict.decis.50. num.19. Cra. d.
consi.156.num.14.Cepha.consi.198.num.16.Mono.
de arbi.lib.2.centu.3.casu 147. Sicut in casu isto. *que
ledit Antran luy dict à part*. ergo non palam.

18 Hinc,† quæ clanculum fiunt suspecta esse. l. non
existimo. ff. de admi. tuto. ca. consuluit.cum Gloss.
in verbo. odit lucem.de offi. delega.c. Anastasius.19.
19 dist.l.s.C.de interd.ma.Cra.consi.321.nu.2. Et† pro-
pterea cùm venerit contra contractum,non potest se
iuuare ex illo.l.si quis maior.C.de trāsact.l.ex empto.
ff.de actio. emp. In omnibus enim contractibus vl-
trò,citróque obligatoriis,nisi pars pro parte sua con-
tractum obseruauerit,ad illius obseruationem contra
alteram agere non potest. l. Iubanus. §. offerri.ff.de
actio.emp Bar.in l.quæro.§.inter locato.ff.loca. & in
l.1.nu.14.ff.de cond.ob caus. Ang.cons.43.in fi.Deci.
20 consi.480.nu.1.2. Alioqui † frangenti fidem , fides
frangatur eidem.l.cùm proponas.C.de pac. Panor.in
c.quemadmodum.de iureiur.Bertran.consi.39. nu.3.
lib.1.& consi.79.nu.5.lib.5.Bar.& omnes in d. l.cùm
proponas.vnde non valuit dicta promissio, nisi inte-
grè adimpleta conditione, scilicet relaxato dicto Ro-
uerio. Paris.consi.162.nu.29.& consi.127.nu.7.lib.4.
Sicut alia,quælibet obligatio nulla est,etiam si ille,ex
alia causa liberaretur. Rui. consil.137. num.13.lib.3.
Etiam si quid minimum non obseruaretur, possum à
tota conuentione discedere. Bal. in l.iurisgentium. §.
adeò.versi.pacta conuenta.ff.de pac.Cepha.consi.66.
nu.26.27.fecisse actus contrarios suæ promissioni.
per quos cēsetur renūtiasse obligationi.l. si stillicidij.
ff.quēad.serui.amittan.l.si post diem. ff. de lege com.
granima.consi.66.nu.69.volendo , quod post præsti-
tam fideiussionem adhuc detineretur. hæc sunt con-
traria,relaxari, & detineri : ideò variare non promit-
titur.l.si fundus.§.eleganter.ff.de lege commis.

Licèt,respondet alius, voluero vt adhuc detineret,
nos eramus duo , qui etiam pro Rouerio promisera-
mus. Itaque alter nostrum non poterat alteri facere
præiudicium.l.in diē. ff. de aqua plu.arcen. §.religios.
in fi.Insti.de rerum diuis. l. fi. C. de condi. inser. l. ei
apud. §. fi. ff. depos. & vtriusque voluntas necessaria
erat pro dissoluenda illa obligatione. authen. contra
si filij.C.de repud.l.ab emptione.ff.de pac.l.nihil tam
naturale. ff. de reg. iuris. c.1.co. Nec videatur absur-
dum si illud fecerim , quia eo tempore nondum pro-
miserat ille soluere partem suam,per eum stetit:debe-
bat facere sicut Galhardus,qui licèt fuerit similiter in
loco hostium derelictus, tamen illicò soluit,& reces-
sit. Non cogebatur Antranus illius verbis credere,
eúmque liberare nisi præstita prius obligatione.Nam
si obligatus in bona forma deneget debitum: quanto
magis cessante obligatione denegauisset.authē. mul-
to magis.C.de sacro.eccle. l. non debet. vbi Deci.nu.
2.ff.de reg.iur. c. cùm in cunctis. de electio. vlterius,
sicut deponit dictus Galhardus eiusdem fortunæ so-
cius,folio 478. Netius ex Ioanna Ferreriæ facta pro-
missione per Antranum, *ledit Rouiere, & Galhard fu-
rent mis au large*. cùm anteà in arcto carcere detine-
rentur. Et si iterum dicatur , debebat illum ducere
Gordas sicut alios duos secum duxit,& liberauit. Re-
spondit, noluisse illi dare fidem , ne fortè aufugisset,
cuius mores iam nouerat : & vanas illius voces , di-
cendo se habere paratam redemptionem pro se,& so-
21 cio. Et † vt inquit I C. mendaci fides nō adhibetur. l.
de ætate. §.1.ff. de inter. actio.Specula. ti.de fructi.&
inter.§.4.versi.quid si reus.Bar.in l. fi. ff.de rei vendi.
doc.in authen.contra qui propriá.C.de non numera.
22 pecu. In † vno mendax, in alio mendax præsumitur.
l.cùm de indebito.ff.de proba.Paris.consi. 90. nu.29.
lib.1.Cepha.consi,684.num.82 apparet,visum fuisse
tractantibus redemptionem , vt duo ex quinque re-
manerent apud Iocassium per aliquos dies , donec
securata fuisset promissa summa,vt deponit dominus
Muris.ideò cogita.

Quartò , producitur vna epistola ab Antrano mis-
sa domino Muris,rogando illum, vt contraheret no-
mine suo cum Rouerio,& emeret ius suum,cū terris
ibi designatis pretio promissæ redemptionis. Quod
videbatur iniquū , vt faciliùs coactus propter duram
detentionem venderet, & contraheret , vnde digno-
scitur quo zelo facta fuerit fideiussio. arg.l.1.C. plus
valere quod agitur,quàm quod simula. concipitur. c.
23 ille vos.de pigno. Quemadmodum † ex paucis mul-
ta,ex minimis maxima colligimus. l. licèt minimam.
ff.de peti.hæred.c.defleat.de reg.iuris.c.pura.3.q.9.
24 Quod † Mathematici dicunt, Leonem ex vngui-
bus æstimare. quotiens ex vna quapiam coniectura
vniuersum negotium perpendimus. Ita,ex vnica epi-
stola malum animum hominis iudicamus , & quod
totam ad ius habuerit intentionem. Respondet,cùm
esset verus creditor pecuniæ per illum promissæ,nul-

non

lam fecisse iniuriam, si dixerit in satisfactionem debiti velle emere prædia debitoris. cum iste contractus sit bonæ fidei, & meræ voluntatis. l. nec emere. C. de iure delib. l. nemo exterus. C. de Iudæis. de quo, cum solum fuerit tractatum, & nihil inde sequutum non venire in considerationem.

24 Quia, † multa tractantur, quæ non perficiuntur. l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. vbi Bal. & in l. cùm allegas. C. de vsu. Deci. in consi. 463. nu. 1. Ideò tota vis in conclusione consistit. l. si voluntate. vbi Bal. C. de resc. vend. Alex. consi. 27. nu. 4. lib. 3. Tiraq. de retrac. conuentio. §. finis. nu. 21.

Constat d. Maris iam tractasse cum vxore dicti Rouiere super præstanda cautione dicti debiti (vt ipse deponit) & vxorem noluisse pro marito promittere. Qui ius suum prosequitur nemini facit iniuriam. l. 1. §. item aiunt. & l. 2. §. idem varus. ff. de aqua plu. arcend. sed tu detinebas vsquequo vendidisset? Nequaquam, sed ille sese, cùm poterat illicò soluere, vel se obligare, & recedere, prout fecit præstita per eum obligatione.

25 Allegat † quinto loco, vltra vires oneratum soluete 400. aureos, ad similem summam quam Antranus promisit. Et tamen inter vtriusque facultates longam esse differentiam, cùm ille longè sit ditior, & potentior. arg. l. 2. §. cùm eadem. ff. ad l. Rhod. de iactu. ibi, iacturæ summam, pro rerum pretio distribui oportere. & in §. si nauis. ibi, portio autem pro æstimatione rerum, quæ saluæ sunt, præstari solet. Sicut ciuilia munera, pro modo facultatum sustinenda sunt. l. 1. C. de mune. patri. Esset iniquum, vt alter alterius facto grauaretur. l. si. C. quemadmo. ciui. mu. indican. lib. 10. l. munerum. ff. de mune. & hono. hinc societas æqualitatem continere debet. l. si non fuerint. §. 1. ff. pro socio. Cor. consilio 139. numero 2. 3. lib. 1. Panorm. consi. 77. num. 2. libro 1. Cra. consilio 173. num. 1. hinc peræquatores discutere debent singulorum facultates, pro modo earum onera imponere. l. fi. C. de discusso. lib. 10. l. peræquatores. C. de censib. lib. 11.

Apparet hunc sæpius coram hostibus se iactasse, habere paratam redemptionem pro se & socio, quæ fuit causa (vt alius dicit) huius tantæ petitæ summæ,

26 & ita non videbatur vltra modum oneratus. Ille † voluit pennas maiores nido extendere, & spontaneam molestiã sibi parare. hinc sequitur iuris regula, damnum quod quis sua culpa sentit. l. quod quis. ff. de reg. iur. c. damnum eo. tit. lib. 6.

Nocet plurimum proprias hostibus detegere facultates. Imò solent cauti, & sapiêtes viri omnia paupertatis signa adducere, & allegare, ne diuites videantur. Hinc huius Rouerij cognati dicunt hunc non fuisse sanæ mentis, propter istas tam vanas emissas iactationes, & tanto terrore commotum amisisse ce-

27 rebrũ. Quia † fatuus fatua loquitur, vt apud Esaiam 32. c. in c. legimus 93. distinc. l. ob quæ vitia. ibi, dicenda loquatur. ff. de ædi. edic. l. is qui. §. diuus. ibi ex sermonibus. vbi Glo. ff. de cuio. & cura. da. ab his. l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. solu. ma. Soci. consi. 42. nu. 2. lib. 1. Deci. consi. 448. nu. 1. late doctõ in l. furiosum. C. qui testa. facere pos. Cæterum illa fatuitas casualis non fuit. cùm probetur sine causa necessaria arripuisse iter, illo tam periculoso bellorum tempore, & noluisse desistere tametsi ab omnibus rogaretur retrocedere. Ipse sibi malum quæsiuit & inuenit. quod alio nomine Rhetores dicunt accersitium malum, & retortum. Veruntamen hæc non videbantur sufficere, cum quilibet compos mentis præsumatur, nisi contrarium probetur. l. nec codicillos. C. de codi. c. indicas Hermanum. 3. quæst. 9. c. fi. de success. ab intesta. Nec probare mentis alienationem, sed meram iactantiam, & inanem gloriam, quæ licet à solida mente non proficiscatur, non tamen arguit veram insaniam, proinde sequeretur omnes iactatores, & inanis gloriæ cupidos, furiosos esse sicut de iniustè filium exhæredantẽ quasi furiosum vocamus. l. 1. ff. de inoffi. testa. Tamen ex illis verbis semper colligimus, quòd nihil firmum fuerit in homine isto, vt qui gloriando, & fabulando dixerit se habere quod non habebat.

28 Dicebat † vlterius, quàuis inæquales essent vtriusque facultates: tamen quia pro omnibus fideiussit, quod amicos viros graues oratores adhibuerit, quibus remanet obligatus. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. quod solicitudinem totius negotij susceperit, multùmque laborauerit pro omnium liberatione, non esse absurdum si vnus pecuniam, & alius etiam solam industriam præstaret. l. si societatem. l. quæstus. ff. pro socio. sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione meliori in societatem admitti. §. de illo. Insti. de socie. Cor. consilio 243. numero 11. 12. libro 1. Alexand. consil. 131. num. 8. lib. 2. Coua. varia. resolu. libro 3. c. 11. num. 2.

Et postremò, huius iactationes, fabulas, & mendacia alteri non debere facere præiudicium, sed illi soli. l. absentem. C. de pœnis.

Sed quid tandem? videtur bene iudicatum, obligationem esse validam, & exequendam. Nec obstat quod illicò non fuerit liberatus: quia ipse fuit causa huius dilationis, & detentionis. Siquidem decima nona Augusti, præstita per Antranum pro omnibus fideiussione vigesima eiusdem mensis, agentes pro Rouerio protestantur contra Antranum quod vltra vires fuerat oneratus soluere 400. aureos, & offerunt conferre pro viribus. Et sic ipsi volût recedere à conuentione omnium iudicio facta, & à præscriptis taxationibus, quibus Antranus tenebatur soluere 400. Rouerius alios 400. Nerius 200. Galhardus 100. Pradellus 100. Oportebat ergo secundum propositam protestationem nouum formare iudicium, & discutere facultates Rouerij, & aliorum concaptiuorum, vt deinde haberetur ratio nonæ contributionis faciendæ pro tota summa inter singulos diuidenda,

29 cùm † vno pretio promissa fuisset, & indiuidua ab initio. l. scire debemus. vbi Bar. dicit, quod venditio rerum facta vno pretio, est vna, quantum ad resolutionem contractus, & ibi Iasnu. 3. ff. de verbo. oblig. Alex. consi. 76. num. 16. 17. lib. 5. & consi. 178. num. 5. lib. 7. & probat l. non eiusdem. & l. si plura. & l. Labeo. ff. de ædi. edic. Si plures seruos vno pretio vẽdideris, & pars duntaxat eorum minus sana sit, de omnibus aduersus dictum, promissumve, rectè agetur. adde l. si laborante naue. §. cùm eadem. ibi, an omnes iacturam præstare oporteat? placuit omnes conferre oportere, pro æstimatione rerum, quæ saluæ factæ sunt. Itaque opus esset vt æstimatio fieret, quæ non tam facilè fieri posset, sed causæ cognitionem requirit. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons. quinque dnmmotum patrimonia æstimari oportebat, vt pro rata virium quilibet teneretur. multa latent in rebus familiaribus. l. 2. C. de impo. lucra. desc. libro 10. quæ si aperiantur, aliquando plus oneris, quàm commodi habent. §. sæpe. Insti. qb. ex caus. manu. non licet.

30 Si † vnius portio diminuatur, aliorum partes onerat, & ex

&c ex integro singulorum discutiendæ sunt vt Bald.
inquit in l.si prædium.col.2.vers.sed pone.C.de ædi.
edic.Roma.consi.396. in princ.Alexand. consi. 118.
num.2.lib.5.Quia,pro parte conditio adimpleri non
potest cum sit indiuidua.l.cum fundus, de condit. &
demonst. l.hæredes. §.in illa.ff.fami.hercisc.l. 2. §.ex
his.ff.de verbo.obli.Aog.consi.168.num.2.Alexand.
consi.76.num.16.17.lib.5.Ias.in l.si ita quis.num.49.
de verbo.obliga.Tiraq.de retract.§.23.gloss. 1.num.
2.cum sequent.

Quæso, debebat Aurranus interea soluere,& incaute liberare suum debitorem,expectaréque exitum istarum futurarum æstimationum?Nihilominus omnes domini(me excepto)dixerunt male iudicatum,& nouiter æstimandas esse facultates dicti Rouerij si patiantur tantam redemptionis summam, cum interesse illius summæ, neutram partium in expen.

SVMMARIVM.

1 *Collectiua nomina dicuntur,quæ plures gradus,& personas continent. vt liberi, agnati, cognati, descendentes,& alia multa.*
2 *Suos verbum an sit collectiuum,& ad collaterales referatur? num.5.& 12.*
3 *Gloss.in l.si fæmina.C.ad turpil.nouiter declaratur.*
4 *Errandum est cum cæteris,vt est in adagio.*
6 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
Testator non præsumitur velle se corrigere.
7 *Fideicommissum cum sit odiosum,non præsumitur.nu. 10.& 13.*
8 *Testator non cogitauit de illis, qui non erant in rerum natura.*
9 *Testator non præsumitur plus diligere nepotes, quàm filiam.*
11 *Causa testati præfertur causæ intestati.*
14 *Vocati per verbum & suos per vulga. & non per fideicomm.*
15 *Clausula codicillaris non ampliat dispositionem, sed eam firmat,casu quo non valeret.*
16 *Bald.& Crauetæ consilia, interpretantur.*
17 *Actio ex testamento tollitur spatio 30.anno.*
18 *Possessoris commodum magnum est.*
19 *Mortuos flagellare.*

DECISIO CXXXI.

Hic agitur de nominibus collectiuis,& de hoc verbo substituo Ioachimum & suos. latiss. pelagus, & mare magnum.



PETRVS Peregrinus ex nobilibus
Auenionis, anno 1524. instituit hæ-
redem vniuersalem Ludouicam soro-
rem suam & suos liberos,& si sine libe-
ris decederet, substituit Ioachimum ex
alia sorore nepotem,& suos. Mortua Ludouica sine
liberis, similiter & Ioachimo, liberi Gabrielæ soro-
ris Ioachimi petunt bona Petri tanquam vocati per
illud verbum, & suos, contra tertios bonorum pos-
sessores. Hæc causa commissa fuit domino auditori
domestico Reuerend.domini Vicelegati, in qua ego
cũ aliis designatus fui assessor. & post multas dispu-
tationes & sessiones cum de re gratis. ageretur. tan-
dem dare votum in scriptis requisitus,dixi absoluen-
dos esse reos & possessores, ad quorum euidentiam
1 præsuppono nomina collectiua † ea esse, quæ plures
gradus, & personas continent.veluti,familia,l.peto.
§.fratre.ibi,omnes fideicomm.petent, qui in familia
fuerint,quid ergo si non sint eiusdem gradus? ita res
temperanda est vt proximus quisque primo loco videatur inuitatus. Nec tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum lædi debet, &c. l. cum ita.§.in fideicom.ibi,in fideicomm.quid familiæ relinquitur, hi admitti possunt, qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine testatoris fuerint,&c.de lega.2.

Idem si liberos vocaret l. liberorum. ibi, cæteri, qui ex eisdem descendunt continentur. ff. de verbo. signi l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc.vel descendentes.Bald.consi.492.lib.2. & consi.305. lib.3.Cra. consi.22.in princ.si agnatos,vel cognatos.l.si cognatis.ff.de reb.du.§.sed si plures. Insti.de legi.agna.success. l. 2. §. legitima. ff. de suis & legi. vel si diceret volo,vt illi de gente mea, vel meo genere succedant néve exeat de sanguine meo. l. 1. §.fin.ff.de iure immu. vbi immunitas data generi ad eos,qui ex fœminis descendunt non pertinet. ibi,genus pro agnatione accipitur,secundum Gloss.in l.1.ff.de proba.Bart. & Ang.ibi.Idem si vteretur verbo generationis.Cor. consi.190.nu.3.lib.3.In emphiteosi data generationi an fœmina succedat? Soci.consi.30. num.3.lib.4.qui loquitur etiam de nomine propinquorum.per l.1.C. vnde vir,& vxor.Barba.consi.57.num.1.2.6.lib.2.similiter si diceret testator,volo bona mea deuenire de proximioribus in proximiores,quia tunc plures gradus continet, temporísque tractum: secus si simpliciter post substitutum vocaret suos proximiores, illi soli, qui tempore conditionis existerent vocarentur non post istos,alij:quia non possunt dici plures proximiores, nec collectiue vocati, sed qui prior est in gradu,alium excludit. §.si pluris.Instit. de legi. agna. success.l.1.ff.de success. edic.in vno itaque & eodem gradu non est dabilis ordo successionis sed inter dispares.Deci.consi.10.num. 14.lib.3.
2 Dubium † oritur super verbo & suos,an similiter sit
collectiuum? dicunt nostri doctissimi patres, si pro-
priam sequeremur verbi significationem,de solis de-
scendentibus & liberis intelligendum est.§.sui. Insti.
de hære.quali.& diffe.l.in suis.ff.de libe.& posthum.
Tamen secundum latam significationem, in substi-
tutionibus veniunt omnes ab intestato succedentes,
3 secundum † Gloss. in l. si fœmina. C.de turpil.super
qua omnes fundamentum faciunt. Si fœmina,dum suam,& suorũ iniuriam prosequeretur, pacto ab accusatione destiterit incidit in Turpillianum.Glos.exponit suorum pro quibus testimonium dicere non potest,vsque ad septimũ gradum.l.lege Iul.ff.de testi. l.hi tamen.ff.de accus. Cæterum, vt obiter liceat aliquid dicere, si sui ibi dicantur, pro quibus dicere testimonium non permittitur,vel aduersus quos, quis testificari nõ cogitur,veluti cõtra generum,socerum, vitricum,priuignum,sobrinum,& ex sobrina natum, &c.qua ratione dispositio quæ de testimoniis ferẽdis loquitur,ad successiones testamẽtarias referri debet, quæ de suis loquuntur?separatæ itaque multum sunt istę illationes,vt sui etiam dicantur in successionibus. sicut illi,de quibus lex Iul.& Papi.in tit.de test.loquitur, nec nominari ibi ab intestato succedunt,nec voluit gloss. hoc dicere quæ intelligenda est secundum materiam tituli.l.imperatores.ff.de in diem addictio.
4 Cæterum † postquam errãdum est cum cęteris,opor-
tet,id quod adest boni cõsulere & cauere ne decipia-
5 mur.Dicũt † igitur in substitutionibus venire omnes,
qui ab intestato succederent,nõ quod lege probetur,
sed ita obseruari,secundum consuetudinem, & com-
munem loquendi modum, scilicet liberos per prius.

& collaterales per posterius. vt Paul. de Castr.consi. 375.num.4.libr.1. & consi.404.num.1.eo.libr. Bald. consi. 80. lib. 4. Bertrand.consi. 180.num.2.lib.1.& consi.61.lib.4.& cons.138.num.2.& 5.lib.6.Rubeus consi.8.num.9.Brut.consi.43. Craue. consi. 22. Ruminal. Iun. in l. qui se patris num. 57. C. vnd. libe. Guid. Pap. quæst. 548. & consi. 133. Manti. libr. 8. tit. 14.

6 Nihilominus †tamen in casu huiusmodi istud verbum & suos positum in substitutione Ioachimi debet declarari per aliud verbum suos appositum in institutione Ludouicæ, quam testator fecit hæredem & suos liberos, & si sine liberis decederet substituit Ioachimum, & suos scilicet Ioachimi liberos: vt vna pars testamenti aliam declaret, & substitutio per institutionem intelligatur. l. 1. C.de impube.l.si seruus plurium.§.fin. de lega. 1.l.Seiæ.§. Caio.de fund. instruct.l.aura.de condi.& demonstra.Et ne videatur testator voluisse se corrigere, aliámque facere dispositionem.l.nam ad ea de condi.& demonstr.Et mutatio voluntatis non præsumatur.l.eum qui. ff. de probat.etiam si varietur persona, secundum Bartol.in l. Caio. de aliment. lega. Alciat.regul. 2.præsumpt.16. num.1.

7 Et †deinde, quia fideicommissum non præsumitur in dubio, cum sit odiosum. l. cohæredi. §. cum filiæ. inducens votum captandæ mortis. l. de fideicom. C. de transact.late Deci.consi.336. in fin. Cepha.consi. 620.num. 1. cum seq.Manti.lib.7.titu.1.num.1.cum sequent.

8 Quarto, † testator non videtur considerasse liberos Gabrielæ quos nunquam viderat. l. Titius. ff. de suis & legiti.Quia lex duodecim tabularum eum vocat ad hæreditatem, qui moriente eo de cuius bonis quæritur in rerum natura fuerit.l. 1. §. si quis proximior.ff.vnde cogna. Roma. consi.408. in fi.Socin.in d.l.si cognatis.col.14.versi. quarta & vltima conclusio.& consi.10.num.12.libr.3.Rube. consi.8.num.1. vel saltem debebant esse in rerum natura tempore quo euenit casus iand. substitutis. videlicet quando Ludouica decessit sine liberis. Alex.consi.26. nu.14. lib.3.Bald.consi.131.num.3.lib.3.Cra.consi.161.nu. 9. Nisi quando testator vocaret illos de familia, vel agnatione, de quibus hic non agitur, Soci.consi.113. num.6.lib.1.Deci.consi. 516. num. 16.

9 Quinto, † ne præsumatur testator, plus dilexisse filios Gabrielæ, quam ipsam Gabrielam, quam viderat, & cognouerat.l.si viua.matre. C.de bonis mater. filij enim non debent esse melioris cõditionis, quam eorum mater, vt ostendit Deci.consi.28.num.12.lib. 2.Manti.de coniect.lib.6.titu.11.num.13. Et quia fideicommissa ex coniecturis formantur, ita per contrarias coniecturas cessant & pereunt. l. in conditionibus.de condi.& demonstr.Deci.consi.33.num. 96. 97.lib.1.Manti.lib.6.titu.14.num.21.

10 Nec †obstat, quod testator Ludouicam hæredem magis dilectam grauauerit fideicommisso per compendiosam si sine liberis, & consequenter censeatur Ioachimum substitutum minus dilectum, voluisse grauare simili fideicommisso, vt vna pars, per aliam intelligatur.Quoniam respondetur, fideicommissum tanquam odiosum non esse extendendum de personis, ad personas, de gradu in gradum, sed solum habere locum, in his solis casibus, qui expressi sunt à testatoribus, vt inquit Deci.consi.211. num.5. Etiam ex tacita, & verisimili mente testatoris per regulam generalem traditam per Are.in d.§.& quid si tantum. num.18.versi.2.adde.& per Oldra.consi.21. & Deci. consi.218.num.6.Cra.cons.67.num.8.vt tantum locum habeat in casu expresso.Soci.consi.62.col.3.lib. 3.Galiaul.in l.centu.col.66. Mar.Iu.consi. 101.nu.3. lib.1.& consi.155.nu.6.& consi.185.nu.3.lib.2.Rol. à Val.consi.56. nu.4.& consi.58.nu.73. lib.3.Mono. consi.85.num.37.sed Gabriela, neque eius liberi non sunt nominati post Ioachimum ad fideicom. sed solum per vulg.sicut demõstrabitur, ideo non est opus nouum fingere fideicom.Cra.cons.180.nu.9.& in fi. & Mono.consi.85.nu.50.Deci.consi.1.nu.197.lib.3.

11 Nec †obstat quod causa testati, præfertur causæ intestati.l.quandiu.ff.de acqui.hæred. l. quandiu. ff. de reg.iur.hoc verũ scilicet vt is, qui venit ex testamẽto sit præferẽdus illi, qui ab intestato vellet succedere.l. 1.C.si omis.caus.testa.l.1.§.fi.ff.eo. Quia, expressum facit cessare tacitum.l. cum ex filio.§.filio.ff.de vulg. sed hic, iam est adita hæreditas, tam per hæredem, quam substitutum nullus est, qui ab intestato velit succedere, & post aditam expirauit substitutio.l.post aditã.C.de impub.& de patrimonio testatoris factum est patrimoniũ hæredis.l.1.§.veteres.ff.de acqui.poss.Et licet, qui fideicom. petit, veniat ex testamento: ita Ioachimus, qui dicit nullum esse fideicommissum venit tanquam hæres, & nihil petit ab intestato.

12 Nec †obstat etiam quod hoc verbum suos, secundum consuetudinem similiter ad collaterales referatur vt suprà ostensum fuit. Respondit in casu huiusmodi non agitur de collateralibus, sed de solis liberis Ioachimi vt suprà ostendimus.Et quando ita esset sicut nõ credimus, illi vocarentur per vulgarem.vt inf. demonstrabitur.Et de primis suis, nõ de vlterioribus, & sic de Gabriela sorore Ioachimi, nõ autem de eius liberis. l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signi.Alex. consi.16.n.9.lib.4.Cur.Iu.consi.132.Deci.cons.287.

13 nu.15. Nec †fideicomm.extenditur (sicut dicimus) de personis ad personas.l.ex facto. §. si quis autem.ff.ad Treb.sufficit conditionem semel extitisse.Oldra. cõs. 21.& consi.141.Alexan.consi.22.col.3.versi.& quod in proposito nostro, & cõsi.24.versi.Idem lib.3.Cor. consi.17.col.2.versi.ex aduerso. lib. 4. Rui.consi.92. nu.5.lib.2.Deci.consi.80.versi.2. Soci.consi.104.nu. 10.lib.3. Cepha.consi.447.nu.12.Iterum Deci.consi. 63.num.2.& consi.211.num.5.Cepha.qui dicit communem consi.88.nu.33. Manti. lib.8.tit.12.num.11. cum seq.Et sic hoc verbum (suos) nullum habet tractum temporis quamuis veniat frater, & soror: quia, vt dicũt illi hoc nulla lege probatur.Ideo, &c.l.illam. C.de colla. Imò verò si frater substituat fratrem, & suos, tali casu sui nihil sibi acquirunt: sed solum, vt illud ius per fratrem in suos hæredes transmittatur.Illa enim generalis suorum appellatio, arguit mentem fuisse testatoris erga illos, ex persona fratris, non respectu ipsorum, quia incerti sunt vt inquit Alcia.in d. §.quidam recte. num.33.

14 Et †quod vocati per verbum & suos, per vulgarem solum succedant, & nõ per fideicom.tenent doctores sequentes, casu quo collaterales venirent. Deci.cons. 205.nu.6.7.& consi.228.in prin.& consi. 253. nu.3. quando vocauit fratrem, & suos, quod simul admittantur pro dimidia, nec locum habeat fideicom.Step. Bertr.cõsi.180.qui dicit communem in terminis nostris, quando substituit fratrem & suos.n.8.9.lib.1.dicens doctores.in d. §. quidam recte, ita tenere.

Idem Alex.ibi.num.6.circa fi.vers. vbi autem non subest aliqua necessitas, vsque ad fin.quarto.Imo.ibi. num.21.22. qui dicit communem, quinto Barthol. Soci.ibi.num.8.versi.tertius, casus 6. Alexand. consi. 13.num.7.8.lib.4.quando substituit fratrem, & eius

filios,

filios,& nepotes,vt sit sola vulgaris.Iason,in d.§.quidam recte.num.22.23.Marhesi.singula. 157. 9. Celsus Hugo consi.55.num.3.si testator dicat, talis fundus sit Francisci,& suorum,sui per vulgarem vocantur, quia verbum,sir,est commune Cor. consi. 291. num.5.lib.1. Nata.consi.68. in fin. 10. Tiber. Decia. consi.10.num.48. lib. 3. 11. Craue.consi.67.num.5. versic. secundo respondeo, de substitutione facta de aliquo & suis, quod simul & semel.12.Steph. Bertr. consi.1.num.102. de substitutione facta de transversali,& liberis licet sit collectiuum, tamen admittuntur simul,& semel, per vulga.per tex.in d. c. Raynutius, de Alteroqua,& eius sobole,qui veniunt simul. vltimo Iul.Clar.in §.testamentum quæst. 80.num.3. & 4. cum multis aliis per eum allegatis quorum proprias sedes parcendo labori non visitasse sufficiat.

15 Nec † obstat clausula codicillaris apposita in eodem testamento vt faciat valere iure fideicomm.Cra. in d.consil.22. num.8.quoniam illa clausula non habet locum contra voluntatem testatoris, nec facit vt substitutio quæ solam vulgarem continet, trahatur ad fideicom. Neque etiam ampliat, vel extendit testatoris voluntatem sed ideo, vt eam firmet, & casu quo non posset iure testamenti valere vt explicat Deci. in l.precibus. num.18.& ibi Cagno.num.198. & Deci. d.consi. 205. num. 7. 8. & consi. 248. num. 7.8.& consi.291.num.3.4.consi.384. in fin. Mar. Iu. consi.280.num. 79. lib. 2.& consi. 28. num.8. & sequent.& consi.100.num.35. lib.3.Rip. in l. hæredes mei. §.peto.num.9. Cra.consi.210.num.3. Tiraquel. in l. si vnquam.in verb.donatione.num. 266.

16 Minus † obstant consi. Bald. & Craue. 22. quoniam Craue. male consuluit vt aduertit Moli. ad dictum consi. Decij. 205. & 248. Mono. in consi. 58. Pisci. in quæstio. an statutum trahatur ad bona forensium. num. 58. præterea illi loquuntur in longe diuersis terminis scilicet de patre,qui instituit filiam, & eius descendentes, quibus magis est debita hæreditas,quàm extraneis.l.cum ratio.ff.de bonis damna. l.in suis.ff.de libe. & posthum.& declarat Deci. in d. consi.10,num. 58.lib.3.

17 Vlterius † me monet longissima præscriptio,qua se tueri possunt possessores.Nempe ab anno 1524. huc vsque. vnde omnis actio sublata censetur. l. sicut. l. omnes.C.de præs.30. vel 40.anno.quæ incepit à die purificatæ conditionis,quando scilicet Ludouica decessit sine liberis.vt no.Alex.consi.59.num.11.lib.3. Deci.consi.267.num.4.Paris.consi.16.num. 174. lib. Ccpha.consi.164.num.11.

18 Vltimo † negari non potest, quin ille articulus qui veniant appellatione suorum, & an per vulgarem,vel simul,vel gradatim sit plurimum difficilis. vt no.Paul.de Castro in d. §. quidam recte. num.6.Cra. in d.consi.22.num.3.dicit difficillimum. Vnde, cum in dubiis casibus pro possessore sit iudicandum. §. commodum Insti.de interd.l. Arrianus. ff.de actio.& obliga.c.fin.de sentent.& re iud.videamúsque varios fuisse doctores,& aliquando inter se contrarios.Iure merito puto,& credo absoluendos esse reos. Et maxime,quia delictum non præsumitur.l.merito.ff. pro socio: & ne credamus præfatum dominum Ioachimum Iuris Vtriusque doctorem, & vnum de primis huius ciuitatis virum, probum, & legalem, voluisse delinquere, & fraudare suos proximos iure proprio: & cum tanta iactura emptorum. Isti enim petitores

19 videntur † flagellare mortuos, vt est in prouerbio. qui defunctus insectantur, & male fecisse dicunt.

Et ita nostra hæc præualuit opinio,secundum quam, fuit iudicatum hac die 27.Nouembris 1590. assessoribus magni. dominis Ioanne Nicolao auditore Rotæ,Honorato Aymario regio consiliario, & generali locumtenente magni. Senescali prouinciæ, Aquen. & me.

SVMMARIVM.

1 *Aere pro soluendo alieno possunt incolæ super prædijs dominorum tributa indicere.*
2 *Forenses an teneãtur ad munera personalia vel mixta? in quibus inspicitur consuetudo.*
3 *Munerum causæ frequentissimæ.*
4 *Forenses secundum regulamentum, ad duas tantum partes æris alieni tenentur.*
5 *Colonus forensis,an gaudeat priuilegio locatoris?*
6 *Coloni ecclesiarum,vel fisci, an gaudeant simili priuilegio? num.14.*
7 *Vna via prohibitum,non debet alia permitti.*
8 *Bis idem,non exigatur.*
9 *Ciues plus oneris ferre debent, quam forenses propter maiora commoda, quæ ex rebus communibus percipiunt.*
10 *Priuilegium personale,personam non egreditur.*
11 *Causa proxima inspicienda est,non remota.*
12 *Filius non tenetur ad onera loci originis, si domicilium mutauit.*
13 *Nouorum hominum origines non exquirendæ.*
15 *Immunis à collectis, si patiatur se describi in libro communi,tacitè renuntiat priuilegio.*

DECISIO CLXXXII.

Vicenum fructuum, an de parte coloni exigi possit, vbi forensis dominus illud soluere non tenebatur? casus quotidianus.

IN generalibus comitiis comitatus venaissimi, sedente magno Cardinali de Armeniaco. collega fuit præscripta forma soluendi onera tributorum, ab his, qui prædia possident in territorio locorum, qui forenses appellantur,quasi foris venientes. §.si vero aliquis.in authen. de quæsto.ad differentiam eorum,qui in loco incolatum, & domiciliũ habent, de quibus Alex.consi. 34. circa fin.lib.5. Deci.consi. 661. num. 5. vt scilicet teneantur tributa agnoscere pro duabus partibus.Et reliqua tertia in solidum soluatur per habitatores visum est enim in minus teneri eum, qui non vtitur priuilegiis ciuium non manendo.

1 Quamuis † iure communi habentes prædia possint cogi vniformiter ad solutionem tributorum, & realia subire onera.l.forma.ff.de cens.l.fi.C.sine cens. & reliq.l.1.§.1.& l.Imperatores.ff.de publica. l.1.C. de mune. patrib. libr. 10. Bart. in l. fructus. C. de actio. empr. Bald. consi. 423. libr. 1. Parisi. consi. 25. libro primo Cepha.consi.568.nu. secundo, cum sequent.

2 Exceptis † personalibus, vel mixtis. l. libertus.§. sola. vbi Bart. ff.ad municip. l. rescripto. §. fin. vbi Bart. ff. de mune. & hono. & in l. munerum. §.patrimoniorum.in fin.co.Alexand.consi.52.per tot. libro quinto,Deci.consi.285.num. 4. Nisi aliter consuetudine obseruaretur. Alexand.consi.101.num.4. lib.1.Bart.in l.1.num.4.C. de anno. & tribu. libr.10. Deci.consi.694.num.5.post Bart.in l.1.num.28.C.de

mulieri.& in quo loco,lib.11. de quibus copiosi sunt scriptores.

3 Quia † muneribus res agitur,quæ facile exigũtur, & difficilius exsoluuntur. quorum ideo causa vltro citroque agitari maximè solet: quid non mortalia pectora cogis,auri sacra fames? & de hac re Cra.consi. 201.num.18.latius examinat an forensis ligari possit statuto oneroso à ciuibus edito. cuius dicta reassumpsit.Cepha.consi.171.num.22.cum seq.nos etiam de his multas suprà recollegimus decisiones.

4 Vnde † locus de caluis montibus tanto pondere pressus decem, & octo millia aureorum summam soluendam decreuit, & hac de causa duodecim millia tam inter suos ciues,& incolas,quam forenses per æs,& libram dispartitus est, pro restantibus verò sex millibus inter se alias tributi formas imposuerunt, quæ vulgo talliæ municipales appellantur. Bertrand. consi.141.num.8.lib.1. veluti capitationis,quod lingua vernacula *capage* dicitur. vnius coffæ grani, super vnoquoque modio triturando: in vino vendebili.Necnon vigesimam partem omnium excrescendorum fructuum,quam etiam à colonis forensium exigere conabantur de parte, quæ apud colonos remanebat quorum decreto forenses se opposuerunt dicentes suos colonus etiam ab huiusmodi onere debere esse immunes ad similitudinem conductorum fiscalium rerum. l. semper.§. conductores. ff. de iure immu. & colonorum ecclesiæ. c. non minus. de immu. eccles. Bald.in l.1.C.de Epis. & cler.c. ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. Nam cum ipsi omnes conductorum,& colonorum opera vtantur, perinde esse,ac si ipsi illud onus exsoluerent, per regulam: qui per alium facit,per se ipsum facere videtur. Et rei locatæ dominium,& possessionem retineamus.l.rei. ff. loca.l.qui vniuersas.§.quod per colonum.& §.fi.cum l.seq.ff.de acqui.pos.

7 Alioqui,† si colonus forensis,istud onus agnosceret,quod vna via prohibitum est, alia permitteretur contra.l. fin. C.si mancip.ita veneat.ne prosti. c.cum quid.de reg.iuris.lib.6. Et per indirectum esset ipse dominus,qui solueret istam vigesimam, quia,minus prædium suum locaret colono.l.mortis causa.in fi.ff. de dona.cau.mor.l.non amplius.de leg.1.l.1.§.si hæres.vbi de Ripa.num.5.cum sequen.ff.ad Trebel.

8 Mouebatur† præterea sindicus forensium, dominos prædiorum soluisse pro suis fundis patrimonialibus iura debita ciuitati secundum præscriptas peræquationes. Ideo velle iterum exigere vigesimam de fructibus fundorum esset bis idem exigere.quod bona fides non patitur.c.bonafides.de reg.iur. Nec iam decimatum,iterum decimare.c.tua nos.vbi Innoc.de deci.l.plane.§.si eadem res.de lega. 1. l. nauis. §. cum autem.ff.ad l.Rhod.de iac.& per regulam,ne pro eadem re quis duplici onere grauetur. l.eum qui. ff. de iure iur. l. Titia. §. qui inuita.de lega.2.Oldra.consi. 234.num.4.Cra.consi.201.num.23.& ob id manutenendas inhibitiones.

9 Consules† verò,istos colonos esse incolas,& gaudere priuilegiis ciuium, sine vlla differentia, iam in depascendis eorum animalibus in pascuis communibus.(Et quis scit,si illa sint locarorum)quam in excidendis lignis in nemoribus ciuitatis, & sic de similibus.Ideo locum habere regulam naturæ,vt qui sentit commodum sentiat, & onus. Bart. in l.eum scimus. num.3.de agri.& censi. lib.11. C. Rui.consi.200.nu. 5. cum sequent. Deinde,quia illa pars fructuum,iam separata à dominico fundo, eorum propria dicitur, non dominorum.l.damnum.C.loca.l.1.C.de agri.& censi.lib. 11. Et consequenter de illis tenebuntur vicenum soluere de quibus nihil ad dominos.l. fin. ff. de calumn. l. Papi. exuli.ff.de mino.tanquam si illos ex propriis fundis recolegissent, si quidem illud nostrum dicitur,cuius dominium acquirimus,vel titulo locati ab alüs tenemus.§.fi.Insti.vi bono. rapto.

Proponebant insuper hanc tertiam partem æris alieni, esse persoluendam à solis incolis secundum præscriptas trium statuum regulas, & hæc onera respicere personas contra quas potest ciuitas indicere, & eas cogere ad necessarias collationes.l.rescrip.§. fi. ibi. quædam non nisi incolis, & municipibus iniunguntur. ff. de mu.& hono. l.indictiones.C.de anno. & tribu. Bart. in l. 1.num.28.C.de mulier. & in quo loco.Et ob id tollendas inhibitiones.

Hæc causa per R. d. Ludouicum bellum proposita fuit, & diutius examinata, cum sit præiudicialis, & multorum facta respiciat, tandem visum est tollendas inhibitiones, & colonos cogendos soluere.

10 Nec † obstat, quod minoribus locabitur prædium, si quidem videbatur hoc priuilegium datum forensibus personale esse,non reale,ideo eorum personas sequi, non prædia. l. quædam. ff. de reg.iuris. & colonis non deberi,cum sint incolæ, & habitatores. l. forma. §. quanquam. ff. de censi. At si datum esset prædus, remota persona non extingueretur. l. 1.§.permittitur.ff.de aqua quo.& æsti. Decius in l.in omnibus.nu.15.de reg. iuris.

11 Et† licet per indirectum læderentur domini prædiorum, hoc interesse, non est considerabile, & remotum satis: solemus enim causas proximas, & immediatas inspicere, non remotas.l.socium qui in co. ff.pro socio.l.pen.ff. de cond.ob tur.causam.l.cum de hoc. ff. de excep. rei iud.l.si mulier.ff.rerum amo. l. consilii.§.socii mei.ff.de reg. iuris. Socin.in l.1.num. 10.ff.de verbo.oblig.Rol.a Val.consi. 48. nu.30. lib. 2.Cepha. consi. 493. num. 5. dici in l.si emancipati. num.325.

12 Decreuit † illud oppidum, tertiam partem æris alieni à solis incolis exsoluendam. Isti sunt incolæ habentes proprios fructus,qui licet ex dominis prædiorum peruenerint,non solemus originem rei inspicere,quæ tradiitur,sed personam eius,qui contraxit.l. non vnde originem.C.si cer.peta. Nec causas præteritas, vel initia, quæ nihil prosunt.l.filios.vbi Gloss. C.de municip.& origi.de Afflict. decisi.384.num.2. Soci. consi.288.num.10.lib.2.Deci.consi.352. num. 6.Cepha.consil. 246.num. 19. 20. qui dicunt frustra quærendam patris originem, si filius alibi mutauerit domicilium, & nouos sibi constituit lares.

13 Hinc † multis è solo natis, qui sibi nobilitatem virtute acquisiuerunt, fieret iniuria, si eorum originem repeteremus, qui noui homines dicebantur vt inquit M.Tull. Cicero in inuectiua contra salust.Ita, quod adest inspicimus,quod a colono exigitur coloni est, non domini. Et idem esset super coffa, & aliis indictionibus,quas per indirectum est ipse dominus, qui eas sustinet, & onera suorum: quis dubitat si ciuitas esset libera, maiores prouentus Dominis redderent rura? hæc sunt à longe petitis,&c.

14 Nec † obstat colonos eodem iure vti debere sicut eorum domini, quoniam contrarium verius est, quando scilicet priuilegium personale est, quod non transit in extraneos.c.porro.de priuil.Gloss. in clem. 1.in verbo excolendas. de deci.& ibi Card. q.23.sede.de.senis.consi.111.nu.9.& præalleg. inta loquuntur de seruis,& famulis perpetua ecclesi.c.iudicatum.

89.

89.dist.Barthoqui. de gabel. 7. par. qui teneantur ad gabellas.num. 10. Idem de fisco dicendum est. Guid. Pap.q.208.& §. conductores de personalibus muneribus loquitur vt de Rip.resp.lib.2.c.22.nu. 18. Nata. consi.409.pro portione collonica teneri. Vnus solus remanebat scrupulus,ex eo,quòd forensis sibi dispartitam summam iam exsoluerat,& suum fundum liberum fecit. cur ergo iterum ab illo vicenum exigitur? per quemcunque percipiantur fructus, liber est iste fundus.Nec potest ciuitas in toto,vel in parte,postea tributarium facere, quia solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.§.1.Insti.quib.mod. tol. oblig.& cum per colonum,vt prædicimus,hūc suum possidet fundum.l. quod meo. ff.de acqui.poss.quod suum est, sine facto suo, ad alium transferri non potest.l.id quod nostrum.ff.de reg.iuris.

15 Ideo † vlterius visum est,facta & decreta per ciuitatem collatione huiusmodi, nullum fuisse, qui appellauerit provt oportebat facere,alioqui consensisse videntur.l.hi qui.l.nominationes.C.de appella.l.1.§. si quis tutor.ff.quand.appell. sit. vbi Ang. dicit,eum qui immunis erat,si patiatur se describi in libro,videtur renuntiare priuilegio,nisi appellauerit intra legitimum tempus Alexand.consi.1 1.num. 10.lib.1.& consi.136.num.11.lib.2.Cano.in c.cum accessissent. vbi Deci.nu.17.versic.non obstat quod dicit Ang.de constitu.& in consi.638.nu.9.Gosadi.consi.23.nu.3. Et hac de causa senatus ita decreuit, contra consequentiam,nisi in similibus casibus.

SVMMARIVM.

1 *Vicini possunt expellere à vicinia inhonestè viuentem.*
2 *Vicinum bonum, vel malum habere multum interest.*
3 *Morbida sola pecus inficit omne pecus.*
4 *Res tua tunc agitur paries cum proximus ardet.*
5 *Viduam solitariam esse oportet, & verecundam.*
6 *Visus,& eloquium,tactus,post oscula factum.*
7 *Ludere,an liceat? & 16.*
8 *Paupertas cogit ad turpia? nō est de genere malorum.*
9 *Diuitiæ, non semper optimis contingunt.*
10 *Mulieres honestæ acu,lana,fuso,victum quæritant.*
11 *Testes singulares,an probent. & 20. 22. 25.*
12 *Testis,qui detegit proprium delictum, non probat.*
13 *Delictum,in dubio non præsumitur.*
14 *Choreæ,& saltationes communi vsu receptæ.*
15 *Deus cordium scrutator.*
17 *Consuetudo,excusabat à pœna.*
18 *Timere non licet ante periculum.*
19 *Palam gesta,præsumuntur legitima.*
21 *Meretrix probatur per testès singulares.*
23 *Probationes omnes arbitrariæ.*
24 *Iudex potest iudicare ex probationibus singularibus.*
26 *In delictis,non probant testes singulares.*

DECISIO CLXXXIII.

De testibus singularibus deponentibus super lasciuia & malis moribus mulieris quæ volebat in vicinia inhabitare.casus iucundus.


IN vicinia multum populosa, quædam mulier iuuenis, & satis pulchra, quæ prouinciales effugiebat tēpestates, volebat in conducta domo inhabitare, & degere, vicini se opponunt: quod sola sine marito viuendo,posset vicinos iuuenes corrumpere. Illa ægrè ferebat, quod contra eam malam sumerent præsumptionem, & inhonestam crederent, quæ mortuo marito semper castè, & honestè vixit,à nobilibus parentibus orta: quorum vestigia sequuta est,& indignum esset,si à conducta domo expelleretur.Hæc causa agebatur coram bo.me.Cardinali collega,ad quem desiderium nostrum crescit in dies, videntes,quantum totus status sit mutatus ab illo. Ille mihi hanc causam delegauerat ad referendum sibi.In qua quatuor examinaui testes, super illius vita, & moribus,quorum tres erant conformes, esse pauperem, & maritum eius totam consumpsisse dotem. & illo mortuo plures nobiles in eius confluere domum, cum illa iocunde versando, cætera nesciunt, vnus dicit pernoctasse cum illa ludendo, & alio eius consobrino, & lucratam certam pecuniæ quantitatem.Alius vidisse pluries in choreis,& saltantem alacriter etiam post mariti mortem, quartus euntem ad solatia multis stipatam iuuenibus garrientibus simul cum nimia licentia.

1 Certum † est licere vicinis mulierem inhonestè viuentem à vicinia expellere. l.2. vbi Guill.de Cuneo, & Bald.C.de summ.trin.Barba.ad Bald.ibi.Cæpol.in titu.de serui.depas.in 6.quæst.

2 Quoniam † eorum maximè interest semper proximum inspicere malum. Et perniciosa sit peruersorum hominum consuetudo,si quidem vitia animi in vicinos serpunt,vt inquit Ouid.

Dum spectant oculi læsos,læduntur & ipsi.

Hinc prouerbio dicitur, si iuxta claudum habites subclaudicare disces.extat illud vulgare dictum Themistoclis apud Plutarchum:qui cum quoddam prædium venderet,hoc quoque præconem addere iussit, quod etiam bonos vicinos haberet.refert Eras. Chilia.primæ.c. 32. Adde Lucam de Penna in l. quicunque. C. de omni agro deser.col.3. versic. vicinas.lib. 11.hinc diuus Hiero.in c.resecandæ. 24.quæst.3.

3 Morbida † facta pecus,totum inficit ouile.Ne maculet socias est repellenda grege. Iuste igitur licebit illis procul expellere hunc proximum ignem.

4 Et † insidiosos sirenum cantus effugere, quia res tua tunc agitur paries cum proximus ardet.l. 1. §. ex incendio.ibi,si ex adiacentibus prædiis. ff. de incend. rui.naufr.Videtur probata huius lasciuia,siue incontinentia. Cum sit vidua, non ita liberalis & inuerecunda esse debebat, sed magis timida, & solitaria ad turturis similitudinem. cap. clericus solus. c. ad reatum. 81. dist. scribit Aristot.de natura anima.lib.9.c. 7. Tiraq. in 13.l.connu. num. 2.

5 Et † mulierem verecundam esse oportet. l. 1. §. consequens,ibi, non sexus verecundiam egredientis. ff.de suspect.tut.vel cu.l.maritus. C.de procurat.l. 2. C.de his,qui veniam æta.impe. c. indemnitatibus.§. sed cum eas.de cler.lib.6.c.nec illud.30.quæst.5.Rol. à Val.consi. 20. nu.7.lib.2.Non ludere cum viris,de nocte.ludus multa mala affert authen. alearum vsus. C.de religio.vt late Roland.à Val.consi.63. num.23. lib.2.Nec admittitur in testem Gram. decis. 11.nu.5. & decisio. 40.num. 2. consi. 12.num.29.& Roland. vbi suprà, non sequi choreas & cœtus virorum cum
6 lasciuis circum loquutionibus. Ista † sunt præparamenta malorum vt inquit glos.in l.quod ait lex.ff.de adulte. visus, & eloquium, tactus, post oscula factum cap.ne aliquo.27. quæst.1.Et corrumpunt bonos mores colloquia praua. vt Diuus Paul. ad Corinth.[1] 15. Canonistæ in Rub. de iudi.vbi de Rip. num.17.

7 Ille†præterea alearum vsus omni iure reprobatus est.anthen.alearum.C. ne filius pro patre. præsertim in vidua & tota nocte & cum viris sola. Hoc est, publicam mensam ad ludendum tenere,& inuitare collusores.de his scribit Tiraq.in 16.l.connu.n.29.& 42.

8 Quibus†adiungitur inopia,quæ plerunque ad turpia cogit.l.3.ff.de testi.l.spadonem.§.fin.ff.de excusa. tut.l.fin.C.de spectato.lib.11. vbi Lucas de Penna in verbo pro paupertate.Bossius titulo de pluribus violentiis. num.68.sæpe audiui à maioribus, dicentibus paupertatem ingens esse telum,cui difficile resistitur, præsertim ab illa quæ lautè consueuit viuere, & ornari. Et quia solent filiifa.auferre parentibus,& dare mulierculis,quas sibi arridere vidēt,maxime isti,quæ in ictu oculi aspicientes in se facile trahit, suo dulci, blandóque sermone,inescat homines. Vnde Cicero in Catone maiore testatur,voluptatem malorum escam vocari, quòd ea videlicet homines capiantur, vt pisces hamo, sed falax gratia & vana pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur.Sal.in parabo.cap.31. Bald.nouel.de dote 6.parte sing.16.ait,licet filius dotare matrem non teneatur.l.1.§.pręterea. & ibi Bald. & in l.qui liberis. ff. de ritu nupt. tamen vbi mater est pulchra, iuuenis, & pauper, tenebitur eam dotare,quia,suspecta est de incontinentia.sequitur Tiraq.in l.2.connu.nu.9.ideo hanc expellendam.

9 Aduocatus † huius mulieris allegabat has attestationes non nocere suæ clientulæ, quæ licet sit pauper,nō sequitur vt inhoneste viuat.Cum præcipuum ornamentum mulieris,sit pudicitia, non aurum, aut vestes, vt multis exemplis comprobat Tiraq. in l. 3. nu.9. Et paupertas non sit de genere malorum.l.humilem.C.de incest.nupt.§.fi. Insti.de suspect. tut.Inno.in c.sedes.col.1.de rescrip.diuitię non semper optimis contingunt,sed pro fortunæ arbitrio,bonis vel malis, quarum propterea gloria fluxa, & fragilis est. virtus clara,æternaque habetur.c. gloria Episcopi. §. Crates.12.quæst.2.l.in honoribus. §. philosophis.ff. de vaca. mu. Si maritus dolo, vel culpa dotem consumpserit,quare in vxorem hoc tam male gestum reflectitur? rit.ne vxor pro marito.non est duplici torquenda dolore.l.diuus.ff.de offi.præs.l.iure.ff.de iure do.honestę siquidem mulieres,quibus angusta est facultas Acus. lana, & fuso, parce, & duriter victum quæritant sicut ipsa facit, cum ancilla domestica domi se continens. Contractum locationis esse iurisgentium,à quo nemo repellendus est. l. ex hoc iure. ff.de iustit.& iure.l.nemo. C.de iudæis. l. sicut. C.de actio.& obligat.hos testes esse singulares,de diuersis gestis,& factis,per alia loca, & tempore deponentibus, nullámque facere probationem. c. licet causam. de testi.c.bonæ.c.cum dilecti.de electio.Nec plenam, nec semiplenam. Bal.consi.39.nu.4.lib.5. Alex.cons. 94.nu.4.lib.6. Nec coniungi possint vt Alex.ibid.& consi.32.in fi.lib.1. Minúsque probant mille,quam vnus.vt dicit Bald.in l.de quibus. ff. de legi.quamuis vnus integer semiplene probet.d.l.admonēdi. tamen vbi sunt plures singulares per cōcursum vnus alium impedit,& lacerat testimonium vt inquit Bald.consi.
12 25.lib.3.Cra.consi. 267. in princip. Vide † vnum ex his detegere propriam turpitudinem,dicendo per totam noctem lusisse cum illa, casu quo peccatum sit ludere.vnde non probat.Alex.cons.141.nu.19.lib.1. & consi.86.nu.16.lib.2.consi.70.nu.11.lib.3. Feli. 3. c.cum à nobis de testi.Ias.in l.sanum. numer.3. C.de testam.Cur.Inn.consi.165.num.21. quod alio modo dicitur.proprio ore te indicasti. Alium, quod saltabat in choreis tertium,quod solatia sequebatur multis comitata viris.

13 Nonne † hæc omnia fieri possunt honeste,& sine delicto? quod in dubio non præsumitur.l. merito.ff. pro socio. c. estote misericordes. de reg. iuris.Alciat. regula 3.præsump.1.Maxime quia palam,& in societate multarum aliarum honestarum puellarum, & matronarum ex tota ciuitate confluentium illuc, recreandi animi gratia.

14 Sicut†communiter fieri consueuit,& consuetudo has choreas ab omni æuo approbauit, inter omnes feréque gentes, à choro vocatæ, in quo multitudo canēntium cernitur, vel saltantium simul.l.si chorus. de lega.3.Et hoc malum non esse,nisi fuerint circunstantiæ malæ, & vitiosus iungatur affectus quicquid agunt homines intentio iudicat omnes.l.si non conuitij.C.de iniuriis.

15 Respicit † Deus ad cogitationes non ad actus, qui per simplicitatem fiunt.cap.si quando. 15.quæst. 6.c.homines 22.quæst.2. erubescant.32. dist. c.noui. de iudi.

16 Ludere † etiam licet ex generali consuetudine, dummodo in eo non interueniant blasphemiæ, & alia mala, quibus efficeretur pernitiosus. vt late per Ang.in verbo ludus.nu.4.Capel. Tholos.quæst.192. Clarus. in §. ludus. dicitur enim quædam relaxatio mentis.c.continebatur de homi. Bart. Soci.consi.16. nu.5.lib.1. si nunquam cesses tendere mollis erit,solet consuetudo legem tollere. l. de quibus.ff.de legi.
17 vel † saltem excusare à pœna.Gloss.in c. venerabilis. de consue.Alexand.consi.8.nu.9.lib.6.& consi. 240. nu.8.eo lib.Roma.sing.19.Cremo.sing.149.Gerard. sing.84. Hyp.late in l.1.nu.83.cū seq.ff.ad l.Cor. de
18 sicca. Dicebat†etiam vicinos nimium formidolosos trepidantes priusquā appareat periculum hinc Virg.

Cur ante tubam tremor occupat artus?

Non solent mulieres rapere viros,aut amare inuitos. l.vni.C.de rapt.virgi.locus non mutat animum.

19 Imò†qui volunt male agere eligunt potius extraneos,& solitarios vicos,ne suo tum maleficiorum habeant testes,aut continuos speculatores. l. fin. C. de ritu nup.l. 1.C.de interd.mu.c.consuit.de offi.deleg. Craue. consi. 321.num.3.protestabatur de iniuria,& quam maxima, quod honorem suum maculare, & auferre conarentur,ita misere,& iniuste. Cum honestis mulieribus iste metus maior, quam mortis esse debeat.l.isti quidem.ff. quod me. causa. l. iusta.ff.de ma.vindict. Et nolle pro duobus mille aureis talem calumniam pati.

20 Vicini†autem,quáuis testes dicerentur singulares, tamen vbi singularitates tendunt ad probandum genus,quod causatur ex illis singularitatibus valet probatio.l.qui sententiam,ibi,concordantes ad vnum rei finem.C.de pœnis.vt voluit Bal.in l.vt iurisiur.C.de testi.Gl.in l.ob carmē.§.fi.ff.de testi. Si dico me possedisse fundum,& vnus deponit de quatuor annis,& alius de sex, valet probatio, quia non est quæstio de tempore, sed de sola possessione. Hic agitur de probanda lasciuia huius mulieris,siue inhonesto viuendi modo, Ideo, si vnus dicat luxisse cum illa per totam noctem. Alius vidisse sequentem choreas, & tertius solatia cum viris.Istæ singularitates simul iunctæ videntur aperte demonstrare,qualis in suo vitæ genere fuerit illa,& iuncta paupertate quam periculosa eius futura sit conuersatio.

Et†sicut si contra vere meretricem ageretur,testes
21 singulares probationem facerēt. Alex.cons.13.n.24. lib.7.Pan.in c.preterea.n.1.de test.Boë.deci.33.n.44. propter difficultatē ipsius principalis actus,qui solet

clàm

clàm & obſcurè fieri. d.c. præterea. & cap.literis.c.3. loco.de præſumpt.Bart.in l. capite quinto. de adulte. Alexand.conſil.89. num.12. lib.6. Ang. in verbo *che mai adulterato*. Capel. tholo. deciſ.309. Idem dicendum eſt, vt præparatoria ad principalem diſpoſitionem, æque per ſingularia teſtimonia probari poſſint quia præparati, & præparatorij idem eſt iudicium vt not.Bart.in l.fi.C.de codi. & in l. qui proprio.§.item quæritur. ff. de procu. Et ex præparatoriis adulterij, arguitur,& probatur adulterium.l.& ſi amicis. in fin. ff. de adulte. Ibi, quia ſine colloquio illo adulterium non committeretur. Deci. in Rub. de iudi.in principio.ſed ſi ageretur ſuper certo loco,vel tempore ſingularitas noceret vtique. vt in teſtibus Suzanæ.quorum vnus dicebat vidiſſe ſub pino,alius ſub cino. Licet ſub vtraque arbore potuiſſet committi. tamen quia de vno ſolo adulterio agebatur, per Danielem, detecta eſt falſitas. cap. nos ſi incompetenter.§.item Daniel.2.quæſt.7.Glo.in c.nihilominus.3.quæſt.9.& in d.l.ob carmen.§.fin. de teſti. hic ſuper tempore,& loco nulla eſt quæſtio. ſolum quæritur de periculoſa huius mulieris vanitate in genere. non de probanda nimia ludendi conſuetudine. Neque laſciuis ſaltationibus, vel otioſis colloquutionibus. & hæc ſingularitas dicitur adminicolatiua, ſiue cumulatiua vt per Cra.de antiquita.in 4.part. ſicut ſi ageretur de pluribus confeſſionibus, per diuerſa loca, & tempora factis. Roma.conſil.20.Cra.conſil.78.num.3. Ludoui.
22 deciſ.9. nu.10. Imò † verò multi ſunt qui exiſtimauerunt dementiam hominis probari poſſe per teſtes ſingulares. ſi vnus dicat vidiſſe proiicientem lapides furioſorum more, alia inſania loquentem. vel pudibunda demonſtrantem,&c. Alex.conſil.92.num.10. lib.5. Et idem ſi de diuerſis propoſitionibus hæreticis deponerent, vt hæreticus iudicetur. Alex.conſil. 141.num.2.lib.1.& conſil.132.nu.7.lib.4. Deci.conſilio 448.num.8. Similiter contra vſurarium per particulares depoſitiones, dicentium illi ſoluiſſe vſuras. Panormit.conſil.81.num.1. & 2. & conſil.113.lib.2. Aug.in ſua diſputatione incipien. Aſten. miles. Cra. conſil.73.nu.32. Iuriſdictio inſuper ita probari poſſe tradit Inno.in c.qualiter,& quando. col.1. de accuſa. Cor.conſil.91. num.6. lib.1.& conſil.34. nu.8.lib.2. Cur.Iu. conſil.64. num.7. Paul. de Caſtr.conſil.444. num.5.lib.1.Cra.conſil.73.num.15. Et idem in ſimilibus vt per Iaſ.in d.l.admonẽdi. In quibus quæ non proſunt ſingula, multa collecta iuuant. quando ſunt eiuſdem generis. ſecundum Bart. & doct. vbi ſ. de Rip.num.204.Cur.Iu.num.6.purpu.num.244.

23 Quibus † adiungitur,quod omnes vno ore fatentur probationes arbitrarias eſſe.l. 3. §. eiuſdem.ff.de teſti.Deci.conſil.448. num.29.& conſil. 463. nu.23. & conſil.510.num.1.& conſil.596. nu.13.& conſil. 650.num.2. Gram.deciſ.34.num.37.Mono. de arbit.
24 lib.2.centu.1.caſu.90.num.1.cum ſeq. Ita,† vt etiam poſſit iudex teſtibus ſingularibus fidẽ adhibere. Pau. de Caſt.in l.Lucius.ff.de iuſa.Socin.conſil.262.num. 12.lib.2.Cur.Iu.conſil.106. Veronen.conſil.3.in fin. Cra.conſil.78.num.7. Mono. vbi ſ.num.6. ſimiliter ex pluribus concurrentibus coniecturis. l. excipiuntur.ff.ad Sillenia.l.2.§.ætas.ff. de quæſt.Paul.de Caſt. conſil.143.lib.2. Roma. conſil.7. num.3.& conſil.8. Calca.conſil.77.Cra.d.conſil.73.num.19. Soci.conſil.187.num.9.lib.2.Deci.in Rub. de proba.num.13.

Sed quid dicendum:Nolunt curia has ſeparatas depoſitiones coniungere, cum ſint imperfectæ, & de diuerſis actibus compoſitæ. l. 1. C. qui num. tutel.l. ſpadonem.§.qui multa.ff. de excu. tuto. hinc dici ſolet. ſi cæcus cæcum ducat ambo in foueam cadunt. Nam aliud eſt ludere,aliud ſaltare, aliud ſolatia quærere.arg.l.prætor ait.§.hæc actio.ff.de vi bono.rapto. ſede.conſil.162.in caſu ſimili. Panorm.conſil.34.nu. 4.& conſil.42.lib.1. Alex.conſil.72. num.3.lib.1. Et hæc pars videtur ſolidior vt atteſta. Moli. in addi. ad Alexand. ibi. & in conſil.100.num.5. lib.1.Iaſ.in d.l. admo.num.254. Et deinde, quia iſta omnia aliquando fieri poſſunt ſine delicto, & in mitiorem partem noſtra verſa eſt ſententia, & abſoluta rea: Et quamuis nihil boni in ſe haberent, de intrinſecis non iudicamus.cap.Chriſtiana.32.quæſt.5.cap. conſuluiſti.2. quæſt.5.& cap. ſi omnia.6.quæſt.1. diſcant homines
25 cautius negotiari.l.2.C.de fur. Et † poſtremo agitur de delicto, vt illius occaſione expellatur à vicinia,in quo caſu non ſufficiunt teſtes ſingulares, etiam ad vnum rei finem tendentes,vt volunt commu. docto. vt Ioan. de amicis. conſil.127.num.1. Menchia.in 1. par.de teſta.§.1.num.45.Simancas de hæreti. cap.50. num.1.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.53.num.19.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia generaliter ſunt intelligenda.*
2 *Genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, & tantum operatur ſicut ſpecierum enumeratio.*
3 *Interrogationes in iudicio,ad quid fiunt?*
4 *Res ſemel extincta,nunquam reuiuiſcit.*
5 *Fœlicium multi cognati.*
6 *De fumo ad flammam.*
7 *In dubio, nemo præſumitur velle relinquere certum pro incerto.*
8 *Generalitas reſtringitur ex præſumpta mẽte loquentis & per rationem,quæ naturalis iuſtitia vocatur.*
9 *Taciti & expreſſi eadem non eſt virtus, vbi agitur de inualidando actum iam perfectum.*

DECISIO CLXXXIIII.

De interrogationibus iudicialibus, ſecundum mentem loquentis intelligendis.



ANTONIVS de Sextris Dominus de Verqueriis eques S.D.N.P. egerat cõtra Marqueſiam de Guigonetis dominam de Tallatis, vt illa recognoſceret quaſdam rationes inter ipſos calculatas,& per eam ſubſignatas. In quibus fatebatur recepiſſe ab eo egregias pecuniarũ ſummas. Rea reſpondendo, quaſdam ex illis approbauit, & quaſdam impugnauit.Reuerend.Dominus Vicelegatus condemnauit dominam Marqueſiam oblata ſoluere, nempe mille trecẽtos aureos ſolis. cum triginta ſalmatis tritici,in cæteris admiſit articolos impugnatorios ſaluo iure,&c.Antequã exequeretur ſententia inſtat actor, vt teneatur aduerſaria nouiter confirmare, vel infirmare (quod vulgo dicitur *auouer, & deſauouer,*) ſuos productos articulos, impugnationes, & reſponſiones, dubitans ne forſitan illæ eſſent aduocatorum voces. vtraque parte conſentiente ordinatur, quòd rea proprio ore tenebitur reſponſiones facere, & impugnationes,& iam factæ haberentur pro non factis, & per nouas ex tunc deletæ cenſerentur non obſtantibus iuramentis. At illa, quæ prius accepiſſe fatebatur in poſtremis ſuis reſponſionibus negauit, & perſeuerauit in illis denegatio. & inuectiuis, petens ſe relaxari à ſententia per quam fuerat condemnata ſecundum priores per ipſam factas confeſſiones. quæſitum fuit,quid iuris?

1 Videbatur nocuisse actori illud decretum ita po-
stulatum, & interpositum, cum generaliter emanaue-
rit, & sine vlla restrinctione & reseruatione, censetur
respicere, & se referre ad omnes, & singulas respon-
siones, & impugnationes quæ prius factæ fuerant ab
eadem domina Marquesia. Et voluisse prius factas
per nouas esse reuocandas, & delendas, secundum
1 communes iuris regulas, quibus † cauetur verba ge-
neraliter prolata, generaliter esse intelligenda. l. 1. §.
generaliter. ff. de lega. præstan. Et vbi lex non distin-
guit nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de
publicia. Eáque sit natura generalis eloquutionis, vt
nihil intactum relinquat. l. 1. §. quod autem. ibi, præ-
tor enim simpliciter ait. ff. de aleato. l. si seruitus. ibi,
humanius est verbo generali omne lumen significa-
ri. ff. de serui. vrba. prædio. Bald. consil. 305. lib. 1. Et
omnia includit, quæ continentur sub illa. l. fin. C. de
prohibi. rerum aliena. Bald. consil. 191. li. 1. Cra. con-
silio 133. num. 5. Cepha. consil. 150. num. 13. libro 1.
2 Et † sicut dialectici dicunt, genus est, quod prædica-
tur de pluribus differentibus specie. Ita remoto ge-
nere quælibet eius species censetur remota. l. t. in fi.
vbi Glo. ff. de suis & legi. l. fin. C. de vsu. rei iudi. Bart.
in l. si pluribus. in fin. de lega. 2. Paul. de Cast. consil.
112. in princip. lib. 1. Deci. in l. 1. nu. 3. ff. de iuris. om-
nium iudi. Cra. consil. 118. Ideo eo posito, & con-
cesso. necesse est vt omnes eius species sint positæ, &
inclusæ. l. semper. ff. de reg. iuris. Deci. in l. in toto. nu.
2. ff. de reg. iuris. Sicut indefinita æquipollet vniuer-
sali. l. si pluribus. vbi Bart. de lega. 2. l. Iulianus. de lega.
3. l. à procuratore. C. manda. c. si Romanorum 19. dis.
cap. solicite. de maio. & obed. Quod maxime proce-
dit, cum sciret Dominus de Verqueriis, tenorem om-
nium illarum, prius factarum responsionum, ideo sibi
imputandum, cum ita generaliter, & indefinite fuerit
loquutus. Ipse nimium effuso sermone loquutus est,
nimirum si in periculum inciderit l. fin. C. de dotis
promis. hinc dici solet lingua, quo vadis? mors, & vita
in manibus linguæ.

Nemo dubitat, si actor fuisset loquutus, de illis
etiam responsionibus affirmatiuis, & rea, illas reuo-
casset, quin sententia redderetur nulla. l. in summa. ff.
de cond. indeb. l. non erit §. datio. ff. de iur. iur. Quia,
volenti non fit iniuria. l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur.
& in generali sermone illæ videntur inclusæ, cum
tantum operetur expressio generis, quãtum omnium
specierum enumeratio. l. si chorus. de lega. 3. l. sem-
per. ff. de reg. iuris. l. si duo. in fin. ff de admi. tuto. Glo.
in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæredi.
Rip. in l. 1. num. 5. ff. de vulga. tacitique, & expressi
eadem sit virtus. l. cum quid. ff. si cert. peta. proinde
videntur omnes inclusæ, etiam quod in aliquibus
militaret maior ratio exclusionis. l. in [illegible] audem. §. fin.
ff. de mili. testa. Decius in l. [illegible] enium. nu. [illegible] qui test.
face. poss. & in cons. [illegible] 5. nu. 2. Cepha. [illegible] nu. 25.
3 Actor [illegible] vero super [illegible] confessis & [illegible] in adiu-
dicatis sum [illegible], non intel[illegible] exisse faciendas responsio-
nes. siquidẽ fieri [illegible] in iudicio interro[illegible]tiones, vt
interrogatus sua responsione fateatur, vel ne[illegible] id, de
quo iure rogatur [illegible] voluit prætor. ff. de inter. act.
Et quod iterum [illegible] eatur superflua esset interrogatio,
cum iam sua confessione obligatus sit. l. & quia. ff. eo.
l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. Quod autem vt possit
negare. minus. quia confess[illegible] in iure iam iudicatus
est. l. 1. C. de confess. l. 1. ff. eo. deinde, per sententiam,
quæ in rem iudicatam transiuit finis controuersiæ
impositus fuit. l. [illegible] ff. de re iudi. l. res iudicata. ff. de reg.
iu. [illegible] peteretur responsio super [illegible], quod
non est, cum non entis, nullæ sint qualitates. l. 2. ff. de
vsufruct. l. decem. ff. de verb. oblig. l. eius. ff. si cer. peta.
4 Et † res, semel extincta nunquam reuiuiscit. l. qui
res. §. aream. ff. de solut. vel quo modo, post diffiniti-
uam sententiam quæ prouocatione suspensa nõ fuit,
permitteretur repetere litem finitam, vt esset alterius
causæ exordium? contra. l. si quis. C. si cert. peta. esset
nefandum iudicium semel terminato iudicio, aliud
suscitare. l. terminato. C. de fructi. & litium expen. Ex
corruptione non nascitur generatio. mors omnia sol-
uit. §. deinceps. in authent. de nupt. Et si dicas pacta
nouissima prioribus derogant. l. pacta. C. de pact. tol-
lúntque integras, & firmatas partium conuentiones.
l. ab emptione. ff. de pact. Quia nihil est tam natura-
le, &c. l. nihil. ff. de reg. iuris. Ideo licuit mihi ex con-
uentione à prius confessis recedere. Fateor, si ita fuis-
set conuentum. quia expressa nocent. l. expressa. ff. de
reg. iur. non tacita, ex mente loquentis, ne damnum
indebitè patiatur. vt j. Sed videor retulisse petitio-
nem ad nouas impugnationes quæ cum iniuriosæ
sint, & temerè emissæ, volebam intelligere si noua
responsione confirmarentur, vt deinde iniuriarum
agere possem, & non debuisse pro receptis beneficiis
maledicta referre, & mala pro bonis.

Ista lis minimè ab initio sperabatur, si quidem cre-
debat actor, cum ista esset vidua, & sine liberis, &
iam prouectæ ætatis, illi succedere. & inter eos co-
gnationem quandam existere, tametsi à remotis. Sed
5 fœlicium † multi cognati. Itaque aucto suppedita-
tionum cumulo, vbi cœpit sua repetere. Illa familia-
ritas, & iocundæ circumloquutiones, versæ sunt in
duros iudiciorũ sonos, & strepitus, & amor, in odium
magnum. sicut solet fieri inter litigatores. proinde ab
initio quasdam fatebatur, quas postea lite pendente
denegauit, & ita verum est quod dicitur de fumo,
6 ad † flammam, & malum vires acquirit eundo. c. fin.
de præscript.

Fuit conclusum, sententiam exequendam in eo ca-
pite, quod continet condemnationem, auationes
vero petitas, referendas esse, ad alterum caput, quo
7 articuli fuerunt admissi. Et quia, in dubio † nemo
censetur velle facere actũ frustratorium, & sibi inutı-
le. l. si quando. de lega. 1. l. 3. ff. de mili. testa. l. cum de
indebito. §. 1. ff. de proba. Et voluisse certam rem, pro
incerta dimittere, & dubios repetere litis successus. l.
quod debetur. ff. de pecul. cap. finem litibus. de dolo
& contuma. l. properandum. C. de iudi. l. item si res. §.
fin. ff. de aliena. iudi. mutan. caus. facta. Et actus agen-
tium non operentur vltra illorum voluntatem. l. non
omnis. ff. si cer. peta. Non obstat verborum generali-
tas, quæ restringitur ex præsumpta mente loquentis.
cap. suggestum. vbi Deci. not. de appella. Et per ratio-
nem. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. l. Labeo. ff.
de suppel. lega. quæ naturalis iustitia vocatur in l. sci-
re oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. & regulatur se-
cundum naturæ terminos. Bald. consil. 58. nu. 3. lib. 1.
Cra. consil. 31. num. 5. solent enim homines naturali-
ter eligere bonum, & effugere malum. l. bonorum. ff.
de verbo. signif. l. [illegible]. §. 1. ff. de arbit. l. sed si pupillus. §.
item si plures. ibi, nec enim decipi debent contrahen-
tes. ff. de Instit. l. 1. §. magistrum. ff. de exercito. hic in
generali sermone deciperetur loquens, & videretur
sibi voluisse nocere, & perdere, quod ante acquisiue-
rat quod non est præsumendum. vt inquit Bald. in
authent. ingressi num. 3. [illegible] de sacro. eccle. Ias. in l. non
dubium. num. 35. 36. 37. C. de legi. Nimirum si restri-
ctionem patiatur, alioquin si generaliter intelligere-
tur loquens indebite pateretur, & alius cum aliena

iactura

iactura locupletaretur, ex sua variatione & menda-
cio, vt scribit Ang. consil. 291. Panor. consil. 1. num. 3.
& consil. 44. & consil. 64. lib. 1. Cra. consil. 3. num. 3.
hinc videmus generalem liberatiooem non exten-
dendam ad ea, in quibus posset esse captio, seu læsio
liberantis. l. cum Aquiliana. ff. de transact. Alex. consi.
46. col. 3. versi. pro hoc etiam. lib. 1. Cra. consilio 33.
8 num. 8. & 9. Nec † tacitum habetur pro expresso, vbi
agitur de annullando actu iam perfecto. sicut hic de
iuratis confessionibus super quibos fundata fuit sen-
tentia. vt scribit Alex. consil. 59. num. 3. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Suo proprio iugulari gladio, graue.*
2 *Secreta patrimonij non sunt pandenda.*
3 *Remittentibus iura sua, amplius non datur regressus.*
4 *Cauendum ab eo, qui semel imposuit.*
5 *L. 2. C. de rescind. non habet locum in iurante. nec in donante. superfluum. Imo habet. num. 7.*
6 *Cedens omnia iura sua, non potest petere editionem.*
8 *Iuramenti dispensatio conceditur etiam non vocata parte.*
9 *Filius pro legitima potest cogere hæredem edere instrumenta hæreditaria.*
10 *Instrumenta hæreditaria sunt communia inter hæredes liberos.*
11 *Appellatione non obstante sententia de edendis instrumentis filio mittenda est executioni.*

DECISIO CLXXXV.

Filius pro legitima liquidanda potest cogere hæredes sibi edere instrumenta hæreditaria. casus vtilis.



DOMINA Francesia Grilheta post ob-
tentam sententiam, per quam eius reli-
gionis ingressus declararus fuerat me-
ticulosus transegit cum hærede nobi-
lis Clandij Philippi Grilheti sui patris,
mediante summa sex millium & quingenrorum au-
reorum, se nihil amplius petituram, post acceptos ex
transactione nummos obtenta dispensatiooe à iura-
mento egit ad supplementũ legitimæ, dicens se fuisse
enormissime læsam. Et ad probandum læsionem pe-
tit vt Illust. Card. de Gondi, & magnificus Marescal-
lus de Rhetz hæredes mediati dicti Grilheti edant
sibi instrumenta & libros sui quondam patris, in qui-
1 bus descriptæ sunt paternæ facultates. Illi, † se op-
ponunt. Et iniquum existimant si tenerentur edere
actrici instrumenta, & libros, vt illis mediantibus illa
possit obtinere sententiam contra exhibitores. Et ni-
mis graue, quempiam parare arma contra se, vt suo
proprio iuguletur gladio. l. nimis graue. C. de resti.
sed si velit agere, probationes aliunde quærat. ooo à
domo reorum. l. qui accusare. C. de edẽd. l. actor. C. de
2 proba. cap. 1. eo. tit. c. qui iotendit. 4. q. 3. Cum † præ-
sertim in eodẽ scrinio sint plures aliæ scripturæ, non
solum hæreditatiæ verum & publicæ & concernen-
tes statum prouinciæ, ab eodem domino Marescallo
gubernatæ quas Parisios rediens in amici edibus de-
posuit simul. Itaque valde periculosum foret si ex-
traneis earum vidẽdi daretur facultas, & secretorum
communicatio. l. 2. C. quando. & quib. quar. pars lib.
10. l. 2. C. de ali. pupil. præs. l. si quis testamentum. §. 1.
ff. ad l. Aquil.
3 Non † esse audiendam in petitione legitimæ, cum
maior existens plene informata de suis iuribus iura-
uerit, renuntiauerit, remiseritque omnia iura sua, ad
quæ redire non potest. l. quæritur. §. si venditor. ff. de
edi. edict. l. si maritus sit. §. si negauerit. ff. de adulte. l.
non videtur. ff. si quid in fraud. patro. l. postquam liti.
C. de pact. cap. eos. cap. periculosum. 7. quæst. 1. Nun-
quam esset litium finis, si iterum liceret impetere. l.
fratris. C. de fideicommiss. l. 1. C. de pact. l. sicut. C. de
actio. & obliga. sufficit si semel habuerit, posthac illa
quiescat.
4 Hinc † sapientes illi antiqui admonent cauendum
ab illo, qui semel imposuit, cui si rursus fidem adhi-
beas dignus es, qui fallaris, seruit regula. semel malus.
cum si.
5 Et † secundum iuris terminos iuramentum tollit
remedium. l. 2. C. de resc. vendi. vt voluit. Glo. Bart. &
docto. ibi. sali. in 10. quæst. Paul. de Castr. in 4. & 7.
conclusio. Alexand. consil. 118. num. 6. li. 7. & consil.
42. num. 4. 11. lib. 1. Glo. & cano. in cap. cum causam.
de empt. & vendi. Panor. consil. 71. in 2. dubio. lib. 1.
Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. vbi Ias.
num. 17. Socin. consil. 85. num. 3. lib. 1. Et fortius, vbi
per transactionem remissio iurium facta est. noo ob-
stante enormi læsione. contra opinionem. Bart. quia
transactio introducta est, vt sit litium finis. & ita fuis-
se iudicatum refert de Afflict. decis. 220. nu. 2. vt per
Glo. in l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebel. & omnes doct. in
d. l. 2. vbi Cagno. nu. 73. cum sequen. Ias. in d. l. si quis
cum aliter. num. 13. Panta. Cre. in d. l. 2. in 10. amplia.
tametsi duorum sit hoc negotium. nisi sequenti ra-
tione iuuaretur. Quia quando donauit pure, & sim-
pliciter totum illud plus, quod reperiretur vltra sum-
mam receptam, noo posset agere de læsione, quæ in
donationibus non consideratur cum ex liberalitate
proficiscantur. l. 1. l. donari. ff. de dona. cap. 1. eod. tit.
secundum opi. Bart. & cõmunem in d. l. 2. & Cagno.
num. 129. Et quando expressit siue in parua, siue in
magna quantitate existat, etiam quod valde excede-
ret dimidiã iusti pretij. vt per eundem Cagno. num.
131. & 132. Alioqui passim reuocarentur omnes do-
nationes contra. l. si quis argentum. l. fin. C. de dona.
l. perfecta donatio. C. de dona. quæ sub mod. Alexan.
consil. 125. num. 7. lib. 1. Deci. consil. 349. & consilio
403. Socin. consil. 49. in fin. lib. 4. Cepha. consil. 197.
num. 46. lib. 1.
6 Sequitur † etiam non posse petere instrumento-
rum exhibitionem ab hæredibus, propter remissio-
nem, quam fecit de omnibus suis iuribus, generaliter,
& sine vlla spe, vel reseruatione. cap. ex transmissa. de
renuntia. cap. ex ore. de priuileg. quid amplius petit,
quod remisit? vana esset exhibitio, si principale pe-
tenti ius deficeret. l. nõ dubium. C. de legib. cap. cum
quid prohibetur. de reg. iuris. arg. l. ad legatum. l. ad
rem mobilẽ. ff. ad exhibend. l. oratio. ff. de ritu nupt.

Cæterum nobilis Maria de Girardis domina de in-
teraquis vxor magnif. D. de Veletmo tanquam hæres
Grilhetæ, instabat corã domino Ioseph. Suares com-
missario, vt editionem haberet petitarum scriptura-
rum, quas dicebat esse communes inter hæredes, &
filiam. sine quibus scire non posset quid, & quantum
sibi debeatur. l. Titius hæres. & l. creditor. ff. de actio.
empt.
7 Iuramentũ † non nocere iuranti, vbi patitur enor-
mem, vel enormissimam læsionem. l. si superstite. C.
de dol. Et talem dolosum esse cõtractum in quo do-
lus reipsa interpositus est, aliaque iuramenta iniusta
esse, & indiscreta, quibus iura non solent assistere. c.
& si Christus. de iureiur. Soci. consil. 104. lib. 4. Deci.
consilio 180. & 181. & consil. 331. Cur. Iu. consil. 53.
& consil.

& consil.141.Cagno.in d.l.2.nu.98. Cra.consil.142. num.23.Cassado.decis. vni. de empt. & vendi. Quia
8 Rota,† quæ equitat mouetur,non curat de similibus iuramentis in casu enormis læsionis. Panter. de Cre. iud.l.2.circa fallentias, quas ponit ad regulã & doct. in d.l.si quis cum aliter.Cra.consil.192.num.5.Ignorasse vites patrimonij sui patris. renunciationes non nocere ignorantibus.l.mater decedens. C. de inoffic. testa.l.cum putarem.ff.famil.hercis.Bart. in d.l.2. vbi Cagno.nu.114. cum sequen. Amplissimas fuisse paternas facultates,in diuersis locis, prouinciis positas, in calendariis notatas diligentissimè. quæ difficilia sunt,etiam ignota domesticis. quo modo igitur simplex mulier, quæ totam iuuentutem in monasterio consumpserat, de his potuit esse informata? vt not. Bart.in d.l.2.quæst.13.Cagno. nu.124.125.cum seq. Et nihilominus fuisse dispensatam ad fines agendi,& petendi debitum supplemẽtum,quamuis vocata non fuerit pars, in ipsa dispensatione vt communiter obseruatur inter litigatores vt refert de Afflict. decisio. 220.num.10.Oldra.consil.120.Alexand.consilio 49. lib.4.Ruin.consil.69.num.12.lib.3. Bertrand. consil. 364.num.4.lib.1.Paris. consil.54.nu.85.lib.1. Brane. consil.7.Roland.à Val.consil.59.num.29.lib.1.Moli. ad consil Alexand.119.num.6.lib.7.Cepha.consilio 137.nu.60.cum sequen.lib.1.Roland. à Val.consil.7. per to.lib.3. Fuit conclusum,cogendos esse hæredes edere actrici petitas scripturas,& separãdas per commissarium ab aliis,quæ propriæ ad hæredes pertinẽt.

9 Nam † cum agatur de supplenda legitima,quæ dicitur quota bonorum. §. aliud quoque capi. in authent.vt cum de appella.cognos.plus,vel minus continens secundum numerum liberorum. authent. nouissima.C.de inoffi. testa. & facultates paternas tempore mortis.l.cum quæritur.C.eod.& l.Papi.§. quoniam autem quarta.ff.eod.filius pro parte hæres dicitur,in illa sua quota. Incerta,& liquidanda.pro cuius liquidatione,& quantum supplendum testet. iuxta. l. quoniam in priori. & l.quoniam nouella. C.eod.necesse æstimandæ sunt facultates,aliquãdo instrumentis,& cautionibus hæreditatis. l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. hercisc. aliquando ex libro defuncti. l. Nesennius.ff. de nego.gest.l.sicut datam.C.de libera. eum l.instrumenta.C.de.

10 Nimirum † tanquam communia, & quæ possunt seruire hæredibus, & prodesse liberis, illis sunt exhibenda.l.procurator. C.de edend.Specul.tit.de instru. editio. num.7. Cagno. in l.1. num.100. C.de edend. Sebast.Monti tracta.de inuenta.hæred.§.nono principaliter.num.161. Imo,si esset aliqua verisimilitudo instrumenta quondam patris mei, esse penes alium, possum petere, vt ille cogatur aperire arcam, & illa exhibere.Specu.vbi s.num.111. Quod in liberis speciale est Decius in cap.r. num.23. de proba. Cepha. consil.145.

11 Aliud † insuper propositum fuit dubium.Si a sententia exhibitionis faciendæ appelletur an sit admittenta appellatio, & differenda executio. videbatur differenda, secundum communes appellationem regulas, quibus cauetur, nihil nouandum appellatione pendente. cap. non solum.de appella.lib.6. Contrarium visum est omnibus. Cum friuola hæc videatur appellatio, & introducta ad diffugiendum, in præiudicium liberorum, quibus iure naturali debetur legitima. l. cum ratio.ff.de bonis damna. C.in fins. ff. de libe.& posthum. Et ne veritas occultetur.si liceret in terra (vt ita dicam) defossas tenere scripturas. sicut solent auari aurum humo defodere,& occultare. Specul.tit.de appella. §. in quibus casibus.nu.12. Maran. in Specu.part.6.§.secundus actus principalis.nu.320. Deinde, si quod grauamen illatum diceretur, posset facilè reparari per appella.vt dicimus s.decis.2.in fin.

SVMMARIVM.

Appellare an liceat à taxatione expensarum, & qualiter?

DECISIO CLXXXVI.



Reverend. D.Episcopus Carpen. tanquam commissa.Apostolicus præsente,& vocato no. Ioanne Raxto, taxauerat expensas litium iam diu motarum, inter Murmuriouenses,& Flaxanenses,& dictum Raxium, à quarum taxatione iste appellauit.& causa commissa d. Ægidio Benedicto auditori Rotæ, coram quo fuit dubitatũ an appellatio huiusmodi haberet effectum suspensiuum, & deuolutiuum. Et videbatur non habere. Ne liceat subterfugere iudicia, & reddere lites immortales. c.cum appellationibus. de appel. lib.6. Et vti friuolis appellationibus,post tres,aut quatuor, vel vlteriores sententias latas. quibus condemnatus fuerat,debebat ergo soluere iudicatum,& temerarias expensas.l.eum quem temere.ff. de iudi. l. properandum.§.sin autem.C.de iudi.cap.finem litibus.de dol. & contuma.Et non venire cõtra executiones, à quibus non appellatur. l. ab executione. C.qua.appella. non recip.l.ab executore.ff.de appella.l.executorem. C.de execu. rei iudi. Contrarium verius est, si quidem, omnis appellatio admittenda est. nisi expresso iure prohibeatur. secundum Glo. in l. qui restituere. ff.de rei vendi.Bart.in consil.65. In quæstione in qua quæritur. Bald. in l. vni. in princip. C.si de mo. poss. fuerit appel. Cra.consil.20.nu.24.Cepha.consil.185. num.1.lib.2. Et hoc expresse voluit Bart.in l.fin. per illum tex.& lanus Alexand.C.quando prouo.non est necesse.Ias. in d. §. fin autem. num. 25. Inno. in cap. super eo.circa fin. quod me.causa. Nam,cum grauari possit ipse appellans per nimiam taxationem,vtique, ab illo excessu prouocare licebit. Locúmque habebit appellationis remedium. l.1. ff.de appella. quod non tollitur.licet pars vocata fuerit in taxatione, vel præsens viderit taxationem. cap. concessum.de reg.iuris lib.6. alioqui, non valuisset condemnatio. l. de vnoquoque.ff.de re iudi. Hæc vera sunt, scilicet, quando is, qui prouocat, declarat capita, & media ex quibus dicit se esse grauatum,& illa exprimit in specie, si autem generaliter appellaret inutilis & vana esset appellatio.vt Bald.scribit in l.terminato.num.13. C.de fructi. & litium expen. Philip. Francus. in cap. sæpe. num.46.de appella.Maran. de ordi. iudi. in 6.par.nu. 22. Et illud est, quod vulgo dici solet. *faut mettre la main à la playe*, id est, tangere vlcus. Et alibi.vbi quis dolet, ibidem & manum habeat. De cæteris non fiat quæstio.arg.l. quidam existimauerunt. ff. si cert.peta. Itaque cum dictus Raxius non declarasset in specie causas grauaminis, sed simpliciter appellasset à taxatione expen. causa diffugiendi iudicium (vt creditur.) fuit remissa causa domino iudici à quo pro cõtinuandis executionibus,cum expen.

SVMMARIVM.

1 *Causa iusta excusat à mora,à pœna,&c.*
2 *Mora an incursa sit, difficile est, & in arbitrio iudicis consistit.*

3 Hugue

3 *Huguenotorum incursus, inter casuum fortuitorum insolitorum species enumerantur.*
4 *Scarabeus Aquilam volantem, an retinere possit?*
5 *Casus inopinatus videtur exceptus ab omni obligatione.*
6 *Infortunium debitoris non liberat illũ ab obligatione.*
7 *Interesse quantiplurimi, crescit vsque ad realem executionem.*
8 *Res si peritura fuisse æque penes creditorem. liberat debitorem.*
9 *Fundo (ex quo debentur fructus) deperdito, fructus non debentur.*
10 *Onus rem sequitur.*
11 *Interesse, lata sententia super principali, non debetur. Nisi æque principaliter debeatur.*
12 *Fructus non præsumuntur durare nisi triennio.*
13 *In Gallia nõ licet dominis petere fructus, nisi secũdum communem æstimationẽ pro singulis quoque annis.*
14 *Momentaneum pretium, nõ considerabile. nisi in odium morosi debitoris.*
15 *Debitor an teneatur ad pretium momentaneũ. nu. 20.*
16 *L. vinum declaratur. ff. si cert. peta.*
17 *L. in re furtiua. ff. de condi. fur.*
18 *Indefinita, non semper æquipollet vniuersali.*
19 *Alexandri opinio reprobatur. in l. pretia. §. fin. ff ad l. Falcid.*
21 *Acta facta inter easdem partes, coram alio iudice an fidem faciant?*
22 *Pactum, vt stetur verbo partis super interesso, an valeat?*

DECISIO CLXXXVII.

Interesse quanti plurimi propter multas causas euitari potest, & momentaneum pretium non attenditur etiam contra morosum, contra communem opinio. casus pulcherri. & difficilis.

SEQVNDVM antiquas recognitiones, & contractus emphiteoticarios, consules Abolenæ tenebantur dare, & soluere, dominis collegiatis collegij Sancti Nicolai Auenionis, annis singulis quadraginta salmatas tritici, & quadraginta consegalis, ratione acquisitionis, quam fecerant de Molendinis ad collegium pertinentibus. Et si deficerent in solutione census, liceret collegiatis emere grana expensis consulum, & stare eorum simplici verbo. Anno 1562. Huguenoti hostes crudelissimi, locum obsiderunt, & post quinque dies violenter capiunt. intrantes per foramina labefactari muri. Multos occiderunt omnia depredantes. ædes factas solo æquarunt. Molendina occupant, & omnia in hostium manu. per decem, & octo menses. Restituta ciuitate collegiũ obtinuit pignorationem contra consules pro centum, & viginti Salmatis tritici, & consegalis. debitis pro tempore occupationis, fertur sententia per d. de Cadenero cõtinuandas executiones. Inter has moras executionis, vlterius petit collegium Anno 1584. interesse quantiplurimi valuit granum ab illo Anno 1562. vsque ad Annum 1572. dicendo se emisse singulas Salmatas triginta octo florenis, & quatuor solidis pro alimentis collegiatorum. Consules verò, & si mero iure tenerentur ad censum, non tamen ad tam magnum, sed ad commune pretium. quod tempore occupationis erat decem, vel quatuordecim florenorum. huius ego controuersiæ sum commissarius, in qua, re vera magnus est opinionum conflictus. & variæ verborum farragines. Et sicut limpidi fontis, & clari, aqua nimia motione turbatur, & obscura fit. Ita, hæc causa facta est difficilis, crebra, & pertinaci partium contentione. sed miserandi iudices, in quorum cerebro dispersa, & diuagantia iurgia, cogantur discutere, enodare, & pati aliorum deliramenta. arg. cap. iudicantem. 30. q. 5. l. iudices. C. de iudi.

1 Dicunt † igitur se excusandos esse, & liberandos ab illo interesse quantiplurimi, propter iustas, & rationabiles causas, quæ solẽt excusare debitores à mora. l. qui semisses. l. si quis solutioni. ff. de vsur. Roma. consil. 224. Alex. consil. 119. num. 12. lib. 2. & consil. 115. num. 15. libro 4. Hypol. in l. patre. num. 22. ff. de quæst. Aret. consil. 149. & consil. 150. Socin. consilio 107. lib. 1. Bertrand. consil. 38. lib. 2. Bart. in l. quod te. super Glo. fin. ff. si cert. peta. vbi Cur. Iu. num. 42. Rip. num. 54. Item à pœna conuentionali, legali, expensis, & similibus. l. qui solidum. §. 1. de lega. 2. l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. cap. finem. de dol. & contu. & interesse. Gloss. in l. in hac. ff. de tritica. cano. in cap. Quintaualis. de iureiurand. Alexand. vbi s. Cra. consil. 223. num. 4. Etiam, si esset non omnino iusta. & forsitan bestialis. vt illi dicunt. l. plagij. C. de plagia. Alexand. consil. 43. num. 3. lib. 6. & consil. 233. num. 12. eod. lib. de Afflict. decis. 360. Cra. consil. 46. num. 14. Roland. à Val. consil. 57. num. 10. cum seq. lib. 1. Cepha. consil. 24. num. 19.

2 Tamen † difficilis est huius rei definitio, cum sit facti magis, quam iuris quæstio. l. mora. ff. de vsur. l. quatenus. ff. de reg. iur. Et verius est, vt in iuris arbitrio consistat. d. l. mora. ibi, quod per iudicem examinabitur. Hypol. in l. quæstionis modum. num. 13. ff. de quæstio. Mono. casu. 220. num. 3. vt diligenter inspiciat, an is debitor aliqua excusatione se ipsum defendere possit. Mono. vbi s. num. 46. facit. cap. non est in mora. de reg. iur. lib. 6.

3 Debitores † autem moltis se excusant modis, si
quidem, eo tempore, quo cesserat, & venerat dies so-
lutionis, locus ille inuasus, & ocupatus fuit ab hosti-
bus. Ita vt omnes ciues, aut occisi fuerint, aut expulsi
à ciuitate, diuagantes per terras alienas, & nemora,
7 tanquam pecora, omnibus suis priuati bonis. quo
modo potuerunt soluere, quod non habebant. Nec
habere poterant? Et hunc casum esse fortuitum, &
insolitum, qui excusare debet debitores. l. quæ for-
tuitis. C. de pigno. act. l. contractus. ff. de reg. iuris. de
quo nunquam fuerat cogitatum. Neque contigerat
similis. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contra. empt. tem-
pore enim vltimæ transactionis initæ Anno 1549.
hæretici occulti erãt. depræhensi igne, gladio, vbique
4 terrarum castigabantur. Quis † poterat cogitare illos
aliquando fore dominatores? ac si lepores possent
canes vincere. vel scarabeus volantem aquilam reti-
5 nere? Vnde, † iste tantus inopinatus casus, videtur
exceptus ab obligatione. secundum Bart. & cæteros.
in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Bald.
in l. falsus. in fin. C. de fur. Alex. in consil. 28. num. 10.
libro 1. idem Bart. in l. Seio. §. medico. de annu. lega.
Cano. in cap. 1. commod. Alexand. consil. 108. lib. 3.
de Afflict. decis. 150. num. 22. Non obstante iuramen-
to, quod ad casum extraordinarium non extenditur,
neque inexcogitatum continet. Socin. consil. 123. in
fin. lib. 4. Alexand. consil. 153. Rip. de priuil. contract.
num. 97. Cra. consi. 95. num. 1. 2. 20. Et hanc com. esse
Roland. attestatur consilio 46. num. 16. lib. 3. Cepha.
consil. 10. num. 12. lib. 1.

6 Respondebat † collegium, incendium, & hostium incursus

incursus ooo liberare debitorem. l. incendium. C. si
cert.peta.infortuniúmq; debitoris,creditori non no-
cere.l.si te bonis. C. de iure delib.de Afflict.decis.19.
num.6. 7. Bald. in d. l. si te bonis. inquit expulsum à
ciuitate,& priuatum omnibus bonis,non esse libera-
tum à suis creditoribus. Specul.titu. de resti.spolia.6.
nunc dicamus.versi. porro. si colonus per vim alteri
solnerit pensionem, non minus domino tenebitur.
abbas in cap.2.de ordi. cogni.Cra. consil.6. num.97.
Cepha.consil.217.num.3.4.lib.1. Quia,genus perire
non potest. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Falcid. de
Afflict.decis.190.Rip.in l.quod te.num.19.

7 Aduerte,† hic non agitur de liberãdis debitoribus
a censu debito, sed an sint excusandi à mora, vt non
teneantur ad interesse quantiplurimi. de quo loqui-
tur.d.l.vinum.l.in re furtiua.ff.de condi. fur. l. pen.ff.
rerum amo. Quod crescit vsque ad realem executio-
nem. secundum commu. opin. contra Bart. in d l.vi-
num.vt aduertit Cur.Iu.ibi num.27.Cagno.num.18.
19.Roland.a Val.consil.35.nu.4.lib.1.per l.si sterilis.
§.cum per venditorem. ff. de actio. empt. proinde, si
mero iure tenerentur ad censum, non tamen ad tam
magnum. sed ad commune pretium, quod tempore
occupationis erat decem.vel quatuordecim floreno-
rum licet aliquo tempore, ante solutionem grano-
rum valuerit.38.fl.

8 Secũdò,† stat regula iuris,quãdo res quæ debetur
æque peritura fuisset apud creditorem. si pereat,non
perit periculo debitoris.l.si plures.§.fi.ff. deposi.Bar.
in d.l.quod te. vbi Ias.num.27. Rip.num.30. Bart.in
l.nemo.§.1.ff.de verbo.obliga.& in l. si seruum.§.fin.
ff.eod. Nam cum naturalis interitus,vel fatalis casus,
omnino contingere debebat. Et per rerum naturam
certum habebat euentum. creditor nullum ex mora
damnum consequi videtur. l. si cum exceptione. §.
quod si homo. ff. quod me.causa. Ita,si tempore oc-
cupationis Abolenæ solutionis loco fuissent expedi-
ta grana, creditores similem prædam sustinuissent,
cum cæteris ciuium facultatibus.

Illa regula loquitur in specie debita,nos de quan-
titate.deinde contraria opinio est cõmunis odio mo-
rosi.l.nemo.§.1.ibi.perinde ac si viueret. ff. de verbo.
oblig.vel etiã si fundus casmate periret, potuit enim
creditor acceptum vendere. l. cum res. §.1.de lega.1.
cum aliis ample cumulatis per de Rip.in d.l.quod te.
num.28.

9 Tertiò, † iste sensus granorom debebatur ratione
Molẽdinorum,quæ ciuitas acquisiuerat à collegiatis.
vnde, deperditis Molendinis, vel nullos fructus red-
dentibus,non videbatur debitus sensus.l.1.C.de iure
empt.Bar.in l.domini prædiorum.C.de agri.& censi.
& in l.naue saupheli.ff.loca.l.interdum. ff. de verbo.
oblig.Cur.Iu.in d.l.quod te.nu.12. Maxime,quando
illa species est causa finalis, & immediata, propter
quam debetur illa quantitas.l.electio.§.si is quem.ff.
de noxa. l.quidam testamentum. §. si tibi. de lega.1.
Ripa. in d. l. quod te. num.18.in fin. Et per regulam
accessorium sequitur naturam sui principalis. Alex.
in l.in ratione.§.fi.ff.ad l.Falcid.& in l. filiæ tenatores.
§.fin.de lega.1. Igitur pro decem, & octo mensibus,
quibus occupata fuere Molendina remissionem fieri
censu,iustum fore. Bart. & Ias. num.13.19.77. C.de
10 iure empt.l.1. Hinc † vulgo dici solet, onus rem se-
quitur.cle.1.de censi.l.rescripto.§. impera.ff.de publ.
l rescripto.§.sciendum.ff.de mu. & bono.l.hactenus.
ff.de vsufruct.l.2.C.siue cens.vel reliq. Cra.cõsi.217.
num.6.Cum debeatur quantitas in genere occupatio
fundi non tollit oblig.vt s̃.

Quarto, in sententia domini de Cadenero nulla
est facta mentio istius interesse quantiplurimi, sed
simpliciter condemnauit consules ad centum, & vi-
11 ginti salmatas tritici, & consegalis. Quo † casu post
litem finitam non licet super interesse agere. Neque
de expensis. Neque vsuras petere. l. 4. C. deposi. vel
fructus rerum l. Paulus. ff. de re iudi. Guid.Pap. con-
silio 219. num. 3. l. terminato. C. de fruct. & litium
expen.

Hæc vera sunt quando accessoriè deberentur. hic
vero æquè principaliter interesse deductum fuit in
obligationem. vnde sententia lata super vno, alteri
non præiudicat. l. si marito.§.fin.ff.solut. matr.l.cum
quæritur.ff.de except.rei iudi.l.non potest.ff.de iudi.
Ias.in l.1.num.2.3.4.C.de iudi. Boë. decis.18.num.2.
per regulam separatorum,&c. Quintò, non videtur
iusta, ista æstimatio quanti plurimi valuerunt grana
debita,post decem annos.

12 Si † quidem fructus non præsumuntur nisi trien-
nio.Glo.in l.2.C.si aduer. vendi. Re itaque extincta,
non potuit crescere eius æstimatio. l.in hac. ff.de tri-
tica.Bartol.& doct. in l. diuortio.§.ob donationes.ff.
solut.mat.& in l.is cui.§.qui seruandorum. num.2.ff.
vt in possess.lega.& in l.cũ qui.ff.qoib.vt indig. Cum
non entis nullæ sint qualitates.l.1. & 2. ff. de vsufru.
Ioan.de Anna.consil.38.num.3.Bald. in l.2. in fin.C.
de fruct.& litium expen.Mono. de recupe. possess.re-
med.15. num. 599. Aret. in §. si quis à non domino.
num.4.insti.de rerum diuis.

13 Hinc † multa apud gallos arresta lata fuere.quibus
cauetur non licere dominis petere æstimationẽ præ-
teritorum fructuum, nisi secundum valorem cuiusli-
bet anni. Pap. titu. *des droicts seigneuriaux* arresto.11.
12.per tex.in l.nulli militarium.C.de erroga.mili.an-
no.libro 12. tempore autem solutionis fiendæ 1562.
valoris erat triticum octo. vel decem florenorum.
igitur,&c. d.l.nulli. locum habet, quando dominus
oblatam pensionem accipere recusaret.ibi,oblata ne-
glexerit. hic nihil oblatũ fuit à debitoribus. Deinde,
quando dominus expresse petit, & debitor recusat,
semper remanet obligatus in genere, nimirũ si sem-
per possit petere,quia, non fuit consumptum genus.
l.quotiens in diem.ff.de verbo.oblig. vbi Ias. num.4.
Pap.vbi s̃.arrest.12.iterum Ias.in d.l.1. num.21.C.de
iure emphiteo.

14 Sextò,† istud pretium.38.fl. non fuisse cõtinuum,
sed momentaneum. Cuius non solet haberi consi-
deratio.l.pretia rerum. §. fin.ff.ad l.Falcid. ibi, ne ex
momentis temporum,nec ex ea,quæ raro accidit ca-
ritate pretia constituantur.Et magnum discrimen in-
ter vtrúmque cernitur.videlicet dare quatuordecim,
vel triginta octo. Istud,illis temporibus erat peregri-
num, & insitatum. sed hodie propter miseras. &
continuas bellorum tempestates cõmune longe ex-
cedit. Cæterum magis communis opinio est,vt odio
moratoris, habenda sit ratio pretij, etiam quod mo-
dico tempore durauit. arg. l.locum. §. condemnatio.
ff.de tabu.exhibend.cap.mora.de reg.iur.lib.6.secun-
dum Alexand. in d. §. fin. num.13. Ias. in d.l.vinum.
num.13. Cur.Iu.num.2. purpu. num.81. Cagno.nu.
36. & in l. 2. num.251. C. de rescind. vendit.Plotus
in litem iurand.§.4.num.70. Quæ nobis visa est du-
ra, & rigorosa nimis. Et contraria longe æquior, &
dulcior. quæ probatur. d.l.pretia.§.fin. vbi agitur su-
per æstimatione corporum hæreditariorum, quæ re-
manere debebant penes hæredem,vel soluenda erant
legatariis,vt sciatur quid, & quantum valeant. ratio-
ne Falcidiæ debitæ hæredi,vt cõmuniter æstimentur.

Illa

illa est generalis decisio,& ratio,quæ seruit in omnibus æstimandis rebus, & licet ponat exemplum pro lege Falcidia detrahenda. hoc non tollit generalitatem,quia,exempla non restringunt regulam.l.damni.
15 ff.de dam infec. Ita,† vt locum habere debeat contra debitorem,quem morosum vocant, vt non teneatur
16 ad pretia,quæ momentanea fuerunt. Non † obstat d. l.vinum. quæ non loquitur de momento isto. sed de tempore petitionis,& non constat quod eo tempore fuerit momentaneum & non præsumitur. l. nam ad ea.ff. de legib.

17 Et † licet.l. in re furtiua. ff. de condic. fur. dicat id tempus spectandum, quo res vnquam plurimi fuerit, non sequitur vt comprehendat momentaneũ. si quidem istud verbum(vnquam)est aduerbium indefiniti temporis,respiciens plura tempora,scilicet moræ,petitionis, & sententiæ. Et si respiceret etiam tempus momentaneum maius dubium includeret.sufficit ita-
18 que si verificetur in alijs temporibus. Nam † indefinita, præsertim affirmatiua non æquipolet vniuersali,quando in illo casu, de quo quæritur, esset diuersa ratio vt per Dynum in Rub.de reg.iuris.Bart.in d.l. si pluribus.de lega.2.& in l. 1.§. cum vrbem. ff. de offi. præfec.vrb.vel vbi ageretur de pœna imponẽda. Deci. consil.343.num.2.& consil.425. num.22. & consilio 490. num. 4. Etiam si esset indefinita legis. Cepha. consil.24.numer.113.lib.1.Roland. a Vall. consil. 7. numer.19. libr.4. Quis dubitat casum momentanei pretij,cæteris magis dubitabilem,& exorbitantem,vt quis teneatur soluere illud pretium, quod à lege expresse vetatur.Et perinde existimetur, ac si non fuisset.Non solent odia multiplicari,de malo in peius. c. odia.de reg.iuris. l.cum quidam.ff.de libe. & posthu. Nec extraordinaria venire in cõsiderationem.l.Seyo. §.medico.ff.de an.lega.deinde, multum inæqualis est illa æquiparatio de fure, ad moratorem debitorem, qui multis ex causis excusari potest.l. mora.ff.de vsu. alius verò, nullis.§.furtum.Instu.de obliga.quæ ex delic. nas.

19 Nec † satisfacit solutio, quam Alexander adducit ad d.§.fin. l. pretia. quod ibi agatur de legato lucrum afferente, nimirum si consideretur communis valor. non momentaneus. Non sic in creditore, qui damnum patitur.l.fin.C. de codicil. Ego vero puto moram hæredis in non soluendis legatis,magis esse considerandam & puniendam, quam moram debitoris priuati.Cum intersit reip. suprema hominum iudicia exitum habere.l.vel negare ff.quemadmo. testa. aperian.authen.hoc amplius.C.de fideicom. Denique,si contra humicidam solum attendatur communis valor.l.si seruum meum.ff.ad l. Aquil. Idem, & multo magis contra pigrum debitorem.

20 Non † obstat ratio Cagno,quod debitor locupletabitur cum damno creditoris.dico, si momentaneus valor non sit considerabilis, perinde ac si nunquam fuisset.neque lucrum afferre dicitur,neque damnum, non entis nullæ sunt qualitates.l.decem. ff. de verbo. obliga.Illæ etiam rationes,quę adducuntur à Cagno. sunt exceptiones ad regulam in casibus illis. Nos sumus in regula momentanea,& accidentia in tam breui temporis puncto, non venire in considera. & ita volebamus hanc opi.apprehendere, & sequi. sed non erat probatum momentaneum pactum.

21 Septimo, † quod venditum fuerit triginta octo florenis probari minimè attestantur, nisi per quasdam attestationes factas coram d.Valentiano auditore in alia tamen causa, ideo locum habere regulam separatorum,vt separatam producat decisionem. l. 1. Decis. Rotæ Auenio. C.res inter alios acta. Et vt duobus (quod aiunt) verbis, rem istam multis exagitatam sermonibus dissoluamus.Illæ attestationes, videtur fidem facere secundum Bart.in l.2.C.de edend.vbi Alexan.num.24.Ias. num.22.Deci.num.60.Cur.num.93.Cagno.num.50. Rip.num.30.Panor.in c.causam quæ.vbi Feli.numer. 12.de testi.Deci.in c.at si clerici.num.29. 30. de iudi. Bart.in l.2.§.fin.ff.vi bo.rapto. Quia, coram illo iudice agebatur inter easdem partes. super valore tritici ex eadem obligatione debiti, pro alio tamen tempore. vnde,cum publicatæ fuerint,& vim publici instrumenti obtineant.l.gesta.C.de re iudica.cap. quoniam contra.de proba.semper, & vbique inter eosdem litigatores faciunt fidem.Imol. in d.c. causam. nnmer.3. Alexand.consil.58.num.3.libr.2.Capel.Tholo. decis. 189.Ne pereat probationum facultas.l. quoniam. C. de hæreti.

22 Adde,† fuisse expresiè conuentum, vt staretur dicto partis deficientibus consulibus soluere, super valore grani absque alia probatione. Licet aliqui dicant talem conuentionem non valere, ne detur occasio delinquendi.l.conuenire.ff. de pact. dota. tamen quia volenti non fit iniuria.l.1.§. vsque adeo.ff.de iniur. & probat.l.fin.ff.de præto.stip.l. iusiurandum, quod ex conuentione.ff. de iureiurand. & deinde, cum possit debitor contrarium probare, & iudex arbitrari. l. videamus.§.iurare.ff.de in litem iuran.l.si sic. vbi Bart. & Alex.de lega.1.& in l.alio.ff.de alimen. & ciba. lega.in l. Theopõpus. de dote prælega.latè cap.3.cap.1. de constit.de afflict.decis.91. num. 12. Decius in l. in seruilem.§. generaliter.de reg.iur.Alex.consil.47.nu. 4.lib.1.vel nisi detegeretur dolus.l.creditor.§.Lucius. ff.mand.l.Aurelio.§.Caius.de libera.lega. vel quando esset excessus magnus posset iudex illum reducere. d. §.iurare.vt scribit Bart.in d.l.fin. de præ.stip. & in l. si quis in conscribendo.C.de pact.Alex.consi.37. nu.3. libro secundo.& consilio 54.numero quarto. eo. lib. Nata consil.450. numero octauo. Plotus de in litem iuran.nu.47.

Quid dicendum ? Nisi facta fuisset transactio lite pendente & factæ hinc inde compensationes,& promissiones per consules de soluendo maiorem valorẽ grani empti per collegiatos, & alio interesse prout de iure poterant consules iamdictis sese rationibus defendere aut saltem lenire tantum mutæ rigorem. Cæterum postquam ita illis placuit,facto calculo apparuit communitatem debere collegio, ratione maioris valoris. 1617.ff.6.6.

SVMMARIVM.

1 *Interesse de interesse an peti possit. nu.4.*
2 *Miseri debitores.*
4 *Fœlix,qui nihil debet.*
5 *Vsuræ, vsurarum non debentur.*
6 *Vsura dicitur,quicquid accedit sorti.*
7 *Accessio,accessionis non debetur.*
8 *Filius non potest petere fructus fructuum legitima.*
9 *L.Neratius.ff de seruo corrup.declaratur.*
10 *Ruin.consil.56.num. 13.libro secundo. declaratur contra Cagno.*

DECISIO CLXXXVIII.

Si debitor retinuerit pretium,quod ex mora creuit, an teneatur ad interesse septenarium illius pretij casus frequens.

X Ex

1 EX † eodē themate alia orta est quęstio, an consules teneantur ad interesse, illius quamplurimi pretij, quod retinuerunt per duodecim annos ad rationē septem pro centum, quod profectò in longinquum extenderetur, secundum summam paulo ante definitam.

2 Certè, † miseri debitores, contra quos omnia iura insurgunt, & tanquam signum ad sagittas expositi modo cogunt soluere maiores valores vt suprà proximè. modo interitus rerum dd.ll. quod te. vinum in re furtiua. & l. 3. §. fin. de eo, quod cer. loco. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Nunc interesse de interes-
3 se. Ideo verum est quod dicitur † fœlix, qui nihil debet. quia, non bene pro toto libertas venditur auro, &c.

4 Viderut † esse debitum. Ex eo quod debebant consules iamdictam summam, quam propterea tenebantur collegio soluere, quæ si soluta fuisset in termino poterat creditoribus lucrū afferre emendo, vel negotiando. Alioqui solet statutum patriæ, contra indebitè detinētes nummos alienos taxare ad septenarios fructus. Itaque requisita ad statutum interuenisse videntur, quia, debita est pecunia. non soluta suo tempore retenta per annos multos iuxta terminos. l. eos. C. de vsur. & d. §. fi. Quæ propterea censeri debet tanquam sors ipsa principalis. l. fi. C. de fru. vrb. Alex. lib. 1. 1. l. socium qui in eo. ff. pro socio. Si socius, qnod lucrifecerit, non restituat, eius lucri vsuras præstare tenetur. l. idémque. §. denique. ff. manda. procurator vsuras, quas exegerat in suos vsus conuertit eum vsuras præstare debere. Sed in præmissis casibus, illa prima vsura sors dicitur, alteri debita. nimirum, si vtens re aliena vsuras debeat. Et hanc opi. tenuit Cagno. in l. vni. C. de senten. nu. 45. cum quibusdam alijs, dicēs, si mihi debeas centum, & per annum non solueris debebis centum & decem. si per duos annos, cur non teneberis ad interesse illorum decem, sicut de cētum. si illa decem soluisses, ita de illis lucratus fuisses pro rata. sicut de centum, & deinceps. vt mora tibi non prosit, & alteri noceat. d. §. vnicuique.

5 Contrarium † multis probatur iuribus. si quidem certum est, vsuras vsurarum quempiā non posse petere. l. fi. C. de vsu. l. 2. §. 2. ff de adimi. verū ad ciui. perti. Cum valeat argumentum, de vsuris ad interesse. Et promiscuè interesse vsuras vocamus. l. 3. §. ff. de eo quod cer. loco. hinc vsuræ vicem fructuum obtinent. l. vsuræ. ff de vsu. l. vsura pecunia. ff. de verbo. signi.

6 Et † quicquid accidit sorti vsura dicitur. c. vsura. 14. quæst. 4. & per to. illam quæst. quam cambium aliqui vocant. Roma. consi. 238. nu. 4. Cepha. consi. 137. nu. 4. lib. 2. Ita istud interesse, quod petitur, quia, non fuit soluta quantitas, vsura vere appellabitur cum vltra sortem sit, & ampliatur ex illo quanto plurimo pretio. quod ratione moræ ampliatum est, & creuit. Et si non liceat exigere vsuras, de vsuris vt prædicimus. & l. secundus creditor. C. de pig. l. improbum. C. ex quib. caus. infa irroga. l. præses. vbi Alea. & Laf. ff. de re iudi. c. le. 1. de vsu. lia, nō licebit huius primi augmen-
7 ti, aliud augmentum petere. Quia † accessio, accessionis non debetur. l. 1. de [illegible] ca. lib. 10. l. fin. C. de vsu. rei iudica. l. fi. C. de magistra. conueni. Nec similiter vsura pœnæ commissæ secundum Gl. & doct. in d. l. 1. de vsu. fis. Idem dicimus de vsuris fructuum. l.
8 quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. Etiam † si esset filius, qui non potest petere fructus fructuum legitimæ suæ. §. prohibemus. in authent. de trien. & semis. l. Papinia. §. vnde si quis. ff. de inoffi. testa. Cepha. consi. 59. num. 8. 9. 10. lib. 1. Nec vidua lucrum ex lucro dotis. de afflict, decis. 291. num. 3. Talis enim discursus non consideratur, ne extendatur ad infinitum multiplicatio. d. l. vni. C. de senten.

9 Huic † accedit l. Neratius. ff. de seruo corrup. Si seruum tuum corrupero, & is chirographa deleuerit, tenebor. Quod si consuetudine peccandi alia corruperit, non tenebor. adde l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. Deci. in c. venerabilis. num. 17. in fin. de exceptio.

10 Et † in simili videtur consuluisse Ruin. consil. 56. nu. 13. lib. 2. si quis fuerit condemnatus soluere centum, cum interesse lucri cessantis, non tenebitur ad interesse interesse. quia, verba debent intelligi per prius, non per posterius. l. boues. §. hoc sermone. de verb. signi. Et ita Senatus censuit, & fuerunt absoluti rei. quicquid dixerit Cagno. qui fuit nimius temporum scrutator, & numerator, & fautor nummulariorum.

SVMMARIVM.

1 *Vidua relicta vsufructuaria, potest dotem repetere, & simul vti vsufructu.*

2 *Aes alienum prius exsoluendum est, & de restantibus bonis percipitur vsufructus.*

DECISIO CLXXXIX.



NOBILIS Anna fortia vidua Gasparis de Rocard militis, locis Abolenæ, petebat à Francisco de Rocatd filio suo, dotem, & alia iura sibi debita. Curator Francisci dicebat nō teneri. Ex eo, quod maritus in testamento legauerat illi mediam partem vsufructus omnium bonorum suorum, iurium, & actionum. & consequenter tenebatur satisfacere creditoribus pro rata donationis. l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub. l. si marito. ff. solu. ma. l. si vt proponis. C. de bonis præscrip. l. pen. C. de senten. pas. Et quia bona dicuntur deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signi. l. cum emancipati. §. illud. ff. de colla. bono. l. non amplius. de lega. 1. Et eam non posse petere dotem, simul & vsufructum, & fungi vice duorum, sed expectandum donec finitus fuerit vsusfructus vt notauit Guid. Pap. q. 541. huic seruit. l. vxori meæ. ff. de vsu. lega. l. neque pignus. ff. de reg. iuris.

1 Fuit conclusum referente d. Ludo. Bello. eā † posse petere dotem, & alia iura, cum legato vsusfructus per tex. ad literam. in l. vni. §. primum. ibi, & rem relictam à marito recipiat, & dotem consequatur, nisi aliud fuerit expressum. C. de rei vxo. actio. & ita consuluit Paul. de Cast. consi. 224. lib. 2. Steph. Bertrand. consi. 14. num. 9. lib. 2. Capra. consi. 71. num. 18. Bello.
2 consil. 31. Non † obstat decis. Guid. Pap. quia prius deducendum est æs alienum, & deinde ex bonis restātibus vsumfructū capiet. l. vsufructu legato. ff. ad l. Falcid. vbi Alea. num. 1. Decius consi. 485. num. 15. & consi. 590. nu. 4. Craue. consi. 187. per to. verū Decius consi. 237. nu. 3. Cepha. consi. 184. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Causa rescripti cessante, cessat rescriptum.*

2 *Aueuio, inter duo magna flumina posita, & restricta.*

3 *Onere duplici quis grauari non debet.*

4 *Inferior non debet superiorem cogere ad contribuendum.*

5 *Currus*

5 *Cu. vis boues trahit.*
6 *Petere quis non debet, cuius contrarium nō esset concessiurus.*
7 *Ratio debet de necessitate concludere.*
8 *Tributa, regulantur secundum consuetudinem.*
9 *Mandatum morte mandantis expirat. fallit in gratia, & multis alijs casibus. 11.*
10 *Rescripta tot sunt, quot capita. sicut sententiæ, & stipulationes.*

DECISIO CXC.

Mandatarius an possit post mortem mandantis rē integra mandatum executioni demandare?

D instantiam dominorum electorum trium statuū comitatus Venaisini mandauerat Fel. recor. Grego. Papa 14. R. D. Vicelegato sub datum Romæ apud S. Marcum 10. Septemb. vt vocatis vocandis cogeret Auenionenses ad contribuendū pro auena, quæ errogari solet equitibus, qui per sanctam sedem apostolicam in comitatu retinentur, ad certam quotam, deinceps exsoluēdam. Cum ciuitas Auenionis sentiat cōmodum ex illis, qui non solum pro tuitione comitatus constituti sunt, sed etiam ipsius ciuitatis Auenio.

Et vlterius, ne permitteret generalem militum percipere maiorem quantitatem auenæ, quàm præstari fuerat consuetum, sed dari solitam. In reliquis perciperet, quæ cæteri equites in statu ecclesiastico percipere consueuerunt, videlicet pro hospitatione, & quę pro ipsa hospitatione dantur, &c.

Voluit R. D. Vicelegatus habere assessores circa decernendam executionem huiusmodi rescripti, & nominati fuere M. D. Ludouicus Cartiolus primus præses senatus Aquen. Guilielmus Aymarius consiliarius, Ægidius benedictus auditor Rotæ, & ego Hiero. de Laurentiis. Itaque comparentibus partibus d. assessor ciuitatis, dicebat huiusmodi rescriptum esse subrepititium circa primum caput contributionis faciendæ, siquidem solent ciues pro bonis, quæ per comitatum possident sostinere onera ordinaria, & extraordinaria, pro rata bonorum secundum antiquas à maioribus factas distributiones in locis suorum prędiorum. vnde si sentiant cōmodum ex militibus, ipsi
1 quoque partem tantorum onerum ferunt. Et † cessare causam propter quam cogendos mandaunt, qua cessante, cessare debet dispositio. cap. cum cessante. de appel. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. quæ dicitur finalis coniuncta cum naturæ regula. vt qui sentit commodum sentiat, & onus. Et ne quis cum alterius damno locupleretur. Itaq; cùm cessante fundamento, totum corruat ædificium. c. cum Paulus. 1. q. 1. Ita cessante ratione, quæ est anima dispositionis, l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. tota vtique inanimata dispositio videbitur, & ventosa. sicut corpus sine pectore. hinc mandati causa cessante, cessat mandatum. c. si pauper in fi. ibi, cum cesset causa mandati. de præbend. lib. 6. Parisi. cons. 169. nu. 8. lib. 4. Alex. in l. ex facto. in princip. nu. 15. de vulga. Deci. consi. 318. in fin. Cra. consi. 192. nu. 11. Panor. in c. reliqui. nu. 3. de custo. eucharist. de Afflic. in c. 1. §. moribus. nom. 3. si de feud. fuerit contro. inter. do. & agna. Cepha. cons. 244. nu. 12. lib. 2. Et licet non omnes vel singuli possideāt prædia in comitatu, tamen quia ditiores, & potētiores, illi sunt maior pars ciuitatis, qui dicuntur facere ciuitatem. l. quod maior. vbi Gl. ff. ad municip. l. maiorem. ff. de pact.

2 Et † nisi Auenionenses per comitatum, & loca vicina haberent prædia deserta omnino redderetur ciuitas, sine annona, & ad viuendum necessariis. Cum angustum admodum sit eius territoriū, duobus magnis fluminibus restrictum, Durentia, & Rhodano, quorum rapacitate, violentia, & innundationibus,
3 quàmplurimis affligitur malis, & cladibus. Itaque † sustinentes pro rata bonorum onera, non debent iterum onerari. Ne pro vna & eadem re duplici onere grauentur. l. nauis. §. cum autem ff. ad l. Rhod. de iac. l. Titia. §. qui in vita. de lega. 3. l. priuatæ. vbi Bar. C. de excusa. mu. lib. 1. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Treb. l. iure. ff. de iure do. Tiraq. de retract. §. 1. Glo. 18. nu. 9. Cra. consi. 24. nu. .Rol. consi. 1. nu. 21. & 155. lib. 2.

4 Hæc † ciuitas est totius Prouinciæ caput, fortitudo, & gloria, refugium vicinorum, secunda sedes apostolica habitatio illust. legatorum, & Vicelegatorum in tanto palatio, cuius vmbra lætificat quiescentes, in ea absurdum esset si à suis inferioribus dominarētur per impositiones onerum, quæ sunt seruitutis species c. 1. de immu. eccle. c. ecclesia. de consti. huic seruit. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. fu. hæc essent prępostera. veluti si vxor marito præscriberet, vel discipulus magistro. minor in maiorem. oneris enim impositio ad superiores pertinet contra inferiores, & subditos. l. munerum. §. patrimon. vbi Bart. & l. rescripto. §. si. ff. de mu. & hono. Are. consi. 132. col. 1. Parisi. consi. 35. nu. 1 . lib. 2. Alex. consil. 78. num. 6. 7. lib. 6. Rol. consi. 1. nu. 9. 10. lib. 2.

6 Dicebat † procurator patriæ, has contributiones, non propria eorum, sed d. Vicelegati moderādas, auctoritate causa cognita. sicut si ageretur de pecuniario debito, quod comitatui per Auenionenses deberetur. Sed interea semper minor à maiore peteret expensas, quas inferior pro suis occurrentibus negotiis faceret, & ita semper molestaret superiorem. cui iniuria fieri dicitur cum debitor vocatur. l. Item apud Labeonem. §. si quis debitorem. ff. de iniuriis. Illud etiam veniebat in considerationem Auenionem nunquam petiisse à comitatensibus quæ pro conseruanda ciuitate exposuerunt, & tamen ex illis commodum recipiunt, veluti quæ præstantur legatis, Vicelega. & generali militum qui omnes vigilant etiam pro conseruando, & tuendo comitatu. Et vbi opus est pro recuperando aliquo occupato loco cōcedunt machinas bellicas, & milites armatos, & tamen propriis sumptibus hæc facta fuer . horum occasione nihil vnquam ab illis fuisse petitum vel exsolutum. Cum sint eiusdem principis liberaliter & fideliter mutuas præstitisse operas.

7 Quòd commodum sentiant, non sequitur vt teneantur contribuere, si quidem vnusquisque vicinus populus, & amicus sentit commodum, quādo proximus se tuetur, & gaudet aduersus hostiū machinationes. quia, res tua tūc agitur paries cùm proximus ardet. Ratio debet esse necessaria, & concludens Gl. in l. non omnium. ff. de legib. & in l. si cùm exceptione. §. post annum. ff. quod me. caus. maria. Soc. se consi. 1. in fi. contr. & doct. in l. fi. ff. de offi. pro. cæsa. Tiraq. in 5. & 6. limit. cessante caus. si igitur nolint contribuere Auenionensibus, non debent petere vt Auenionēses ipsis contribuant. Nec petere, cuius contrarium non essent concessuri. l. cum pro. pecunia. C. de solu. l. ea lege. C. de vsu. sicut dici solet. Non facias aliis, quod tibi fieri non vis. c. 1. prima distinct.

8 Denique, † cum tributa, & onera collectarum regulentur secundum consuetudinem. Alex. consil. 78. nu. 7. 8. lib. 6. Bru. consi. 29. Paris. consil. 25. nu. 3. lib. 2. Cra. consil. 195. num. 2. Rol. à Vall. consil. 1. num. 12. lib. 2.

lib.2.d.d.Electos nō debuisse has nouas exigere præstationes hactenus inauditas, cum semper quilibet sua onera agnouerit.l.minimè.ff. de legi. Essérque versis moribus pristinis, nonum, & inusitatum vitæ genus instituere, quod semper periculosum crediderunt veteres, discordias generans.c.prohibemus.de censi. lib. 6.c.cum consuetudinis.de consue. c. quis nesciat. 11. distin.l.fi.C.noua vectiga.Ber.cons. 238.nu.4. .lib.2.

9 Et † cum electi contrarias partes tueri vellent & ostēdere rescriptum, etiam in hoc capite exequēdum, visum est mandatum huiusmodi morte mandantis expirasse iuxta.cap.gratum,& c relatum. de rescrip. l. mandatum.C.manda. l.& quia.ff.de iurisconf. iudi. si quidem mortuus fuerat Papa 16.Octobris & pręsentatum 10.Nouemb & sic re integra antequam citatio à delegato decerneretur. c.fin.de offi. lega. impetrans dicebat fuisse concessum per modum gratiæ, ne comitatus tantis grauaretur tributis, & ob id non expirasse gratiam morte mandantis, vt ab Aueniōnensibus adiuuaretur, vt sunt iura aperta, quibus cauetur gratiam etiam re integra non expirare. cap. si cui. de præbend.lib. 6.c.si super gram.de offi.delega quæ sola voluntate principis perficitur, si dicat fiat. c. gram. 1.q.1.Panor.& alij in d.c.gratum. Rol. à Vall. consil. 13.no.4.lib.3. Et non diuersitatis est inter vtrumque rescriptū. quia in rescripto gratiæ princeps dat quod suum est, & perfecta dicitur liberalitas. In rescripto verò iustitiæ, audienda est pars secundum ordinem iudiciorum, nimirum si morte mandantis euanescat, cum imperfectum dicatur negotium, & extinctum morte.l.4.ff.locati.Adducebat contrariam deci. iud. Pap.491.vbi mortuo prælato, poterat executor, ab illo factas ordinationes exequi. sed fuit conclusum expirasse.ex eo quod non erat gratia, sed requirens causæ cognitionem vt suprà dicimus.ibi, vocatis vocandis.Felin in c.exhibita.nu.4.de iudi.& in c.dudum. nu. 23.de præsump.& vbique Panor.Et ibi, adhibitis expertis, quorum cognitio, & relatio non solet fieri nisi obseruatis solitis modis, de quibus per Bar. in l. Terpoiopus.de dote prælega.Panor.Feli.& Cano.in cap. quia indicante.de pręscrip.doct.in l.hac edictali.§. his illud.C.de secun.nup.l.de vnoquoque.ff.de re iud. & cum dicat rescriptō auctoritate nostra declares, ostendit delegatum nihil habere proprium. sed fungi vice delegantis.l.1.§.qui mandatum ff.de offic.eius. Deci. in d.c.relatum.nu 4.Mazhe.nu.91. Non obstat decis. Guid.Pap.quæ loquitur de mero executore qui poterat exequi sine causæ cognitione perfectas ordinationes prædefuncti prælati.

Circa secundum caput rescripti, domini Aquēses fuerunt opinionis non esse exequendum, & morte mandantis expirasse. Cum requirat etiam causæ cognitionem, vt sciatur quid & quantum præstabatur de auena primis temporibus, & quod nūc præstetur equitibus, in statu ecclesiastico militantibus, & pro hospitatione, & quæ occasione huius præstari consuetum est quod fodrum in iure appellatur, vulgo *fasligage*. l. vn.C.de Salga.lib.12. & expectandam nouam iussionem. Nec vnum, & idem rescriptum diuerso iure censeretur. l.cum qui ædes. ff. de vsucap. & vna determinatio æqualiter determinaret cum vtrumque de auena loquatur. Nos verò cōtra. quia licet , & eadem res & vnum rescriptum non debet diuerso iure censeri. quia vnitas diuisionem non recipit.l.stipulationes non diuiduntur.ff. de verbo oblig.tamen quia tot sunt stipulationes, quot res deductæ in stipulationem.l.scire debemus.l.1.§.si stipulanti.de verb.oblig.& tot transactiones, sicut capita in transactione posita.l.si ex falsis. C. de transac.sicut sentētiæ cōtinentes diuersas res iudicatas.l. etiam §. 1.ff.de mino.Ita tot sunt rescripta, quot articuli in rescriptis contenti. vt probat ad literam. c. si eo tempore.de rescrip.lib.6. not.Ias.in d.l.si ex falsis.num.4.

11 Vnde, † cum mandatum etiam re integra non expiret, sed venit exequendum. quando de dote ageretur.l.si ego.versi. si res. ff. de iure do.vel de pia causa. c.exur qui seminat.§.in eo verò casu.col.7. de verbo. signi. lib. 6. vel pro libertate conferenda mandatum fuisse.l.pater filio.ff.de manu.vindic.Idem videbatur nobis isto casu, cum ageretur de fauore publico qui maxime versatur vt tollantur indebitę, & immoderatæ exactiones, arguendo de pia causa ad temp.l.fi. C. de sacro.eccle. Et quia reip.interest ne istæ tantæ, & tam magnæ fiant à militibus exactiones. l. illicitas in princ.& §.ne potentiores.ibi, sub specie tributi. ff. de offi. præsi. quæ plerunque seditiones generant, & cogunt proprias deserere sedes. vt experientia docet. hinc iudex potest impartiri officium, & si non fuerit postulatum, vbi agitur de pia causa, & reip.fauore.l.4. §.hoc autem iudicium.vbi de Rip.num.16.ff.de damno inf ec.Et quia in mora vergebatur periculum, credebamus non esse differendam executionem iuxta. l. de pupillo.§. si quis riuos.ff. de noui ope.nuntia.l.1.ff. de glāde legen.ad quā poterat R. D.vicelegatus vtraque iurisdictione vti, iuxta.l.si prætor. ff. iuris. omnis Iudi. c.sane de offi. delega. sed quia relatum est Innocentium nonum fœliciter fuisse institutū Pontificem, ad quem & ciuitas & comitatus legatos misit voluit d.vicelegatus spectare secūdam iussionē consentientibus partibus. Non obstante etiā regula cancellariæ vt intra annum possint fieri rescriptorū executiones.

Cæterum sicut videmus, hæc quæstio adhuc sopita non est, imò vires acquirit eundo, & nunc versatur in vrbe, vtilius erat hanc malā arborem ab initio eradicare, ne malos singulis germinet fructus.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem non recipere diuisionem, quo modo intelligitur?*
2 *Quod ex re mea nascitur, meum est.*
3 *Iurisdictionis fructus sunt banna, mulctæ, confiscationes*
4 *Ciuitas habens merum imperiū, dicitur iura principis. obtinere.*
5 *Iudex superior succedit in locum inferioris.*
6 *Cōtemnatus si habeat bona in diuersis territorijs quilibet fiscus suo vtitur iure.*
7 *Confiscationes ratione hæresis ad feudatariū pertinēt.*
8 *Confiscatio, alteri non debet facere præiudicium.*
9 *Confiscatio ad eum pertinet, cui facta est iniuria.*
10 *Confiscatio ex falsa moneta, soli principi debetur.* 12.
11 *Monetarius falsus, omnes lædit.*
13 *Emphiteosis ecclesiastica, an redeat ad ecclesiam confiscatis bonis emphiteotæ? num.* 15.17.
14 *Princeps non debet esse emphiteota inferioris.nu.* 15.
16 *Fiscus loco priuati habetur, vbi in eius extraneus succedit.num.* 17.
18 *Verba, pro se & hæredibus, & successoribus quibuscunque, quo modo intelligantur?*
19 *Verba contractus ante omnia inspicienda.*
20 *§.emphiteosim.in authen.de aliena. & emphi.quo modo intelligatur?*
21 *Feudum hæreditarium dicitur quod concessum est pro se, & hæredibus quibuscunque.*
22 *Fiscus tenetur partem suam vendere, quando communem habet rem cum ecclesia.*

DECISIO CXCI.

De confiscationibus bonorum an debeantur condominis, habentibus merum, & mixtum imperium an soli principi, & quid de fundis emphiteoticis se mouentibus de directo dominio ecclesiæ? casus quotidianus.

INSTANTE fisco legationis fuerant condemnati quidam falsi monetarij ciues Caualionis, & eorum bona cōfiscata. R.D. Pompeius Rochins, illius ciuitatis episcopus petit suam partem bonorum confiscatorum, cum sit condominus, cum D. N. P. habeátque merum, & mixtum imperium, & potestatem creandi magistratus ad iustitiam expediendam alternis scilicet annis. Alia verò bona, quæ mouentur sub directo dominio suæ ecclesiæ, quæ emphiteoticaria dicuntur, ad suam ecclesiam in solidum pertinere. Aduocatus legationis contra. hæc quæstio coram d. Vicelegato agitata fuit, & assumptis illis assessoribus, de quibus suprà diximus, ego pro mea virili operam non denegaui, videlicet. Si præstare queam, & res ipsa potessit. vt inquit Homerus. Et deinde, quia varijs agitatur sensibus huius rei definitio, vt videre licet ex his, quæ notaui in §. Cornelio Felici. in verbo, & à fisco. nu. 31. sed tandem magis amica veritas.

1 Quamuis † iurisdictiones, & imperia diuisionem non recipiant. l. Imperialem. § præterea ducatus. de prohi. feud. aliena. per Fede. no. in c. licet. de voto. in c. si heredes. de testa. Gloss. in l. communi diuidundo. ff. com. diui. Tamen vsus, & exercitium ipsius iurisdictionis inter plures diuidi potest, vt vnus, vno anno, alius, alio iurisdictione vtatur. sicut contingit inter plures habentes seruitutem aquæ, vt alternis vtantur tēporibus. l. Lucio. cum l. seq. ff. de aqua quo. & æsti. l. Imperatores. ff. de serui. rusti. prædio. quemadmodum possunt plures tutores inter se diuidere administrationem. l. inter tutores. §. fin ff. de admi. tuto. l. 2. C. de diuid. tutel. Nec obstat. d. §. præterea ducatus. qui loquitur de maioribus iurisdictionibus propter dignitatem illis annexam, ne in plures partitæ reddantur debiliores. arg. cap. 1. de treug. & pace. vt no. Bald. ibi. Alex. consi. 25. num. 1. 2. 3. & 4. lib. 5. consi. 6. 7. eo. lib. Alber. bon. consil. 66. Deci. consil. 249. num. 2. de his diuiduis, & indiuiduis. latè maiores nostri. in l. stipulationes non diuiduntur. in l. 4. §. Cato. ff. de verbo. obligat.

Videtur iusta petitio R.D. episcopi. Ex eo, quod totā iurisdictio cum mero, & mixto imperio super ciuitate, & toto territorio Caualio. in solidum pertinet ad D.N. Papam & episcopum, qui solent alterius annis eadem iurisdictione vti, creando magistratus pro iustitia administranda. dicuntúrque pro illo anno officiarij Papæ. Et pro alio Domini episcopi. Fitque diuisio emolumentorum, quæ pro tempore cuiuslibet contigerunt æqualiter inter præfatos condominos.

2 Itaque, † sicut quod ex re mea nascitur meum est. l. solum. §. meum. ff. de rei vendi. l. bona fides. ff. deposi. Ita, quod ex re communi ad socios communiter pertinere debet. l. si quis. §. siue. ff. commu. diuid. secundum naturam communionis, & societatis, quæ diuidit emolumenta æqualiter inter socios. l. si non fuerint. ff. pro socio. l. incerti iuris. C. fami. hercis. l. fin. C. commu. vtrique iudi.

3 Fructus † autē iurisdictionis sunt bamna, mulctæ, & confiscationes. cl. 1. vbi Cardi. num. 1. de electio. c. licet de pœnis. Bart. Bal. Alex. Imo. Albe. & alij in l. fi. ff. solu. mat. Et propterea, quemadmodum bamna, mulctæ, aliáque commoda, quæ ex iurisdictione contigerunt hactenus diuisa fuerunt æqualiter inter ipsos condominos. Ita quoque confiscationes inter eos diuidēdæ sunt. Ne vna, & eadem res, diuerso iure censeatur. l. eum qui. ff. de vsuca. & vt coniunctorū coniuncta sit ratio. l. cum actum. ff. de nego. gestis. c. trāslato. de constitu. præsertim, quia ista omnia eiusdem sunt generis, quę ex mero imperio, & gladij potestate vlciscēdi in facinorosus homines magistratibus competunt, & dantur. l. imperium. ff. de iuris. om. iudi. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid. quicunque enim habet merum imperiū, ius dicitur habere confiscationis. vt declarat Bart. Bald. Saly. Albe. in l. vni. C. ne siue ius. princip. liceat iudi. confis.

4 Imò † verò quælibet ciuitas, vel castrum habens propriam iurisdictionem, cum mero, & mixto imperio, dicitur habere iura principis, & potest constituere magistratus vt no. gl. in l. fi. C. de præs. long. temp. Bart. in d. l. imperium, super primo gradu. Ias. nu. 24. Cur. Iu. nu. [illegible]. 71. Deci. nu. 33. Alex. consi. 16. nu. 24. lib. [illegible]. proinde, cum ex hac arbore iurisdictionis, quæ communis est inter socios, nascantur fructus, singulorum esse debent, & communes. l. arbor. ff. com. diuid. l. illud. ff. pro socio.

5 Et † si dicatur, confiscationes istas, per maiores magistratus fuisse impositas, & declaratus, nō per ordinarios loci. Respondeo, non minus communes esse debere. Cum isti in locum ordinariorum positi, tanquam subrogati eorum naturam sequuntur. l. si iudex. ff. de iudi. l. si eum. §. qui iniuriatum. ff. si quis cautio. sicut iudex appellationis, tenetur sequi statuta iudicis à quo. l. pe. ff. iudi. sol. Inno. in cap. 1. circa medium. de consue. Bar. in l. sanximus. in fi. C. de sacro. eccle. Alex. consi. 96. nu. 5. lib. 2. Ideò, sicut confiscationes per ordinatios impositę diuidebantur æqualiter, ita, & aliæ, quæ per alios iudices, eodem modo sunt diuidendæ, ne per alios fiat socio præiudicium.

6 Hinc † videmus, si condemnatus habeat bona in diuersis territoriis, & locis, in quibus diuersus sit fiscus, quilibet istorum habebit bona in suo territorio polita. vt Bal. censuit in l. ex facto. ff. de hæred. Instit. tanquam hæres, siue successor condemnati rei. l. tutoris. ff. ad l. Iul. de vi. l. non intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fis. Bart. in l. 1. num. 51. C. de sum. trini. Alex. consi. 31. num. 1. & 9. lib. 1. Itaque si vnus fiscus alteri fisco non faciat præiudicium fiscus papalis, nō debet fisco episcopali præiudicare, retinendo sibi totā confiscationem. Paul. de Castr. cōsi. 353. lib. 1. vbi, ad feudatarium aurifodiua pertinet in territorio reperta, non ad dominum directum. Idem † consil. 63. eo. lib. 7

Guid. Pap. quæst. 76. confiscationem propter hæresim ad feudatarium pertinere Bald. consi. 306. lib. 4. Crau. consi. 128. de afflic. decis. 282. nu. 12. Bm. d. consil. 31. Bald. in l. 1. quęst. 43. ff. de rerum diuis. Idem Lucas de Penna. in l. 1. col. pen. versi. secundo quæritur an concesso mero imperio, videatur cōcedi cōfiscatio. C. de priui. schola. lib. 12. In quibus dicitur, dato mero imperio, omnia emolumenta ab eo dependentia ad donatarium pertinere, & consequenter omnes confiscationes. l. arbores. §. fi. ff. de vsufruct. Idem Alexand. consil. 13. num. 12. & 20. lib. 6. Veronen. consi. 17. nu. 8. Bossi. tit. de pœnis. num. 26. & tit. de bono. publica. nu. 63. & de regul. nu. 15.

8 Hoc † probatur etiam in cap. cum secundū leges. §. confiscationes. de hære. libro sexto. vbi disponitur

confiscationis executionem fieri non posse per principes vel dominos temporales, nisi præcedat sententia per episcopum loci, & sic præsupponit ad dominos etiam temporales pertinere confiscationes, non ad solos principes. Idem in c.felicis.§. si qua verò feuda.de pœnis.lib.6.cap. excommunicamus. de hæreti. authen.si vero dominus.C. de hære. quibus cauetur, per has bonorum publicationes alteri non fieri præiudicium. Nam si totum caperet fiscus, alteri imbecilliori fieret iniuria, qui merito dicere posset, sicut olim. Non est partitio, sed strangulatio, vt scilicet ex æquo diuidendum sit epulum. Cuius meminit Plutarchus in collecta. & hanc leoninam societatem esse Cassius ait.in l.si non fuerint.§.fi.ff.pro socio.

9 Vnum † dubium nascitur, propterea quòd, ista condemnatio facta est ratione falsæ monetæ, cuius fabricatio offendit supremum principem, eiusque lædit auctoritatem. Ideo, ipsi soli principi deberetur confiscatio propter illatam sibi iniuriam. arg. l. 2. §. emancipatus.ff. de colla.bono.l.at vbi. ff. de peti. hæredi.l.bouem.§. si quis seruum.ff.de ædi. edic. his adiungitur.c.1.§.fin.quæ sit prima caus.bene.amit. vbi, si vasallus in dominum committat, feudum non ad proximum agnatum, sed ad dominum defertur, vt iniuriæ suæ habeat vltionem. Anna consi.32. num.5. quando scilicet expresse contemnitur dominus ad eum huius rei spectare debeat cognitio, non ad inferiores, seruit.c.cum venissent. de iudi. c. ad falsario-
10 rum.de crimi.fals. Ideo † Boërius decisio. 263.col.5. versic. Et idem dicitur in falsificante, decidit confiscationem ex falsa moneta soli principi deberi per l. 2. C. de fals.mone. inquiens, vniuersas eius facultates fisco nostro addici præcipimus.ex eo, videtur excludere alium fiscum.arg.cap.cum prætor. ff. de iudi. respond. quando fisco condomini, perinde esset, ac si fisco principis, quia ea nostra dicimus quibus auctoritatem impartimur.l.2.§ ea autem. C. de veteri iure enucleand.

Vel secundo, princeps videtur constituisse condominum procuratorem in rem suam vt principis nomine agat, & exigat.3.cum sit communis inter socios confiscatio, fisco principis applicari dicitur, cũ commune meum esse dicatur. l. serui electione.§.fi. de lega.1. verumtamen, quia inter istos separantur emolumenta, & quisque suo propriè vtitur iure quod vnus habet, alius non dicitur habere, ita vt locum habere debeat regula separatorum, vt per Rolan.à Valle.cõsi. 12.nu.17.cum seq.lib.2.

11 Et † si dicatur, falsificantes, etiam alios lædere, ad quos potest peruenire falsa moneta, & publicum, & populare interesse dici, ne quis decipiatur ex falso nũmo. Hoc verum est, sed maius, & grauius est interesse quod concernit principem. si quidem priuati particulare damnum dicuntur pati. princeps verò vniuersale simul, & particulare, ideo non est æqualis iniuria, vel læsio, quæ cõsideratur de particulari, ad vniuersalem. authen.res quæ.C.communia de lega. & duo vincula sunt fortiora vno.aut. Itaque. C. cõmunia de successio. sicut etiam iniuria respectu illius, cui infertur dicitur atrocior.§.atrox.Insti.de iniu.nulla grauior considerari potest quam illa, quæ lædit principis auctoritatẽ, quæ à Deo data est.c.solicitè. de maio. & obed. cap.nouit.de iudi. l. bene à Zenone. C.de quad.præs. Aliæ verò, quæ priuatis inferuntur non ita, si quod principaliter operatur inspiciamus. l. si quis nec causam.ff. si cer.peta.l. quæritur.ff.de sta.homi.

12 Ideò † dubia videtur petitio.d.episcopi. cõtra quẽ tenuit Boë.vt prædicimus, & Ægid. Bella. consil. 15. col.4. Et nos illos sequimur in d.§. Cornelio Felici. in verb.& à fisci.nu.53. Nec video me posse honestè palinodiam canere, aut vertere vela. sicut soli principi applicatur condemnatio, quando in eius personam machinatum fuisset.l.quisquis.C. ad l. Iul. maiest. de afflic.in c.1.de capita.qui curiam vendi. gram.consil. 6.nu.5.Bossi.tit.de pœnis.num.28.Guid.Pap. q. 341. Cra.d.consi.128.col.fin.versi.sexto. Oldra.cons.148. si Baro concessit Castellano quartam partem confiscationum & contingat commune delictum in Baronem Castellanus nihil habebit, sed totum Baro, in solatium sibi illatæ iniuriæ. cap. 1. §. si quis aliquem. de pace tenend. & eius viola. Idem Roland. à Vall. consi. 78.nu. 12.lib.2. Ita eodem modo, quia per falsarium imago principis læsa est, & corrupta, ad principem tanquam principaliter offensum pertinere debet confiscatio.

13 Circa † secundam petitionem, multa sese offerunt quæ valde dubiam huius rei decisionẽ similiter reddunt. Si quidem fieret magnum præiudicium ecclesię si bona emphiteoticaria applicarentur principi, à quo non posset ecclesia sua iura, & seruitia percipere. Imò nec petere, sicut liberè a priuatis solet. Cum ille sit fortior, & potentior. hinc dici solet, cum principe non pugnandum. c.cum inferior.de mar. & obed. titulo. C. ne liceat potentio. Et absurdum videretur si maior minorem recognosceret in dominum sicut solet emphiteota.l.fin.C.de iure emphiteo. Et si ecclesia alterius odio prægrauaretur, vt sunt tritæ iuris regulæ & exempla quamplurima.in l. res vxoris. C. de dona.inter virum & vxo. si delinquat vxor non præiudicat marito in dote. si possessor fundi vectigalis non cauerit de damno infecto, ciuitas non priuatur iure suo.l.si finita.§. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. grauatus delinquendo non facit præiudicium fideicom. d.§. Cornelio Felici. Alex.consi.23.numer.3. lib.1. Deci.consi.442.num.27. Rolan. à Valle. consil. 31.num.25.lib.1. Idem in filio condemnato patri non fieri præiudicium circa vsumfructum. Bart. in d. §. si de vectigalibus.in 2.quæst. Cachera.decis.94. numer. 1. & 2.

15 Igitur publicatis bonis, emphiteosis ecclesiastica reuertitur ad ecclesiam, a qua processit, arg.l.fin.§. si in libertinum.ff.de bo.damna.cap.fœlicis. §. si qua verò feuda.de pœn.lib.6. Ita voluit Bart. in d. §. si de vectigalibus. Quia emphiteosis ecclesiastica non transit ad extraneos. §. emphiteosim in authen. de
16 aliena. & emphiteo. Fiscus † autem habetur loco extranei. & inopinati hæredis. l. Imperator. ff. de fideicom.hæred.l.4.& ibi Bart. ff. de iure patro. & in l. 1. C.de bonis liber.& in l.cuio qui.ff.de interd. & relega. Deci.consil.442.nu.28. Alexand.d.consil.23.lib.1. Quis cogitauit habere procuratorem fiscalem suę familiæ, & magistrum domus? Ideò, ne ecclesia, quæ mitis, & benigna esse solet. l. inter claras. C. de sacro. eccle.cum tam duro, & terribili excussore societatem contrahere cogatur, visum est, vt bona ab illa data, quæ propter maleficium apud donatarium remanere non possunt, ad ipsam potius reuertantur ecclesiam, quemadmodum facilè per occasionem, redimus ad pristinos, & naturales mores. l. si vnus.§. pactus ne peteret. ff.de pact.§. Pauonum. Instit.de rerum diui.c.ab exordio.35.distinct.

17 Veruntamen † multi doctis.grauissimique viri, nũc vnam viam, nunc aliam tenendam esse affirmarunt, & hanc communem. imò aliam, vt videre licebit ex his, quæ scripsit Decius. consil. 171. Roland. à Vall. consil. 96. libro primo. Iul. Clar. in §. emphiteosis.

quæstio.

quæstio 28.& ex commentariis in c. in præsentia.vbi Bero.nu.386.de proba.in l.etiam.ff. solut. matri. in l. quod dicitur.ff.de verbo.obliga.post Bar. in d. §. si de vectigalibus. verum omissis leuioribus rem. experiendo, loquimur de emphiteosi ecclesiastica,quæ ritè,& rectè ab initio processit, de cuius validitate non dubitatur,vtpote quæ in vtilitatem ecclesiæ contracta est,secundum ea , quæ disposita sunt in c. sine exceptione.12.quæst. 2.in authen. hoc ius porrectum. C.de sacro.eccle.toto ti.de rebus eccle.non alienand. Et quæ concessa est pro se,& hæredibus, & successoribus quibuscunque, sicut communiter fieri solet. Vnde tam ex natura contractus qui non sinit retrocedere.l.sicut C.de actio.& obliga. quam etiá virtute illorum verborum,quibus vocati sunt non solum descendentes , sed omnes qui aliquo iure in istú succedere possunt fundú.l.in annalibus. C. de lega.l.sciendum.ff.de verbo.sig. Verior videtur esse illa opinio, fiscum confiscatis bonis emphiteotæ posse succedere etiam in illa re,quæ de directo dominio ecclesiæ mouebatur.vt fatetur Imo.in d.l.quod dicitur.nu.8.Cor. consi.131.litera Q.lib.2.& consi.173.litera L.eo.lib. & consi.13.litera B.lib.3.Cra.consi.251.num.3.in fi. Paris.consi.184.nu.4.lib.4.& consi.85.nu.17.eo.lib. Soci.consi.22.nu.33.in fi.lib. 2. Et esse communem. de Afflict.decis.386.nu.5.6.& ita iudicatum. Deinde consuetudine generali obseruari videmus , has emphiteoses ad quosque successores transire , sine vlla prælatorum repugnantia.vt scribit Imo. in d.l. quod dicitur.nu.11.& Porcus in §.adeò. Insti.de loca.Cur. Iu.consi.4.nu.1.Cra.consi.55.nu.28. Vbi verò illegitimè concessio facta esset,non esset opus disputare an ad extraneos descendat,cùm etiam ab ipso,cui ab initio data est res,& ab eius filiis auferenda esset.c.nulli. de reb.eccle.non alienan. Et quia verba ciuili modo intelligenda sunt.l.si mi.ff.de seruitu. l. nepos proculo.ff.de verbo.signi.l.4. §. condemnatum. ff. de re iudica. vt aduertunt etiam nostri.

18 Nec † placet similiter , illa verba generalia debere restrictionem recipere secundum naturam feudi, vel emphiteosis ecclesiasticæ , vt ad solos filios tanquam habiles ad succedendum referantur. l. vt gradatim.ff. de mune.& hono.l.2.§.præter ait.vbi Glo. ff. qui satis.cogan.quamuis sint geminata.l.tutor. §. prodigus. ff.de iureiurand. ibi, qui ad hoc sunt habiles.Rip.in l. ex facto.§.si quis ita.nu.16.ff.ad Trebel.Ideò verbum hæredibus (vt alij dicunt) intelligatur de filiis succedentibus de iure ciuili,& verbum successoribus de filiis, qui de iure prætorio hæreditatem agnoscerent. inter quos fuit Alex.consi.1 .in fi.lib.3. & consi. 87. lib.7.Decius consi.171.num.3.Cor.consi.16.num.2. lib.1.Alexandri. consi.84.nu. 5. Istæ sunt meræ improprietates & verborum alterationes.si quidem hæredis verbum omnes continet. d.l. sciendum. successoris. illos omnes ad quos quoquo modo successio peruenire potest.l.quædam.§.is autem. ff.de edend.l. 1.§.bonorum. ff. ad Trebel. vt latè declarat Bartho. Soci.consi.266.num.36. lib.2. Clar. sub num.7.in fi.

19 Fateor † tamen verba contractus ante omnia esse inspicienda, & præstitæ inuestituræ tenor, à quo pendet omnis dispositio.l.1. & l. fi. C. de iure emphiteo. c.1.in fi.de duobus fratrib.à capita.inuesti.c.porro.de priuileg.l.1.in princip.ff.de pactis.Deci. consi.78.nu. 6.Cra.consi.251.num. 4. latè declarat Rolan. à Valle consi.53.à nu.1.vsque ad num.14.lib.3.

20 Nec † obstat d. §. emphiteosim. qui loquitur, quando simpliciter concederetur personæ accipientis, & duobus eiusdem personæ hæredibus , tunc non extenditur nisi ad filios , vel nepotes , vel ad vitum, vel vxorem , si de bis expressum sit. Ecce qualiter se fundat in expressa dispositione. Itaque cùm communiter concessiones exprimant futuros hæredes,& quoscunque successores, non negat , imò vult ad illos transire emphiteosim. Quod alioqui speciale est . cùm regulariter bona nostra,& iura ad quoscunque hæredes transeant.l.1.C.vt actio.ab hære.& contra hæred. trans.§.1.Instit. de perpe. & tempo. actio. Non placuit etiam nobis , quod dispositio d. §. emphiteosim à principe laico emanauerit , vt qui non potuerit afficere , siue comprehendere ecclesias , vel clericos defectu potestatis. cap. ecclesia. de constitu. quoniam iura feudorum , & emphiteosium, de quibus ius ciuile disponit , etiam locum habent in ecclesiasticis. c. cæterum. & ibi Bal.1. no. de iudi. Alex. consilio 10. numero 4. libro 5. vt iura , iuribus concordentur. c.1 de no. ope. nun.Panor.in d.c.ecclesia. in 3.casu. & ibi Decius numero 27. & consi. 78. col. 1. versic.vlt. Aduerte etiam quod hodie maior pars redituum omnium ecclesiarum , monasteriorum, & conuentuum consistit in censibus rusticorum , & vrbanorum prædiorum , si ad eas confiscationes pertinerent , fiscus qui leporem prosequutus fuit , & enm cepit , vacuis operiretur manibus , & ita retraheretur à delictorum prosequutione,in magnum reipubl. detrimentum. l.ita vulneratus. ff. ad l.Aquil.

21 Adde † præmissis feudum hæreditarium dici,quod concessum est pro se,& hæredibus quibuscũque,quo casu ad quoscunque hæredes transfertur , licèt secundum propriam illius naturam non nisi ad agnatos.c.1.de feud.non hab. na. feud. & ibi Bal. & in ca. 1.de feud.fœmi.Bal. in l.cùm virum.in fi. C. de fideicom.& in l.prima,quæstio.34. ff.de rerum diuis. Alexand in l.si patrui.in princi. ff. ad Trebel. De quibus itaque feudis idem iudicamus,sicut de aliis bonis patrimonialibus & hæreditariis. Alexand. consilio 28. numero 19. libro 5. Decius consilio 78. numero 6. Gigas de pensio. quæstio.19.numero 13. Cra.consil. 256.numero octauo.Clar.in § feudum. quæst. nona, numero secundo.

22 Nec † obstat fieri præiudicium ecclesiæ,si tam potentem haberet emphiteotam , siquidem hic est casus,in quo fiscus cogeret vendere , & pretium recipiet saluo iure directi dominij ad ecclesiam pertinentis,& censu annuo , & consueto : & ita vtrique erit sine vlla offensione prouisum, vt latius ego dixi in d. §.Cornelio Felici.in verbo, & à fisco. nu. 43. cum sequen. Et cùm singuli parata haberemus suffragia , & liberas voces. venit ille tristis nuncius , qui dicit D. episcopú Caualio. naturæ debitú persoluisse. Et sicut potui ab aliis excerpere nó eramus discordes in votis.

SVMMARIVM.

1 *Conclusione facta non licet producere & num 4.*
2 *Qui in agendo approbat iudicem , eundem contra se non debet recusare.*
3 *Curia Rotæ iudicat de bono, & æquo.*
5 *Iudicium post conclusionem amplius iudicium non dicitur.*
6 *Conclusio in causa,pars dicitur iudicii.*
7 *Reconuenire an liceat post conclusionem in causa?*

DECISIO CXCII.

An liceat post conclusionem in causa dare libellum reconuentionalem?



OLEBAT illa domina, vt sui noui admitterentur articuli, contioentes reconueutionem, vt cogeretur aduersarius reddere rationem negotiorum gestorum, in cuius manu omnia sua commiserat tanquam fidelissimo. Ille negat, & dicit caosam principalem petitarum summarum definiendam prius, cùm sit instructa, & eooclusum in causa. Post quam, non licet producere...cùm dilectus. de fide instru. c. pastoralis. de caus. pos. & proprie. Ne lites fiant immortales. c. pastoralis de exceptio. l. peremptorias. C. senten. res. nō pos. l. properandum. C. de iudi. Conclusio enim, est terminus & finis omnium probationum. §. quia vero. in authen. de testi. Cacia. in l. admonendi. num 134. Matan. in tracta. de ordi. iudi. par. 6. in 15. actu princip. Nata consi. 251. in fi. Mono. de arbi. quæst. 39. nu. 25. Rolan. à Valle consi. 52. nu. 4. cum sequen. lib. 4.

1 Iudex † enim dū concludit, videtur dicere partibus, Claudite iam riuos poeri sat prata bibere. Infinitas euitaoda est. l. vnica vbi Rebufus nata prima. C. de senten quæ pro eo, quod interest profe. Bart. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infec. Ne quid nimis, inquit Pythagoras. Hinc Homerus, sed puto rectius esse, vt sint mediocria cuncta. Itaque ad producendum in iudicio sunt certi denique fines, quos vltrà, citráque nequit consistere rectum. Alioqui si liceret transgredi terminos, confusum omnino redderetur iudicium, specto ordine iudiciorum, toto titulo de ordine iudiciorum.

2 Rea† verò actorem non debere recusare in eodem negotio illum habere cōtra se iudicem, cuius in agendo obseruare vnlr arbitrium. l. cùm Papi. C. de senten. causa euitandi longiores lites, & circuitus inutiles. Cùm vtraque causa sit vna sententia terminanda. c. cùm dilectus. de ord. cogni. Capel. Tholo. quæst. 366. Bart. in d. authen. & consequenter. num. 12. Nouos articulos dependere à summis petitis, & illis conoexos, noo esse separandos. modo constat, modo agatur, secundum communes iuris regulas, quibus in promptu oblatæ probationes, etiam in summariis, admittuntur. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. l. 2. & fi. C. de edic. diui Adria. tol. Mono. de

3 arbi. libro 2. casu 12. Ex † bono, & æquo, vt consueuit hæc Rotæ curia iudicare. Bart. in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo summarie. Alexand. consilio sexto, numero secundo, libro tertio, & consilio 96 numero 15. lib. 4. cum multis aliis, quæ allegat Cache. decis. 1.

4 Hæc † quæstio dubia inter nostros reperitur, variis agitata sensibus, vt videre licet ex commentariis Maria. Soci. vin quidem doctis. in c. 1. de mo. pe. circa fi. Aliqui, vt statim fieri debeant istæ reconuentiones, ante litem contestatam. Alij in ipsa, vel statim post. l. fi. ff. de fidei. liberta. l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. peta. Multi ante conclusionem in causa. primæ opinioni seruit d. authen. & consequenter. si illum vicissim pulsare velim statim hoc facere. idem in c. 1. de mutu. peti. ibi incontinenti coram vobis. Contrarium probat. c. dispendia. §. reus quoque. de rescrip. lib. 6. dicens eodem durante iudicio, & sic vsque ad sententiam. vt voluerunt multi allegati per Bar. in d. authen. & cōsequenter nu. 12. Cùm dicatur iudicium donec sententia terminetur. l. vbi ceptum. ff. de iudi. Imò non, nisi quando negotium discutitur, quod est ante conclusionem: & dum definitur dicitur iustitia. secundum Isidorum in c. foros. §. iudicium. de verbo. signi. sed maium est quod post conclusionē amplius iudicium non dicatur, nulla adhuc lata sententia. Et liceat iuris allegationes producere, & alia multa facere. vt no. in d. c. cùm dilectus. vbi Feli. nu. 13. cum sequen. per 14. limita. Ias. in l. admonendi. nu. 318. quid est, quod magis iura partium discutiar, quam iurium allegatio, & inductio legis. c. iudicantem. 30. quæst. 5. Non video finiri iudicium facta conclusiooe, cùm adhuc restet totius oegotij definitio pet condemnationem scilicet, vel absolutionem. l. 1. ff. de re iudi. perfectū aliquid non dicitur, quoties aliquid restat agendum. l. cùm Sillenianum. in fi. C. quib. vt indig. l. rei. §. opere conducto. ff. de verbo. signi. Ideò videretur veteris. conclusionem, vnam esse partem ipsius iudicij. c. quoniam cōtra. ibi, qoi vniuersalia acta iudicij conscribant. de proba. quod verò sententia dicatur iustitia, id nimiū est generale, cùm in singulis iudicij partibus illa exercēda sit. & tamē adhuc manet iudicium donec definiatur. l. iudex postquam. ff. de re iudica.

Fuit conclusum, procedendū super materia principali sine præiudicio iuris contenti in nouis articulis in alio iudicio. Visum enim fuit causam principalem iam esse instructam, quæ propterea non erat retardanda per nouos articulos, requirentes plenam cognitionem secundum Bat. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 38. & ibi de Rip. nu. 193. ff. de acquir. pos. Inno. in d. 1. c. & ibi Feli. nu. 3. de mu. pen. Roma. consi. 323. num. 5. Deinde, cùm in iudiciis quasi contrahatur. l. 3. §. idem scribit ff. de pecu. facta conclusione in illa parte, non licebat ab illa recedere. l. sicut. C. de actio. & obliga.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simplex mediante iuramento facta filio, confertur.*
2 *Donatio remuneratoria, non confertur. quia dicitur creditor. 3.*
4 *Donatio fieri non potest in multis casibus.*
5 *Merita debent correspōdere donationi, non vltra. quod in iudicis arbitrio consistit.*
6 *Merita, quomodo probanda sint? latè & diffusè. & noniter 9. 12.*
7 *De ius, & Socinus pugnantes circa probationem meritorum.*
8 *Argumentum à contrario sensu, ex verbis doctorum, non sumitur.*
10 *Nominata non dicitur res, per suum genus.*
11 *Pater, an prohibeatur donare filius.*
13 *Donatio facta filio, præsumitur ratione sanguinis.*

DECISIO CCXIII.

Donatio facta filio propter benemerita an conferatur? & quid si non constet de benemeritis, nisi per assertionem notarij casus quotidianus, & difficilis, in cuius definitione varij fuerunt. Decius, & Soci.



ETRVS Gilerminus de Montiliis in præfatione donationis, quam fecit Rolando, & Iacobo filiis suis, dicit, in memoriam reduxisse quamplurima seruitia, & beoeficia quæ receperat ab illis. Volens in parte eisdem satisfacere, donauit pure, & liberaliter cuilibet ducentos florenos, vineas, & terras per eos acquisitas, ex propriis eorum laboribus, & industria. Eo mortuo ab intestato succedentibus etiam filiabus, quæsitum

quæsitum fuit an donatarij donata conferre teneren-
tur. Iudex à quo ordinauit omnia donata conferen-
da. Et cùm fuisset appellatũ,& causa appel.commissa
mihi, videbatur bene iudicatum. Cùm non appareat
patrem prohibuisse collationem, quæ ideò inter li-
beros facienda est.authen.ex testamento. C.de colla.
vt seruetur æqualitas inter liberos. l. vt liberis.eo.tit.
1 Are.consi.91.Deci.cós.59.nu.3. Et † præsertim quia
ista fuit simplex donatio mediante iuramento, quod
validam ab initio facit donatio. nec habeat vim reli-
cti,& ob id regulariter dicitur collatio nobilis.secun-
dum Bar.in l.1.§.nec Castrense. ff.de colla. bono. &
in l.si donatione.vbi Deci.nu. 33.& in d. auth. ex te-
stamento.nu.7.Ias.in l.frater,a fratre.nu.44.ff.de con-
di.indebi. Si voluisset pater donatarios habituros res
donatas præcipuas dixisset vtique, & poterat vno
verbo hunc nodum dissoluere. Cùm non dixerit,vi-
detur reliquisse casum indissolutum, definiendum se-
cundum iuris terminos, quibus cauetur fieri debere
collationem,quando non fuit prohibita d.authen. ex
testamento.

2 Donatarij † verò malè iudicatum, quia pater do-
nauit filiis de se bene meritis, in compensationem re-
ceptorum beneficiorum, quod quidem donationis
genus re vera donatio non dicitur. Imò magis pro-
prij debiti solutio, facta ad tollendam præcedentem
obligationem.§.1.Insti.quib.mod.tolli.obliga.l.Atti-
lius regulus.Ibi non meta donationem esse,verũ ma-
gistri officium,quando mercede remuneratum. ff. de
dona.si quidé suo benefactori quilibet remanet obli-
gatus,saltem naturaliter.l.sed si lege.§.consuluit.ff.de
peti.hæredi.l.fi. C. de capti. Igitur si ei soluat, facit
quod eũ facere oportet.l.donari.à cõtrario sensu.ff.de
reg.iuris,& ita volunt nostri doctiss.præceptores.in d.
3 l.si donatione.Has † scilicet remuneratorias,esse pre-
cipuas tanquam aduentitias,proprioq; labore acqui-
sitas.l.cùm oportet.§.1.C.de bonis quæ libe.Ita vt fi-
lius in eo casu tanquam extraneus reputetur respe-
ctu meritorum erga suum patrem,secundũ Gl.Bar.&
docto.in l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac. & in auth.vnde
si parẽs.C.de inoffi.testa.Iasan d.l.frater.nu.44. Cor.
consi.144.nu.6.lib.2.Soci.consi. 66.nu.6.lib.1. quod
tamen intelligendum,vt infra latius.

4 Vnde, cùm in multis iuris casibus prohibitæ sint
donationes, veluti parentibus, prælatis ecclesiarum,
coniugibus,tutoribus, & curatoribus,libertis in præ-
iudicium patronorum, cle[illegible] erga [illegible]ncubinas; &
similibus, quos enumerat Tiraquel. in l si vnquam.
in verb.donatione. nu.11. cum sequen. In iis liceret
donare remunerandi gratia accept[illegible] beneficium,ne
alioqui videretur ingratus, qui accepisset. per l. cùm
plures.§.cùm tutor.vbi Glo. ff.de admi.tuto.l. qui fi-
lium.ff.vbi pupil.educa. deb. l. viuus.ff.quæ in fraud.
patro.c.liberti.§.pro remuneratione.c.quicunque. &
c.ecclesiasticis.12.quæst.2. Bar. in l.affectionis. ff. de
dona.& in l.diuortio.ff.solu.ma.Ias.in d.l.si donatio-
ne.& in authen.vnde si parens.nu.14.15.C.de inoffi.
testa.Oldra.consi.26.nu.7.Ancha.cõsi.247.de Afflic.
decis.2[illegible]2.Capi.decis.102. Soci.consi.66.nu.11.lib.1.

5 Quotiens † scilicet merita correspondent rebus
donatis,& essent æqualia. Alioqui,si vltra,in excessu
diceretur donatio & liberalitas, quæ ideò reuocare-
tur.c.relatum. ibi,iuxta seruitij meritũ.de testa.l.ma-
gis puto.§.item prætor.ibi,ne propter æs alienũ mo-
dicum,res magna distrahatur.ff.de rebus eo.Limitata
causa,limitatum produxit effectum.l.in agris.ff.de ac-
qui.rerum domi.l.quod si vir.ibi,in tantum in quan-
tum ædificij exstructio postulat.ff. de dona. inter vir.
& vxo. Hoc monet nec liceat præscriptos terminos,
& potestatis mandatæ modum transire. l. diligenter.
ff. manda. c. cùm dilecta. de præscrip. quod rhetores
dicunt vltra septa transilire, quoties alicui datus est
circumscriptus locus. sic & in pœnis non licet vltra
assignatum locum.l.moris.ff.de pœnis.

6 Quæ † omnia ad officium iudicis pertinẽt, vt me-
ritum consideret,& rei donatæ valorem.l.etiam.ff.de
manu.vind. Quod ego puto difficillimum,vt merita,
quæ ex affectione,& beneuolẽtia præstantur, possint
recipere certum pretium.l.si seruum.ff.ad l.Aquil. Et
quod cõtemplatione salutis datur, certo modo æsti-
mari possit. l.si pater.§.fi.ff.de dona.l.pretia rerum.ff.
ad l.Falcid. Istud dicitur interesse singulare, quod in
infinitum extenditur.l.vni. C. de senten. quæ pro eo
quod.interest. Quid si donatarius propriæ vitæ non
pepercerit vt saluum redderet donatorem? si pro eo
pugnauerit, vel fuerit vulneratus, hæc pretio num-
mario æstimari non possunt. l. iustissimè. ff.de ædi.
edic.l.liber homo.ff.ad l.Aquil.l. in seruorum.§.1.ff.
de pœnis. Cæterum ita lege cautum reperimus. d. l.
etiam. & consuluit Alex. consi.55. num.5.lib.1.Mo-
no.de arbi.lib.2 centu. 2. casu 132. vt scilicet arbitrio
iudicis definienda sint, qui debet etiam animaduer-
tere an istæ causæ ex iustis affectionibus descendãt.
l.illud.ff.de manu. vind. si forsitan donatarius, iniu-
ste,& temere pro benefactore pugnasset si Plagij cau-
sa operas præstitisset. l. si Plagij. ff. de verbo. obliga.
Quia, impia est promissio quæ scelere adimpletur. c.
in malis promissis. 22. quæstio. 4. sicut non tenetur
vasallus pro domino pugnare, quando iniustum ge-
reret bellum.c.1.hic finitur lex.c.1.de noua forma fi-
deli. huic accommodetur l.si verò non remunerandi.
§.si adolescens.ff.manda.no.in d.l.affectiones.Noluit
lex delinquentes præmio afficere, qui digni sunt ca-
stigatione.l.1.ff.de iusti.& iure.

Sed nascitur difficultas,quomodo hæc merita pro-
bata censeantur? Si in instrumento facta sit mentio
meritorum in genere,vt hic.Quid si expressa fuerint,
& declarata in specie? Sicut dicitur in d.l.etiam.puta,
quod contra latrones tutus sit, quod eum sanauerit,
quod insidias detexerit. Et in d.l.Atilius. quod cum
patre meo semper fueris. quod eloquentia tua me
meliorem reddideris, an opus sit alia probatione? Et
quænam istarum validior sit,generalisne,an specialis?

Videtur illa generalis assertio meritorum parum
prodesse,cù[illegible] sit vaga,& incerta. Dubiáque loquutio
non releuet loquentem. l. vbi autem. §. qui illud aut
illud.ff.de verbo. obliga.l.cùm incertis. de lega.1. Et
qui effuso,& generali sermone vtitur, sæpe in prom-
ptum incidit periculum.l.fi.C.de do.promis. Deinde,
quia illa generalis meritorum assertio etiam in mo-
dico verificari potest. Si forsitan donatarius semel si-
tientem potauerit donatorem, vel illi prandium, vel
cœnam dederit, quæ sunt humanitatis officia. c. Flo-
rentinum.85.distinct.tametsi minima. Agitur de me-
ritis in benefactorem collatis, cur illa non exprimit,
& non declarat quid sit illud quod acceperit? an sit
dignum ill[illegible] præmio, non debebat vti generalitate,
quæ obscuram dispositionem facit. l. ita fideic. ff. de
iure fisc.l.prætor edicit. ff. de iniuriis. Istæ prætereà
generales assertiones videntur potius fieri in frau-
dem legis. l. cùm quis decedens. §. Titia. de lega. 3.
vbi Bart. si maritus confitetur recepisse à secunda
vxore certum quid, non probat. etiam cum iura-
mento, vel in fraudem alterius, qui capere non po-
terat.l.qui testamentum.vbi Glo. ff. de proba. Quia,
veritas, non fictio consideranda est. l. si fortè. ff. de
cas.

caſ.pecu. vel quando aſſertio faceret contractum validum, qui alioquin eſſet infirmus præſumitur circumuentio. ſiquidem vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. l.acceptam. C. de vſu. l. domicilium. ff. ad municip.l.ſi. C.de vſu. pupil. c.1. de eo, qui mitti in poſſ.cauſ.rei ſeruand. Decius conſi.102.nu.6.l.cùm hi. §.ſed cùm his.ff. de tranſac. quod alio nomine dicitur verbo tenus.iuxta illud.

Lenibus dictis, at mens diuerſa putabat.

Præterea illa verba, quæ de receptis beneficiis loquuntur, videntur appoſita honoris gratia, ad colorandum donationem, ad nudam donatarij laudem. l. ſi quid venditur. l. ſciendum. ff. de ædi.edic. l. quod venditor.ff.de dolo. Imò verò iſta clauſula magis ſecundum conſuetudinem, & ſtylum notariorum, qui vndique verba exquirunt, vt verboſos reddant contractus, gratia lucri. Cùm paſſim videamus omnes fere donationes habere in ſe iſtas adulationes.vt Bertran.atteſtatur conſi.135.nu.. lib.4. deciſ.conſi.366. numero 11.& 12. Quibus minimè mouemur, quaſi plus ſcriptum ſit. Et eas velut per tranſennā inſpicimus, vt eſt in adagio. Et licet in generalibus ſpecialia inſint.l.ſemper.ff.de reg.iur.l.ii chorus. de lega. 3. tamen facilior eſt illa via, in qua merita exprimuntur ſpecialiter, nec quicquam videatur eſſe dictum, cuius facti ſpecies non exprimitur. l. vt reſponſum. C.de tranſac. Magis itaque mouent ſpeciales narrationes quam generales. Nec præſumitur falſo nomine expreſſas, cùm nemo velle mentiri credatur. l. & elegantet.§.ſi.ff.de dolo. Quæſo reſponde mihi, ſi dicat ab illo multa recepiſſe beneficia. Et alius dicit, cùm percuſſus eſſet peſte, ſe expoſuit periculo ſine vllo timore, vt moribundum adiuuaret, & conſolaretur. quænam magis tibi placebit expreſſio? ex prima, quod ſcis neſcis, vt inquit Terentius. Ex alia, vides amicum certum in re incerta, & verè dignum præmio.

7 Cæterum † Decius in d. conſi. 2.., cùm ſuis ſocis fuit opinionis, vt tantum operetur generalis, ſicut ſpecialis, & vtroque caſu dicantur remuneratoriæ. Dicens ita voluiſſe Bart. in d. l. ſi forte vbi, quando verba enunciatiua emanant, ſuper eo, quod partes poſſunt liberè diſponere, & ſibi præiudicare probant inter eaſdem partes.l.magnam.C.de con. ſtipula.Bar. autem non diſtinguit, an merita allegata ſue.. t expreſſa in genere, vel declarata per ſuas ſpecies continentes meritos caſus. Vnde videtur tacite ſecundum Decium vtrumque articulum comprehendere. & inferre valere donationem, tanquam meritoriā. quando ille ſcilicet de rebus ſuis poteſt diſponere. Multiſque aliis argumentis declarant verba Bart. vt tacitam illius colligant voluntatem, alij in affirmatiuam, alij in negatiuam verè dicere poſſumus. Bart. in ſacro & ſecreto iuriſprudentiæ cubiculo præcipuum obtinuiſſe locum. tantáque dignitate dignum, vt eius verba, tanquam à lege domina, & loquente à noſtris venerentur, & interpretentur ſi emanaſſent

8 à viuæ vocis oraculo. Quod † pace dixerim, videtur abſurdum vt ex verbis doctorum liceat tacitas eorum mentes diſcu..e, & ſumere argumenta à contrario ſenſu à verbo is pleru̅que magiſtrorum noſtrorum commentariis. Alia voce lex, alia interpres loquitur. vt pſittacus & eorum.. ſicut inter eos, qui ſunt diſpari ſtylo, longéque diſſimili facultate. Hinc dictum ductoris eſt probabile, non nec ſſarium. Glo. in l.prima.C.de legib.& in l.cùm de interpretatione. ff.eo.doc.omnes in l.1. vbi Cagno.numero 154. ff. ſi cer.peta. Et ſi liceret nobis ita arguere, in caſu huiuſmodi cenſeretur Bart. magis voluiſſe valere donatio. quando merita fuiſſent expreſſā, quam ſi in genere tantum. Cùm iſte caſus magis habeat diſcriminis, & dubitationis, & ſoleat fortior vincere debiliorem.l.diuus.ff.de in integ. reſtitu.no.in l.2.C.de in ius vocand.

Et ſi iterum inſtiteris, vnumquemque rei ſuæ moderatorem, & poſſe, & ſine meritis donare. Et propterea expreſſio meritorum non debet eſſe in conſideratione, ſufficit ita ſibi placere.l.donati.ff.de dona. Sed cùm ſingulæ cauſæ, ſingulis appellationibus diſtinguantur.§.alio quoque modo.Iuſti.de dona. Nun diceretur ob cauſam donatio. ſed mera, & ſimplex.ſiquidē illæ generales aſſertiones, non faciunt meri-

9 torias, quia † nominata non dicerentur res, quæ per ſuum exprimuntur genus.l.2. ff.de libe.& poſthu. Appellatio rei, non genus, ſed ſpeciem ſignificat. l.ſi in rem. ff. de rei vendi. Hinc ſequitur inter prohibitos generalitatem illam nihil prodeſſe, niſi poſteà per ſpecies deducatur, & probetur ex mente noſtrorum. In extraneo vero, qui libere diſponere poteſt nihil facit illa meritorum allegatio, ſiue generalis, ſiue ſpecialis. quia ſine meritis poteſt donare, & eorum expreſſio non vitiat.l.teſtamentum. C. de teſta.no.Decius in d.l.ſi donatione.nu.19.

11 Dubium † eſt an pater ſit de prohibitis donare filio. Guid. Pap. quæſt. 95. ponit exemplum de patre. Idem Bertran.conſi.138.numero 22.libro 5.& conſi. 165.numero 2.eo.libro. Soci.conſi.66.nom.6.lib. 1. Clar.in §.donatio. quæſt. 3. docto. in d.l. ſi donatione. vbi Alexand.numero 8. & 12. Cagno. in d. l.frater à fratre.num.326. Decius in d.l.ſi donatione.num. 25. dicentes non eſſe ſtandum aſſertioni donantis, ſed requiritur probatio meritorum.iuxta Glo.in d.l.ſi donatione.

Alij verò, & quamplurimi contra, patrem non prohiberi à lege donare filio, ſed ideo non valere ratione reflexiua. cùm quicquid acquirat ex profectitiis ad patrem pertineat. l. placet. ff. de acquir. hæred. & donando filio, ſibi donat. quod eſſe non poteſt.l.neque pignus. ff. de reg. iuri. Si eſſet reprobatæ ab initio, neque morte, neque iuramento confirmarentur.l donatione quas parentes. C.de dona.inter vi. & vxo. Et iuratæ valent. vt omnes in c.cùm contingat. de iureiuran.c.quamuis.de pac.lib.6. Et huius etiam opinio.fuit Floria.in l. quæ pater.num.9.ff.fami. herciſ. Ripa.in d.l.ſi vnquam.num.35.36. Maximè, quia inter patrem & filium conſiſtere poteſt naturalis obligatio.d.l.frater à fratre. Et lex permittit parentibus diſponere ſalua legitima aliorum liberorum. l.parentibus. C.de inof.teſta.l.vnde ſi totas. C.de inof. dona.

Hinc ſequitur, generalem meritorum aſſertionem ſufficere, ſi in donatione paterna iuramentum fuiſſet appoſitum, diceretúrque propter benemerita donatio. Et illa verba enunciatiua probare inter partes attento qood pater non prohibetur donare. Neque poſſent hæredes factum defuncti infirmare, quorum eadem debet eſſe conditio ſicut donatoris. l. cùm hæres. ff.de diuer.præſ.& ita voluerunt Rimi. conſ. 240. & conſi.241.lib.2.Bello.conſi.74.nu.17. Soci.conſi. 66.num.13.lib.1.Cæterum nu.15.videtur ſe corrigere. Idem Alex.conſi.8.nu.5.lib.2.ſibi contrarius eius quod tenuit in d.l.ſi donatione.cōtra Bal.Soci. etiam ſibi contrariatur in opinione quam habuit conſilio 295. libro 2. Cur. Iu. ſimiliter hoc firmauit conſilio 141.num.3.Cor. conſi.1.. 4. lib. 2. in caſu magis dubitabili. Nempe in donatione facta marito propter bene merita, & iurata. Graue. deciſi. 73. Maſcard. tracta.

tracta de proba.conclu. 184. num.25. distinguens si iuramentum sit interpositum super benemeritis non probet. secus si super donatione principaliter. Gram. consilio 65. libro 2. Ioan. Nicola. ad Alcia. reg. 1. præsump. 16.

Veruntamen domini fuerunt contrariæ opi. & illam generalem assertionem non sufficere. Quia, alioqui tota materia collationum destrueretur dicentibus semper parentibus recepisse à filiis. quod non sufficit nisi de meritis constet, non obstante iuramento. vt supra diximus post Alexand. in d.l. si donatione. nu. 5. Deci. num. 26. Cagno. in d.l. frater. nu. 327. Ias. in d.
13 authen. vnde si parens. nu. 14. 15. Et † deinde, quia donatio facta filio, præsumitur facta ratione sanguinis, non meritorum, quando de his non constat. l. tutor. §. quæ tutoribus. ibi, vt filius, non vt tutor. ff. de excusa. tuto. Deci. in d.l. si à patre. in fi. C. de colla. Paul. de Cast. consi. 345. ou. 4. lib. 1. vbi dicit commu. Clar. in §. donatio. quæst. 3. nu. 2. Bertrand. consi. 164. nu. 1. in fi. lib. 5.

Vnde respectu pecuniæ donatæ filius, bene iudicatum, pecuniásque conferendas. Respectu verò prædiorum donatorum, malè. Cùm appareat per assertionem patris, illa prædia esse aduentitia. dicendo, quod ex propriis eorum laboribus fuerant acquisita: quæquidem assertio, iuuatur ex conditione filiorum, qui intendebant cultui prædiorum per eos conductorum ex arrendamentis in causa productis, ex quibus coniecturis cessabat collatio, secundum Bal. consi. 270. lib. 4. Cra. consi. 85. Et huic sententiæ vtraque pars acquieuit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum recta via transit in legatarium. tamen ab eo peti debet.*
2 *Hæres potest præscribere legatum.*
3 *Hæres tenetur ad onus legato iniunctum, si legatarius illud repudiauerit, quod latius declaratur.*
4 *Ad l. si ab eo. ff. de vsu. lega. pulchra declaratio.*

DECISIO CXCIIII.

Maritus legauerat vxori vsumfructum cuiusdam ruris, voluitque vt illa singulis annis daret fratri testatoris tres salmatas tritici. Mortuo testatore legataria non petiit legatum, & post decem annos mortua est. frater testatoris petit ab hærede triginta salmatas. Ille negat, dicens nihil sibi debere, & nō fuisse grauatum. Sed viduā, quæ si non petierit legatū, non debet onus soluere. l. ab eo. C. de fideicom. l. plane. 2. de lega. 1. Minus & ipse, per quem non stetit, quominus solueret. l. iure ciuili. ff. de reg. iuris.
1 Licèt † etiam legatum recta via in legatarium transeat. l. à Titio. ff. de fur. l. cùm pater. §. surdo. de lega. 2. Adita scilicet hæreditate. l. si tibi homo. §. cùm seruus. de lega. 1. Et tanquam dominus illud vindicare possit. l. 1. in fi. C. commu. de lega. Non solum quando legatur proprietas, sed etiam vsusfructus. l. si Titio fundus. in verbu vindicare. de vsu. lega. non omnes vbi de Rip. in l. 1. nu. 48. & 60. de lega. 1. Tamen necessarium erat vt vidua, & frater agnouissent legata, & declarassent se velle illa petere, & habere. Alioqui sine declaratione non debentur. Ne quis inuitus teneatur ad onus. l. 1. §. sed quotiens. ff. ad trebel. néve inuito
2 beneficium cōferatur. Hinc † videmus hæredē posse legatum præscribere, non petente legatario, quamuis sciat rem fuisse legatam. siquidem adhuc ei actio non competit, sed competere potest acceptando. vt no. Ancha. in c. sine poss. de reg. iuris lib. 6. Soci. consi. 63. nu. 7. lib. 1. Balbus in tracta. præs. in 2. par. 3. par. 1. nu. 70. Et cùm vterque non petierit, eis imputetur. arg. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec.

3 Frater † verò, voluntatem testatoris esse obseruandam. negligentiam, vel collusionem viduæ, non debere sibi nocere. l. si quis in suo §. legis. C. de inoffic. testa. Et per alias iuris regulas, quibus cauetur, vbi legatum caducum est, vel quasi hæres nihilominus tenetur illud præstare, & soluere. l. vni. §. pro secundo. C. de cadu. toll. Remansit res penes hæredem, nolente vidua, vel negligente, ideò intelligitur cum onere suo. Et cùm sentient commodum, sentiat & onus. l. secundum naturā. ff. de reg. iuris. Sicut videmus eos, in quos translata fuerunt legata teneri ad priora grauamina legatis imposita. l. si tibi. de adi. & trāsfe. lega. l. Caio Seio. de alimen. & ciba. lega. Et si de legato soluenda sit gabella, legatario repudiante, tenebitur hæres gabellam soluere. Bald. in l. pe. col. 7. versi. item ad quæstio. de gabella. C. de condi. in ser. Barthoqui. in tract. de gabellis. 5. par. 8. par. princip. num. 12. sicut quando legatarius viuo testatore decessit. l. Celsus. de lega. 2. Bar. in l. fideicom. de lega. 1.

4 Et † cùm hinc inde ratiocinamur. Dominus Ægidius Benedictus auditor adducit textum ad literam in l. si ab eo. ff. de vsu. lega. Licèt, inquit, vsusfructus ad legatarium non peruenerit, hæres tamen penes quem vsusfructus remanet, fideicommissum præstat. illum tex. allegat Bar. in d. l. fideicommissum. Et ita fuit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Fluens molendini non debet nocere, vicinis iuxta molendinum prædia possidentibus.*
2 *Priuilegium ad aquas ducendas sine alterius iniuria esse intelligendum.*
3 *Casus fortuitus excusat debitorem.*
4 *Ventus inter casus fortuitos, quando est rapidus.*
5 *Scindere glacies, repugnante natura niti.*
6 *Excusatio datur propter iustum impedimentum.*
7 *§. vitium. l. fluminum. ff. de dam. infec. declaratur, qui loquitur de vitio naturali ipsius rei. 15. 16.*
8 *Vicinia salsuginosa.*
9 *Agri naturam inspiciendam.*
10 *Seruitus non præsumitur.*
11 *Alueus ad eum pertinet ad quem molendinum.*
12 *Aquam ex inferiori demissam non licet capere, quando fieret præiudicium molendino superiori.*
13 *Aqua etiam publica efficitur illius in cuius fundum intrat.*
14 *Casus fortuitus nocet domino fundi.*
17 *Mora, an facta sit, difficilis quæstio, quæ arbitrio iudicis remittitur. 18.*
19 *Difficultas excusat à mora.*
20 *Impedimenti causa cessante, cessat quod propter impedimentum erat constitutum.*

DECISIO CXCV.

De purgandis alueis molendinorum, etiam si casu fortuito aqua non possit defluere alioqui interesse debetur pro damno vicinis prædiis illato. casus pulcherri. & quotidia.

COMMV



OMMVNITAS Mornatij habet molendinum, quod aquis vertitur in confinibus sui territorij iuxta territorium Condileti. Et quia alueus qui fluit in Rhodanum erat repletus arena & luto, aquæ venientes immissæ sunt, & defluxerunt in prædia, & prata magnifici Rostagni de Auceduna domini de Cadarossia & baronis de Thoro, cum magno ipsius damno. Petit damnorum reparationem, ex eo quod debe-
1 bant illi suum purgare alueum, ne in vicina prædia aquæ defluerent. l. 1. ibi, ne mutatus alueus vicinis aliquam iniuriam afferat. ff. ne quid in loco pub. & §. sunt qui putant. & l. 1. ff. de aqua plu. arcend. l. sicuti. §. Aristo. ibi, à superiore ad inferiorem, non licet aquam immittere. ff. si serui. vendi. Et per regulam generalem, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. vt Bart in proposito. in l. quominus in princip. de flu. vbi Ias. num. 10. de Rip. numero 11. Et qui occasionem damni dat, damnum dedisse videatur. l. qui occidit. §. pe. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. naufra. c. de cætero. de homi. Priuilegium
2 † denique ad aquas ducendas, sine præiudicio alterius intelligendum. l. vsum aquæ. ibi, qui furtiuis aquarum meatibus abutontur. & l. si quis per diuturnam. C. de aquæductu. lib. 11. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Et pro liquidatione damnorum, petebat expertis loci visitationem committi. vt Bal. inquit consi. 273. lib. 3.

3 Consules † verò minimè teneri ad damna, quæ fortuitis casibus contigerunt. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. in. l. cum ita actus. ff. de reg. iuris. & in proposito consuluit. Bal. qui multis rationibus excusat molendinarium. consi. 145 per totum librum 3. probasse flumen Rhodani magnas & insolitas fecisse inundationes annis præcedentibus, quibus totum territorium Mornatij, & circumuicina repleta fuerunt arenis, & arido terrestri limo. Cùm tanto furore, & abundantia, vt bonas terras, & fertiles reddiderint arenosas, siccas & ardentes, quas coacti fuerunt à cultura deserere per multa tempora. Et ita etiam repleuisse alueum illis suis excrementis malis, vt solitum amiserit cursum, toto æquato solo. Voluisse purgare alueum multis adhibitis viris, sed violentia ventorum, & rapidis flatibus qui inceptum opus cumu-
4 labant destitisse ab incepto opere. Ventus † enim inter casus fortuitos enumeratur. l. fluminum. §. Seruius ff. de dam. infec. vbi Ang. numero primo. Imo. num. 6. nõ de suaui & vtili de quo in l. fi. C. de seruit. sed vbi vehemens & rapidus est eius flatus. sicut de illo dicitur, qui neque manere sinit, nec nauigare. tunc nautis periculosissima est nauigatio, terrestribus magnam molestiam affert, in facies concutiens puluerem & sæpe lapillos, eradicat semina, annosas solet euertere plantas, & cætera. legitur apud Herodnium libro suæ historiæ primo, Cnuidios dum insulam apud Isthmum foderẽt, ictos scopulos in fodientium oculos resiliisse. Refert Eras. chilia 4. centu. 4. c. 26. Et vlterius tunc magno vigente frigore fuisse gelidas aquas, propter quas laborantium inanis erat opera.
5 quasi † verò scindere glacies tunc oportebat, & niti
6 ad opus repugnante fortuna? Vnde † §. lex ciuilis, vigẽtibus istis extremitatibus solet dare excusationem. l. 2. §. si quis. ff. si quis cautio. l. continuus. §. 1. ff. de verbo. obliga. l. quæsitum. ff. de re iudi. Ne quis teneatur se periculis exponere & aduersam tentare fortunam. c. 1. de cleri. non residen. libro 6. de Afflict. decis. 2 9. numero 18. Rolan. à Valle consi. 69. num. 25. libro 2.

7 Adde † l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infecto. Vbi stipulatio damni infecti simpliciter interposita non refertur ad damnum quod naturali vitio contigit. velut, si palustris, vel arenosi loci nomine promitteretur. quia naturale vitium est. l. 1. §. hæc autem actio. in fi. & §. Idem aiunt. ff. de aqua plu. arcend. siquidem in his aliqua culpa considerari non potest in persona promissoris. arg. c. 2. de constitu. Ita cùm illud molendinum reperiatur situm in solo arenoso iuxta Rhodanum flumen rapidissimum, cuius inundationes plerunque dolentes vicinos reddunt, non videbatur dominus molendini ad huius naturalis damni reparationem teneri.

8 Hinc † dici solet vicinia salsuginosa, quæ multi quidem laboris est, sed parum frugifera.

9 Et † denique agri naturam esse obseruandam, quæ est, vt inferior superiori seruiat, & ob id debuisse vicinos per aggeres, & fossas defluentes aquas repellere. l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. Non per consules, qui ad hæc non sunt obligati.

10 Neque † seruitutem in dubio præsumendam. l. altius. C. de serui. l. libertas. ff. de sta. homi. l. loci corpus. §. impetit. ff. si serui. vend. Decius in l. donum. ff. de reg. iuris. & consilio 360. numero 4. Alexand. consil. 129. numero 1. libro 1. Vindi. lib. 1. opi. 113. Roland. à Valle consi. 46. num. 39. lib. 1. Cepha. consilio 369. numero 92.

11 Sed † tu quid dicis? Certum est, quod sicut molendinũ ad consules pertinebat, ita quoque molẽdini aqua, sine qua illud erat inutile. l. 2. ff. de iurisd. om. iudi. Et consequenter aluei, per quos aqua ducebat, & egrediebatur, ad eosdem pertinere dicendum est. vel ex contractu, priuilegio, vel præscriptione temporis longissimi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. c. super quibusdam. ff. de verb. sig. l. vsum aquæ. vbi Bar. C. de aquæ duc. lib. 11. l. 1. §. 1. ibi, vetustatem vicem legis obtinere. ff. de aqua plu. arcend. c. 1. de præs. lib. 6. l. qui luminibus. in princip. ff. de serui. vrba. præd. l. fi. ibi, quibus vetustas auctoritatem daret, quamuis ius non haberet. ff. de aqua plu. arcend.
12 Ias. in d. l. quoniam. numero 42 Vnde, † nõ liceret alteri aquã illam diuertere, vel in inferiori parte aliud molendinum construere, per quod aqua superioris restagnaretur, id est coangustaretur. l. 1. §. deterior. ff. de flumi. declarat Bar. in d. l. quominus. in 1. quæstio. Ias. num. 42. de Rip. nu. 44. & probat l. 2. C. ad l. Aquil. vbi si aquã per iniuriam alio deriuata sit, vt in pristinum statum restituatur, iudicis cura impetrabis. Veronen. in tractatu. serui rusti. c. 69. Bal. consi. 241. lib. 2. Alex. consi. 94. num. 7. lib. 2. Deci. consi. 244. versi. 2. non obstat. Curti. Senior. consi. 33. nu 4. Rui. consilio 93. nu. 5. lib. 4.

13 Imò † verò, aqua etiam si publica esset, illius efficitur in cuius locum ipsa intrat. l. 1. §. illud labeo. ff. de aqua quotid. Bar. in d l. quominus. 14. quæstio. Ias. 91. Rip. 94. Bar. in l. cùm essent. §. per plurium. ff. de serui. rusti. Bal. in c. cùm omnes. col. 6. versi. pone ex publico. de consti. Alex. consi. 108. nu. 1. lib. 2. Deci. consi. 373. nu. 1. 2.

Et licet per inundationes vterque alueus fuerit repletus arenis, & limis, non propterea excusandi sunt, quin teneantur alueum propriũ purgare debito tem-
14 pore, cùm † ille alueus ad eos pertineat. quibus ideò solet fortuitus casus nocere. l. incendium. C. si cer. peta. l. si merces. §. quicquid. ff. de pigno. Deci. consil. 7. nu. 2. Nã sicut inundationes tangont singulos prædiorum dominos pro quantitate cuiusque. Ita, & ista afficit singulariter molendini dominum. non vt alius

vicinus

vicinis oocere debeat, sufficit si suo quilibet afficia-
tut damno ex communi tempestate. Alioqui vicini
duplici afficerentur incommodo, tam ex publico,
quam ex priuato alterius flumioe, si licetet priuatas
aquas tmmittere ad submergendum vicinorum fun-
dos, post generalem post multos dies innundatio-
nem? quod tatio non patitur.l.diuus. ff. de offi. præ-
sid. vt in simili aduertit Rui.consi.96.num.1.2.3.lib.
4. Nec dicat quispiam vicinos debere facete istas
purgationes, ad quos non pertinebant aluei.per l.in
te mandata.C.mand.
15 Quamuis† sit palustris,& atenosus locus,de quo
putgando agimus, si quidem sciebant communitas
ab initio naturam, & qoalitatem soli,poterátqoe vi-
dere infirmum,& debile ædificium fore, quod super
arenis construebatut: vt apud diuum Mathæum.cap.
septimo. Et fossas quæ fugientes aquas recipiebant
ventis, & innundationibus subiectas, & facile posse
cumulari.l.non fraudantur.ff. de reg.iuris.cap. scien-
ti. de regul.iuris.lib.6.l.1. in fi. ff. de actio. empt.l.ea
quæ. ff. de & quod inanis, & periculosa eorum fu-
tura esset opera, sicut dici solet inxta fluuium pu-
teum fodere.arg.l.mediterraneæ.C.de anno.& tribu.
libr. 10. vnde melius consulti, id ipsum postea solo
16 æquatunt.
Denique † licet damnum ex natuta loci, vel casu
fortuito, oon sit considerabile. d. §. virium. hoc ve-
rum, nisi culpa, vel negligentia imputari possit illi,
qui tenebatur facere.l.si seruus seruum. §. si fornica-
rius. ff. ad l. Aquil. si fotnicarius in fotnace obdor-
mierit, & villa fuerit exusta tenebitur lege Aquilia,
licet tem humanam, & natutalem dormiendo exer-
cuerit, quia debebat, vel ignem extinguere, vel ita
munire, ne euagaretur, vt declarat Albe. in d. §.vi-
tium. num. 1. Ang. nome. 1. quando scilicet culpa
mixta est vitio naturali. Imo. in l.fluminum. num.5.
Idque generale est,culpam oocere illi, qui casum al-
legat ioopinatum. l. si vt certo. §. nunc videndum.
ff. commod. l. cum proponas. C. de nauti. fœno. l.
si merces. §. si culpa. ff. loca. l. quod te. ff. si cert.
peta. l. si ex legati causa. & l. si insulam. ff. de verbo.
obligat. Decius in d. l. contractis. num. 47. Craue.
consi. 64. nume. 5. Nec obstat consi. Bald. 145. qui
loquitur in diuersis terminis nempe in conductore
molendini vt non teneatur soluere pensionem
quando impeditus fuerat molere propter fortuitos
casus, sine sua culpa: vnde in hac re tota vis consistit
17 si consules fuerunt negligentes.
Hæc† cauda non facile decorticatur, si quidem an
mora facta sit, difficilis est quæstio, quæ magis in fa-
cto quam in iure consistit.l. mora. ff. de vsuris, ex di-
ctis nostrorum in consimilibus legib. d.l.quod te. &
l.si insulam.& l.si ex legati causa.ff. de verbo. obliga.
latissimis quidem, apparet qui huius rei discuriendæ
onus suscipiunt duram prouinciam cepisse. l. quate-
nus. ff. de reg. iuris. Et tandem iudicis arbitrio re-
mittitur, si veras maiorum sequamur sententias.
Docuit Inno. in c. capitulum. & c. plerumque. de
rescript. Hypo. in l. quæstioois modum.num. 13. ff.
de quæstio. Mono. de arbit. lib. 2. centu. 3. casu 22.
num. 1. 2. 3. & sequent. Quod enim legibus omis-
sum est, id religioni iudicantis committitur. l. quæ-
situm. ff. de testib. Non quidem simpliciter, sed cau-
sa cognita. vt videat si reus, se possit aliqua excusa-
tione tueri, quod non fecerit. c. non est in mora. de
reg.iuris.lib.6.l.si vehenda.§.idem iuris.ff.ad l.Rhod.
de iactu.l.1.§.si frater.ff.de colla. bono. cap.breui.de
Decis. Rotæ Auenio.
interiurand. c. Paulus. 22. quæst. 2. Ea enim, quæ à
iure, vel natuta fieri impediuntut dicuntur impos-
sibilia.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo.obli-
gat. Bart. in l. 1. ff. de condi.institu. Hic veto dicitur
propter ventos, & gelidas aquas sufficit, si cum dif-
ficultate hoc potuissent facete, licet omnino non
18 fuisset impossibile. Cum† difficultas excuset à mora.
d.l.quod te. vbi gloss.in verbo. in potestate. vbi Bart.
& omoes socij eius de Rip. num. 36. vsque ad num.
53. Et vlterius considerabit tempus, intra quod il-
lud ipsum commodè facere poterant.l.insulam. §. in
operis, ibi, quatenus vir bonus spatio temporis æsti-
masset, sine quo fieri non possit. ff. loca. l. si ita sti-
pulatus. eo. tit. l. continuus. §. cum quis. & §. cum
ita stipulatus. eo. tit. quibus dicitur, magis est, vt to-
tam rem ad iudicem remittamus, id est, virum bo-
num. Declarat Mono. lib. 2. centu.3.casu 25. de Af-
flict.in c.1.num.21.ex quib.caus.feud.amitta. Habita
19 † & consideratione ad qualitatem operis, se ma-
gnum, vel leue sit, quod longiori, vel breuiori tem-
pore expediri possit. d. §. cum ita stipulatus. Non
enim tam cito adhibitis plurimis operariis festinare
tenebantur, sed modus adhibendus est, vt loci &
temporis ratio habeatur. d. l. continuus. §. item qui
insulam. Vnde pendente illo impedimenti tempore,
& præparationis ad opus, non tenebantur consules
pro suis aquis defluentibus in fundos alienos, quia
tunc erat fortuitus casus. Culposus verò si vltra mo-
dum distulerint purgare. Constat actis innundatio-
nes accidisse mense Octobris anni 1586. Et Domi-
num de Anceduna fuisse conquestum anno 1587. &
7. Maij coram Reueren. D.Vicelegato pro aquis de-
fluentibus & nos visitasse loca circa finem mensis
Maij. Et vidisse defluentis aquas defectu purgatio-
nis alueorum vnde videtur quod consules commode
poterant intra tres menses elapsos scilicet Martium
Aprilem & Maium facere dictas purgationes & soli-
20 tas aquarum deriuationes. Nam † cessante causa im-
pedimenti, cessat, qood, ob ipsum impedimentum
constitutum est. l. & si contra. vbi Bald. C. de nupt.
cap.fin. de rapto. c. post translationem. de renuntia.
Mar. Mantua. consi. 161. circa fin. Tiraquel. causa
cessante, prima parte, num. 114. Itaque condemnati
fuerunt ad interesse coram nobis liquidando exper-
tis adhibitis.

SVMMARIVM.

1 *Literæ priuatæ recognitæ, an habeant executionem paratam?*
2 *Ordinatoria iudiciorum sunt obseruanda, vbi iudicium agitur, secus in decisoriis.*
3 *Statutum loci super parata executione instrumenti an habeat locum si forensis in eo loco instrumentum alibi confectum produceret? contra Ias. & alios. 5.*
4 *Parata executio, quæ dicatur? 6.*
7 *Recognitio sub conditione non habet paratam executionem.*
8 *Præceptum resoluitur in vim simplicis citationis, per oppositionem formatam.*
9 *Mors Reuerend. Domini Dominici à Grimaldis Archiepiscopi, & Vicelegati Auenion.*

DECISIO CXCVI.

De ordinatorijs iudiciorum, & definitorijs respectiue obseruandis a partibus litigantibus casus assiduus.



NTONIVS la Martiniere egerat coram iudice Valtiaci contra Ioannem & Iacobum Andreas, super recognitione apochæ summæ 234.aureorum, quæ fuit recognita, & opposita compensatio, cum exacta sorte per creditorem quarundam peosionum hæreditatis. Timens actor ne causa huiusmodi longiori mora distraheretur, cessit liti,& non causæ: Cartellúmque obtinuit à domino Vicelegato, per quem fit præceptum debitoribus soluere recognitam summam, sub pœna pignoris, illi se opponunt. Et per alium cartellum pignotantur, causa deducitur coram auditore domestico super petita compensatione, & taodem ordinauit continuandas execuuones. Ab hoc decreto appellatio mihi committitur,& videbatur bene iudicatum.

1 Quia, † literæ priuatæ recognitæ, habent para-
tam executionem secundum statuta Auenionis. titu.
de literis cambij. apo.re.ar.1.2.lib.2.licet recognitio
alio in loco facta reperiatur, si quidem communi
2 calculo nostrorum receptum est, in † ordinatoriis iu-
diciorum, & concernentibus modum procedendi
obseruandum esse statutum loci, vbi iudicium agi-
tatur. l. 3. §. fin. ff. de testib. qoæ consuetudo in ea
prouincia in qua iudicat fuerit. vbi Bart. ita docet. &
in l.cunctos populos.col.6.num.14. C.de summ.tri-
nit. Gloss. ordinar.in c.qnod clericis. vbi late Panor.
Imo.Fel.& alij de foro compe. Guid.Pap.quæst.162.
Ancha.consi.16.Roma.consi.367.nu.5. doctores le-
gum.in l.solet.ff. de iuris.om.iudi. velutı, si ageretur
super dilationibus, Feriis, fideiussionibus, libellis for-
mãdis, finienda instãtia, quod summarie procedatur,
ex bono,& æquo. Faciendis compromissis,& simili-
bus, secus verò in concernentibus litis decisionem,
vt tunc locus contractus, & incepti iudicij inspi-
ciendus sit. l. si fundus. ff. de euictio. vbi consuetu-
do eius regionis, in qua negotium gestum est pro
euictione caueri oportet. l. semper in stipulationi-
bus.ff.de reg.iuris. Alexand.consi.164. num.2.libr.6.
Nulla facta differentia inter ordinarium, & delega-
tum. Bald. in c.de causis col. 2. versi .quæro vtrum.
iudex delegatus, de foro compe. Alexand. Decius.
Cur. in d. l. solet. Rui.consi.83.num.3.lib.5.siue sit
clericus, qui litiget coram iudice seculari sequendu
forum rei.c. cum sit generale.de foro compe. Quia
ordo iudiciorum non respicit personas, sed causam
super qua litig. tur. Rochus de C t.in c. fin. nu. 66.
de onsue.Rolan.a Val.consi.4 num.14.lib.3.

3 Hinc † dicut nostri maiores, si statuto Bononiæ caueatur quo instrumentum habeat execut ē paratam, lorentinus producens instrumentum Bononiæ habebit quoque parat execut em. F eo, quod illa parata ex ne pi it ordinationem iudiciorum. Ias. in d.l. cunctos populos.col. 1 .versic.secundum membrum. B rt.idem Bald.in l. . itca fin.C.de consi.refert & si qu tut Rolan.à Vale d. consi.48.nu. 6. lib. 3. Hypo.in l.fi.num. 6 ff.de iuri .om.iudi. ita videretur dicendum in casu huiusmodi, vbi agitur de executione priuatarum scripturarum recognitarum, vt habeant simili executionem paratam si Auenioni fuerint productæ, icet alibi recognitæ.

4 Paratam † autem executionem habere intel igitu .quand proc tur per præcept pœnalia, veluti pignorationes, carcerationes, præsidia, quæ vulgo garnisiones vocantur, vt lib.2. titu. 9. artic. 41. Ita, vt solo præcepto opus sit tanquam in confessum, qui pro iudicato habetur. l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. l. 1.de onfess. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. vbi Imo. Ang. Alexan.num.4.5.6. & in l. si cum dotem. §. eo autem. num. 7. ff. solut. matr. Maria. Socin. consi. 40. versic. 5 . lib. 1. licet communes iuris regulæ velint à præceptis iudicia non esse inchoanda. l. 1. C. de executio. rei iudic. l. 1. ff. de eden. l. edita. C. eo. & hoc probat. l. minor 25. cum fideicommiss. ff. de minor. Minor restituitur aduersus nouatam actionem, quia, paratam rei iudicatæ persecutionem contractu, ad in ium alterius petitionis redegerat.not.Bart.in l.eleganter. in princip.ff. de condi. inde. & in l. si causa cognita. C. de transact. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. Adeo si super rebus captis controuersia sit, summatim sit prouidendum. dict. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. Cephal. consilio 439. numero decimo sexto, cum sequent.

5 Sed † dubia, & multum fragilis apud me, istorum visa fuit opinio. si quidem parata executio non videtur respicere ordinem, imò verò executionem, & definitionem totius negotij, ordinatorium sit, vt per eam deueniatur ad executionem, sicut per sponsalia ad matrimonium. l. oratio. ff. de sponsa. per præparatorium, ad præparatum. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procurat. no. Rub. de iudi. Idem per antecedens, ad consequens. l. illud. ff. de peti. hæred. si ergo præparatoria, & antecedentia pro obseruatis habeantur ratione confessionis in instrumento contentæ, amplius quærendum non est de illo præambulo iudiciorum ordine, nisi super distractione captarum,& distrahendarum rerum.

6 Neqoe † dicendom est executionem respicere illum primum ordinem, qoi iam recessit ab aula, sed præceptis de soluendo vtimur, & viis executiuis. Etiam si sequamur propriam ipsius rei significationem, quæ est, vt paratum dicatur quod nulla mora protrahitur, l. si reus paratus. ff. de procurat. l. 3. ff. de pœnu lega. l. 3. ff. de auro & arg. lega. hinc pratum quasi paratum, quod falce tantum opus sit l. pratum. ff. de verbo. signi.

Fuit conclusum male iudicatum,& partes esse audiendas super pêtita compensatione. Illæ enim sunt cautelæ nimium subtiles, quibus si vti liceret, quotidie permitteretur cepta iudicia diuertere,& commutare vexandi gratia partem, contra l. vbi cepitum. ff. de iudi.& l. nulli. C. eo. Ideo malitiis hominum obuiandum esse. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. porro. de diuor. cum sim.

7 Deinde, illa recognitio facta fuerat sub conditione, si fieret compensatio, quo casu, antequam illa facta sit, non videbatur rec gnita. §. ex onditionali. Insti. de verbo. obliga. l. cedere diem. de verbo. signifi. Cur. Senior. consi. 8. in fin. Rol. à Val. consi. 7. num. 6. lib. 3. Soci. consi. 51. num. 7. lib. 1. Apparebat etiam la Martiniere alienasse capitalia pensionum vnde facta restitutione per edictum pacis, tenebatur illa restituere. l. item veniunt. §. simili modo. ff. de peti. hæred. secundum propriam (huius verbi restituo) significationem. l. 1. & 2. C. de sentent. passis & restit. de quibus miseris restitutionibus sæpius supra loquuti sumus.

8 Fuit etiam inconsiderata illa ordinatio, ex eo quod debitores se opposuerant aduersus præceptum de soluendo, quod resolutum erat in vim simplicis citationis secundum gloss.& Bart.in l. de pupillo. §. meminisse.

minuisse vbi Alex.num.3.4.5.6.ff.de noui ope.nuntia. Et comparentibus illis oportebat audire partes, & via ordinaria incedere, causamque diffinire.l.1. C. commu.vel epis.l.iudices.C.de iudi.l.prolatam.C.de sentent.Bettran.consi.61.num.1.2.3.lib.1.de Afflict. decisi.167.num. 4. hæc gesta sunt à nobis die vltima
9 Iulij, 1592. die verò † prima Augusti, circa horam sextam pomeridianam,decessit & vita, ille Excellentiss.& Illustriss.Dominicus de Grimaldis, Archiepiscopus, & Vicelegatus Auenionis. Ille cum triumpho,& gaudentibus amicis, & ciuibus ingressus fuerat ciuitatem die vndecima Aprilis præteriti,sperans post tantos assumptos pro camera apostolica labores,nunc apud proprios lares quiescere, & vti victoria lætus.Verum,quia nihil est firmum sub sole,dum credimus nobis præparasse locum quietis, & pacis, subito fortuna inuida & superba nostros conatus perturbat,& morte omnia soluit. Multa de virtutibus,quæ erant cumulata in corpore illo,& quæ non solent in aliis contingere,possem dicere, sed iste decisionum locus non patitur historias referre, solum humili & pectore toto,oro requiescat in pace.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius an teneatur ad onera donantis?*
2 *Dolus non præsumitur, fallit, quando scit se non esse soluendo contrahit.*
3 *In dubio sumenda interpretatio,qua agenti vtilior est.*
4 *Rusticus excusatur si fecerit actus hæreditarios.*
5 *Rustico sagaci non succurritur, & qui potuit consulere peritiores.*
6 *Rusticitas non excusat,nisi in casibus à iure expressis. num.8.*
7 *Alexandri decisio in l. is qui potest. ff. de acqui.hære. dubia.*

DECISIO CCXCVII.

Ad quæ onera teneantur illi, quibus donata est pars, vel quota bonorum, vel hæredita. casus frequentissi.



1 VÆRITVR à † nostris(vt ex dispersis floribus flosculum componamus) an donatarius teneatur ad debita donantis? Si quidem nulla dubitatio est, quando donatio esset particularis, vel certæ rei,onus æris alieni ad hæredes pertineret,non ad eum qui donationis titulo possideret.l.æris alieni. C.de dona.§.si quis vna.Instir.de fideicom. hæredit. quia, personalis actio non sequitur fundi possess.l.1. §.si hæres.ff.ad Trebel.l.fin.§.fin.ff.de contra.empt.l. non aduersus.C.si cert.peta.Nisi illa res esset obligata.l.2.C.quæ in fraud.credi.l. pignoris.ff.de pigno.& in multis aliis casibus positis in d.§.si hæres.At si donaretur, vel legaretur aliqua pars hæreditaris, vel quota, pro rata ille tenebitur. l. si quis seruum.§.fin. cum l.sequent.de lega. 1.Non si quota bonorum : vt ibi dicitur : quia, bona dicuntur deducto ære alieno. l.subsignatum.§.bona.ff.de verbo.signi.l.mulier bona.ff.de iure do. Bart. in l.princeps bona. ff. de verb. signifi. Hinc non detrahitur Trebel. de legato,vel fideicomm.partis vel quotæ bonorum.l.mulier.§. fin. ff.ad Trebel.vbi gloss.& Alexand. num.1.Ideo fiscus succedendo in parte hæreditatis pro rata tenetur ad onera.l.1.C.ad l. Iul. de vi.l.si marito. ff. solut. matr. secus vbi ex conuentione partium in alium transfertur hæreditas, vel quota hæreditatis onera semper remanebunt apud primum hæredem.l.hæreditatem. ff.de dona.arguendo à cessante conuentione. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. quia, semel hæres nunquam desinit esse hæres. l. & si fine. §. sed quod Papinia. ff. de mino. l. 2. C.de pact. vbi verò esset omnium bonorum,quæstionis est, an donatarius teneatur ad onera? sicut dicimus de vsufructu omnium bonorum relicto. l. vxori. ff. de vsufruct. legat. vt prius per hæredem æs alienum deducatur, & soluatur. l. vsufructu bonorum. ff. ad l.falcid. Alexand. consi. 57. num. 3. libr. 3. Decius consi. 485. num. 15. Non tamen idem est in donatario in quem non transeunt onera. Nisi in duobus casibus,quando donans non haberet hæredem vel non esset soluendo. l. si maritus septimo, ff. de fundo. dota. Decius consi. 237. num. 6. Capel. Tholos. quæstio. 386. Guid. Pap. quæstio. 105. vnde agebat nobilis Hieronymus Faber Vasionen. contra Laurentium,& Anthonium Gillios fratres rusticos ad pensionem quatuordecim florenorum pro pretio vnius vineæ, quam vendiderat eorum patri, quo mortuo incultam reliquerant, ne viderentur factum patris approbasse, & non esse hæredes, & non potuisse in præiudicium donationis contrahere, & se priores tempore in rebus donatis, &c. Actor dicebat se fuisse deceptum, & nesciuisse præambulam donationem, & illos fuisse fraudis participes quia erant præsentes, quando pater emebat vineam sine pecunia, & tunc floridam & fertilem, sed postea vsque ad mortem, eam emunxerunt, sine cultura, & cura, & nunc esse sine vitibus, & fraudibus hominum occurrendum. l. in fundo. ff. de rei vendi. fuit dictum, venditori imputandum, per l. qui
2 cum alio. ff.de reg.iuris. Et † fraus in dubio non præsumitur. l.merito. ff.pro socio. Bart. & doc. in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de noui ope.nun. Alexand. consi. 52.num. 1. libr.3.Panorm.& Felin. in cap.audiris de præscrip. Aleiat.regul.3.præsumpt.1.In patre autem dolus præsumeretur qui sciens se non esse soluendo debitum contraxit. l. penult. ibi, id egerit vt genero insidiaretur. ff. de iure dot.Paul.de Castr.in l. etiam.§.1.in fi.ff.de solut.matr.Alcia.in c.cum ab homine.num.78.de Iudi. Et propterea aliam arborem vo-
3 luit excutere. Dicendo † istos bonos viros, fecisse actus hæreditarios contrahendo cum creditoribus patris, vt actis constat.§. hæres.Instit.de obliga.quæ ex quasi.contra. nas. respondent, quod non constar, an si tanquam hæredes, vel donatarij contraxerint. Ideo sumendam illam interpretationem, quæ illis vtilior videbitur,scilicet tanquam donatarios. l. 3. ff. de mili. testa. Alcia. reg. 3. præsumpt. 35. Cæterum visum est, quod ille contractus per istos gestus, non potuit fieri citra ius, & nomen hæredis, merito tanquam hæredes videbantur obligati pensionem soluere, quo casu aduocatus istorum allegabat Alexand.in l.16.qui putat.nu.6.& 7. ff.de acqui.hæredi.
4 Dicentem,† si mulier,vel rusticus in delata paterna hæreditate aliquos actus fecerint,qui citra ius,& nomen hæredis fieri non possunt,talis gestio non sufficit ad inducendum aditionem, quia tales personæ præsumuntur ignorare iura & ex Bartol.ita esse inferendum. Et si velimus, possumus dicere, rusticis in multis iuris casibus data fuisse priuilegia,vt mitius & benignius cum illis agendum sit, quia magis arua,& pascua,quam leges scire existimatur.l.si quis id quod ff.de iurisd.om.iudi.l.2.in fi.ff.de nundi.

Y 2 Cæterum

5 Cæterum † priuilegia cessant, quando sagaces,& astuti essent vt voluit gloss. in l.Athletæ. §.de rusticis. ff. de excusa.tut.l.1.in fi.l.sed si per prætorem. §. hæc clausula.ff.ex quib. caus. maio. & per Alex.consi.14. num.14.lib.2. tunc cessat causa priuilegij concedendi,& non dicitur rusticus nisi opere,non mente,quæ est iuris,& rationis capax.no.in l.Labeo.de sup.lega. l.non dubium.C.de legi.no.Bal.in l.1.in fi. C.de fur.

6 Et † vlterius quando potuissent consulere peritiores non gauderet priuilegio rusticitatis.l.in bonorum.ff. de hono.poss.l.2.§.fi.ff.quis ord.in bono. pos.ser.no. in l.iuris ignorantia. C. qui admit. mantu.in c.super literis. num. 18.de rescript.quales autem fuerint isti, eorum hactenus gesta demonstrant, qui bene sciuerunt mortuo patre desertam vineam relinquere ne colendo viderentur facere actus hæreditarias. l.gerit. ff.de acq.hæredi hęc cautela arando,vel fodiēdo non didiscitur. Illi etiam non in pagis,& ruris,sed in ciuitate Vasionen (vbi erat copia peritorum) habitare consueuerunt.

7 Et † vlterius si vera esset decisio Alex.rustico daretur occasio decipiendi creditores,dicendo se errasse,& ignorasse iura adeūdo hæreditatem,ipse lucrum consequeretur, cum damno aliorum, quod ius non patitur. l.itaque fullo.ff.de fur. Nec hoc voluit Bart. expresse, nec tacite, si apertis oculis illum videre li-

8 cebit.Postremo † rustico non succurritur nisi in casibus à iure expressis,vt omnes notant in d.l.si quis id quod,vbi Alex.num.10.Ias.num.32.Deci.num.35.& in c.super literis.num.5. de rescript.& consi.274.nu. 2.Alex.in l.iuris ignorantia. num. 5.C.qui admit.At iste casus non reperitur enumeratus, ideo stamus in regula.l.1.ff.de reg.iuris. Et si fuisset verus, non dubitamus excellentiss. iuris vtriusque possessorem d. Iacobum Monochium, qui diligenter & laboriose recollegit casus priuilegiorum rusticis concessorum casu.194.num.33.cum sequent. lib.2. centu.2.de arbit.& hunc quoque enumerasse, fuit conclusum cogendos soluere cum expen.

SVMMARIVM.

1 *Mandato generali non continetur delinquendi facultas.num 3.*
2 *Consules locorum, tutoribus æquiparantur,& Decurionibus.*
4 *Amicus, vsque ad aras.*
5 *Ciuitas quo modo dicatur delinquere tanquam vniuersalis?*
6 *Delicta post consummationem rata haberi possunt.*
7 *Mandatarius,qui mandatum exequitur,quod delictum non continet,excusatur.*
8 *Ingratitudo acceptorum beneficiorum sæpè locum habet.*
9 *Laborantes in agro mandato excusantur.*
10 *Administrator prius conueniendus est.*
11 *L.si & me,& Titium ff.si cer.peta.declaratio.*

DECISIO CXCVIII.

De mala consulum administratione,quando noceat ciuitati?


ONSVLES, & certi particulares loci Bedoini(qui in pede illius excelsi montis ventosi politus est) credentes tueri iura eorum vi.. u.. tatis,nocturnis horis quoddam opus,quod in loco publico auctoritate eorum domini coustructum asserebant,destruxerunt. Vnde instante fisco vocatis illis, & carceratis Carpen. Spiritus baiulus mandato nouorum consulum à thesaurario receptas pecunias subministrauit, vsque ad summam 234. florenorum. Verum in rationibus redditis noluit eocilium, eas admittere,sed recuperandas à baiulo, tanquam indebite solutas. Et sine mandato ordinis, quo non licet publicas pecunias erogare, nisi à toto concilio disponatur, conuenitur coram ordinario loci baiulus. Condemnatur restituere, salua actione, &c. benè iudicatum dicit iudex primatum appellationum, absenti condemnato datur curator, in executionem sententiarum capitur pro pignore vnum satis floridum ipsius baiuli pratum, venditum no.Ioanni Raxi,& interea super quibusdam incidentibus(forsitan voluntariè motis) distrahitur causa per triginta aut circiter annos, alio semper possidente prato.

Et omissis illis appellationum articulis,causa mihi committitur super materia principali. Et vt à radicibus,& stirpibus imis exordiamur,videbatur bene iu-

1 dicatum per primos iudices. Quia † cum ciuitas in generali mandato dato consulibus,non videatur dedisse facultatem delinquendi.l.qui proprio.§.item.ff.de procura.l.si communis familia.ff.de noxa.l.inter cohæredes.§.ex facti.ff.fami.hæt.l. quod quis ex culpa. ff.de reg.iur.Nec etiam socius socio.l.si fratres.§.fi.ff. pro socio.Ex eorum delictis,& malefactis alij teneri, & conueniri non debent sed pœna suas sequatur auctores.l.sancimus. C. de pœnis. Et ne quis alterius odio prægrauetur.l.si quis in suo.§.legis.C. de inoff. testa.c.non debet de reg.iuris.lib.6.Sicut dicimus delictum prælati ecclesiæ suæ non nocere. c. si episcopum.16.quæst.6.cle.nolentes.de hære.c.delictum.de reg.iur.lib.6.

2 Isti † enim publicarum rerum administratione & consules, qui in locum Decurionum successerunt vt no.gloss.3.Rub. C. de decurio. lib. 10. Brand.consi. 238.num.6.lib.2.Ad similitudinem tutorum,vel curatorum negotia gerentes non possunt delinquendo ecclesiæ,vel ciuitati facere præiudicium. l. penult.ff. de tabu. exhib. l. quilibet. C. de decurio.lib.10. Sed vtiliter,& sine dolo malo,eos in officio esse oportet. l.curatores. l. magistratus. ff. de admi. rerum ad ciui. perti.l.1.& in l.2.ff.de tut.& ra.dis.l.lex quæ tutores. C.de admi.tuto.cum si.

3 Casus † itaque delicti, non videtur considerabilis cum lege,rationéque prohibeatur.l.si vnus.§.illud.ff. de pact.l.conuenire.ff.de pact. dot.l.vt vim.ff.de iusti. & iure.Et remotus,ab omni(etiam generali) dispositione. l. Aurelio.§. fin.de libera.lega.l.actione. C.de transact.l.merito.ff.pro socio. Merito inquit lex de dolo decurionum in ipsos decuriones non in ciuitatem, danda est actio.l.sed & hi. §. de dolo.ff. de dol. Isti non dicuntur veri Reipublicæ amatores, quia

4 † amicus vsque ad aras, vt non liceat quicquam pro amico attentare, quod à recto deflectere videatur. Cum amicitia honestis familiaritatis quæsita sit rationibus.l.latæ culpæ. §.amicos. ff. de verbo. signifi. Nec hoc debebant facere: si quidem non est singulis permittendum, quod per magistratus fieri oportet.

5 Imò † etiam si omnes ciues delinquerent, vexillo aperto procedente.Nisi deliberatio præcedat ab vniuersitate vnanimiter congrata more solito, pulsata campana,non teneretur ciuitas,sed illi soli qui delinquerent Bart.in l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis.Gloss.in l.aliud.

l.aliud. §.refertur. ff. de reg.iuris. & in l. semper. §.si
in sepulchro. ff. quod vi, aut clam & tunc ex tribus
partibus, duas consentire oportet. l. quod maior.
ff. ad mu.l.2.& 3. ff. de decre.ab ordi. facien. Pan.
in cap.dilectus.2.num.12. Feli.nom.12.de simo. Ale-
xand.consi.132.in fin. lib.4.Cur.se.consi.31.num.6.
Curt. Iun. consi. 174. num. 32. & consi.fin. Decius
consi. 221. in fi. Cachera. decisi. 138. num. 28. Iu-
6 lius Clar.in §.fi.quæst.16.num.8.9. Et † licet ciuitas
illam violentiam successu temporis ratam habere po-
tuerit, expresse, vel tacite. Iuxta l.1.§.deiecisse. ff.de vi,
& vi arma.l.furti.§.ope.l.si pignore.§.fi.ff.de fur.§.in-
terdum.Instit.de obliga.quæ ex delic.nas.c.cum dile-
ctus.de ordi.cogni. vel quia commodum ex illa con-
sequuta fuisset, vt inquit Bart.in d.§.fi.versi. post ta-
men.Inno.in c.grauem.de sentent.excom. Aret.cons.
165.col.14.versi.secundo principaliter.de Afflict.de-
cisi.376.num.3.Et appareat nouos consules, sæpe vi-
sitasse carceratos, & discubuisse simul, vt præsumptio
sit, ea fecisse ex voluntate totius ciuitatis. Tamen, si-
cut principale delictum dici nõ potest à tota ciuita-
te commissum, nisi præcedentibus illis requisitis. Ita
ratificatio tanquam accessoria eadem requisita de-
bet habere. Oldra.consi.315.num.4.Cachera.decisi.
138.num. 28. Itaque cum ciuitas huius delicti fuerit
innocens ipse baiulus qui inconsulto publicos num-
mos alienauit ad restituendum merito fuit condem-
natus.

7 Imò † male, si quidem constat relatione facta ab
auditoribus rationum, baiulum mandato consulum
istas exsoluisse pecunias, in expensas carceratorum.
Et ita etiam fateotur illimet qui tunc erant consules,
& mandatores. Itaque mãdatarius, qui sine dolo ma-
lo, mandatum exequitur, & id quod mandatur, deli-
ctum non continet, nec quicquam, quod bonis pu-
gnet moribus, nõ videtur cõmittere causam dignam
huiusmodi condemnatione. Ipse nomine alieno suas
præstabat operas, & datas distribuebat pecunias.l.2.
§.aliena gratia.l.si remunerandi.§.rei turpis.l.si man-
dauero.§.qui ædem.ff.manda.§.illud.Instit.eo. Amici
officium exercendo, pro bono opere non debet lapi-
dari.l.repræhendenda.C.de Instit.l.1.C.quib.ex caus.
ser.pro præ.credens patriæ obsequium facere, quan-
do suos conseruabat ciues, & defensores, & hoc esse
8 indignum laboris præmium. Plerumque † accidere
solet viris de republica bene meritis, vt pro benefa-
ctis pessimam gratiam retulerint à populo, vt multa
extant exempla in titulo de ingratitudine.

9 Non † cogebatur mandatarius amplius informari
qua de causa pecuniæ illæ expediebantur: sicut dici-
mus de fabro, qui excusatur si tignum alienum ædi-
bus immiserit.glos.in l. si in rem. §. lignum. ff. de rei
vendi. vel laborator si alienum fundum coluerit. vt
not. Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu-
riis Roma. Alexan. & Ias.in l. de popillo. §. nuntia-
tionem. ff. de nor. ope. nun. Bald. consi. 144. &
consi.314. lib. 1.Ang. de Malefi. in verb.Et sempro-
nium nom. 14. soci. in l. rem quæ nobis ff. de ac-
qui. poss. Et hoc quando sponte, & sine controuer-
sia operi incumbunt Alexan. consi. 136. num. 4.
libr. 1. Paul. de Castr. consi. 170. in fin. lib. 1.
Decius in l. velle ne creditur. num. 9. de regul. iur.
Roland. à Vall. consi.54. num.1.cum sequent. lib.1.

Sed quid dicendum? visum est concilio, nostro mo-
lestiam factã baiulo nõ carere liuore, si quidem prius
10 erant † conuenienda consules, tanquam præcipui,
& huius negotiationis auctores. Bal.in l. non eo mi-
nus num.21.C.de accus. gandi. tit. quid sit accusatio
nu. 111. & 11?. vt de inconsultè gestis rationes red-
derent. l. 1. ff. de magis. conue.l.1. C.de conuenien.
fisc. debito.lib. 10.l magistratus. ff. de admi.rerum ad
ciui.perti.l.1.ff.de tutel.& ratio.distra. Baiulus solum
tenebatur actione mandati erga suos mandatores.
quamuis pecunia ciuitatis ad eum peruenisset. quia
11 l.si † & me, & Titium. ff. si cert. peta. non habet
locum, quando contra alium domino potest esse
consultum. vt ibi docet Bart. Paul. de Cast. num. 2.
Alex. num. 2. Rui. consi. 19. num. 2. lib. 4. Cepha.
consi. 39. num. 29. lib. 1. Sed (vt prædiximus) ciuitas
iure ordinario agere potest contra suos sindicos sibi
obligatos. l. item eorum. §. actor vniuersitatis, cum.
l. sequen. ff. quod cuiusque vni. Non debuit ergo in
baiulum deflectere, & hãc extra ordinariam assume-
re viam. l. in causæ. §. fin. ff. de mino. l. Seio. §. medico.
de annu. lega. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de
milita. testam. prosequi, & conflare per tot sæcula,
huius litis liuores. sicut solet rusticus tenerum vitu-
lum, longo pabulo, in magnum, & stolidum conuer-
tere bouem, fuit conclusum. male iudicatum, reuo-
candas esse sententias cum omnibus inde sequutis,
pratumque restituendum baiulo, cum fructibus, &
expensis saluis actionibus ciuitati, & Raxo contra
quos de iure.

SVMMARIVM.

1 *Clemen. quamuis vigor de appella. amplis. declaratio. num 9. & 11*
2 *Statutum Auenionis de appella. recipiend. difusè interpretatur num. 10. & 14.*
3 *Apostoli, sunt pars appellationis.*
4 *Iudicibus debitus honor.*
5 *Apostolos petere facilius est, quam dare.*
6 *Lex scripta, quamuis dura, tenenda est.*
7 *Statutum dans certam formam, in omnibus suis partibus obseruandum.*
8 *Ad vnguem obseruatio.*
12 *Verba cum effectu intelligenda.*
13 *Statutum intelligendum, ne quis indebite damnum patiatur. & secundum æquitatem.*
15 *Appellatio, in dubio non est pronuntianda deserta.*

DECISIO CXCIX.

DOMINVS Richardus de cambis audi-
tor Rotæ talem quæstionem proposuit.
Statuto huius nostræ ciuitatis tit. de ap-
pel. recipien. cauet ur. Si petantur apo-
stoli, esse in facultate iudicis captare ter-
minum ad dandum Apostolos, quo pendente, possit
appellans introducere suam appellationem, & facere
inhiberi, & nihilominus appellans compareat in ter-
mino. Contigit appellantem habito commissario, &
laxatis inhibitionibus, non comparuisse in termino,
nec petiisse apostolos, petit appellatus desertam pro-
nuntiari appellationem † per cle. quamuis rigor. de
1 appella. vbi, qui non comparet in termino præfixo à
iudice videtur renunciare appellationi, præsumptione
iuris, & de iure, secũdum Cardi. ibi, num. 2. In odium
negligentis. Ioan. de Imo. num. 2. Bertrand. consil.
57. num. 16. lib. 1. Quia negligentibus iura non so-
lent succurrere. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi-
to. l. magnam. C. de contra. stipula. hinc homini
diligenti semper aliquid superest, & videt quod ope-
ri adiciat. vt inquit d. Chrisost. in home. ad Ioan. 19.
Quamuis secundum iuris terminos pendente di-

 latione,

latione,ad respondendum, non liceat appellanti im-
3 petrare iudicem, si † quidem apostoli censetur esse
pars appellationis.c.cordi,c.ab eo.de appel.lib.6. Et
interea non liceat iudici, vel parti aliquid attentare,
sed quiescit officium iudicis.l.siue pars. C. de dila. c.
significante.de appella.Rota.decisi. 41. alias 357.eo.
titu. Tamen hoc nouiter, statutum disponit,vt citius
finiantur lites. Vultque vt compareat in termino,vn-
de non reuertendo ad iudicem, videtur illi quodam-
modo iniuriam facere, & negligere suam responsio-
4 nem,& nolle negotium perficere. Omni†modo non
reddit iudici debitum honorem. c.vt debitus honor.
de appel.l.omnem honorem. C. quando prouo.non
est neces.e.iudicet ille.3. q.7.l.1.ff. si quis ius dicend.
non obtempera.

5 Petere†responsionem facilius est,quam dare,quo-
niam literæ dimissoriæ, quæ ad superiorem dirigun-
tur debent esse recte compositæ.l.1.ff.de lite.dimis.l.
fin.C.de precib.impera.offe.l.præcipimus.§.in his.C.
de appel.Rota decisi.5.alias 29. circa fin.eo.titu. Lex
cogit iudices respondere.l.iudicibus.C.eo.non cogit
petere, in appellantis potestate est simpliciter appel-
lare.l.litigatoribus.C.eo.In casu vero nostro,fuerant
petiti apostoli quos neglexit petere, censetur reces-
sisse ab appella. qui iura appellationis contempsit. l.
auxilium.ff.de minori.l.leges.C.de legib.c.ex eo non
debet de reg.iuris.lib.6.

6 Et†quamuis(dicebat ille)in hoc videatur dura sta-
tuti dispositio,quia ita scripta est, tenenda est. l. pro-
spexit.ff.qui,& à qui.Deci.in c.consuluit.3.num.4.5.
de appella.Cano.in c.1. vbi Bero.nu.226.de constitu.

7 Vlterius,†quod statutum videtur dare certam for-
mam procedendi, super petitionibus apostolorum.
Nempe vt possit iudex,sibi captare terminum,& ap-
pellans interea introducere, & facere inhiberi & po-
stea in termino compareat, pro apostolis recuperan-
dis. Et ita,quando statuta,disponunt, vel corrigunt,
vel addunt ad ius commune.tanquam substantialia,
vel pro forma tradita omnino obseruanda sunt. Alio-
qui omissio alicuius partis,redderet totum actum in-
utilem,vt per Feli.in c.cum dilecta.versic.9. signum.
& versi.amplia 9.de rescript.Ancha.consi.141.in fio.
Soci.Iu.consi.2.num.7.lib.2.Deci.consi.262.num.4.
& consi.434.num.1.& consi.455.num.7. consi.528.
in fin. Tiraq. de r. tract. 6. 8. Glo[illegible].1.& [illegible].Rol.à Val.
consi.72.num.60.lib.3. Quia,forma est,quæ dat esse
rei, & eam conseruat in esse. l. Iulianus.ff.ad exhib.l.
cum hi.§.si prætor.ff.de transact.l.si.§.& si præfatam.
C.de iure delibe. Hypo. consi.6[illegible] à num.1.vsque ad
12.& consi.1[illegible] num.17.& ante istos Bart.in l. item
eorum. §. sed si ita.ff.quod cuius. vniuer. in l.1. ff.de
condict.indeb.Soci.consi. 61 num.8.lib.1.scilicet vt
eam sequamur,& n[illegible] liceat ad dexteram,vel sinistram
deflectere,sicut d[illegible]ius P[illegible] ad Timo.[illegible]it.c.5.cum
multis aliis exemplis a Feli.traditis.versi.amplia 1.

8 Quod † Rhetores dicunt: ad vnguem obseruare
omni scilicet [illegible]ura, & ex[illegible]uisita diligentia negotium
perficere, hinc Cicero ab hac regula nulli non licet
transuersum quod aiunt vnguem d[illegible]cedere.

9 Appellans † vero dicebat,appellationem introdu-
xisse,& habere commissarium,qui inhibuit iudici, &
parti,velle ostendere male iudicatum.Et ita apparere
noluisse renuntiare appellationi. In [illegible]laris non esse
opus coniecturis.[illegible]ille,aut ille.§.cum in verbis.de le-
ga.3.l.continu[illegible]is.§.1. ff.de verbo.obliga.l.diuus.ff.de
in integ.restit. Cessare præsumptionem quæ ex d.cle-
mentina,oritur,quia ab habitu ad priuationem nulla
est proportio,vt inquit Philosophus 1.Ethic.sed hæc
contraria sunt, quod volens habeatur pro nolente.
arg.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo.obligat.
l.neque pignus.ff.de reg.iuris.

10 Nec†obstare d.cle. quæ loquitur in suis terminis
quando non fuisset introducta appellatio, si non pe-
tebat in termino censebatur renũtiare. Hic verò iam
habuit iudicem cum inhibitionibus,& nõ potest dici
fuisse renũtiatum rei,quam quis habet, eáque vtitur.
Et contra veritatem esset hoc dicere, quæ debet fi-
ctioni præualere. c. fraternitatis.de frigi.& malefi. c.
veritati.8.dis.§.si quis rem suam.Insti.de lega.l.si pa-
ter.§.quotiẽs.ff.de manu.vindic.l.regula.§.qui igno-
11 ranit.ff.de iuris,& fact.igno. Neque†statutum,cogit
appellantem comparere in termino,scilicet si hoc ve-
lit. Cum illa comparitio introducta sit fauore appel-
lantis si forsitan ille vellet sententiam reparare. Ideo
licuisse suo fauori renuntiare.l.fi. C.de pact. Aposto-
los gratia cõdemnatorum introductos.d.l.ff.de libel.
dimis.nõ debere ferre commodum appellãtis.l.quod
fauore.C.de legi.c.quod ob gratiam.de reg.iur.lib.6.
Nullum negotium gestum inter victorẽ, & victum,
sed inter iudicem,& eum,quem ipse cõdemnauit. In
responsionibus verò soli iudex, & reus,absente alio.
Et tanquam res inter alios non debere alteri adferre
commodum.l.1.C.eo. Et has scrupulosas subtilitates
minime obseruandas.§.sed quia stipulationes. Instit.
de fideicom.hæredi.l.fi.C.qui admit.l.1.C.de formul.
& impe. sub.

12 Quid†operaretur illa commissio, & inhibitio, si
censeretur renuntiatum appellationi essent verba in-
utilia,& agentium actus,quod non est dicendum? l.si
quando.de leg.1.l.si stipulatus.ff.de vsu.l.1.in fi.ff.ad
municip.Considerandos magis rerum effectus.l.pen.
§.docere.ff.ne quis eum.c.relatum.de cleri. non resi-
den.l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei, & statutum non
dicere si non cõpareat renũtiasse appellationi,ita nec
nos dicere debemus.l. de pretio.ff.de publicia.l.si ser-
uum.§.non dicit prætor.ff.de acqui.hæred.

13 Nec † ex illa tacita illatione hoc licebit conclude-
re,quia quis indebite damnum pateretur contra. l.vt
gradatim.§.sed si quis.ff.de mune.& hono. Alexand.
in l.fin.§.in computatione. C. de iure delib.& in l.3.
ff.de verbo.obliga.Soci. consi.48. num.53.lib.1.Feli.
in Rub.de præscript.Rol.à Val.consi.72.num.37.lib.
3.Gratus consi. 43. & consi. 16. num.8.& consi.1[illegible]
nu.46.lib.1. Et per alias rationes quibus statuta sunt
intelligenda secundum æquitatem, & ne ex illis ab-
surdus resultet intellectus.c.erit autem lex.4. dis. Ri-
mi.consi.427.num.2[illegible].Cra.consi.3.num.23.Rolan.à
Val.consi.72.num.37.lib.3. Ad hæc omnia vno ver-
bo respondebat alius statutum huiusmodi in omni-
bus suis partibus iustum,& æquum, sed imputãdum
appellanti, quod illud neglexerit quod facile poterat
adimplere. arg. l.multum interest. C. si quis alte. vel
sibi.Ille dicit credebam non esse opus, iterum coram
illo comparere, ne viderer meæ appellationi renun-
tiare.c.gratum.de officio delega.c.cum venissent. de
testib.Et actus contrarios facere.l.si filius.ff.de mino.
l. post diem. ff de lege commiss. Imò propter illam
probabilem dubitationem,an viderer formam statu-
ti excessisse,danda esset excusatio.vt Fel.ait,vbi suprà
num.12.versi.5. fallit. Respondet appellatus nullum
esse dubium,quia,statutum ita permittit,alioqui esset
ignorantia iuris,quæ neminem excusat.d.l. regula.&
in facto proprio.l.2.in fi.ff.pro suo. Iterum clamabat
appellans indignum, & durum, quempiam priuari
iure suo,medio desertæ appellationis,quæ non con-
cernit merita causæ,sed meras iuris formulas.

Et

15 Et † in dobio pronuntiandum appell.non esse de-
sertam. Paulo attestante in l.1.in fin.ff.si quis cautio.
Cum vtrique parti consulatur.l.si cui.ff.de seru. Ne-
minique ius suum tollit Cephal. consil. 77. num.27.
libri.

Hæc causa in eius decisione nos tardiores reddidit
si merum ius sequamur radicitus scinditur arbor, &
nullus erit appellationis interpositæ fructus. Si verò
mitius agendo, illam patiamur negligentiam, actum
est de statuto, à quo passim recedere licebit, & omit-
tere respoosiones. Et aliis similis dabitur ingressus,
quod vulgo dici solet aperire fores. fuit conclusum
desertam. Idem voluit Cachera.decis.7.nu.3.4. Cæ-
terum quia agebat locus Malancenæ contra d.de Al-
baruffo super aquæ ductu, fuit per rescriptum in in-
tegrum ciuitas restituta. vt voluit Guid. Pap. q. 185
Hodie 14. Septembr. 1592. publicato fuerunt literæ
Vicelegationis Reuerendissimi Domini Ioánis Fran-
cisci Bordini Episcopi Caualicen. viri optimi vnius
elemosinariis, & multum familiaribus. S.D.N. Cle-
mentis Papæ VIII. per modum prouisionis vsque
ad aduentum Illustr. Siluij Sauelli viri grauiss. & ci-
uis Romani.

SVMMARIVM.

1 *L.2.C.de Iudæis. ampla declaratio.*
2 *Animæ læsio, est grauior corporali.*
3 *Porcinæ carnes Iudæis prohibitæ.*
4 *Maledictum, an sit saxo simile? num.6.9.12.*
5 *Irruere, significat cum impetu aliquem aggredi.*
7 *Extensio fit etiam in pœnalibus, vbi de anima agitur.*
8 *Filius exhæredari potest ex alijs causis, quam enu-
meratis.*
10 *Aliud significat similitudinem.*
11 *Funis rumpitur nimia extentione.*
13 *Blasphemia, & maledictum differunt.*
14 *Receptus canimus per inuocationem Domini nostri
Iesu Christi.*

DECISIO CC.

*Si Iudæus in nouiter conuersum proferat maledi-
ctum, an videatur saxis irruisse. casus pulcher.*

VM Iudæus, & nouiter conuersus simul
inter se contenderent super diuisione
bonorum suorum. Et incalesceret ira.
dixit Iudæus conuerso. *Va damnat, perdut,
mange carsalade.* Christianus conqueritur coram iu-
dice, dicendo pro bono opere lapidari, & pati iniu-
riam atrocissimam. adiungitur fiscus, qui dicit illum
1 incidisse in pœnas. † l. 2. C. de Iudæis. si Iudæus sa-
xis, vel alio furoris genere in conuersum irruerit,
flammis dedendus est, cum omnibus participibus
suis concremandus. Iudæum autem istum irruisse
verbis blasphemis in Christianum, quæ sunt durio-
ra, & peiora saxis. si veram rationem sequamur. lapis
emissus, percutit, & lædit corpus.l.scientiam.§.si cum
defenderet. ff. ad l. Aquil. At ista maledicta verba.
damnat, perdut, mange carsalade. percotiunt, & lædunt
2 animam, cuius † læsio longe durior est, alia quacun-
que corporali.l.sanximus. C. de sacro.eccle.cap.præ-
cipimus.12.quæst.1.c.eum infirmitas.de pœni. & re.
Et blasphemasse videtur in fidem Christi. c.1. & cap.
eum sit. de Iudæis.cuius pœna est vltimi supplicij. in
authen. vt non luxuri.homi.contra na.in fi. Hinc di-
cebat Dauid Rex Psalm. 139. acuerunt linguas suas
sicut serpétes, venenum aspidum sub linguis eorum.
Et in vilipendium conuersionis dixisse videtur. quòd
per conuersionem sit ille damnatus, venisse in perdi-
3 tionis viá. *Mange carsalade*, cuius † esus. lege Mosaica
sit prohibitus vt Leuit.11.cap. Machab.2.cap.6. lege
vero Euangelica permissus. Act.10.cap.

Et sic ista esse tria iacula contra conuersum emissa
in despectum suæ conuersionis, quæ magis læduut,
quocúque alio emisso lapide. dicendo damnatú, &c.
quid grauius misero homini contingere posset, quam
perpetua damnatione torqueri, cum diabolo, & an-
gelis eius? horret animus illa tanta mala cogitatione
comprehendere, &c. vt apud diuum Matth.cap.25.

4 Preterea † lex loquitur de duplici irrupoone. scili-
cet si fiat saxis, vel alio furoris genere. sicut ista, quæ
animam lædit. vt dicimus, & in contemptum fidei.
legimus Regum 2. cap. 16. (dum Dauid fugeret fa-
ciem Absalonis, & transiret per verticem montis)
Semei filium Gera maledixisse Regi, & misisse lapi-
des in eum. tamen maledictio illa magis displicuit
Regi, quam iactus lapidum. si quidem in fine dierum
conquestus est Salomoni pro maledictione, de iactu
lapidum nullum verbum. vt Regum 3. cap. 2. huic
Beatus August.in tract.super Psal. ô vos Iudæi Chri-
stum occidistis, gladio linguæ clamando, crucifige,
crucifige eum.

5 Item † d.l.2.dicit irruerit, quod significat cum im-
petu aliquem aggredi. l. si quis in hoc. C. de epis. &
cleri. Teren. fores effregit, atque in ædes irruit alie-
nas. Non dicit lex. & percusserit. Nam posset irrue-
re, & impetum facere, absque percussione scilicet
quando maledictis contenderet, & obsederet sicut
dicitur Psalm.58. quia obsederunt animam meam ir-
ruerunt in me fortes. & ibi & gladius in ore ipsorum.
Itaque si labia dolosa gladius maledicentium dican-
tur. videtur alio furoris genere in conuersum irruis-
se. qui labiis dolosis vtitur.

6 Et † licet de iaculis realibus vtraque alternatiua
loqueretur. tamen ex identitate rationis licita esset
extensio ad iacula verbalia saltem ad tam venenosa,
quæ in fidei contemptum fuere prolata. Et ne retra-
hantur alij à conuersione. Ne similes intelligant ma-
ledictiones. vnde, etiam in pœnalibus solent fieri ex-
tentiones Panorm.in cap.quæsiuit. num.4.de diuort.
Geminia. in cap.1.§. factis. num.5.de homicid.lib.6.
Bart.in authent.sacramenta.nu.19.C.si aduer. vendi.
Ias.in authent.quas actiones.nu.25.C.de sacro.eccle.
8 Hinc † videmus, licet sint tantummodo 14. causæ in-
gratitudinis enumeratæ in 9. causas. in authent. vt
cum de appel.cogno.tamen vltra illas fieri posset ex-
hæredatio ad similes. vt Guil. de Cuneo in authent.
non licet. C. de liber. præte. vel exhæreda. Alexand.
consil.201.nu.6.lib. .Deci. in cap.cum speciali.nu.5.
de appel. Hypol.singula.78. Bertrand. consil.389.nu.
6.lib.1.Ias.in d.authent.quas actiones.num.27. Ang.
in l. lex Cornelia.in princ.ff. de iniuriis Felin. in cap.
pastoralis. in princip. de rescript. Idem de causis in-
gratitudinis contra donatarium.l. fin. C. de reuocan.
dona. licet illa lex taxatiuè loquatur, vt tunc non
liceat extendere. Ias.in d.authent. quas actiones. nu.
23.& hoc voluit Glo. in d.l.fin.per tex.in cap.1. quæ
fuerit causa beneficij amittendi. & omnes not. in d.l.
fin.de Rip.num.137.

9 Cæterum † (vt verum amemus) differunt saxa, à
verbis. quia aliud est, saxis quempiam aggredi, aliud
verbigerari, id est, verbis digladiari. Iniuriæ verba-
les, non sunt de genere saxorum. Sed fustes, iacula,
lanceæ, & alia, quæ manu mittuntur, & laxantur in

alios: vt ballota plumbea, claua ferrea. l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. armorum. ff. de verbo. signif. l. si pignori. §. si furem. ff. de fur. §. qui autem. Instit. de interdic. l. 3. §. armis. ff. de vi, & vi arma. Feli. in cap. ita quorundam. nu. 2. de Iudæis. vt probat. verbum alio
10 in d. l. positum. quod est † nota similitudinis, & repetit qualitatem verbi præcedentis authent. ex testamento. C. de colla. Rub. de impube. & aliis substi. cap. sedes. vbi omnes cano. de rescript. cle. 1. vbi Card. nu. 2. de reb. eccles. non alie. Ideo opus est, vt alius furor fiat mediantibus illis, quæ iactantur mano.

11 Nec † obstat licitas esse extensiones. hoc verum quando eadem esset ratio. sed non tantum lædunt verba. sicut reales percussiones. ventus rapit, quod volubili lingua emittitur. At iacola, vel saxa sunt periculosiora ad lædendum. hinc dici solet pro verbis, verba reporta. Et si liceret istas illationes facere, plerumque funis, licet fortis nimia extentione frangeretur. cap. denique. 4. distinct. Calde. consil. 11. num. 8. Craue. consil. 173. num. 5. Et licet plerumque conuitium grauius sit reali percussione. hoc intelligitur apud magnos viros, vel milites, quibus maior fit iniuria maledicendo. Imò hodie in tam miseram deuenimus temporum conditionem, vt facilius sit illata vulnera componere, quam maledictum tu menteris, quod sanari vix potest, nisi sanguine. si leges eorum sequamur, qui pro honoris vmbra solent tam fortiter contendere, &c.

Istud iurgium coram dominis iudicibus agebatur, qui (vt clarior inde resultaret decisio) voluerunt, vt rotaretur, & discuteretur in hac nostra iuris officina. quæ censuit, hunc tenebrosum vituperatorem pœna extraordinaria puniendum, arbitrio dominorum iudicum, & ad petendum veniam Christiano in forma debita. vt cognoscat, & sentiat suas maledictiones in suum proprium redusse sinum. Nec per illa verba blasphemasse videbatur. Si quidem differentia est, inter maledicere. & blasphemare: quando maledictum refertur ad Deum, vel eius sanct[illegible] bl[illegible] he[illegible] dicitur. cap. 2. de maled. Sicut dicebat Caip[illegible]as, audistis blasphemiam quia filium Dei se fecit [illegible] apud. diuom Matth. 26. cap. Secus vero si [illegible] homines maledictum [illegible]iatur, vel immutet [illegible] Ba[illegible] [illegible] abe[illegible] nem. §. 1. ff. de [illegible] de Anna. in [illegible] cap. [illegible] num. 3. Ang in verbo [illegible] verba. circa in [illegible] So[illegible] consil. 119. num. 3. lib. 4. Boë. de if[illegible] 1. num. [illegible] & [illegible] Cla. in verbo blasphemia. per to.

Dauid autem R[illegible] a. c[illegible] erderet in spiritu fu[illegible]ra conuitia, & opprobria in personam Domini nostri Iesu Christi. merito [illegible]onquentur, quod innocens ita turpiter maledicetur à suis. vt Ioan 8. cap. Matth. [illegible] cap. Ps[illegible] 21 [illegible] de ver[illegible] dicebant[illegible] omni fur[illegible] gene[illegible] [illegible] Saluat[illegible] & [illegible] tas veneno[illegible] [illegible] quia nu[illegible] [illegible] parano de c[illegible] earore, ad er[illegible] atu[illegible] as.

Sæp[illegible] c[illegible] ingit [illegible] ribus [illegible] ocum d[illegible] ab initio [illegible] & [illegible] ire, ita & mihi, qui ducem [illegible] di [illegible] oluere [illegible] cum o[illegible] mi[illegible] [illegible] ltra terminum tter facere [illegible] gor. [illegible] [illegible] & [illegible] vias, & dulci comitiua ornatas [illegible]

SVMMARIVM.

1 *In culmo arare, quid significet?*
2 *Colonus non debet intempestiua cultura vti. nec vites amputare vltra debitum.*
3 *Sterilitas quanta esse debeat vt fiat remissio?*
4 *Colonus intermittere debet culturam agri.*
5 *Qui nimium properat, tardius absoluit.*
6 *Colonus denunciare debet domino illatum damnum.*

DECISIO CCL

Contra colonas nimium auidos. casus quotidianus.

COLONVS, qui nummis colebat promisit domino locatori partem terrarum locatarum alternis annis colere. vt in fine locationis illa pars media possit à domino, vel nouo colono recipere debitum semen. Ille vltimo anno totas seminauit terras. sub colore, quod anno præcedenti ventorum segetes fuerint euulsæ & euolutæ à fundo, vt fere tota infrugifera fuerit recollectio. Et ne tantum damnum pateretur hoc licuisse sibi. & vlterius messem malis fuisse ueratam granis, sicut inquit Ouid. Meta.

Lolium, tribuliq; fatigant triticeas messes.

Negat dominus, & nullas istum reliquisse terras pa[illegible] tas ad seminandum contra conuentionem. petendo vt ille teneatur persoluere eandem pensionem pro otioso anno sequenti.

Iste casus venit in Rotam volentibus partibus quę prius coram iudicibus ordinariis litigabant.

1 Istud † pactum rustici vocant. *Atener les terres en garé, ne les restroubler.* Rhetores vero in culmo arare. Culmus dicitur calamus frumenti a radice vsque ad spicam. quod colatur dictus. Virgil. in Georg.

Culmenq; leue, stipulásque volantes.

Et hæc conuentio fieri solet contra nimium auidos agricolas, qui non patiuntur fundum interquiescere. sed assidua cultura omnem succum soli exhauriunt. hinc Virgil.

Laudato ingentia rura, exiguum colito.

Quia, minus reddit laxus ager, quam exiguus rite cultus. Nimio etiam cultu leuiora fiunt semina. sicut de arcu dicitur, si nunquam [illegible] sses tedere mollis erit.

2 Iste † colonus fecit contra legem conuentionis. qui promi[illegible] t al[illegible] to anno cessare a semine, & intermittere vomerem à terra seminata nuper. Et ante omnia [illegible] rate debebat vt opera rustica suo quoque t[illegible] fier[illegible] ne intempestiua cultura deteriorem fu[illegible] un redderet. l. si merces. §. conductor. ff. loca. l. v[illegible] leamus. §. si eo. [illegible] ne vltimo anno fructus sequenti[illegible] anni deteriores redderetur. vel paociores. l. & hæc [illegible] nctio. §. fin. ff. loca. Contra vinitores, qui ampliores loculos vitibus relinquunt, & latiores babenas. Virgil. 2. Georg.

Hinc omnes longo pubescit vinea fœtu.

Notat Bald. in authent. qui tem. in secundo nota. C. de [illegible] eccle. Alexand. consil. 129. per totum lib. 2. huic [illegible] tit. l. ex [illegible] conducto. §. vbicunque. ff. loca. & co[illegible] suc. & consuluit Cra. consil.

Ideo solent agricolæ, hac consuetudine vti, & promittere dominis quietos agros relinquere alternis annis. Si[illegible] ut iste promiserat & fecit contra. Nimirum [illegible] teneatur persoluere locatori. l. circa locationes. ff. loca. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. ibi, qui non fecit quod promisit in pecuniam numeratam condemnetur. l. si fundum & ibi Bart. & doct. ff. d[illegible] bl[illegible] a.

Licet aliquando soleamus leuiora grana in pinguior[illegible] ol[illegible] immittere. vel igne immisso in stipulam, cultum continuare. l. qui occidit. §. in hac quoque actione. ff. ad l. Aquil. tamen hoc facere non debebat

propter

propter cõuentionem quoquo videlicet modo. l. stipulatio ista habere licere. & l. in illa stipulatione per te non fieri. ff. de verbo.obliga.arg. cap.si Romanorum. 19.dist.l.Iulianus.de lega.3. Conquerebatur vlterius iste rusticus dicẽdo soluisse domino integram pensionem. Et quod vlterius velit dominus habere interesse. Et nihilominus illo anno (de quo est quæstio) fructus per eum perceptos solum valuisse quinquaginta, & soluisse centum, vt constabat testibus. variæ sunt opiniones, quanta debeat esse sterilitas, remissionis faciendæ causa, iuxta.l.licet.l.excepto.C.loca.l.ex continuo.§.si vis tempestatis. ff.eod. vt videre licet in cap.propter sterilitatem. vbi Panor. num.13. Et velint multi, quando nihil perciperetur, deductis impensis. vel solum vbi sola tertia pars. Bart. in l. si merces.§.vis maior. Alij verò ad officium iudicis remittendum esse. vt Neuisan.consil.90.num.15.quod incertum maximè esset. quia, officium iudicis nõ debet sub incerta definitione consistere.§.curare debet. Instit.de actio. Ac si cœcus, cœcum duceret. Ideo rectius locuti esse videntur, quando damnum vltra dimidiam contigisset.d.§.vis maior. Ibi modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, non si sit intollerabile, vt medium eligamus. secundum Gloss.in l.Nesennius. ff.de negot.gestis.& l.2.C.de resc.vendi. Alexand.consil.3.num.6.& consil.12.num.1.libro 1. Areti.qui communem attestatur consil.12.de Rip.de peste de priui.contrau.num.25.Mono. de arbit.lib.2. centu.2.casu 76.

4 Tandem † visum est nobis hunc colonum in culpa fuisse, & fecisse contra conuentionem. quemadmodum enim in parandis telis & lanis est ordo. Ita, & in collendis agris, vt quæque suo ordine peragantur: ideo condemnauimus eum ad interesse liquidandum per expertos. iuxta.l.si irruptione. §.fi.ff.finium regund.l.3.C.loca.Bart. in prooemio. ff. num.3.& in l.1.ff.de ven.inspi.Glo.in §.præterea.Instit. de rerum diuis. Hinc videmus, qui multa simul agere conabatur tardior efficitur. sicut dici solet, qui nimium properat serius absoluit. Debebat saltem domino denunciare illatum damnum, & non propria auctoritate, quærere compensationem, seminando cõtra conuentionem.l.item quæritur.§.exercitu.ff.loca.Ruin.consilio 147.in fin.lib.1. Mono.lib.2. centu.2. casu.137. num.19.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Aucnionis, an habeat locum in assecuranda dote?*
2 *Mulier potest petere assecurationem dotis, quando maritus se absentauit.*
Nocuit differre paratis.

DECISIO CCII.

RELATVM fuit in consilio nostro R.D. Ioannem Franciscum de Pettis Prothonotarium auditorem Rotæ Alisiam Brioniam mulierem pauperem obtinuisse sententiam super assecuratione dotis suæ, contra maritum à Domino auditore domestico, qui admisit appellationem citra retardationem legitimæ executionis. Quærebatur nunc an bene respondecit. Et videbatur bene, propter statutum Auenio. quo cauetur, sententiam in causa dotis latã esse exequendam. non obstante appella. vt in titu. quo. appel.non recipi.ar. 4. Et istud tenet Ludo.Roma.consil.392. scilicet statutum locum in assecura.do. siue in consignata, quia eadem est ratio sicut si ageretur de eadem restituenda, fauore dotis.l.in ambiguis.ff.de reg.iur. & vbique fauor mulieris vertitur. ne perdat. l.1.ff.solut.matri. cum si.

Contrarium conclusum fuit cõtra Roma. vt tenet Bart.in l.si sic.ff.solut.matr.Bald.in l.vbi adhuc.num. 10.C.de iure do. Ancha.consil.119.Alex.consil.142. num.12. libro 5. Nata consil.81.Cachera.decis.135. num.5. Gram.decis.92. Quia, differentia est inter restituere, & assecurare. l. plus. ff.de verbo.signif.l.4.§. condemnatum.ff.de re iudi. Statutum autem loquitur de dote restituenda, non de consignanda ideo in suis terminis est intelligendum, & nõ extendendum. l.quicquid astringendæ.ff.de verbo.obliga.l.3. §. hæc verba. ff. de neg. gestis. Restitutio fit iure ordinario soluto matrimonio: Assecuratio verò extra ordinem & cõtra regulas vergente marito ad inopiam. de qua non censetur cogitatum à partibus.l.Seio. §.medico. ff. de alimen.lega.l.inter stipulantem. §. sacram.ff. de verbo.oblig.Et hanc opinionem maiores nostri semper obseruauerunt.

2 Aliud † dubium proponebatur. Non constabat clarè de vergentia ad inopiam, ideo nõ potuisse vxorem huius vani timoris securationem, vel executionem. Constabat solum à quinquevel sex annis maritum se absentasse, reliquisse vxorem, & nihil ab eo recepisse vt viueret, nec salutasse literis, vel vllo nuntio. Sed quod vergeret, & inopiam pateretur, nihil. Cæterum omnes huius mulieris cautelam laudauimus, cui licebat sic agere. Ex eo, quod errans, & absens eius esset maritus. Et solam reliquerit, sine ope, & consilio coniugem, & liberos. §. illud quoque. in authent.de æqua.do.Ibi, cur mox viro incoante male substantia vti, non percipit. proinde ex illo textu colligitur, mulierem nõ debere expectare, quod ille non sit soluendo. vt declarat ibi Glo.& Bart.in d.l.si constante.in princ.Pala.Ruuios. in cap. per vestras.§.18. sufficit sola suspicio male vtendi.ne mulier defraudetur, vel quando esset segnis, & incertæ vitæ. Anto. Cos.de dote.cap.6.Rebuf.de senten.prouis.ar.3. Ego autem sæpius audiui. Nocuit differre paratis. & sero medicina paratur.arg.l.1.C. liceat vnicuique sine iudi.se vindicare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenio. forensem posse carcerari, declaratur.*
2 *Cautio idonea, dicitur fideiussoria, vel pignoratitia.*
3 *Dispositio in vno ex correlatiuis, non habens locum in altero, vt in casu isto.*
4 *Vulpes iterum non capitur laqueo.*
5 *Suspectus dicitur, qui non possidet immobilia.*

DECISIO CCIII.

IOANNES de Cruce Auenionem virtute statuti disponentis forensem posse carcerari, etiã si non fuerit obligatus data prius cautione, casu quo indebitè, obtinuit à R. D. Vicegerente carcerationem contra Georgium Lanternum Prouincialis carceratus autem omnem adhibuit diligentiam repetiendi idoneam cautionem de iudicio sisti, & iudicato soluendo, vt à carceribus relaxaretur. Et cum non posset. obtulit dare fratrem habitatorem ciuitatis Aquensis notoriè soluendo, in propriis laribus, & diuitem. D. Vicegerens attenta impossi

impoſſibilitate ordinauit cauto per fratrem relaxandum. A qua ſententia cum fuiſſet appellatum,& cauſa commiſſa D.Suares. videbat bene iudicatum, licet
2 ſtatutum loqueretur de idonea cautione,quæ † dicitur fideiuſſoria,vel pignoratitia.l. ſi mandato Tiij. §. fin.ff.mand. ibi, ſi neque fideiuſſoria, neque pignora data ſint.l.ſanximus.& ibi Iaſ.in fin.C.de verb.ſignif. Mono.de arbit. lib.2. centu.2.caſu.42. Tamen, quia molitus eſt, quod efficere non potuit, & impoſſibile fuit ſibi inuenire quod ipſe captabat. videbatur ſufficere iuratoria,cum extraneo fideiuſſor.firmata.vt per Paul.Caſt.in l.1.num. 5.ff. qui ſatiſ.cogan. & in l. de die.§.tutor.eod.tit.Et in his terminis conſuluit.Alex. conſil.57.num.7.8.lib. Hipol. in Rub.de fideiuſ. nu. 166.Roland.conſil.43.num.21.lib.2. Quia, impoſſibilium nulla eſt obligatio. Sequeretúrq; magna iniquitas,deficiente idonea cautione,quempiam perpetuo carcere eſſe macerandum. quod in corpore libero non eſt tolerandum. carcer ad puniendos homines haberi non debet. l. aut damnum. §. carcer. ff.de pœnis. Cum ſit locus iniocundiſſimus,& mala manſio.l.1.C.de cuſto. rer. Bald. in cap.dilectus de appel. vbi ait carcerem non ſoluere debitum. ſed Burſam. Hypolit. in §. attingam.num.54. adiuuat ſententiam domini iudicis à quo ſtatutum lib. 2. ar.2. fulio 316.
3 In quo † dicitur, ſi creditor, qui impetrauit carcerationem non poſſit idoneè cauere ſufficit iuratoriam dare. vnde videtur debitorem hoc idem facere poſſe. Cuius magis fauorabilis eſt cauſa. l. Arrianus. ff. de actio. cap. fin. de re iudi. Et in correlatiuis idem eſt iudicium.l.1.C.de cupreſ.lib.11.l.fin.C.de iud.vidui. toll. & quod in actore ſimiliter & in reo locum habet. l.fin.C. de fruct.& liti.expenſ.

Cæterum male iudicatum opinati ſunt omnes. Quia diſpoſitiones ſtatutorum cum effectu intelligendæ ſunt.l.penult.§.docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi eximat. Ne ſint illuſoriæ, & inutiles. l. non dubium. C. de legib. Et ſi liceret ita facere ſicut ordinauit iudex à quo, actum eſſet de ſtatuto. vel nunquam, aut raro locum haberet dicentibus carceratis, ſe non poſſe idoneè cauere. Et cum iuratoria relaxarentur,& vix poſtea ſoluerent, vel reuerterentur ad locum,in quo paſſi ſunt damnum & miſeriam. ſtupidi hominis eſt, in malum guſtatum vlterius in-
4 cidere. Hinc † dici ſolet. vulpes iterum non capitur laqueo.

Nec obſtant allegatæ rationes. Nam cum fauore Auenionenſium,ita ab æuo ſtatuta fuerint, ſubterfugiis eorum, qui debent non ſunt alteranda, & malitiis hominũ obuiandum eſt.l.in fundo.ff.de rei vend.
5 cap.porro. de diuortiis. Qui † nihil in loco poſſidet ſuſpectus de fuga dicitur. l. ſciendum.§.1.ff.qui ſatiſ. cogan.vbi Bart.ita tenet.& in authent. hac niſi debitor.C.de ſolu.& in l.ait prætor.§.ſi debiturem.ff.quæ in fraud.cred. ſuſpectus autem non auditur, niſi idoneè caueat. l.2.§.ſed ſi dubi.ff.de iudi.vbi Glo.Socin. conſi.120.nu.3.4.lib.2.de Afflict.deciſ.170.Et de bis latius per Cazalup. de debitoris ſuſpect. & fugitiuis. Nec obſtat licere creditori iuratoriæ caueri, ſi non poſſit idoneè. hoc ita cum expreſſe ita cautum eſſe videmus,vt fiat differẽtia inter extraneum, & ciuem. licet dura videatur iſta diſparitas,& nimius rigor. ſed quia ſcripta eſt lex tenenda eſt.l.proſpexit.ff. qui & à quibus.

Hoc ſentiens carceratus, ceſſit bonis, fecitque inuentarium de bonis ſuis in loco domicilij exiſtentibus, quæ creditor vocatus noluit tangere propter tantos bellorum tumultus in prouincia graſſantibus.

Et ita laqueus debitori auxiliari viſus eſt. & capienti abſtuliſſe prædam.

SVMMARIVM.

1 *Notarij probitas falſitatis ſuſpicionem excludit.*
2 *Munera publica conferri ſolent magis idoneis.*
3 *Ex prothocolo breui extrahitur amplũ inſtrumentum.*
4 *Inſtrumenta extenſa faciunt fidem,non broilharda.*
5 *Notarius tenetur obſeruare ſolitum ſtylum in formandis inſtrumentis. alioqui male agit.*
6 *Falſitas in dubio non præſumitur, vbi adeſt alia præſumptio.*
7 *Notarius non debet eſſe moroſus in extrahendis inſtrumentis.*
8 *Nautæ perendinum ventum ſolent prædicere.*
9 *Maritus, cui conſtituta ſunt iura, poteſt etiam inuita vxore,illa exigere.*
10 *Penſiones,inter immobilia reputantur.*
11 *Pecunia deſtinata in emptionem fundi, ſicut fundus iudicabitur.*
12 *Æſtimatio non facit emptionem, quando maritus eſt pauper, & paupertas contigit conſtante matrimonio.*
13 *Laudemium non debetur ex contractu conditionali & reſoluto.*

DECISIO CCIIII.



ANNA Alphanta vidua Anno 1576.emerat à ſindicis,& theſaurario loci de caluis montibus penſionem quatuordecim aureorum,ducentis aureis, pacto appoſito, vt infra menſem conſilium loci hanc ratam haberet, alioqui res ipſa eſſet inempta poſt quatuor menſes Alphanta obtinuit pignorari, & incarcerari venditores ob non traditam ratificationem lite pendente ſecundas contraxit nuptias,cum Iacobo Teſte,& miſero,cui omnia iura ſua in dotem conſtituit. Iudex ordinauit nõ eſſe relaxandos niſi prius ſoluerint. Mortua anna, & marito poſt quatuor annos relicta policena ex primo matrimonio Anno 1590.egit iſta coram R.D.Vicelegato contra ſindicos petendo decurſas penſiones ab illo tempore, quo facta fuerat venditio. ſcilicet 1576. & litigantibus partibus per decem, & octo menſes producitur vna quittantia petitæ ſummæ ducentorum aureorum, quam confitebatur dictus Teſte.cõſtante nota ſumpta per magiſtrum Petrum Lauaſtre nota.Auenio. Nũc magna eſt quæſtio,an vera ſit illa ſolutio.Et an potuerunt ſoluentes marito perdituro indotatam vxorem reddere?

1 Circa † primum notarij probitas, & fides videbatur omnem falſitatis ſuſpicionem tollere. l. non omnes. §.à barbaris. ibi,ſi bonus miles exiſtimatus ſit.ff. de re milita.l.cum hi.§.in perſona.ff.de tranſact. Glo. in §.nos autem. in authent.de tabel.vt credatur ſcripſiſſe quod à partibus fuerit rogatus. vt inquit Bart. in authen. ſi quis in aliquo.col.2.verſi.debes ſcire.C. de edend.Iaſ.in l.ſingularia.num.48.ff.ſi cert.peta. & in l.admonendi. vbi de Rip.num.415.Deci. in cap.1. num.24.de fide inſtru.& conſil.407.num.4. Bertran. conſil.103.num.44.lib.2.Cepha.conſi.179. num.24. lib.2. Qui dicunt,notarium integræ famæ excludere omnem falſitatis ſuſpicionem. Idem voluit Bart. in l. 1.§.penult.ff.de re mili. Deci.conſil.175.num.5.Cra. conſil.65.num.12.& conſil.99.in fin. Roland.à Val. conſil.38.num.34.Cepha. conſilio 230. num.17.18. lib.2.Alciat.regul.2.præſ.31.gratus conſil.99.num.1. libro 1.

Præſet

2 Præsertim, † cum ille, de quo loquimur consulatum gesserit in hac Auenio. ciuitate, sine vlla repræhensione in cuius exercitio non solent, nisi viri probi,& integri eligi,& qui præ cæteris virtutibus refulgent. l. honor. ff. de mu. & hono. l. defensores.C.de defen.ciuita.l.iubemus. cum authent. seq. C. de epis. audi. ibi,non vilissimos sed nobiliores, & bonæ opinionis ciuitatum habitatores,&c.

Pars dicit, istum hominem non obseruasse communes,& solitas regulas,& stylum proprium & aliorum notariorum. vt qui, nihil scripserit in suo prothocolo, nisi hæc verba, *acquis pour la cõmune de Coumons*,& nihil amplius. Et postea in extẽso totus contractus ad longum inseritur. quod non caret dubio,
3 si quidem † prima scriptura,quæ mater dicitur debet continere paucis verbis tenorem totius contractus, ex qua postmodum extrahitur instrumentum. quod extensum appellatur vt Bald. not.in l. nostram.nu.3. C.de testa.Paul.de Cast.consil.111. libro 1. Alexand. consil.153.num.8.lib. . Paris. consil.28.nu. 22.lib.2. Aug.consil.275.Socin.277.num.3.& 7.lib.2.Neuisa. consil.24.num.8.& consil.26.nu.45.Signo.de omed. consil.224.num.1. Rui. consil.144.num. .& consil. 155.num.3.lib.2.Roland. à Val.consilio 44. Couaru. practi.quæst.cap.20.num.4.viua voce dicentes.

4 Notarios, † qui de sumendis contractibus rogantur debere prius scribere in prothocolo tenorẽ contractus. Et deinde ex illo extrahere instrumentum, cum solitis clausulis, & obligationibus. librúmque illum plenam fidem facere. Mono. de arbi. lib.2. cen. 2. casu 187. in princip. Quo ergo modo potuit fieri exemplum, si nõ reperiatur exemplar.l.in testamento.ff. de cond. & demonstra. vel qualiter extenditur, quod non est. Ex nihilo nihil fit. Non entis, nullæ sunt qualitates.l.2.ff.de vsufruct.vnde multi viri grauissimi voluerunt ex defectu originalis oriri suspitionem falsitatis vt Cepha. consil.287. nu.34.lib.2.Cagno.in l.si librarius. nu.3.de reg.iur.Cra. consil.216. num.3.Rol.à Val.consil.32.num.25.lib.1.cum si.

5 Vocatus † coram nobis respondebat sola extensa facere fidem,nõ quæ in prothocolis, siue broilhardis scribuntur.vt Steph.Ber.consil.44.num.3.4.lib.2. Et vbi semel facta est extensio, non curamus de originali. quia verum est, & perfectum instrumentum si cõtrarietas reperiretur inter prothocolum & extensum. statur prothocolo,tanquam præcipuo, & originali d. authent. si quis in aliquo. Sed quare non posuisti in tuo prothocolo tenorem istius contractus, siue quittantiæ, sicut fecisti de aliis contractibus. Et contra stylum proprium feceris? Hinc malus odor.e. quam graui. de cri.fal.Gl.in l. si quis sub conditione. ff.de condi.Insti.Deci.in cap.2.num.3. de rescript. & in cap.ad nostram.3.not.de confir.vtili.Soci.Iu.consil.penult.num.56.Cepha. consil.287.num.26. lib.2. Mono.vbi s.num.45. Ias.in l.vt liberis. C.de colla.& in l.testamentum.C.de testa.Cra.consil.28.num.5.

Solemus suspicari contra eum, qui per viam insolitam pergit.l.qui fiscales. C. de naui. lib.11.l. cum proponas. vbi Bart.& doct.C.de nauti.fœno. Ias.latè in l.1.ff.si quis cautio.A via ordinaria,& publica non licet deflectere. vbi illa tuta est & sine timore. l. 2. §. item si quis.ff.si quis cau. huic serint. l.minimè. ff.de legis. At ille tacuit,& in oculis rubor. Sed(vt verum fatemur) licet notarius, qui negligenter se gerit in officio in lata culpa sit, quia non facit, quod eum facere oportet.l. latæ culpæ.ff.de verbo. signif.l.1.ff. si mẽsor fal.mod.dicerit.l.illicitas.§.medicus.ff. de offi. præsi.l.quod nerua.ff.depo.cum si.

6 Tamen, † ex hac omissione non sequitur, vt sit falsitas. Cum in eodem prothocolo reperiantur aliæ duæ, vel tres ferè similes notæ, & imperfectæ, quæ postea integræ, sunt & extensæ, in eodem libro instrumentorum. Et hæc omissio, & imperfecta scriptura magis negligentiam arguit, quàm falsitatem. Quotiens enim alia præsumptio colligi potest,quam falsitatis, illa potius eligenda est. vt inquit Bart. in l. quotiens.§.1.ff.de hæred.instrut.Bald. in l.iurisgentium.§.quod fere. ff.de pact.l.imperator.ff.de sta.homi. Alexand.in consilio 70. & 74.lib.1. & consil.93. lib.5. Deci.consil.175.num.5. Et huic seruit. l. adhibitus. C.de his, qui sibi ascrib. pœnam legis Corneliæ tibi remitto,in quam potius errore,quam malitia incidisse videris. Et quia in criminalibus probationes debent necessario concludere. l.sciant cuncti. C. de proba.Cepha.consilio 287. num. 4. libro secundo cum si.

7 Sed † mirum est, quod tandiu distulerit illud exhibere litigantibus partibus per decem,& octo menses,& ipse de eo fuerat rogatus,déque facto proprio. Augebat suspicionem, quod trino præcepto coactus fuerit illud exhibere. Cum duæ primæ editiones non essent in debita forma, sine loco,& testibus.hæc mora,& voluntaria dilatio arguit nescio quid mali.Paul. de Cast.consil.181.num.1.libro 1. & consil.seq.Cra. consil.28.num.6.Cepha. consil.187.num.31.libro 2. Visóque per nos libro extensorum, & in folio contentioso in secunda col. stricte facta scriptura reperiebatur de alio atramento aliter quam anteriora, & posteriora folia hibaci Papiro.vt in simili arguit Anchar.consil.435. Panormit. Feli.in cap. inter dilectos de fid.instru. Bru.consil.95.num.5.Mono.vbi s.casu. 187. num. 3. Se excusabat dicens, dum contractus sumptos extenderet. dimisisse columnam secundam in albis, vt ibi hunc contractum similiter scriberet. Sed eo omisso continuasse extentiones aliorũ postea sumptorum eadem fidelia, & manu. verum postea in se reuersus fecit replere illum vacuum locum. licet strictius sint literæ, & non tam nigræ. Et nihil inde falsi,&c.

8 Quid dicendum? Nautæ † coniecturis vtuntur,& perendinum ventum solent prædicere,atque futuros temporum motus,& cursus.Quod certè difficile est, & sæpe falluntur. Nos etiam in alto iuris pelago nauigantes,& in periculosa iudicandi sede positi,diuersis animi motibus auguramur fact hominum, & iudicamus, vtinam iusta sint, & æqua iudicia nostra. quæ plerumque volubili opinione firmãtur,&c. Cæterum visum est nobis has argumentationes non potuisse hoc instrumentum labefactare,cum sit fortius, & potentius illis.l. cum precibus. C.de proba. l. desiderium.C.depos.Gloss.in §.item verborum. Instit.de inuti.stipula. Alciat.3. regula præsumpt.13. num.13. Ias.in l.iurisgentium. §. quod ferè 2. not.Tiraquel.de retract.§.4. Gloss.1, num.10. quod non vincitur nisi iaculo forti, & insanabili. l.optimam.C. de commit. stipula.Cepha.consilio 109.num.5.lib.1. Alioqui, si leni vento caderet,vel læderetur,incerta & periculosa esset tota negotiatio nostra. Quia,non desunt vbique impugnatores, qui debitores dicũtur, ne soluant quod in instrumentis promiserunt. Itaque tabellionem cautum esse oportet, & oculatum. quia ex eodem contractum per cum sumpto sibi amicum, & inimicum parat. Itaque fuit à falsitate liberatus. & post conclusionem magis adhuc aperta fuit veritas, ex nouis instrumentis quæ pars inueuisse dicebat.

Sed dubium nascitur an ille maritus potuerit in- dotatam

dotatam suam vxorem reddere, recipiendo illos ducentos aureos, quos ipse consumpsit et deuorauit?

10 Non † videbatur hoc potuisse facere, sicut non potest maritus fundum dotalem alienare lege Iulia prohibente. Ita nec istas pensiones, quæ immobilibus æquiparantur. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Cle. eximi de paradiso. §. cúmque annui redditus. de verbor. signif. Tiraquel. de retract. §. 1. Glossa septima, num. 105. Caball. de vsu. quæst. 37. num. 273.

11 Hinc † pecunia minoris destinata in emptionem prædiorum alienari non potest. l. 3. §. quid ergo. ff. de contra. iudi. tutel. Roma. sing. 103. Cremen. sing. 99. Ioan. Lup. in Rub. §. 38. col. 2. versi. Et pecunia. doct. in l. à Diuo Pio. §. fin. vbi Ias. nu. 2. ff. de re iudic. vrget etiam quod dicit Bald. in l. interest. C. de vsufruct. licet res æstimata transeat in dominiú mariti. hoc verum quando ille soluendo est. Ioan. Lup. in d. cap. per vestras. §. 21. num. 3. Iste erat pauperior Codro, non debebant debitores illi ita inconsulte soluere. sicut nec consumpturi. l. si vero nó remunerandi. §. si adolescens. ff. manda. l. si minor. §. restitutio. ff. de mi. Et (de quo magis miramur) solutio hæc facta reperitur sine vlla inquisitione. Non viso matrimonio. sine mandato. quod non præsumitur, etiam per centum annos tacuerint. Bart. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 2. C. si ex fals. instru. Decius consil. 215. Cra. consil. 266. num. 9. de Afflict. decis. 278. num. 8. Apparebat etiam de sola confessione solutæ pecuniæ, sine reali numeratione, quæ non nocet vxori, sed soli confitenti. l. 1. §. si mutuam. ff. quæ in fraud. patro. Bart. Alexand. Ias. alij in l. si stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obliga. consil. 5. num. 24. lib. 1. Sicut tutor, vel curator simpliciter confitendo, non obligat pupillum, vel minorem. l. Lucius. vbi Bart. ff. de admi. tu. Federi. de Senis. consil. 3. Bertrand. consil. 54. lib. 2. Socin. Iu. consil. 57. num. 5. lib. 2. & multos alios videre poteris per Tiraquel. de retract. con. Glo. 6. num.
12 10. & sequen. Ad † hæc vno verbo sindicus respondebat. hunc fuisse procuratorem generalem in rem suam cum libera, qui potuit hæc omnia facere, recipere, & confiteri. l. non solum. vbi Glo. & Bart. ff. de procu. Imputetur mulieri qui talem elegerit, & amauerit stultum, & voracem hominem. l. procurator cui libera. ff. de pro. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Alex. consilio 44. lib. 2. Deci. consil. 493. Cachera. decis. 39. num. 34. Ita, vt reuocari non possit Bald. in l. si pater. C. manda. Deci. consil. 521. nu. 9. Et licet esset inops, & pauper. hoc verum si paupertas superuenisset constante matrimonio sed ab initio talis erat. voluisti pauperem tecum coniungere, si pauper fueris effecta, patienter feras. l. cum mandati. in princ. ff. mand. l. si ab initio. vbi Ias. num. 5. ff. qui satis. cogan. & ibi Alexand. num. 4. Hypol. singula. 282. Paris. consil. 99. num. 22. lib. 3. Ruin. consil. 89. num. 13. lib. 3. Decius consil. 5. vers. 3. Mono. de arbit. lib. 2. centu. 1. casu. 8. nu. 16. Nec poterat dici fundus dotalis illa pecunia, propter pactum legis cómissoriæ in illa véditione appositú, cuius virtute censetur ac si núquam fuisset facta véditio. veniente conditione. l. 2. ff. de lege commisso. l. 6. quæ sub conditione. & l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omis. caus. testa.

13 Hinc † resoluto contractu ex pacto legis commiss. non debetur laudemium. l. si quis hac. ff. de rei vend. Albert. in l. ab emptione. num. 8. ff. de pact. Guid. Pap. quæst. 47. 411. 26. & consilio 126. Nec res vendita cadit in commissum. vt idem voluit consil. 58. Nam consensus nullus est donec veniat conditio. l. non solum. ff. de actio. & obligat. Tiraquel. latè de retract. §. 1. Glossa secunda, num. 22. Fuerunt omnes opinionis vno excepto etiam ex hoc capite absoluendos esse reos.

SVMMARIVM.

1 *Capitationis onus, quid sit?*
2 *Milites stationarij an teneantur ad onus capitationis?*
3 *Milites nostri temporis an gaudeant priuilegio militum. num. 5.*
4 *Priuilegij causa cessante, cessat priuilegium.*
6 *Milites negotiatores, an gaudeant priuilegio militum?*
7 *Doctori excellenti creditur, super consuetudine. Imo non creditur. num. 8.*
9 *Priuilegiatus si patiatur se describi in libro debentium & soluat, sibi præiudicat.*

DECISIO CCV.



IVITAS nostra tantis onerata debitis, & quotidie nouis nascentibus curis, vt paululum respiraret & adiuuaretur imposuit capitationem super singulos ciues, sex florenorum. Milites stationarij in ea degentes à principe stipendiati pro custodia ciuitatis dicunt se esse immunes ab isto onere. per l. munerum. §. penult. ff. de mune. & hono. Si alicui (inquit) personalium munerum immunitas concedatur, neque ab annona, neque ab angariis, neque à capitatione (exceptis militibus & veteranis) excusari potest. Et ita concessum à iure beneficium nemini esse auferendum. cap. concessum. de reg. iur. lib. 6. Et præsertim, quia istud onus capitationis est personale, respiciens caput. l. 1. C. ne rustica. lib. 12. l. 1. C. de capita. ciui. & ibi lucas de penna. Ioan. Fab. & Bald. Si rusticus exsoluerit capitationem, & annonam, ad aliud obse-
1 quium cogi non debet. Est † ergo capitatio onus personale. vt Ias. in l. placet. num. 4. C. de sacro. eccles. Et cum isti milites teneantur ad personale munus in custodienda ciuitate, in continuis vigiliis, & excubiis.
2 Iniquum videretur si hanc † capitationé similiter tenerentur persoluere, duplici onere grauarentur, quod ius non patitur. l. vni. C. ne operæ à collect. exigan. lib. 10. quod alio nomine dicitur. Hominem in duabus sellis sedere. vel de eadem fidelia duos parietes dealbare, vel duobus dominis seruire. Et istorum partes tuebatur Illustris, & magnificus vir Blasius Capichutus generalis militię pro D. N. Pap. Clemente VIII. in partibus istis. Magnifici domini consu-
3 les contra. Propterea † quod priuilegia dantur militibus donec in expeditione sunt. & in castris degunt, non si domi maneant. §. sed hactenus. Instit. de mili. testam. quia cessat causa priuilegij, quæ propter pericula, & quæ sustinent mala, datur libru 1. ibi miles à malo. ff. de mili. testam. l. milites. C. eod. ambulant, & sedent semper mortis in vmbra. Isti vero tuti, & læti sine iaculis, & insidiis viuunt sine vllo mortis
4 periculo. Cessante † ergo causa priuilegij, debet cessare priuilegium. l. Titi Seio. §. vsuras. de lega. 2. l. Athletæ. §. 1. l. geometræ. l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tu. cap. quisquis 86. distinct. l. filius à patre. §. 1. ibi, cum militare desiisset. Imo. Alexand. Aret. & Ias. ibi. ff. de libe. & posthum. Tiraquel. tracta. cessante causa. num. 203. pri. par.

5 Deinde, † priuilegia quæ dantur à legibus, non competunt militibus nostri temporis. quia olim in

creandis

creandis militibus certæ solennitates obseruabantur quæ hodie cessant. Gloss. in l.pen. ff. ex quibus cau. Gloss.in l.miles.ff.de re iudi.Alex. consil. 113. num. 11.lib.1.Rip.in l.Centutio.num.9.qui dicit commun. Respondebat aduocatus istorum, quod noua obseruantia qua nunc vtimur, successit in locum antiquæ. c.translato.de consti.& iidem sunt milites.Etiam hodie iurant, & promittunt principem defendere vsque ad mortem, quod autem viuant in ciuitate sine periculis, non stat per eos, quotiens opus esset iubente principe etiam foris sumere arma, & debellare. ideo succedit iuris regula. cap. cum non stat per eum. l. fin. C. de condi. inser. l. iure ciuili. ff. de reg. iuris.

Ista excusatio videbatur legitima, quam tradidit Zazius de compendiosa.col.sexta.versi.Cæterum, & Andreas Gail. obseruat. 118. numero decimoquarto. lib.2.

6 Tertiò, † cum sint negotiatores, etiam vilissimas artes exercentes indignum fore, si militum priuilegio vterentur.l.milites.C.loca.Gloss.& Bar.in l.militem.C.de procura.Benedic.in c. Raynutius. 10 verbo matrem.num. 17. & in verb.testamentum. nu. [illegible] 45. Batt.& doct. in l. si vsufam.§. veterani.ff.de procura. Ad similitudinem militis cælestis militiæ, qui [illegible] debet secularibus negotiis se immiscere.Ne diuisus animus debitum obsequium frat[illegible] [illegible] Ne c[illegible] vel mo.secula. negotiis se immis[illegible]. l. milites. C. loca. A[illegible] honesti ciues ægre ferrent, [illegible]idere cauponem,& huic similes,liberos esse ab hoc onere,& sic coactos istud sustinere. inæqualitas inuidiam parit. Isti enim honestum militis nomen amisisse videntur,qui sordidas exercent artes,& causa lucri.l.1.C. de scua. c. infamibus.de reg.iuris.

Respondebat iterum istorum patronus,consuetudine fuisse introductum, ne milites arceantur à militia opifices gaudere debere priuilegio militum vt voluit Viglius in.de mili.testa.numero 29.

7 Licet † doctori attestanti de consuetudine credendum sit, secundum Bart. in l.de quibus, qualiter probetur consuetudo, & ibi Iaso. numero 21.

8 Tamen † multi contra Bart.tenuisse,& consuluisse reperiuntur, dicentes nullo iure fuisse cautum vt voci mortuæ credendum sit.Cum illa sit facti.c. 1. de consue.lib.6.vt Alc.consil.132.numer.4.Ias.in d.l. de quibus col.pen.& declarat Decius. consil. 192. num. 13.& consil. [illegible] numer.3. Et præsertim,quia in patria, & regione Viglij hæc talis esse poterat consuetudo,quæ non sit in partibus nostris. [illegible]um vnaquæque Prouincia suo rogatur more.c. certificari. de sepultu. Et tanto magis cum illa sit contra ius commune strictam debet recipere interpretationem. vt docet Bart.in l. 1.in 6.quæstio.C. de summa tri. Alexan. consil.16.versi.præterea.col.1.lib. 1. & consil. 71. & consil.136.eo.lib.Bertrand.consil. 120.lib.3.huic seruit. l. ius singulare. l. quod verò contra.ff. de leg. c. cum dilectus.de consue.c.1.& 2.de filiis presby.lib. sexto.& quod dicitur extra territorium non extenditur.l.fin.ff.de iurisd. om. iudi. l. cum vnus. §. is qui. ff.de bonis aucto.iudi. poss.Socin.consil.192. nu.2.3. lib.2.Cor.consi.115.num.3.lib.2.Cra.consi.30.nu.1. cum seq.

Licet consuetudo allegata sufficienter non probaretur, tamen, quia milites non possent viuere solo contenti stipendio, nisi aliunde quærerent, fuit dictum eos priuilegia retinere quamuis viles exerceant artes.

Decis. Rotæ Auenio.

Vltimo Domini consules exhibuerunt librum ciuitatis, in quo apparet istos alias soluisse aliquas pecunias pro adiuuanda ciuitate, sicut, & alij ciues pro rata,& qualitate.

9 Itaque,† qui sponte soluit, qui soluere non tenebatur sibi præiudi[illegible]at, nisi prot[illegible]etur vt inquit Bart. in l.1.C.de his,qui sponte mu.su[illegible]cip.lib. 1[illegible]. Et si patiatur se describi in libro perdit priuilegium.l. prima §. si quis tutor. ff. quand. appel. sit, vt voloit Ang. per illum te[illegible]. [illegible] norm.Feli. in cap. cum accessissent. nom.25. De ius. num. 17. versic. quinto. de constit. Alexand. consil. 1[illegible] [illegible]bt.1. huic seruit. cap. priuilegium. 11. quæst. 3. Decius consil. 638. numero 10. Gosadi.consil.23.

Ista fuit dura percussio, quam vix milites clipeis suis potuerunt euitare, & ab illa se defendere, dicunt tamen ex sol[illegible]tione & descriptione in libro nô insertur vt similiter voluerint in futurum soluere capitationem. Cu[illegible] [illegible]le actus contrauentionis fuerit limitatus pro illa solutione facienda quæ non erat capiratio Et [illegible]itatum debet effectum producere. l. in a[illegible] ff.de acqui.rerum.do.Ne trahatur ad alios actus l.vo[illegible] [illegible] excus[illegible] [illegible].2.& l.falso.C. de diuer.res[illegible]p.

Im[illegible] di[illegible]unt [illegible]nsules, tunc agebatur de soluenda c[illegible], quam vo[illegible] [illegible]luistis & hanc quoque soluere debetis, [illegible]e capitatio dicatu[illegible], [illegible]e minus, plus, vel minus,n[illegible] intereft. l. fin. ff. de fund. instruct. At si ageretur d[illegible] [illegible] ferendo onere, separato à solutione talez p[illegible] [illegible] particularem solutionem non fieret præiudi[illegible] [illegible]m vobis d.l.voluntariæ.vos estis scripti in libro debe[illegible] [illegible]ium [illegible]& eorum, qui tenentur ad onera ciuitatis,vt consuluit Alex.consil.101.libro primo.& consil.1[illegible]. numero quarto.libro quinto. vbi, si quis immunis à mun[illegible]ribus, vnum sponte soluat sibi præiudicat in aliis. Idem Decius in d. cap. cum accessissent.versi.quinto.Alexand.consil.19 .num.24. lib.2. diuisa fuerunt vota, & tandem maior pars contra milites obtinuit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio,ratione incertitudinis,non valet.*

2 *Appellans alternatiuè, debet intra decem dies declarare coram quo velit appel.prosequi.*

3 *Monitoria pendente appellatione,exequenda.*

DECISIO CCVI.

PETRVS Cartier mercator appellauerat à decreto d.auditoris domestici,qui decreuerat monitorium impetratum à Bar.Carner,& aliis cohæredibus suum sortiretur effectum. Appellari † præ-
1 ueniendo comparent coram legato, petentes decreti executionem appellans dicit appellasse ad Papam,vel legatum optione salua & esse intra tempus ad introducendum in vrbem, & facturum declarationem coram quo voluerit prosequi. protestando de attentatis.d.legatus commisit hanc causam R. D. Ludouico bello prothonota. auditore Rotæ. Coram quo fuit dubitatum an possit appellans eligere durante trime-
2 stri dato ad introducendum? Et videbatur † hoc potuisse, cum istud tempus regulariter detur appellantibus, secundum statutum ciuitati[illegible], & patriæ. & de iure. vt not. in cap. personas. vbi Gloss. & cano. &

Z Deci.

Deci num.8.& 9. de appella. Ideo, beneficium iuris nemini esse auferendum. Et licet appellatio sit incerta ante declarationem.cap.2. de appel. tamen certificabitur per citationem postea subsequutam & laxatam per eum ad quem appellauerit. cap. præterea.de dil. clem. 2. vt lite pend. Et idem voluit Rota Roman. decisio. 33. in not. de appella. dicens, non esse necesse, quod infra decem dies fiat huiusmodi declaratio. Idem Ang. in l. cum proponas. C. de bonis aucto.iud.possi.

Contrarium dicimus sequentes Gloss.in cap. si is qui.de offi.deleg.vbi, si fuerit appellatum ad Papam, vel archiepiscopum.debet appellans intra decem dies declarare ad quem intendit prosequi appella. Idem Panor.& Feli.in c.2.de appella. & ibi Deci. numer. 6. Alioqui,si nõ declarauerit intra decem dies, qui dantur ad appellandum, pro non facta habetur. Nec post terminum fieri potest declaratio. Quia,extranea non sunt habilia. l.bonorum.ff.rem ra.hab.vbi non potest haberi ratum termino elapso. l. accusatorus. ff. ad l. Iul.de adulte. durante termino accusationis corrigere potest errorem,non postea. Alex.consi.79. num.6. lib.7.& consi.164.nu.3.& consi.1[illegible].num.2. lib.2. in propriis terminis.

3 Secunda † dubitatio fuit, an monitoriarum causa pendente appella. mereatur executionem? Et videtur quod non, per regulam appellatione pendente nihil esse innouandum. appellatio itaque habet effectum suspensiuum,& deuolutiuum.cap. [illegible]enientes.de iureiu.c.pastoralis.§.præterea.de offi.delega.l 1.ff. ad turpil.l.2.ff.de pœnis.Panor.in rub.de appel. num.4. Et prius videndi erunt arti[illegible]uli.Et examinandi, si iusti essent,& honesti,& ne infamandi causam contineant iuxta cap sacro.de senten excom l.Item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniuriis.& c.1.[illegible].& [illegible].5.quæst. 2.sylua nup.in verbo monitoriæ.numer.49.50.Contrarium dicimus.si quidem visa sunt capita monitorij iusta, & honesta, & in fauorem apponentis qui dicebat se esse cohæredem fratris.contra detinentes bona, & iura hæreditatis. Agebaturque de eo tempore visum est melius interea fieri executionem monitorij, quam expectare vario[illegible] li[illegible]um cursus quorum dilatio periculum erat allatura. Cum possent interea se absentare vel mori.arg.[illegible].de pupillo.§.si quis riuos. ff.de ope.no.nuntia.l.1. ff. de glan legen.[illegible]. quoniam frequenter. vt lite non contest. In[illegible]equendo etiam huius curiæ obseruationes, & stylum quæ de bono, & æquo iudicat. Solétque sententias [illegible]per monitoriis latas interea mandare executioni.Itaque fuit [illegible]onclusum commiss.debe[illegible] pronuntiare se iudicem competentem, citra retardationem legitimæ executionis monitoriis expensas in fine litis.

SVMMARIVM.

1 *Monetarum mutatio lites generauit.*

2 *Monetarum mutatio, vel diminutio ad quem pertinear?*

3 *Casus fortuitus non liberat debitorem.*

4 *Obligatus ad florenos,vel libras, dicitur obligatus in genere,non in certa spe[illegible]ie moneta.8.*

5 *Monetarum reductio requirit,vt quoque pretia rerum reducantur.*

6 *Obligationes intelligendæ sunt, rebus sic stantibus.*

7 *Monetarum reductio,vtrumque respicit, & debitorem & creditorem.*

DECISIO CCVII.

MVLTÆ lites,& ferè innumerabiles coram nobis ortæ fuerunt occasione ista-
1 rum maledictarum pinatellarum, quæ quotidie decrescebant, in lege, & pondere. similes tandem aranearum telis, fuerunt que reprobatæ, & causa vniuersi mali, & lucri, quod rapuerunt earum excussores. Siquidem, quod magno labore qui[illegible]que acquisiuerat, quasi vmbra cecidit à manibus, vel tanquam auis euolauit in nidum coruorum incrassandum. promiserat debitor tempore istarum soluere pretium rei, vel mutuum in termino restituere,vel pensionem annis singulis. Interea reprobata fuit illa moneta anno 1593. 18. Iulij, & noua excussa solidurum, secundum antiquam formam,& legem fere similem, quæstio o[illegible]tur an tenebitur debitor de noua, & bona moneta debitum soluere? Recordor post reprobationem me fuisse Minerbiæ, in quam iueram secre[illegible]on[illegible]s, & recolligendorum fructuum causa, & multos [illegible] ad me, & de vicinis locis,qui conquerebantur, & iniquum fore, si cogerentur integraliter soluere ex bona, & noua moneta, illa debita, quæ contracta fuerunt ex pinatellis.Et tunc in modum cóc[illegible]diæ, & litis fugiendæ gratia tui opinioni[illegible], [illegible]t de de[illegible]ito terna pars deduceretur, & soluerentur duæ tantum partes. [illegible]t placuit fere omnibus concordiam,quam postea multi iudices sequuti fuerunt,& sententiæ latæ in diuersis tribunalibus.

2 Sed [illegible] vt prædicimus hæc facta sunt sine præiudicio iuris partium. Et si quærat[illegible], quid est istud ius? videtur casum istum ad debitorem pertinere, si quidem approbatio,& reprobatio monetæ ad so[illegible] principem pertinet.l.1 C.de vete.numi.potestate.lib. 11. l.2.C.de fal.mone.facta autem principum inter casus fortuitos enumerantur. l. Lucius. ff. de euictio. Cra. consi.95.nu. 1. Sed casus fortuitus non liberat debitorem.l.incendium.C.si cer. peta.Bald. in l. si te bonis.C.de iure deli.de afflict.decis.15[illegible].nu.20.

3 Vlterius † debitores promiserãt soluere florenus, vel libras,in genere,libra autem, vel florenus ex alia moneta componitur,& numeratur. Cum non sit aliqua spe[illegible] monetæ, quæ libra,vel florenus dicatur, sunt ergo obligati ad genus, quod perire non potest. l.in ratione §.1[illegible]tæ.ff. ad l.Falcid. Et licet illa species monetæ reprobata fuerit, quæ pinatella vocabatur. Non tamen fuit reprobatum ipsum genus floreni,vel libra. quod semper remanet.l.numis.ff.de in litem iu. Et sic semper ad illam quantitatem obligati remanserunt.l.2.ff.si cer. peta. possuntque debitores ex aliis monetis libras,vel florenos cõficere, soluere. Sicut ille,qui pluribus viis ire poterat vna clausa, per alias ire licebit l.licet.vbi Bald.C.de iure deli.

Cæterum i[illegible] reprobatio, & mutatio monetæ maxime damnosa fuit debitoribus, & lucrosa quibus debetur, si quidem tempore contractus septem scuta auri [illegible]s centum florenos continebant, valente scuto nouem vel decem libras.Nunc autem viginti scuta erunt soluenda pro centum florenis.Et si cogatur debitor soluere de moneta noua, illa est longe melior antiqua,& carior. Præterea creditores lucrati sunt,in venditionibus suarum mercium,quas propter multitudinem monetarum, & earum fragilitatem carius vendiderunt.[illegible] si nunc [illegible]iperent integrum pretium de noua,adhuc mag[illegible] lucrũ accresceret. quod iustum non videtur,vt [illegible]nus ebrius sit, alter esuriat.l. nam & natura.ff.de cond.indeb.

Præterea

5 Præterea † reductio monetarum, redoctionem quoque mercium, & rerum includit. vt notat Bart. in l. 2. C. de vete. num. potesta. dicens, vbi æstimatio monetæ augetur, eadem ratione crescunt pretia rerum. vbi diminuitur, diminuendum est pretium. Ang. in l. Paulus. ff. de solu. purpura. in l. cum quid. numero 171. ff. si cer. peta. Couar. de nummis. tit. de muta. mo. cap. 7. versicul. 3. hoc etiam probat. l. 1. ff. de contra. emp. vbi, de pecunia electa est materia cuius perpetua est, & publica æstimatio, vt difficultatibus permutationum subueniret. vt scilicet sit æqualitas valoris in vtraque pecunia, & merce. vnde bene sequitur, vt fieri debeat diminutio pretij debitori. Cuius pecunia aucta fuit.

Item debitores promiserant soluere in designatis terminis quod intelligitur rebus sic stantibus, & sic secundum tempus contractus. l. fi. ff. qui satis. cogan. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Bart. in l. in confirmando. ff. de confir. tutel. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Non obstante iuramento. c. peruenit. & c. quemadmodum de iureiurand. Gosad. consi. 27. in princ. & num. 19. per. consil. a. numer. 19. & consi. 5. num. 27. Quid autem fierent reductiones, vel reprobationes monetarum, minimè cogitauerunt. l. cum hic status. §. si sponsus. ff. de dona. inter vi. & vxo. Sali. in specie in l. fi. C. si cer. peta. purpura. in d. l. cum quid. num. 179. hinc dici solet, quæ de nouo emergunt, nouo indigent consilio. l. de ætate. § qui interrogatus. ff. de inter. actio. Decius, qui de hac re multa exempla proponit consi. 135. nu. 1. cum sequentibus Craue. d. consil. 95. num. 4.

Cessabátque causa obligationis, vel consensus, quod scilicet voluerint debitores se tunc obligare ad nouas monetas, propter commoditatem, quam habebant soluendi de moneta, quæ erat tempore contractus, quam facilè habere poterant, & abundabat, passimque per manus tractabatur, noua verò difficulter à manu cudentium extorquebatur. Itaque magna est differentia inter vtrumque tempus, contractus, & solutionis, de quo non cogitauerunt debitores. Soci. consi. 31. nu. 20. lib. 1.

Nec obstat casus fortuitus, si quidem moderatio monetarum respicit vtrumque & creditorem & debitorem, vt vterque moderationem suscipiat. Nempe vt debitor soluat iuxta nouam numorum eualuationem, & creditor sit iusto pretio contentus habita ratione valoris monetarum, qui fuit tempore contractus, & de eo, qui nunc est. vt probat. cap. cum canonicis. de censi. Quotiens moneta noua est melior antiqua facienda est diminutio pretij, vel si moneta noua esset deterior augendum esset pretium, cum hæc sint correlatiua no. Gl. in d. c. cum canonicis. & probat. l. pen. C. de solu. vnde videtur iustam, & æquam fuisse illam moderationem.

Hodie Calendis Nouembris 1593. ingressus est ciuitatem Auenio, Ill. & R. Dn. Octauius de Aqua-viua, Legatus, ad quem nominæ Rotæ hanc habui oratiunculam, cum collegis meis.

ISTE tuus fœlix aduentus (Illust. Dn.) omnibus est iucundissimus, simul & gratissimus. Cum venerit ad nos purpureus, & splendidus à sacro latere missus, Illustriss. Octauius Cardinalis de Aqua-viua Legatus Auenio. à Beatiss. Clemēte octauo ter maximo Pontifice, & principe nostro excellentissimo. Qui sentiens hunc suum populum multum oppressum, & defatigatum propter varios bellorum tumultus, clades, ruinas, & tempestates, quibus hactenus affligimur à triginta quatuor, aut circiter annis, ab impijs fidei Catholicæ hostibus, vicinis, & inimicis nostris. Quæsiuit remedium, voluitque vt ad nos aquæ viuæ fons emanaret, & flueret ad sedandam, tantam, quam patimur sitim. Sicut beatus Clemens, qui suis precibus meruit videre agnum in monte positum, de sub cuius pede fons aquæ viuæ emanabat in solatium Christianorum captiuorum. Ita tuus (Illust. Dn.) fluminis impetus hanc Dei ciuitatem lætificabit, & nostros siccos irrigabit agros. vt meliores, & ampliores producant fructus. Verum, quia non solum aqua viua nomine diceris, sed rebus ipsis, & factis. Tua illustris, & generosa familia, vna est de primis domibus illius magnæ Neapolitanæ vrbis, quæ nobilitate, & antiquitate florent, ex qua infiniti viri celebres exierunt, Duces, Marquiones, Barones

rones, principes, & Cardinales. quorum nomina & titulos tempus non permittit discutere. Nec rerum gestarum monumenta recensere, quia dies me deficeret. Solum dicam, quod tua singularis animi virtus, magnarum rerum experientia, in vtroque iure peritia, ac liberalium artium cognitio quarum Enclopediam tenes, fecerunt, vt primos, & gloriosos in rep. honores habueris, & dignitates. Inter cæteras hæc data est tibi legatio Auenionis, secundæ Apostolicæ sedis, quam obtinebant primi vniuersalis ecclesiæ Cardinales, charissimi summorum Pontificum nepotes. & qui nati erant ex sanguine Regio, à quibus nos hoc iudicandi munus accepimus.

Quocirca (Illust. Dn.) Nos auditores Rotæ huius Palatij Apostolici, tui obsequentissimi famuli ad te venimus, vt sacras tuas osculemur manus, & ad congratulandum hunc tuum fœlicem aduentum, sempérque bene fortunatus existat. Te obnixè deprecantes vt nostros velis tueri regulatos mores & conseruare priuilegia huius ordinis nostri. Quæ felic. recordat. Gregorius huius nominis decimus quartus, cuius tu eius creatura fuisti contulit, & approbauit. Solemus enim in hoc tuo iustitiæ agro laborare, & totis niti viribus, ius suum cuique tribuere, cum doctiss. tuo auditore domestico præside nostro omnes simul vnanimes. Ne forsitan periculosa redderetur professio nostra, si vnius solius iudicio firmaretur, propter tantas Syrtes, & Charybdes, quæ in nostro iuris pelago latent, quæ euitari non possunt nisi multis oculis detegantur. Sed quid desideramus? Cum iam iustitia suum pristinum splendorem recuperauerit, & suas purpureas vestes, per aduentum Illustriss. Octaui magni Cardinalis legati & moderatoris nostri, quem Deus Opt. Max. iucundum, fœlicem & sanum nobis conseruet per Nestoreos annos.

DIXI.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 Relatio debet fieri cum omnibus suis qualitatibus.
2 Solutio fieri de moneta vsuali. & num. 3.
3 Debitor, qui suscepit onus soluendi alienum debitum non auditur si dicat nesciebam quid debebatur.
5 Ignorantia non prodest, nisi probet fecisse diligentiam de sciendo.
6 c. cum canonicis. de censi. amplif. declaratio. cõtra Moli. & nu. 13. & 17.
7 Tempus contractus inspicitur circa valorem monetæ. idem in testamentis, & alijs. dispo. num. 9.
8 Moneta de noua, quæ plus valet antiqua, minus soluendum est.
10 Moneta minuta pro grossa solui potest.
11 Caro. Moli. voluit nullam habendam rationem ad valorem intrinsecum monetæ nouæ. cuius rationes reprobantur.
12 Auro legato veniunt ciphi aurei non pecunia. & quæ est ratio?
14 Consequentia debet de necessitate concludere.
15 Principis variæ voluntates.
16 Non quod fit, sed quod fieri debet inspiciendum.
18 Leges futuris prouident negotijs.

DECISIO CCVIII.

Quæstio monetalis difficillima.

IACQVES Prodon, marchant d'Auignon, en l'annee 1592. le 12. d'Aoust, vendit sa maison à Claude du Ser, vefue, pour le prix de mil cinq cens escus de soixãte solz pieces, payables cinq cens à la feste de Sainct Michel, à Dame Marguerite de Leui, pour acquictement de semblable somme en laquelle ledict Prodon, & feu Bondard de Renis, luy sont obligez: comme appert par instrument publicque, prins par maistre Anthoine de Bedarrides notaire d'Auignon. Et luy apporter quittance en forme deuë. Cinq cẽs escus, quand ladicte du Ser iouyra de ladicte maison apres cinq annees passees, que sera fini le loüage. Et les restans cinq cens escus vn an apres.

Emptrix obtulit dominæ de Leui quingentos aureos in pinatellis, quos noluit recipere, dicendo suum debitum fuisse contractum anno 1584. & mense Maio. quo tempore moneta sua longè melior erat, & fortior illa, quæ hodie per manus traditur, ob nimiam excussorum lucrandi rabiem, venditor dicit hoc onus satisfaciendi dominæ de Leui pertinere ad emptricem, quæ se obligauit extinguere illud debitum qualecunque sit. per illa verba *pour acquitement de semblable somme en laquelle ledict Prodon, & feu de Renis luy sont attenus.*

1 Ecce † qualiter fit relatio ad debitum dominæ de Leui. quod intelligitur cum omnibus suis qualitatibus. l. asse toto. ff. de hæred. insti. vbi Bar. dicit in summa in vna scriptura illud videtur cõtineri, quod continetur in ea, ad quam fit relatio. l. si ita scripsero. de condi. & demonstra. vbi Soci. no. Licet testator debeat palam exprimere, quando vult testari. l. hæredes palam. ff. de testa. satis dicitur palam exprimere, non solum quando illud exprimit, sed etiam per relationem ad aliud. l. institutio talis. ff. eo. Bart. in l. talis scriptura. de lega. 1. & in l. sancimus legum circa fin. ff. de pœnis. l. certum. ff. si cer. peta. Et ita relatio censetur facta cum omnibus qualitatibus præcedentis obligationis vt vlterius notat Bart. in l. 1. ff. de receptato. Socin. consil. 27. num. 2. 3. lib. 4. Deci. consil. 47. nu. 2. Cepha. consi. 256. num. 42. lib. 2. perinde ac si de verbo ad verbum emptrici fuisset demonstrata illa obligatio, quæ continebat quingentos aureos de moneta de illo tempore currente. Emptrix dicit ignorasse tenorem iamdictæ obligationis. Et quod illa verba *pour acquitement de semblable somme*, referenda sunt ad proxima ad summam scilicet totius pretij, non ad illud debitum. Cuius dies non fuerat expressus. ignorasse factum alienum, cuius probabilis est ignorantia. l. 2. in fin. ff. pro suo. l. regula. ff. de iuris & fac. igno. imputandum esse venditori, qui apertius legem poterat exprimere. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo scribit. ff. de contra. emp. Et præsertim quod longè excedit valor pecuniæ debitæ, pecuniam quæ erat tempore venditionis. Néue præsumatur emptrix voluisse se obligare ad maiorem summam & vltra valorem, qui erat tunc, quando fuit facta venditio.

2 Cum † regulariter solutio pecuniæ fieri debeat de moneta vsum, & cursum habente tempore contractus. vt Gloss. & doct. in cle. 2. de decimis. & in c. 2. de maledict. de Afflict. decis. 194. n. 5. Cepha. cõs. 31. n. 1.

3 Replicat † venditor cum principaliter ageretur de soluendis quingentis aureis dominæ de Leui debitis, & ad illud facta sit relatio, non ad summã proximam, quæ causa demonstrationis fuit expressa, nihil ex illa sequitur. l. fin. §. Titia. de libera. lega. Titia quæ duos tutores habuerat ita cauit. Ratione tutelæ meæ quam egit Publius Mæuius, cum Lucio Titio. ab eo reposci nolo. An contutor liberatus videatur. Resp. minimè. Quia Publius Mæuius principaliter in narratione ponitur, alius demonstratiuè. Et ita per illum text. not. Bart. relationem faciendam ad principalem dispositionem. Idem Deci. in c. secundo requiris. circa fin. de appella. Rui. consi. 18 r. nu. 3. lib. 2. Cepha. consil. 107. nu. 7. lib. 2. Et imputetur illi, qui vno verbo hoc poterat declarare.

Sed quis est ille? Alter, in alterum reflectit culpam in venditorem. Imò in emptricem. Emptrix debitum extinguendum susceperat. fuerat expressus notarius, qui illud sumpserat, à quo poterat informari, de qua moneta. fuerat nominatus de Renis, tãquam correus, qui iam ab octo annis mortuus fuerat. non poterat esse tecens debitum. Imò verò, tu qui debebas, debnisti mihi factum tuum declarare, quod ignorabã, &c. sed quid tandem? Nescio. hic non agitur de dolosa taciturnitate ad decipiendum alterum adhibita. sed potius de negligentia vtriusque partis, vel inaduertentia. Hic Prodon reus est. Cuius debitum susceperit illa extinguendum. hic dissensus dicitur circa accessoria, quæ non solent impedire vẽditionem. l. si in emptione. ff. de contra emp. Iudex à quo in fauorem Prodon pronuntiauit, & præsumitur pro sententia. l. Hærennius. §. Gaya. ff. de euic. c. si de re iudi. Et † vlterius vrget quod tenebatur illa facere, & soluere, dicere, nesciebã de qua moneta. non se excusat. cum debuit scire, antequam suscepisset onus soluendi. l. magnam. C. de contra. stipula. Et † si ignorãtiam alleget, nisi probet fecisse diligentiam de sciendo cum illis, à quibus certificari poterat, non prodest. l. regula. ff. de iuris & fac. igno. Glos. & doc. in c. innotuit in verbo ignorantiam. de elec. Inno. in c. veniens. de filiis presby. Gram. consi. 105. nu. 36. dixerunt domini magis imputãdum emptrici, quod onus suis humeris voluerit imponere inuolutum, & indistinctum, si postea desertenẽ concutiat, nihil ad eum, qui onerauit, seque exonerauerit. Ideo bene iudicatum fuit conclusum.

4

5

Circa verò secundum caput sententiæ, quæ volebat reliquũ pretij, quod erat mille aureorũ, soluẽdum esse integraliter de noua moneta, secundũ designatas

ſolutiones,dubium maximum oriebatur.Ex eo,quod
tempore contractus venditionis, moneta, quæ tunc
curſum habebat, erat plurimum debilis & infirma,
quæ anno ſequenti 1593. & menſe Iulio fuit repro-
bata,& noua fabricata longè melior, & fortior.

6 Ideo † habendam eſſe rationem iſtius melioris
valoris tempore ſolutionis.c.cum canonicis.de cenſi.
vbi,penſio ſoluenda eſt de moneta, quæ erat tempo-
re contractus,ſi ſit in vſu.alioqui, de noua ſecundum
æſtimationem antiquæ. vbi Gloſ. dicit ſi tempore ſo-
lutionis decreuiſſet valor antiquæ, nó cogeretur cre-
ditor eam recipere.Ideò ſi creuerit,creditor illud plus
7 tenebitur perſoluere, arg.l.pen.C. de ſolu. Et † hæc
eſt generalis regula, tempus contractus inſpiciédum
ſuper valore monetæ,quæ nunc ſoluenda eſt. Bart.&
omnes alij in l.cum quid. ff.ſi cer.peta.in d. l. Paulus.
Cano.in c.olim.d.cap. cum canonicis. de cenſi. Aret.
conſi.11.& conſil.112.Socin.conſi.298.lib.2.de Iſer-
nia.tit.quæ ſint regaliæ.in verb.moneta. ibi de afflic.
numer.13.15.20..& deciſ.194.Guid.Pap. quæſt.493.
circa medium.verſi. concludo ergo.Bru. de augm. &
dimi. concluſ. vltima. Crau.conſil.47. & probat d.l.
Paulus. creditorem non eſſe cogendum vnam pro
alia moneta accipere, quando damnum ex eo paterere-
tur Bertrand.conſi.312.lib.1.num.1.ponit exemplum
tempore contractus vigintiquinque groſſi valebant
vnum ſcutum, poſtea illi groſſi tempore ſolutionis
effecti fuerunt debiliores, dicit ille pro viginti quin-
que dabuutur triginta ſex de nouis. Idem Socin. d.
conſilio 298. pro 60.debentur 70.de nouis infirmio-
ribus.

8 Ita † ſi plus valet noua, quam antiqua tanto mi-
nus ſoluetur.vt Alexandri.conſi.17.nu.2.Cot. conſi.
321.litera M.lib.3.Panor. in d.cap. quanto. num.12.
Cepha.conſi.31.num.10.Quod locum habet, etiam
in penſionibus,& annuis ſolutionibus.d.cap.olim.de
cenſi.Bald.in d.c.quando.circa fin.Bertr. conſil. 261.
9 num.7.lib.1.In † teſtamentis,& legatis,vt valor mo-
netarum inſpiciatur, qualis fuerit tempore teſtamen-
ti.l.vxorem.§.teſtamento.1.de lega.3.ibi, videri eam
ætatem deſignatam, quæ eſſet cum à teſtatore relin-
queretur.l.Aurelius.§.teſtamento.de libera.lega. Ol-
dra.conſi.31.Roma.verò conſi.123. quando ex con-
ſtitutione, vel ex præcepto pecunia deberetur, tem-
pus ſolutionis conſiderandum.ſed nunc nihil ad nos.
Et vltra quæ ſuprà dicimus Iaſ.in l. 2.nu.93.C. de iu-
re emphi. Tiraquel.de retract.§.1. Gloſſ.18. numero
27. cum ſi.

Reſpondetur hæc vera eſſe, quando certa ſpecies
monetæ in contractum deduceretur, & promittere-
tur vt denarij Papienſes.de quibus in d. c. olim. ſcuti
veneti.de quibus Cepha. in d. conſil. 31. ſcuti ſolis,
Italiæ,Hiſpaniæ,Angeli,& ſimiles,ſi creſcerent in va-
lore,& pondere, vel decreſcerent in bonitate intrin-
ſeca. Inſpiceretur tempus contractus vt proſit, vel
noceat.Hic autem pinatellę non erant in obligatione
ſed ſcuti,valoris ſexaginta ſolidorum. Ideo,quicquid
contigerit pinatellis. non poteſt mutare principalem
obligationem,quæ eſt de mille, & quingentis aureis.
de quacunque igitur moneta vſuali ſoluatur dicta
10 ſumma,nihil intereſt. Quia, † ſecundum generalem
conſuetudinem minuta pecunia pro groſſa ſolui po-
teſt.Gloſſ.in l.ſi quis argentum.C.de dona. Bart. in l.
ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff. de ſolutio.
in d.l.Paulus.in l.cum quid.in fin. ff. ſi cer. peta. in l.
cum certum.de auro,& arg.lega.Bru.de aug. & dimi.
2.limitatione.Cur.In.conſil.24.nu.5.Cepha.d. conſi.
31.num.2.Niſi certa ſpecies monetæ fuiſſet in inſtru-
mento expreſſa, tunc alia inuito creditore ſolui non
poſſet.d.l.Paulus.& præſertim quando exprimitur de
auro in aurum iuſti valoris & legitimi pốderis.de bis
de Ripa poſt Bart.& alios in l.2.§.mutui datio. num.
14.ff.ſi cer.pet.ne aliud pro alio ſoluatur,inuito cre-
ditore.l.qui ſoluturus.l.qui decē.ff.de ſolu.Cra. conſ.
47.num.1.

Itaque quando valor intrinſecus monetæ muta-
tur in melius,vel deterius, habendam eſſe rationem
illius pluris, vel minoris tempore ſolutionis omnes
vno ore fatentur. excepto d.Carolo Molineo. in tra-
11 cta.de vſu.quæſtio. 100. Quando † ſcilicet publicè
maior,vel minor modus ſtatueretur in materia,quam
eſſet olim, ſub eodem valore, & caractere. Et omiſ-
ſis ſuperfluis, & totiens repetitis, mouetur ex eo,
quod materia ipſius monetæ, non eſt propria ſub-
ſtantia ipſius corporis,ſed impoſitus valor, & princi-
pis auctoritas,quæ facit monetam valere, in qua po-
tius attenditur vſus,quam materia.Bald. in l. ſingula-
ria.in nono ſpeciali.ſi cer. peta. Butrius. in d.c.quan-
to.Burigel.in d.l.quod te.nu.9.

Iſtud fundamentum non poteſt tollere præiudi-
ciũ,quod pateretur debitor, vel creditor ex augmen-
to, vel diminutione materiæ, ſi cogeretur creditor
accipere diminutam, vel debitor ſoluere in maiori
pondere. licet eadem ſit moneta in forma,& caracte-
re. Quia, non æquè bonum ſoluit, vel pluſquam ac-
cepiſſet ſolueret.contra d.l.cum quid. Alter,cum alte-
rius damno locupletaretur. Si vellem conflare ci-
phos,vel torques.vt ſæpe contingit ad ornatum, vel
vſum.mihi deficeret aliqua pars ponderis mei.ſi ſolus
vſus conſideraretur pro aurea, vel argentea poſſet
ſolui ærea, vel longè minor, cum eſſet eiuſdem no-
minis, & pretij. quod eſſet iniquum, & contra iuriſ-
gentium leges, quas non poteſt princeps tollere. §.
ſed naturalia.Inſti.de iure na.gentium & ciui.l.ex hoc
iure.ff.de iuſti.& iure.æqua lance non fierent iſtæ ſo-
lutiones,ſi deteriores,aut meliores redderentur.l.La-
beo ff.de verbo.ſigni.

12 Non † obſtat,quod legato auro,vel argento. non
venit pecunia,quæ auri, vel argenti eſt. licet vaſa au-
rea, vel argentea contineantur.l.quæſitum.§.illud.de
lega.3.l.cum aurum.de auro,& arg.lega. Quia aurum
in pecuniam redactum aurum amplius non dicitur,
ſed pecunia, & alterius generis nomen aſſumpſit.
Ciphus autem aureus, vel argenteus, non mutant
genus.ſemper maſſa eſt licet fabricata. Hinc maſſa le-
gata, ciphi ex ea facti peti poſſunt.l.lana.in fin.de le-
gat.3.Non ita de moneta, quæ vocatur, ſolidus,rea-
lis,ducatus, Henricus, Angelus, ſcutus, teſtones. &
ſic de alijs,quæ ſunt in tabula, & cathalogo moneta-
rio. Sed quid ad nos,quod pecunia non veniat appel-
latione auri, vel argenti. Nos quærimus an liceat pe-
cuniam diminutam, vel auctam poſt contractum,
ſoluere?

Non etiam me mouet. quòd olim veteres mone-
tas diminuerint,vel commutauerint materias propter
magnas occurrentes in rep.neceſſitates. Sed quis ſcit
creditores, quibus antiqui aſſes debebantur, coactos
fuiſſe accipere nouos, & diminutos.quis reuelauit ti-
bi, fuiſſe coactos? Ego autem non credo. quia non
fuiſſet æquum. ſicut nõ licet dare vinum nouum pro
veteri. Et ſi ceſſantibus bellis noua moneta ordinata
fuerit,& melior,& reuerſum ad antiqua tépora, vel-
les tu debitores debere ſoluere nouam pro illa vete-
ri?Claudicaret contractus,eſſet magna inæqualitas,&
iactura in altera parte.contra.l.ſi.C.de fruct.& litium
expen.cum ſi.

Verunta

13 Veruntamen † cùm Molinæo adoerſetur. d.c.cum canonicis ad primam lineam rediens, illins iacnla reflectere conatur, & oſtendere intentionem potius
iuuare ſuam. R. D. Didacus in ſoo laborioſo numiſmatum campo, communem ſequitur, ſed non audet hominem aggredi, nec illi dicere, cur ita temerè à communi via receſſiſti? laudat artificem, cuius tamen ſibi diſplicet opus. Nos autem maiorum veſtigia ſeqnamut, & vias planas, & pro veritate pugnemns. tollamus offendiculum quod ille proiecit dicendo, qood ibi moneta aucta fuerat in valore intrinſeco, & extrinſeco, bonitate, & auctoritate. veluti debebas mihi centum ſolidos, qnorum quilibet erat valoria 12. denariorum. Facti fuerunt noui ſolidi ex pntiore argento, qui ideò valent 15. denarios, ſi creditor petat ſummam integram de nouis, audiendus non eſt, ſed debitor ſoluat de antiqua moneta, ſi ſit in vſu. alioqui facta æſtimatione antiquæ minus ſoluat de noua. patet (inquit ille) quia antiqua non fuerat reprobata, cùm de illa ſoluere poſſit, & vtraque moneta erat in vſu. alioqui ſi noua fuiſſet melior, antiquam reprobauiſſent, ſed quælibet ſuum proprium habebat pretium. Aduerte, quod annqua eſſet in vſu, non infertur, nouam babuiſſe intrinſecum, & extrinſecum valorem, & maius pretium antiqua. poſſunt enim ſimul ſtare duæ monetæ eiuſdem nominis, & pretij, & qnod vna ſit melior altera, ſicut vidimus in pinatellis, priores fuiſſe longè meliores, nouiſſimis. & tamen omnes vnius erant nominis, & valoris. Hinc depoſita facta de poſterioribns, pro antiquis debitis, dicta ſunt nulla, tanquam imperfecta & de leuiori moneta.

Mouetur etiam ab hinc mille elapſis annis, neque factum, neque auditum propter principum tyrannidem monetas in earum valore intrinſeco fuiſſe au-
14 ctas, imò porins diminntas. Sed † quid ſequitur? ergo in caſu d.c. non fuit aucta pecunia noua, à remotia conſequentia naſcitur. quæ neceſſariò debet concludere. Glo. in l. fi. ff. de offi. procura. Cæſa. de Omedeis conſil. 56. quæ tollitnr data inſtantia. Gloſ. in c. ſicuti vrgeri. 1. quæſt. 1. Iaſ. in l. ſi profundo. nnm. 11. C. de tranſ. Cache. deciſ. 169. num. 13. Si tu non vidiſti, alij videre potuerunt. Vaga nimium, & generalis eſt iſta toa aſſertio, quibuſdam placuit diminuere,
15 alija forſitan aogere 13. Variæ † ſunt principum voluntates, quæ inter caſus fortuitos euumerantur. l. Lucius. ff. de euic. modo vnum, modo aliud mádaut, ſicnt ſors tulerit. c. ſi quando. de reſcrip. c. cùm teneamur. de præben. in d. c. quanto. agitur de reducenda ad legitimum antiqunm pondus, non tamen de augendo eius valore. Ille prætereà allegat abſurda, & iniqna, ex quibus non licet inferre. l. nam abſurdum. ff. de colla. bono. Alexand. conſi. 53. num. 8. lib. 4. Bal.
16 in l. ratas. C. de reſcind. vend. Nó † quod factum eſt, ſed quod principem facere conuenit. l. pe. ff. de iuſti. & iure. l. digna vox eſt. C. de legi. Nec expediebat reip. vt moneta antiqna reprobaretur, propter tanta damna, quæ ex eius reprobatione contingunt, ſicut experti ſumus, & nulla alia grauior clades, & plena ſcandalis. vt ſuprà diximus.

17 Bene † igitur, & verè intellexerunt maiores noſtri d.c. cum canonicis, vt loquatur de intrinſeco valore tantum. Non de extrinſeco, de quo verbum nullum niſi velles diuinare. Secundò eſſet de indubitabili, quis dubitaret, quod illud plns taxatum in noua eſſet deducendom? alioqui creditor plus peteret, quod non præſumitur. quia delinqueret. C. de plns petitio. Tertiò, ſi valor nummorum fuiſſet determinatus, & taxatns non dixiſſet pontifex æſtimationem eſſe faciendam, quia iam facta eſſet, & certa. Nempe quod quatuor ſolidi noui valerent quinqne antiquos. Le-
18 gis † natura eſt ſuper futuris, non præteritis proſpicere. cap. 1. & ſi. de conſtitu. l. leges enim. C. de legib. æſtimatio etiam rerum ſolet fieri cnm cauſæ cognitione. l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. l. 1. ff. de æſtima. actio. Eſſet ſuperflua illa æſtimatio, & nugatoria. æſtimare, quod iam erat æſtimatum. Fuit concluſum emptricem condemnandam ſolnere reſtantes mille anreos valoris ſexaginta ſolidorum pro quolibet de ſolidis qui erant tempore venditionis, ſeu eorum legitimnm valorem.

SVMMARIVM.

1 *Fugere immiſſo aculeo, quid?*

2 *Procurator, an poſſit interuenire pro reo criminis pu- plici? & quæ eſt ratio? & nu. 8.9.10.11.14.16.*

3 *L. in eos. ff. de cuſto. rer. ampliſſima declaratio. & numero 4.6.*

5 *Carceratus ſi inueniat portam apertam impunè egreditur.*

7 *Procurator, an pro reo, qui poteſt definitiuè condemnari poſſit interuenire? dubia quæſtio in vtramque partē, & quid ſe offerat incontinenti probaturum? num. 17.*

8 *L. ſeruum quoque. § publicè. ff. de procura. declaratio.*

12 *Ex duobus malis, minus eligendum.*

13 *Iudex nemine petente debet dare procuratorem abſenti reo.*

15 *Contumax babetur pro confeſſo. & conuicto. ac ſi proprio ore confeſſus fuiſſet vt condemnetur.*

DECISIO CCIX.



TITIVS, & Caius anteà amici, & commilitones, poſteà in amore cuiuſdam puellæ corriuales, inimici facti ſunt. vna dierum, alter alterum aggreditur, dicendo, quare erga illam de me malè loquutns fuiſti. Alius negat, & non eſſe verum, imò tu menriris dicit Caius. Et cùm Titins iſtud lætale verbum reparare conaretur enſe euaginato, ab his, qui aderant ad vlteriora progredi impeditus eſt. Ec coactus hunc acerbum ſibi retinere liuorem. verba allara facilè euolant, ſed reuolare neſciunt, vt inquit Homerus. quia ſunt ſine pennis. Cæterum amicornm opera, quædam facta eſt reconſiliatio. Poſt decem dies reperitur mortuus Caius ante fores cùm nocte domum ingrediebatur facta informatione, carceratur Titius, qui colludens cum vxore cuſtodis, effugit carceres, trina voce vocatur more requirendorum reorum, cum annotatione bonorum. Iſte miſit excuſatorem, qui dixit eſſe innocentem, feciſſe pacem. Inueniſſe apertas fores, paratum redire, & cætera. Fiſcus neglexit iſta omnia: ſed motum lepo-
1 rem proſequitur. Qui † rei fogiunt dicuntur immiſſo acnleo fugere, quia ſemper ſecum retinent immiſſam glandem quæ corrodit viſcera bonorom. Sed longè lugubrior eſt in cauea planctus. arg. l. in ſeruo-
2 rum. ff. de pœnis. Dicebátque repellendú † procuratoré cùm agatnr de publico capitali crimine. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iodi. c. veniens. de accuſa. Cuius pœna auctorem ſequitur non procuratorem, qui non deliqui. l. ſanximus. C. de pre. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta. l. 1. C. ne filius pro pa. Alioqui delicta quæ corporalem caſtigationé merētur inulta

 remane

remanerent. quod eſſet abſurdum. l. ita vulnera.ff.ad l.Aquil. c. vt famæ. de ſenten. excommu. Et paſſim daretur via malignandi, & fugiendi, quod non permittitur. malitiis hominum eſſe obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vendi. c.porto.de diuor. ſed veniat accuſatus, vt ſit in iudicio præſens, vt videat iudex qua fronte,& voce, quo animo, & calore reſpondeat, ſi conſtans ille ſit, vel trepidus, varius, vel mendax. & ſic de cæteris, quæ ſunt ſigna & indicia, detegentia intrinſecas cogitationes. no. Bar.in l.fi.ff.de quæſ. & paſſim noſtri in ſuis criminoſis libellis, plerunque monent iudices ad inferendas quæſtiones. quomodo hoc poterunt ſi rei fuerint abſentes? hinc dici ſolet, quàm difficile eſt crimen non prodere vultu. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. l. 3. §.eiuſdem. ff. de teſt.

2 Allegabat † etiam tex.in l.1. ff. an per alium cauſ. appel. ibi. ſi autem non fuerit pecuniaria cauſa, ſed capitalis, per procuratorem agi non poteſt. vt latius per Rubeum Alexand.in d.§.ad crimen. Maria. Soci. in d.c.veniés.Iul.Clar.quæſt.32. Mono de arbi.queſt. 8.per viginti colum.conſulentium verò infinitus penè numerus,quos hic conſulere non oportet.

3 Quia † dicebat fiſcus ſe probatam intentionem habere, cùm fregerit carceres, & aufugerit, per l. in eos.ff.de custo.reo.vbi Glo.intelligit tex. qui dicit illos eſſe puniendos, pœna illius criminis pro quo erant carcerati. de Rip. in d. l.admonendi. num.170. Clar.quæſt.21.num.25.Boër.deciſ.213.num.9. Ideò fruſtrà admitteretur procurator, poſtquam principalis delictum confeſſus eſt, fugiendo à carceribus, & diffugiendo. c. nullus. de præſump. c. decernimus. 3. quæſt.9.§.ſi quis verò accuſatus de adulterio.in auth. vt nulli iudi.ſuſpectus de adulterio, ſi aufugerit nulla alia probatione, aut excuſatione opus eſt,ſed vltimis ſuppliciis ſubiciatur.

4 Cæterum † hæc vera eſſe videntur, quando carcerati auſugerent, & conſpirarent ruptis vinculis, & effracto carcere. vt dicitur in d. l.in eos. vt tunc ſcilicet habeantur pro confeſſis, & conuictis. & in l.1. ff. de effracto. qui de carcere eruperunt, ſine effractis foribus, vt conſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia erant capite puniendos. ad idem. l. milites agrum §.eius fugam.ff.de re mili.ibi,qui effracto carcere effugerit,cùm ſit magna differentia inter vtrumque caſum. grauius eſt itaque erumpere, frangere carceres,& machinari cum aliis carceratis. quam, ſi ſine violentia,& machinatione exeat. vnicuiq; ſuum ſanguinem redimere permittitur, & quærere libertatem.l.1.ff.de bonis eorum qui ſibi mor. conci. l.liber
5 homo.ff.adl. Aquil. Conſtabat † hunc inueniſſe ianuam apertam, & nihil effregiſſe, ideò licuiſſe ſibi ire foras, ſecundum Batt.in tracta. de carcere.& doc. in l.ſuccurritur. ff. ex quib. cauſ. maio. & in l. admonendi. vbi Iaſ. num.132. Feli. in d.c. nullus. num.4. Hypo, in §.attingam.num.37. Clar. quæſt. 21. num. 27. Hinc ſi per negligentiam cuſtodum carcerati euaderent, voluit d.l.1.de effrac.mitius puniendos.

6 Veruntamen † non ſimpliciter inuenit apertas fores, ſed mediante colluſione, quam fecit cum vxore cuſtodis, quæ dormiente marito, illi furata eſt clauos, preno mediante, vel occaſione inhoneſti amoris,& quia illa ſimiliter dedit pedes. ideò videtur locum habere.d.l.in eos. ibi, conſpirauerint.& d.l.1.ſiue conſpirauerint cum cæteris. vis etiam dicitur,quæ blandis verbis contrahitur. l.vni.§.fi.ibi, niſi odioſis artibus.C.de rup.virgi. Aliqui dicebāt leges illas tanquam pœnales,& odioſas, non habere locum contra illum, qui colluderet cum vxore cuſtodis vt euaderet. de qua in illis verbum nullum: ſed de his, qui in eadem ſunt cuſtodia.vxor non eſt in eadem cuſtodia, cùm pro voluntate exeat, & ingrediatur.arg.§.Pauonum. Inſti.de rerum diuiſ.Et ne liceat extendere pœnales conſtitutiones.l.de interpretatione.ff.de pœnis, l.ſi vero.§.de viro.ff. ſolu.ma. l. quod verò contra. ff. de legib. Sed fuit dictum reum incidiſſe in illas pœnas, vt teneatur pœna confeſſi criminis, poſſitq; diſfinitiuè condemnari. Et licèt in ſpecie non reperiatur iſte caſus, tamen viſum eſt hunc dolum,& colluſionem fuiſſe grauiorem illa, quæ fit cum illis,qui in eadem cuſtodia ſunt, iſti enim agunt de propria ſalute,& libertate, quibus videbatur condonandum. At conſpiratio, quæ fit cum vxore cuſtodis, multa in ſe continet mala, & proditiones. nam cùm illa ſit domus domina.Bat.in l.Titia cum teſtamento. §. fin.de lega.2.& in cūſi.56.in 2.dubio.Roma.conſi.118. decepta,& corrupta, facilè ad omnia ſcandala prouocari poſſet,cùm ſit varia, & mutabilis ſemper fœmina. c.forus. de verbo.ſignifi. Et ne liceat domum principis ita eludere, & decipere cuſtodes, dignum viſum fuit, talem corrumpentem eiſdem coërcendū pœnis.

7 Aliud † dubium ortum eſt,an hoc caſu poſſit pro reo interuenire procurator? in hoc duæ ſunt principales opiniones affirmatiua, & negatiua, & vtraque iuribus & rationibus comprobata,& fulcita auctoribus videtur dare iudicibus libertatem eligendi quam maluerint, quia vtraque communis dicitur. profectò periculoſum eſt incidere in has incertitudines, quæ viam veritatis impediunt, & confundunt iudicia noſtra.

8 Si † affirmatiuam ſequamur ſeruiet nobis.l.ſeruum quoque.§.publicè.ff. de procura. publicè vtile eſt abſentes à quibuſcunque defendi. Nam & in capitalibus iudiciis defenſio datur.Et vbicunque quis abſens damnari poteſt, ibi quemuis pro eo verba facientem, & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt. hic reus abſens damnari poteſt, quia effregit carceres corrupit cuſtodem, vocatus non comparet, ideò videtur audiendus ille, qui comparet pro eo. Gloſ. & Bar. fatentur excuſantem poſſe comparere, ſed non procuratorem. ex eo, quod lex dicit quemuis. Nam ſi procuratorem voluiſſet, nominaſſet. ſed alium quemuis præter procuratorem. Sed Imo. Ang.& alij. non excludere procuratorem.cùm illud verbū quemuis tanquam generale omnes contineat, qui pro aliis interueniunt. ſicut verbum quemlibet. quod idem ſignificat ſicut quemuis.l.vni.in princi. C.vt nemini liceat in emp.ſpeci.lib.1.Idē in dictione quiſquis, quæ vtrumque caſum continet cum mandato, & ſine. l. non tantum.ff.de appella.

9 Secundò † iſtis opitulatur extrauagans.quo mo.in crimi.læſ.maieſta. proced. ſi in termino vocatus perſonaliter,vel legitimè cōparere neglexerit. ecce quod vocatus poteſt perſonaliter, vel legitimè comparere, ſcilicet per procuratorem ad veritatem alternatiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram.l.vbi authen.§.qui illud,aut illud.ff.de verb.oblig.

10 Batt.† reſpondet tex.eſſe intelligendum, quando ageretur non de principali crimine læſæ maieſta. ſed de alia pœna,quæ infra relegationem veniret imponenda, quæ deſcenderet ex principali delicto, in qua procurator admittitur.d.l.abſentem.& d.l.1. ff.an per alium. iuncta alia Glo.ibi, in verbo tangat. ſecundò ſoluit intelligendum tex.quando de principali crimine ageretur contra ciuitatem, vel collegium. tunc perſonaliter debent comparere,vel legitimè per procuratorem,

curatorem. tamen lex loquitur generaliter, quando citatus negligeret, comparere personaliter, vel legitimè. vt procedatur contra eum, ac si præsentialiter interesset. Et cùm principaliter de eo crimine maiestatis agatur, æquè de pœna quę pro illo crimine imposita est, lex intelligenda est, & sic de ordinaria, non extraordinaria. l. in causæ. §. fi. ff. de mino. l. Seio. §. medico. de annu. lega. Ego autem intelligo legitimè, id est, secundum leges. l. legitima. ff. de pactis. vt pro eodem accipiantur. sicut in l. 1. ff. de pac. Nempe personaliter legitimè comparendo. d. §. ad crimen.

11 Tertiò, † probat l. eos. C. de accusa. reos capitalium criminum absentes per procuratorem defendi. Gl. de illo intelligit, qui excusat absentem. sicut licet allegare iudicibus excusationes absentium. d. §. ad crimē. Et quia absentes nominat, illa qualitas adiecta verbo, debet intelligi secūdum tempus verbi. vt scilicet solum super absentia defendatur, non super crimine. l. in delictis. §. si extraneos. ff. de noxa l. actio.

12 Quartò, † iniquum videtur absentem, & indefensum condemnati. d. l. absentem. Adam vbi es. c. Deus omnipo. 2. quæst. 1. Iniquum est etiam, vt is, qui contumax est, qui fugit carceres, qui negligit iudicem, audiatur, & defendatur, contra quem omnia iura clamant, de dolo, & contu. vnde inter istas dubitationes positus iudex, per ignem incedimus, quando versamur in periculoso negotio. Itaq; ex duobus malis, eligendum est minus malum. vt scilicet potius pro innocentia animum inclinemus. d. l. absentem. facit l. 1. in fi. ff. de carbo. edic. c. duo mala. 13. dist. Imò maius malum esset fauere superbis, & rebellibus. titulo qui sint rebelles. ibi, & gentibus perniciosius in exēplum transit. & ibi rebellando, id est, non obediendo, secundum Glo. multa contra contumaces scribunt Castro. in c. 1. de iudi.

13 Quintò † mouētur, si nemine petēte teneatur iudex absenti, & indefenso defensorē dare. l. si nō defendatur. ff. de pœnis. Fortius vbi petitur defensio, audiendus est, & defendendus. l. 4. §. hoc autē iudicium. ff. de dam. infec. Maximè, quia nemo est dominus mēbrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Non auditur perire volēs. l. nō tantū. ff. de appella. l. in fi. ff. de quęst. Si post sententiam appareat de innocentia, differtur executio. l. diui fratres. ff. de pœnis. fortius quādo ante sententiam apparere potest. arg. l. patre furioso. ff. de his qui suot sui vel alieni iur. & hanc sequuntur quam plurimi dicentes cōmunem. Imo. in d. §. ad crimen. nu. 17. Cor. consi. 17. in princip. lib. 3. & cōs. 121. lib. 4. & 325. eo. lib. Rui. consi. 118. lib. 5. Panor. in d. c. veniens. nu. 19. Alex. de Nem. consi. 90. Cepol. inter consi. cri. consi. 46. Bellamera decis. 717. cum aliis relatis per Clar. quæst. 32. nu. 11. Veruntamen si contendere liceat, fortiores apparebunt pro negatiua pugnātes, armati d. §. ad crimen. & d. l. 1. ff. an per aliū. Et quia in causis criminalibus deficiēte persona rei omnino est imperfectū iudiciū. propter multa, quæ inde colligimus, vt veritas detegatur, vt suprà diximus. Et quia confessus, & conuictus, non est audiendus. l. 2. C. quo appel. non recip. l. constitutiones. ff. de appella. Hypo. 10 prac. §. constante. nu. 31. & singul. 301. cano. in c. qualiter & quando de accusa. Iste autē confessus est crimen iuris præsump. ratione incursæ contumaciæ. l. si tutor. C. de inter. ma. Bar. & Bal. in l. quoniam. ff. de his qui no. infa. Are. consi. 147. Ang. Sali. Paul. Alex. Ias. in l. is qui. C. de testa. Hypo. in §. postquam. nu. 35. Ang. de malefi. qui iudex videns. quādo ita fuit declaratus. Hypo. singula. 283. Ideò frustrà admitteretur procurator ad defendendū, qui iā crimē confessus est. iuris fictione, contra quam probatio non admittitur. l. 2. §. quod si actor. C. de iura. calum. l. generaliter. §. sed iuramēto. C. de iureiurā. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. actio. l. qui ad certum. ff. locati. c. si post præstitū. de cōfes. li. 6. l. 1. §. lex Falcid. ff. ad l. Falc.

Et si ita liceret actū est de obedientia, esset q; aperta via reis ad fugiendū omnino iudicia, siquidē absentibus illis oporteret ordinare iudicem audire testes, facere q; productiones, non sine periculo falsitatis, & subornationis. & vt inquit Albericus tota practica criminalis destrueretur, & hęc solidior, & securior via est quā sequuti sumus. Ille excusator, se offerebat illicò probaturū illa nocte Titiū fuisse absentē à ciuitate. Ideò videbatur audiēdus, per illa iura, quæ dicūt modo constat, modo agatur. l. 2. C. de edic. diui Adri. l. ille à quo. §. si de testamēto. ff. ad Trebel. sicut si fugitiuus, qui accusatur occidisse hominē, velit probare per exhibitionē libri damni, illū esse bannitū, & ita licuisse sibi, audiendus sit. vt Bar. voluit in l. vbi pactum. C. de transac. quē omnes sequūtur. vt Hypo. consi. 73. n. 76. Clar. q. 32. n. 10. Tamē noluerūt domini exaudire vocē istius deprecātis. Ex eo, quod probatio illa, quę per exhibitionem bāni fit, clara est. sed Bar. in l. Titia. textores. de lega. 3. Ista autē minimè cùm oporteret examinare testes per vtramq; partem, & hinc inde obiectus, & formare iudiciū ordinatū sicut in criminalibus oportet. quod in longas protrahitur moras. Ideò si super libro bāni oriretur quæstio. quia fortè nō habuit sua solemnia, vel de nomine dubitaretur. vel alia extrinseca probatio requireretur, locum non haberet quod s. diximus. Dixerunt q; domini si verū sit eum tunc fuisse absentē veniat liberè, & probet, & saluabitur. Et cùm aliud non potuerit impetrare excusator, obtinuit terminū quantū potuit lōgiorē ad eū repręsentandū. dicēdo iuisse in Gallias pugnandū cōtra hęreticos. Et ita omnes cōueniūt excusatorē audiendum ad allegandū iustas absentię caus. Clar. vbi s. consi. 17.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor solutum recuperat mandati actione.*
2 *Liberalitas liberali noxere non debet.*
3 *Instrumento credendum est. quia ita dicit.*
4 *Fideiussor, an teneatur (antequam soluat) exceptiones proponere quas poterat principalis? & nu. 8.*
5 *Fideiussoris interest vt liberetur ab obligatione & ingo:*
6 *Decisio Matthæi de Afflict. declaratur. nu. 149.*
7 *Episcopatus est culmen dignitatum.*
9 *Argumentum à verisimili fortissimum. nu. 11.*
10 *Nulla fides, pietásque viris, qui castra sequuntur.*
12 *Carcopum cœtum. malorum hominum.*

DECISIO CCX.

Fideiussor particeps fraudis nō recuperat solutum.



DRIANVS Rabasso mercator Auenionis miserat lodices, pannos, lanas, & quasdam alias merces, Mediolanū nouē muștis mulis, & ibat cum illis. transeuntes per Briansoniū in altis Alpibus. muli & eorum onera detenta fuerunt & arrestata ab illis, qui illic duarum arcium curam habebant. sub colore, quod vetitas deferebant merces. Quocirca, vt hoc tam graue euitaret damnum, anno 1591. 10. Decemb. promittit expedire illis duobus militibus, *deux habits, l'vn de velours noir, l'autre de satin violet, auec leurs cheines, & passemens d'argent fin, & trois paires de bas de soye*, in proximo carnisprimo. confitebatúrque recepisse centum aureos ab eisdem pro pretio illorum ornamentorum.

Et

Et ibidẽ Carolus Mondetus hospes Briansoni eius nomine se reddidit fideiussorem, &c. Anno 1592. 8. Decemb. Mondetus huc veniens obtinuit à iudice ordinario Rabassam pignorandum producendo instrumentum obligationis, & fideiussionis. Et attestationem à vicecustode carcerum Briansoni, qui dicit instantibus illis creditoribus tenuisse Mondetum carceratum per quatuor dies, & soluisse centum aureos illius nomine.

Rabassa dicit se non teneri. quid iuris? Videntur
1 † rectè fuisse capta pignora, & vendenda vt satisfiat fideiussori, qui soluit creditoribus pecuniam à debitore promissam & debitam, & liberauerit illum ab obligatione. §. si quid fideiussor. Insti. de fideius. l.
2 idémque. §. fideiussores. ff. mand. Essétque † iniquum si fideiussor cogeretur ita suum perdere, & ex liberalitate sua damnum pati. l. ne ex liberalitate. ff. de re iudi. Cùm benefacienti teneamur benefacere. Et bene merito pares reddere vices. c. octaua. 12. quæst. 2. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. Contra illos, qui post euasum periculum dicunt nescio vos. l. Aquilius. l. si pater. §. 1. ff. de dona. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Deci. consi. 498. num. 25. Rolan. consi. 1. num. 224. lib. 3. Et maximè, quia ita promisit indemnem reddere vt constat instrumento, cui standum est. l. cum precibus. C. de proba. c. tertio loco. eodem. Ita vt alia probatione non indigeat. c. 2. de proba. Et sicut inter discipulos Pythagoræ in disputando si quære-
3 tur cur ita esset sufficiebat dicere, ipse dixit. Ita † inter contrahentes sufficit dicere hoc vult instrumentum, sit pro ratione voluntas. quodcunque in eo scriptum est, quasi actum videatur. omniáque videntur solemniter acta. §. fi. Insti. de fideius. l. 1. C. de contra. stipula. l. sciendum. ff. de verbo. oblig. Alex. consi. 37. nu. 16. lib. 2. Decius consi. 439. nu. 2. Rolan. à Val. cõsi. 75. nu. 19. lib. 2. & consi. 100. num. 38. lib. 4. cũ sequen. huic seruit l. 1. ff. de consti. pecu. cùm si. quæ dicunt seruanda esse pacta & partium conuentiones. l. 1. ff. de pac. c. 1. eo. titu.

4 Et † licet aliquæ exceptiones potuissent debitori competere, forsitan non numeratæ pecuniæ, doli, vel metus. tamen fideiussor poterat illas ignorare. Cùm præsumatur ignorantia nisi scientia probetur, secundum communes iuris regulas. vnde soluendo, nihil est quod ei imputetur. l. si fideiussor. in prin. ff. manda. l. si procuratorem. §. ignorãtes. ff. eo. Illud etiam considerandum venit, fideiussorem posse solutum repetere à debitore, etiam si coactus non fuerit à debitore. vel si probauerit fuisse manu priuata creditoris solutum. vt Alex. consi. 90. lib. 3. & ibi latius in addi. docto. in l. si duobus. §. 1. ff. de iureiurand. de Afflict. decis. 94.

5 Fideiussor, † & debitor idem iugum trahere dicuntur, sicut arantes boues. Ideò semper fideiussoris interest liberari ab obligatione & iugo. c. fi. de fideiusso. l. Lucius. ff. manda. l. si pro ea. C. manda.

Adrianus autem dicebat, se vi, & metu coactum facere illam promissionem ornamentorum, nullam ab illis recepisse pecuniam: sed circumuentum procurante Mondeto, sine vllo iudiciorum ordine. Et sicut non valuit principalis promissio, ita nec fideiussio, secundum terminos. l. auctum. §. sed licet. l. qui carcerem. ff. quod me. caus. se ibi, fuisse solum inter milites, & barbaros omnes in eũ, & sua merces. Cum pluribus ardua res est depugnare vitiis. Non sponte, sed casu, & timore, & longè maiora promisisset pro euasione, & erat tunc veluti in Cyonia terra plena vallis, & montibus, imis ab agrestis possessa colonis.

6 Fideiussor † hæc argumenta metus, & periculi in suum trahebat fauorem. scilicet quod mediante sua fideiussione ab his fuerit liberatus, & saluas merces recuperauerit. Itaque si propter me commodum fueris consequutus, æquum est vt & ego damnum non patiar. vt inquit Glo. in d. §. sed licet. Non tenebatur fideiussor prius discutere de arresti viribus antequam fideiussisset. quia videbat merces, & viatica in aliena esse manibus. impeditum iter, expensas crescere, dolentem & conturbatum ad quem pertinebant onera. Ex quibus hinc inde causis dubia redditur ista decisio. Et maximè, quia non poterat euadere à manibus istorum, nisi mediantibus illis, vel retenta aliqua mercium parte. Et tamen hoc medio integras habuit, vt in ferè terminis domini sacri palatij Neapolitani dubitauerunt, coëgerúntque partes cõpromittere. vt refert Mathe. de Afflict. decisi. 149.

7 Tota † vis pendet an fideiussor in aliqua fuerit culpa, vel particeps fraudis, quod maximè coniecturis, vel præsumptionibus colligitur. l. dolum. C. de dolo.

Casus iste videtur diuersus ab illo, quem recitat de Afflict. ibi enim, qui fideiusserat erat Archiepiscopus Brũdusinus contra quem cessat omnis mala præsumptio. Cùm sit episcopatus culmen omnium dignitatum. c. quam periculosum. de senten. excomm. libro sexto. Glo. in c. 2. de præben. libro sexto, cap. solicite. de maio. & obed. & ibi Panormit. cle. 1. de renuntia. Hic verò agitur de hospite, qui fideiusserat, & caupona vilissimo homine. l. 1. ff. nau. caupo. deinde, non erat verisimile hunc voluisse fideiubere pro ignoto, & transeunte nisi inde aliquid speraret, suúmque iactare. contra. l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. fuit publicata illa obligatio ornamentorum & fideiussio absentibus militibus creditoribus. per quendam magistrum siue notarium pręsente eodem Mondeti eius sororio vt actis constat. Erat igitur Mondetus tractator, & veluti auctor, & mediator illius obligationis, & fideiussionis. Hinc collusio præsumitur cum militibus & quod huius particeps fuerit prædæ. In vanum laborare homines non præsumuntur præsertim pro ignoto vt suprà dicimus.

Sciebat Mondetus nullam fuisse numeratam pecuniam cum præsens ille esset in recitatione contractus proinde sumus in terminis. d. §. si fideiussor. ibi, si quidem sciens prætermiserit exceptionem, vel doli, vel non numeratæ pecuniæ, soluendo videtur dolo versari. quia poterat detegere simulatione contractus in quo nulla fiebat mentio realis numerationis per l. contractus. C. de non nu. pecu. Non continet verisimilia, quod milites dederint centum aureos ignoto ad emendum ornamenta expedienda post tres aut circiter menses. Cum ipsi potuissent illico emere & suis propriis accõmodare personis per eos, qui talia solent formare & componere sutores, viso prius corpore, & sumpta mensura, cum sint diuersa hominum corpora, & dissimiles staturæ. hinc dici solet tot hominum species, quot sunt in orbe figuræ. l. quia poterat. ff. ad Trebel. solemus etiam dicere. Non eundem calceum omni pede inducimus, propter varias corporum membrorúmque formas. Quocirca cum hæc verisimilia non sint imaginem falsitatis habent. l. non est verisimile. ff. quod me. caus. cap. quod non est verisimile. de præsump. Nempe siue affirmatiua, vel negatiua sit dispositio. quod soleant homines ita facere, vel non facere. Paris. consil. 8. num. 29. libr. 1. Roland. à Vall. consil. 29. num. 3. libr. 4. videlicet, quod est milites fuerint ita liberales, & profusi dare suas pecunias extraneis, quas maximè ab aliis

solent

solent extorquere, à transeuntibus plorimum, quod emerint præsenti pecunia res tradendas post longos dies. Cum tempore minus soluatur, quod vestimenta, quasi in sacco posita comparauerint non præuisa, & inexperta. Certè non tali modo nobis emi-
10 mus vestes. Minus † etiam illi, quibus nulla fides, pietásque vitiis, qui castra sequuntur, de his latè Roland. à Vall.consil.66. numer.59.libro primo. Et sic alia simulationis præsumptio colligitur quod contraxerint contra solitum, & communem vsum.
11 Cum † valeat argumentum à communiter accidentibus.l.nam ad ea.ff.de legi.Gloss. in l. neque natales. C. de proba. Bald. in consil.70.libro primo. & consil.351.eo. lib. Crau. latè consilio quadragesimo numer. 2.

Et licet contractus de militibus loquatur quibus promittitur. tamen ipse est Mondetus qui tractauit omnia absentibus illis. Nec potest notarius diuinare, nisi fuisset ab ipso instructus, & informatus. vel habere facti alieni cognitionem. l. si putator. ff. ad l. Aquil.l.2.§.6.ff.pro suo.

Sed vt scopum proprius attingamus.constat actis anno 1592. 10. Decemb. instante Rabassa Mondetum fuisse citatum in propria cotam Domino Vicelegato super rescissione illius obliga. & inhibitum sibi ne lite pendente, vnde reuersus in patriam si quid ab eo fuisset petitum tanquam fideiussori, poterat allegare præuentionem, & inhibitum sibi. Ideo tacendo non videtur dolo caruisse. d. §. si fideiussor. Auge calumnias. ipse erat Aueniom 10. Decemb.Et custos carcerum attestatur die 18. Decemb. tenuisse carceratum per quatuor dies, qui reducuntur ad 14. eiusdem mensis. proinde debuit ipse Aueniom existens ire Briansonum intra quatuor dies.quod tamen facere non potuit. Cùm Aueniom distet à Briansano vltra quadraginta leucas, & non poterat pedes, & iam senio confractus, & grauis corpore per quatuor dies peruenire in patriam. Maximè illo tempore quo dies paucissimi sunt, & horas non habent nisi nouem. Et vlterius non est verisimile, quod eadem decima iter arripuerit, cum personaliter comparuerit coram eodem d. Vicelegato, cuius audientia non datur nisi hora vesperorum, vt attestantur omnes cattelli vocantes partes ad illud tempus. Et sic non essent nisi tres dies, quod omnino fieri non potuit vt quis citius veniat, quàm per naturam permittitur. vt per Rebuf.in regula de verisi. no. obi. Glos.1.& Gomes. ibidem.

Illa etiam attestatio de carcerato nulla est, & non facit fidem cum debite signata non sit sed forma. quoniam.de proba.l.exemplo.C.eo. Postremò apparet mulos deferentes merces pertinuisse ad Mondetum,& eius fratres, & quod participes fuerint huius arresti credibile est. Quia, luctabantur recitantes in domo propria,& augebantur salaria, coëgerúntque Rabassam vltra promissum totius vecturæ pretium, dare quinque aoreos pro singulo quoque mulo, & & sic quadraginta quinque aureos. Et vt breuiter dicam, puto hunc incidisse in Cercopum cœtum. in conuentum versutorum improborúmq; hominum, & notæ fraudulentiæ viros,qui suis dolis conati sunt, has merces sine pretio sibi acquirere.Fuit conclusum pignorationem nullam,& absoluendum Rabassam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem datur contra viduam surripientem bona mariti.*
2 *Nouercale odium.*
3 *Iuramentum in litem non datur nisi primo constet de delicto plenè.*
4 *Testes debent esse integri,& sine infamia.*
5 *Medice,cura tibi medicus esto.*
6 *Iuramentum in litem non defertur passim, nisi appareant coniecturæ,& verisimile.*
7 *Testes Susannæ varij.*
8 *Senes maritus debet dari vxori iuueni.*
9 *Magnum vectigal parsimonia.*
10 *Inimico non esse fidendum.*
11 *Repositum in pecunia nisi moneretur.*
12 *Periuro non datur iura.in litem.*

DECISIO CCXI.

Hic agimus de iuramento in litem qualiter deferatur.



OBILIS Francesia de Podio, post mortem sui patris, egerat contra no. Delphinum Bardasolle illius viduam, rerum amotarum actione, coram auditore R.D.Episcopi Visignani Vicelegato Aueniō.& auditis quibusdā testibus,& præstito iuramento in litē Francesiæ condemnauit Bardasolam ab vna parte in mille aureos Italiæ, ab alia ad ducentos & quadraginta vnum. A qua sententia cùm fuisset appellatum. Videbatur bene iudicatum,
1 Quia † iuramentum in litem defertur contra viduam, quæ res mariti amouit, vt scilicet possit maritus,vel eius hæres in litem iurare, super valore rerum amotarum.l.si cùm dos.§.fi.ff.rerum amota. Sicut contra quencumque dolosum. constito de dolo. vt Iaf.in l.si quando.nu.44.C.vnde vi.Cano.in c.fi.de eo,quod me.caus.Bar.in d.l.si cùm dos.§.fi.Plo.in d.l. si quādo.nu.176.Mono.de arbi.casu 207.nu.5.Solent enim nouercæ clanculum viris subtrahere, & odio
2 habere priuignos. Hinc† dici solet nouercale odium, quasi fatale ante natis liberis.l.4.ff. de inoffi. testa. Et fortsitan parum diligebat maritum tunc senio confectum, qui duas vxores iam habuerat, ipsa autem iucunda iuuenis, & in florida ætate,non omnino viuebat contenta.quoniens dissimulem duxit virū. Et nullos ab ipso habuisset liberos, quibus rationibus motus iudex potuit credere hanc viduam ita gessisse negotia sua, & voluisse sibi prospicere, à communiter accidentibus,quod argumentum est validissimum.vt suprà in præcedenti decisio.diximus.
3 Tamen† illud præcipuum est.& ante omnia constare debet de furto, violentia,dolo,vel delicto commisso alioquin cessare debet iuramētum. d.l.si quando.ibi, si vis in iudicio fuerit patefacta. id est, liquidè probata. secundum Glo.ibi.& in d.c. fi.ibi, per testes constiterit. proinde non sufficeret summaria, vel semiplena probatio, vel per iuramentum. sed plena,& sufficiens. vt Bart.in d.l.si quando.& ibi Iaf.num.11.& 12. Et quotiens lex, vel statutum disponit aliquid contra delinquentem opus est, vt in primis de delicto sit facta plena probatio.no.Bart. in l.diuus. ff. de mili. testa.& Iaf.vbi suprà nu.13.Panorm.in d.c.fi. numero 2. Plotus §. 48. num. 3. Et quia istud iuramentum est veritatis,non affectionis,vt illi attestatur.

In lite autem huiusmodi multi audiri fuerūt testes contra viduam, quorū vulnera detexit vidua,& probauit obiectus. Guigo Syluester, qui deponit de crumena sibi tradita per Bardasolam. non est legitimus. siquidem surripuisse fœnum, & gelinas apparet, & transegisse

transegisse super commissis furtis. quoniam intelli-
gitur fateri crimen, qui paciscitur. l. quoniam. ff. de his
qui no. infa. & inimicum protulisse iniuriosa verba
contra illam. sicut etiam omnes alij, qui deposue-
runt de rebus amotis eodem morbo laborant. Nimi-
4 tum † si nulla eis fides sit adhibita. cum debeant esse
integri, sine suspicione & infamia. c. testes. 2. quæst. 7.
c. 1. de excep. l. Atletas. §. it. de his, qui notan. infa. cap.
omnipotens. de accusa. l. is qui. ff. de publ. iud. sicut
5 † sepe contigit vt aliorum errata accuseut, qui vlce-
ribus scateut. Medice tu tibi ipsi medicus esto. Hinc
notatum est illud satis leue iudicium, quod ad istas
cōmendauerit summas, ad mille & ducentos & qua-
draginta vnum. de quibus nullus testis neque bonus,
neque malus testificatus est.

6 Non † solet etiam deferri iuramentum huiusmo-
di super valore rerum amissarum, neque taxari sum-
ma, nisi prius iudex personarū, & qualitatē negotij in-
spiciat d. l. si quādo. & d. c. fi. n. oportet vt sit aliquod fun-
damentū super rebus amissis, & veri similitudo, sine
qua tale iuramentum haberet imaginem falsitatis. c.
quia verisimilis de præs. Hic non constabat iudici de
summa, & numero aureorum, qui erant in illo mar-
supio, quia ille Guign, qui dicit illud sibi traditum
sans les conter, & non sequitur quod tanta fuerit.
qu'il y auoit d'escus & pieces d'or. seruit lex. vbi
numerus. ff. de testi. cap. pluralis loquutio. de reg.
iuris.

7 Vnus † deponit, *que ladite bource estoit de velours
noir*, alius *de satin gris.* Isti sunt similes illis, qui con-
tra Susannam testificabantur, de quibus Glo. in l. ob
carnem. §. fi. ff. de testi. Hypo. consi. 70. nu. 9.

8 Tertiò † non erat verisimile quod defunctus tot
habuisset otiosos nummos. siquidem apparebat de-
disse isti suę tertiæ vxori quadringentos aureos, sicut
solent facere senes, cùm iuuenes ducunt vxores. Glo.
& Bar. in l. si voluntate. C. de do promis. cano in cap.
gemma. de spōsa. lupus in c. per vestras. §. 31. in prin-
cip. Nullam dotem ab ista receperat. Debebat domi-
no de Vaqueyras ducentos aureos pro dote secundæ
vxoris, & non habuisse integram summam & ob id
dedisse in pignus brachialia aurea eiusdem Bardaso-
le, quæ cum doleret priuari suis iocalibus, dicebat
maritus, *Ne vous fachez point ma femme car le pre-
mier argent que i'auray ie vous en acheteray d'autres.* si
tantos nummos habuisset in arca, fuisset proditor,
mendax, & iniquus erga vxorem. quod nō est dicen-
dum. l. merito. ff. pro socio. Cùm maximè illam dili-
geret, vt testes dicunt. Vlterius iste Dalmatius de Po-
dio, viuebat nobiliter, & splendidè, *tenant bonne ta-
ble, & ne mangeoit iamais seul. despendoit beaucoup.* Ita-
que istæ quotidianæ comessationes cum vicinis, &
amicis extenuant vires patrimoniorum, vt experien-
tia docet. Hinc dici solet, conuiuare raro, & ma-
9 gnum † vecti al parsimonia. quæ doliaris vita ap-
pellatur frugali parca, & ab omni strepitu semota,
qualem solent agere qui suo volunt patrimonio con-
sulere. quia tandem euolant superfluæ epulæ, & vbi-
que nocent. Cessabat etiam veri similitudo hanc, de-
disse crumenam Syluestro in custodiam, cùm sciret
hunc esse familiarem & domesticum mariti sui, &
eius mandato fuisse Malaucenam, quæsitum filiam.
Itaque tuebatur partes filiæ hæredis contra viduam.
Et quis putat quod inimico credere voluerit, & sua
secreta committere, quæ dedecus continebant: sicut
10 † natura docet inimico non esse credendum. c. con-
tingit. de sent. excom. l. si idem non eodem. §. 1. ff.
de iurisd. & iud. & ibi gloss. Bart. & doct. Bart. in l. 1. §.
vsque adeo. ff. de iniuriis Boër. decisi. 262. nu. 4. Cum
de honore tollendo, qui vitæ æquiparatur. ff. de mar.
vindic. l. iusta. l. isti quidem. ff. quod me causa. Et præ-
terea quis crederet, hanc dedisse loculos præsentibus
tribus, vel quatuor alijs rusticis & ita voluisse se
perdere, & detegere turpitudinem suam. l. mercatum.
C. de condict. & turp. caus. l. cum de indebito. §. 1. ff.
de proba. Sicut is, qui in agro inuenit thesaurum so-
let illum abscondere donec emerit agrum illum: vt
Mathæi 13. c. Ita detectio ista, & propalatio inuentæ,
vel subtractæ pecuniæ verisimilem non habet credu-
litatem apparet etiam, non fuisse numeratam pecu-
niam, quæ in mantica continebatur. quod vlterius
imaginem falsitatis continet, quia posset depositarius
facile defraudare depositum, & tollere quod sibi pla-
11 ceret. Hinc † dicimus non valere depositum in pe-
cunia, nisi numeretur. Bat. in l. cùm seruus. ff. de coud.
& demonstra. in l. acceptum. C. de vsur. l. si à te. C. de
pac. inter emp. Bertrand. consi. 97. nu. 2. 3. lib. 2.
Aduerte etiam, quod dixit ille testis, *qu'elle la sortit de
sa poche, quand la luy baille*, & erat longitudine vnius
palmi, & latitudinis medij. Solent esse exigui illi la-
terales sacculi in quibus pecunias reponimus, vel na-
sitergia, quibus passim egemus. Non erat opus illam
extrahere, si iam esset in tuto, & dare extraneo. Et
iste præsupponit contentum, longius esse ipso conti-
nente quod per naturam fieri non potest. sicut non
potest filius esse maior ipso patre. §. minorem. Insti.
de adop.

12 Denique † visum est hanc hæredem fuisse periu-
ram, quæ prius iurauerat fructus Iassij ascendere ad
quinquaginta aureos, & postea negauit. Ideo indigna
visa est hoc iuramento. Feli. in c. fi. de testi. & in c. te-
stimonium. nu. 9. eo. Hypoli. singula. 74. tu habes. &
273. nouissimum. & 458. Ias. in l. admonendi. 117. Ri-
pa. nu. 55. late Plotus in d. l. si quando. §. 19. num. 3.
sicut non admitteretur ad aliud quodcunque iura-
mentum. Ias. in l. si duo patroni. §. fi. de iureiurando.
Feli. in c. per tuas. 1. num. 9. doc. in l. si quis maior. de
transac. quia frustra legis auxilium inuocat, qui in le-
gem committit. l. auxilium. ff. de mino. Fuit conclu-
sum male iudicatum, & absoluendam ream.

SVMMARIVM.

1 *Fortuitis casibus, quibus renunciare potest. num. 18.*
2 *Heu patior telis, vulnera facta meis.*
3 *Pinatellarum vilitas, & multitudo inter casus for-
tuitos enumeratur.*
4 *Gabella per ciuitatem concessa, an sit locatio, vel ven-
ditio, & quomodo differant? nu. 8. 9. 10.*
5 *Contractus ita iudicari debet, sicut nominatur à
partibus.*
6 *Nominatio partium non mutat substantiam. con-
tractus.*
7 *Generis expressio tantum operatur, quantum omnium
specierum enominatio.*
14 *Iuramentum habet vim expressi. nu. 16.*
15 *Clausula sequens, refertur ad casus similes, & non
ad maiores expressis.*
17 *§. Frumenta. l. fistulas. ff. de con. emp. nouiter decla-
ratur.*
18 *Verba, si quid vi, aut tempestatis, quid importent?*
19 *§ medico. §. Seio. de annu. lega. optima declaratio.*
20 *Extraordinaria, an veniat in considera.*
21 *Obligatus ad casus fortuitos non tenetur pro insolitis,
& qui sunt illi?*
22 *Saltare in tenebris quid?*

23 *Moneta*

DECISIO CCXII.

De publicanis petentibus remißionem mercedis propter reprobationem pinatellarum, casus magnificus, & nouus.

SPLENDIDISSIMA Auenionensium ciuitas, (vnde mihi origo est) ab anno 1517. duodecima Iulij: locauit cessit & remisit quibusdam ciuibus, quinque gabellas mercium, carnium, vini, ponderis farinæ & panis albi, ad annos duodecim pretio centum quadraginta octo millium scutorum, auri certis appositis pactis & latius in eodem contractu interpositis, anno 1587. 1592. & mense Maio, instant gabellarij apud R. D. Vicelegatum, vt fiat eis remissio mercedis propter magnam læsionem, quam patiuntur ex diminutione pinatellarum, post contractum valde deteriorataturum in pondere, & lege. Et sufficiebant viginti quatuor ad vnum aureum solis, & nunc non sufficient sexaginta. Ita vt aureus solis ascenderit ad octo, vel nouem libras turon. Creditoresque ciuitatis propter earum tantam multitudinem, & vilitatem recusant in solutionem easdem recipere, & alia multa congerunt, quasi malorum aceruum, quæ patiuntur ex pinatellis: Hunc casum esse insolitum, inopinatum, qui non debet illis nocere, secundum communes iuris dispositiones.

Ciuitas dicit, non teneri quia ipsi susceperunt omne arriscum, periculum, fortunam, casum belli, pestis, tempestatis, famis, sterilitatis, innundationis aquarum, & aliorum quorumcunque casuum fortuitorum, cogitatorum, & non cogitatorum, quantumuis priuilegiatorum de iure, etiam si de necessitate, & magis in specie exprimi deberent, cum iuramentis & renuntiationibus latius ibidem expressis.

1 Ideo † non possunt petere remissionem cum liceat renuntiare casibus fortuitis. l. 1. §. sæpe. ff. depo. l. 1. C. com. l. si quis fundum. vbi Bartol. ff. loca. legem enim contractus dedit. l. contractus. ff. reg. iuris. l. sed & si quis. §. quæsitum. vbi omnes amplis. ff. si quis cautio. Imputetur illi, volenti non fit iniuria. l. 1. §. si quis. ff. de iniuriis. Non de aliis quæratur, sed
2 dicat † heu patior telis vulnera facta meis. Paul. in d. §. quæsitum. num. 6. Alexand. num. 11. 14. Ias. num. 32. Decius in dict. l. contractus. num. 48. Cor. consi. 128. Gram. consi. 161. num. 16. lib. 2. Gosadi. consi. 27. num. 24. Pontius consi. 143. num. 14. Pinel. in l. 2. cap. tertio. numero 26. C. de rescind. vendit. Cornel. de conduct. gabel. consilio 128. libro secundo.

3 Certum † est, hanc ineffrenatam multitudinem pinatellarum, quæ sine lege, & ordine processit inter casus fortuitos enumerandam. Quia, conniuentibus principibus, istarum excussores, tales quales voluerunt fabricauerunt, forsitan ex hac tollerantia augebatur vltra solitum, vectigal. Et (sicut dici solet) dato vno inconuenienti plura sequuntur. l. ratas. C. de rescind. vendit. igitur, cum ista à voluntate principum dependeant, fortuita dici possunt. l. Lucius. ff. de euict. Craue. consi. 96.

His itaque præmissis, singula referamus singulis & euitemus has sine ordine repetitiones, & conculcationes.

4 Prima † igitur proposita fuit dubitatio, an contractus de quo agimus, sit locatio, vel venditio? Et videtur locatio. Quia expressè dicitur, *que lesdicts Consuls ont arranté, & par tiltre d'arrentement baillé & remis ausdicts Fermiers les droicts de exiger les gabelles selon le taux contenu à la tarife.* Cum ergo partes nominent contractum, alia denominatio quærenda non est. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. de lega. 3. Et si esset locatio propter casum fieri solet remissio. cap. propter sterilitatem. de loca. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. si venditio diceretur, non quæritur de remissione facienda, cum omne commodum, & incommodum perfecta venditione transeat in emptorem. l. 1. C. de peri. & com. rei vendit.
5 l. necessario. ff. eo. Contractus † enim talis iudicari debet, qualis in sui figura apparet, vt inquit Bald. in c. 1. de feud. da. in vicem legis commiss. qui ex conuentione legem accipit. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. d. l. contract. & de his latius per Craue. consi. 20. per totum Anton. Gomes, de contract. numer. 120. verba demonstrant qualis fuerit loquentis intentio. l. Labeo. ff. de suppel. legat. in primis quid senserit testator videndum est. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruct. hinc dici solet loquere, vt te videam, loquela manifestam facit. Et præsertim in contractu huiusmodi, in quo sæpius fit repetitio locationis arg. l. Balista. ff. ad Trebel.

6 Ad † hæc omnia vno verbo responderi potest, partium nominationes non posse alterare, neque immutare iurium dispositiones. l. si quando. C. de inoffic. testa. l. nemo potest. de lega. 1. l. si quis in fundi vocabulo. de lega. 1. hinc videmus in l. si olei. C. loca. licet partes vocauerint illum contractum locationem, eam tamen non esse. idem in l. insulam. ff. de præs. verbis. in l. si vno anno. ff. loca. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mor. Quia non sonum verborum inspicimus, sed effectum, omissis verbis: secundum Bart. in l. cotem. §. qui maxi. ff. de publica. & in dict. l. vbi ita donatur. Decius in l. si pascenda. C. de transact. Hic autem agitur de vno solo pretio pro toto tempore duodecim annorum ex quo videtur esse venditio, cum certum pretium constitutum sit, licet præstatio sit diuisa in diuersa tempora. l. cum eiusdem. ff. de ædi.
7 edict. Apparet † etiam quid, & quale venditum sit: vt ponderat. dict. l. necessario. Nempe gabella exigenda, sicut quando venduntur fructus ex fundo nascituri. leg. interdum. ff. de verbor. obligat. vel quod ex fortuna dependet, veluti iactum retis. l. si iactum. ff. de actio. empt. l. nec emptio. ff. de contra. empt. Et tunc perceptis fructibus, vel exactis gabellis perficitur emptio, vt retrotrahatur. leg. potior. §. videamus. ff. qui potio. in pigno. habeant. videmus etiam per locationem non transferri dominium in conductorem. leg. rei locatæ. ff. locat. hic verò per

longum tempus translatum fuit dominium in pu-
blicanos.l.1.§.quod ait prætor. ff. de superfic.l.1.ff.si
agen.ventiga.
8 Cæterum,†verius est vt sit vera locatio,non ven-
ditio.secundum Bar.in d.§.qui maximos.& in quęst.
publicanus.Rip. de peste de priuilegiis contract. nu.
77. Quia , dominium non transiuit in conductores,
sed facultas,vel ius percipienti gabellas tantum.Et vt
aliquid faciant,vel percipiant.l. item si prætor.§.1.ff.
loca.l.cum manu sata.§.fin.ff.de contra.empt. Et vbi
pretium constituitur præstandum per annos , vel
menses proprie locatio est. vt tenet Gloss. & ibi Ias.
nu. 22. C.de iure emph. Bart.in d.§.qui maximos, &
in quæstio.publicanus. Socin.consi.156.lib.2.dicens
opinio.Bart.esse com.Paul.de Cast.in d. §. qui maxi.
num.14.Mon.de præsumpt.præsumpt.104. num.4.
Nico.Mazar.de contract.titu.de loca. versic.de acci-
denta.num.13.Craue.consi.20.Bossi.de remissio.pu-
bli.numer.5.Monoc.de retinenda.remedio 4. 6.casu.
Etiam si fieret mentio venditionis locatio diceretur,
quando scilicet natura rei locationem respiceret.
Nec mutat speciem contractus solutio pretij siue
præsens, siue in tempus ista sunt accidentia quæ pro
voluntate apponuntur. l. pacta conuenta. ff. de con-
tra.empt.Ideo solutio pretij non mutat contractum,
cum fides haberi potest de pretio. §. venditæ. Instit.
9 de rerum diuis. Et † in summa talis iudicandus est
contractus , qualem partes facere voluerunt. Oldra.
consi.159.Decius consi.32.Cra.d.consi.20.dummo-
do non repugnet natura contractus. d. l. si olei. cum
sim.vel si dicerem vendo tibi domum meam pro tuo
prato.§.pretium.Instit. de empt. quia tunc esset per-
10 mutatio non venditio. Et † vlterius quòd noluerint
facere venditionem apparet , ex eo , quod non ob-
stantibus casibus fortuitis , soluendum esse pretium,
si fuisset venditio non fuisset opus includere fortui-
tos casus , qui ad emptorem pertinebant. d. l. in-
cendium. l. necessario.l. 1. C. de peri. & com. rei
vendit.
11 Secundo†videre oportet an propter istum casum
iuste possint petere remissionem mercedis : & sicut
suprà diximus non videbantur audiendi cum expres-
se renuntiauerint casibus fortuitis, ad illos quia am-
plius non est concedendus regressus. l. quæritur.§.si
venditor. ff. de ædi. edict. cap.quam periculosum.7.
quæst. 1. hic enim specialis facta est enumeratio ca-
suum,scilicet belli,famis,pestis,&c.& deinde genera-
lis subsequens renunciatio aliorum quorumcunque
casuum, quantumvis priuilegiatorum , de iure cogi-
tatorum,& non cogitatorum,etiam si de necessitate,
& magis in specie exprimi deberent. Ideo omnes
casus etiam vltra expressos,vel non cogitatos conti-
neri debent,alioquin illa verba essent omnino inuti-
lia,& de nihilo seruirent contra.l. si quando.de lega.
1.l.semper in generalibus. ff.de reg.iuris.
12 Et † tantum operatur generis expressio quantum
omnium specierum enumeratio. l.si chorus.de lega.
Ista est virtus generis quod prædicatur de pluribus
differentibus specie:ideo ille tacitus casus infirmita-
tis monetarum , & augmenti scutorum , videtur ex-
pressus,vel contentus in illa generalitate casuum for-
13 tuitorum : & † maxime propter iuramentum, quod
habet vim expressi.l.cum pater. §.filius matrem, de
lega.2.Bald.in l.1. in 2. quæst.C.commod. doct.in l.
1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. Bened. in cap.
Raynutius.in verbo.duas habens filias.nu.294. Cur.
Iun.consi.49.num.15.Ripa in l.si vnquam. nu. 120.
Tiraq.de legi.connu.Gloss.7.num.157.
14 Respondēt † qui hoc vectigal conduxerunt clau-
sulam generalem referendam ad similes casus ex-
pressis,non ad maiores , duriores,vel inexcogitatos.
per l. fin. §. cui dulcia.ff.de triti. vino, oleóque lega.
legatis dulcia generaliter veniunt potatoria , & co-
mestoria vt puta vinum,mulsum , passæ,vuæ,palmæ,
quid si legauerit vinum, & omnia dulcia ? solum de-
bentur potatoria, nam generi per speciem derroga-
tur. Ita & illud genus sequens species , referri debet
ad similes,& non maiores expressis.c.sed apostolica.
de rescript. si causa comitatur , quam habet aduersus
Titium mercatorem,& contra omnes alios , intelli-
gitur similis expresso.c.non potest de procura. lib.6.
Et hunc casum longe esse maiorem , & duriorem,
quam fuerint expressi. Bart. in d. §. quæsitum cuius
opinio communis est vt attestantur ibi omnes.Etiam
15 † si iuramentum fuerit in obligatione præstitum,
quod non extenditur vltra voluntatem iurantis. c.
quemadmodum.cap.peruenit.de iureiur. Regulatúr-
que secundum naturam contractus super quo inter-
ponitur.l.fi.C.de consti.pecu.Gosa.consi.27.in prin-
cip.& num.19.Por.consi.2.num.19.& consi.5.num.
27.Ancha.consi.402.Alexan.consi.107.Cra.d.consi.
95.num.2.3.5.Ancha.iterum consi.85.nu.2.3.Marsi.
in Rub.de fideiuss.num. 150. Nata consi. 151.num.
39.& consi.525.num.16.& consi. 548. num.21. Al-
ciat.consi.43.num.4.lib.8.Gail.c.23.num.3. de con-
tract.Decius consi.335.num.2.3.Ozas.decis.91.Bos-
sius de remissio.merce.num.41.
17 Sed † qualiter dignosci potest , quod ille tacitus
casus sit maior expressis ? difficilis est huius rei defi-
nitio,quæ fundamentum capit.à l.fistulas.§.frumen-
ta. ff. de contra. empt. vendidi tibi frumenta,quæ in
herbis erant , & promisi si quid vi , aut tempestate
contigisset , me tibi præstaturum. Niues frumenta
corruperunt , an tenebor ? Respondi si niues illæ
fuerint immoderatæ , & contra consuetudinem re-
gionis tibi tenebor. Iste text. probat contra Bart.&
suos. Nempe promiserat casum fortuitum , qui con-
tingeret propter tempestatem , & vim aëris : & ta-
men appellatione tempestatis venit ille casus ni-
uium insolitarum , & immoderatarum. Gloss.ibi in-
telligit de tempestate valida præter consuetudinem.
Et de solito casu non fuisse actum. Itaque promis-
sio insoliti , excludit solitum. Et promissio soliti
excludit insolitum. argum.l.cum prætor. ff. de indi.
Iste intellectus nullum continet dubium , est præte-
rea diuinus , & contra literam Sali. in l. licet. circa
fin. C. loca. videtur hunc intellectum capere , di-
cendo , qui suscipit in se casum tempestatis , intelli-
gitur suscepisse casum notabilis tempestatis, quæ re-
ducat fructus ad exiguitatem. Non autem modi-
cæ , vel consuetæ tempestatis , sequitur de Ripa &
hunc fuisse sensum legislatoris. Sed quis dicit vobis
hoc. quod lex. præsupponat venditorem suscepisse
casum notabilis tempesta. Imò etiam modicæ , per
18 † illa verba , si quid vi , vel tempestatis , quod veri-
ficatur etiam in modico , cum sit generale. l. si quid
igitur. ff. de serui. vrba. præd. l. si quid fideiussor. ff.
de compensa. l. si quid venditor. ff. de ædi.edict. l. si
quid de bonis. C. de restitut. milit. hinc vides si fir-
mum sit funda.
19 Allegat † secundo Bar. l. Seio.§. medico.ff.de an.
legat.Medico,quæ viuus præstabam præstari volo ea
videtur relicta, quæ certā formā erogationis annuæ
non incertam liberalitatis voluntatē habuerūt,& ita
ordi

ordinaria, non extraordinaria legata censentur: si-
cut casus extraordinarij, non censentur promissi.
Sed ordinarij tantum, ibi loquitur de legato, quod
ab vnius voluntate pendet. Nos de contractu, qui est
duorum placitum, & consensus. l. 1. ff. de pact. in quo
videntur partes etiam super extraordinarijs contra-
xisse, nempe super fortuitis casibus qui semper di-
cuntur extraordinarij, cum præuideri non possint. d.
l. quæ fortuitis. Aduerte etiam quod in d. §. medico.
ordinaria, & extraordinaria concurrunt eodem tem-
pore, nimirum si ordinarium tanquam potentius, fa-
ciat cessare extraordinarium. l. in causæ. §. si. ff. de mi-
no. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de testa. mi. Nos
verò loquimur de solo extraordinario, quod ordina-
rium non habet.

20 Nec † obstat ratio Bart. partes quando contrahunt
non censentur cogitasse de insolitis, & extraordina-
riis arg. l. nam ad ea. ff. de. & sic sine cõsensu non obli-
gantur. l. cum Aquiliana. ff. de transact. quoniam par-
tes disposuerunt de casibus fortuitis, in specie, & in
genere, de solitis, vel insolitis verbum nullum, nulla
est lex quæ faciat hanc diuisionem, omnes dicuntur
insoliti. Alioqui si certi essent, posset homo illis pro-
uidere, sed non potest, vt inquit dominus in euange-
lio, si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigi-
laret vtique & non sineret perfodi domum suam.
Cæterum velimus, nolimus cogimur sequi nostro-
21 rum maiores voces, licet plerumque raucas: & † dice-
re obligatum præstare casus fortuitos non teneri ad
insolitos. Vnde quæritur quis dicitur insolitus casus?
hæc etiam dubia est quæstio. Et sicut fluit ex obscu-
ro fonte, ita, vt obscura illa sit aqua necesse est: varij
fuerunt nostri, & incerti Bart. in d. §. medico voluit
insolitum esse, qui de mille annis visus non est, sed
quis erit testis? scriptura. Alij si per centum annos
non fuerit visus nisi semel. Cos. consi. 23. lib. 2. Socin.
verò, consi. 123. libr. 4. credidit sufficere quadraginta
annos, qui longissimum tempus efficiunt. Gloss. in
Rub. C. de præs. 30. vel 40. an. vel eum esse insolitum
quando euenit præter omnium verisimilitudinem,
& cogitationem viri prudentis licet forte à pruden-
tissimo, & diligentissimo præuideri, & imaginari po-
tuisset vt refert de Rip. in loco præallegato. qui pu-
tat etiam hoc esse arbitrarium. Et quòd iudex debet
arbitrari tempus consideratis qualitatibus & circun-
stantiis fortuiti casus. vt num. 104.

22 Isti † boni patres videntur in tenebris saltare, vt est
in adagio. Nam qui confusè disputat velut in tene-
bris saltat, sine vllo teste, & iudice ipsi sine lege lo-
quontur. l. illam. C. de collat. tempus enim non facit
insolitum sed damnum. d. §. vis maior. Et quamuis
tanta temporis intercapedo causet obliuionem. l. pe-
regre. ff. de acquir. poss. tamen interposita obligatio
super præstandis casibus, non solum ad modernos,
sed etiam millenos, centenos quadragenarios respicit
casus generaliter.

Considera etiam si verum sit insolitum posse à
prudentissimo præuideri. Cum solius sit almi scire
futura Dei. Aduerte præterea nostros excellentissi-
mos antesignanos circa resolutionem huius arti-
culi fuisse varios, & incertos volunt tamen cau-
sam arbitrio iudicis definiendam. Quid faciet
vnus homo, cum tantorum lumina, & faces non
potuerunt inuenire absconditam gemmam quid
solus poterit cum lucernula, quam forte suffoca-
bit ventus?

23 Ciuitas † negat hunc casum, qui versatur super
varietate monetarum esse insolitum. Imò sæpius
alias euenisse, vt patet ex ordinationibus Regum
Galliæ. Et cum olim scutus solis solum esset valoris
triginta solidorum, creuit vsque ad sexaginta & de-
creuit moneta vt patet ex ordinationibus Francisci
huius nominis primi. Henrici secundi, Caroli no-
ni. Et tamen illis temporibus nulla facta fuit peti-
tio super remissione, ex augmento, vel diminutione
monetarum: vidimus etiam in primis bellorum tu-
multibus scutum solis valuisse septem, vel octo li-
bras turon. vt Caballi. tract. de vsu. quæst. 95. num.
818. Boë. decisi. 327.

24 Ista † est vna ex belli calamitatibus, hinc dici so-
let bellum omnium pater: quod omnium rerum
nouandarum auctor est. Tempore conductionis
vigebat etiam bellum. Et adhuc in tuto non sumus
cum maneat vbique in ciuitatibus, & locis militum
custodiæ, & præsidia à clementissimis principibus
nostris. Tempore contractus 1587. Incipiebant pau-
latim illæ decrescere à suo pondere, & lege. Ideo
25 † sequitur, qui illo tempore contrahit à casu, qui tunc
vigebat excusari non potest. l. qui bona. §. de illo.
ff. de damn. infect. inquilinus qui vitiosas ædes con-
duxit non potest petere sibi caueri. ita Specula. titu.
de loca. in Rub. per Ioan. Andr. Socin. consi. 123.
lib. 4. Bald. in l. si ea lege. C. de vsu. Alexand. consi.
6. lib. 2. Rip. vbi suprà num. 41. Cæterum non erant
adhuc diffamatæ, licet in dies crescente multitudi-
ne magis vilescerent. Et tandem anno 1593. 18.
Iulij fuerunt reprobatæ, & noua moneta solidorum
fabricata, dixerunt Domini, istæ sunt sagittæ poten-
tis acutæ.

26 Nunc † videndum est, an iste casus sit maior vel
durior expressis? dicunt illi maiorem, & duriorem.
Nam cum valor monetæ soleat esse perpetuus, &
immutabilis. l. & ideo. ff. de eo, quod cert. loco. l. 1. ff.
de contra. empt. l. vniuersi. C. de vete. num. po. lib. 11.
Couar. de nummis. cap. 7. Caballi. de vsu. num. 702.
Ista autem moneta propter eius vilitatem & im-
mensam multitudinem mutauit proprium valorem
sufficiebant viginti quatuor ad vnum aureum nunc
sexaginta, & vltra. pretia rerum in quintuplo aucta
fuere: dicunt etiam coacti fuimus ab ingredientibus
accipere, quam tamen recusant creditores cogimur
in massam redigere cum grauissimo damno, & sic
cæteris grauior videtur iste casus. d. cap. sedes, & est
communis opinio in grauiori casu non nocere re-
nuntiationem. d. §. quæsitum. & seraphi. de seraphi. in
tractat. de priuil. iura. priuilegio. 406. num. 16. Rolan.
à Val. consi. 46. num. 13. lib. 3. Barba. consi. 21. num.
15. lib. 2. Iacob. Mand. consi. 1. num. 7. Craue. d. consi.
95. Tessan. decisi. 214. Bossi. de remis. merced. nu. 76.
Ancha. consi. 402.

27 Hoc † quidem damnum est, sed quod gra-
uius sit bello, peste, & fame, non credimus. ista
dicuntur flagella durissima, & tristissimos conti-
nent euentus. Tempore pestis non ingrediuntur
ciuitatem. Imò fugiunt & remanet sola sine po-
pulo: dic quæso si contagio vigeret per duos, vel
tres annos sicut alias visa est, vt attestatur de Ri-
pa in loco suprà allegat. numero 12. Et dolen-
tes sæpius experti sumus, an pinatella tibi videretur
durior peste, quæ corpora, & facultates deuorat con-
sumit, & perdit? Quis crederet vilitatem moneta-
rum, & ipsarum reprobationem maius attulisse dam-
num quàm faceret bellum, quod omnia in se con-
tinet mala. Reprobatis verò, & noua moneta dãnum

quod fecit certum est, quia centum in massam reducta, quadraginta efficiunt cui plus, vel minus. Hoc semel extinctum est, & finitum. At quæ occasione belli passi sumus posteri nostri, tot millia milliũ vix poterunt resarcire, & nescimus quando. Et nihilominus per Dei gratiam, ista fuerunt de leuioribus belli
28 flagellis. Hinc † bene dicitur dulce bellum inexpertis. Nulla est igitur æquiparatio inter pecuniarios, & funestos casus, hinc finiti ad infinitum nulla est proportio: secundum Philos. huic seruit. l. in seruorum in fin. ff. de pœnis.

29 Dicunt † vlterius præmissas obligationes esse intelligendas, & moderãdas rebus sic stantibus. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. l. quod seruus. ff. de condi. caus. data. l. si hominem. ff. manda. Bart. & doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. Etiam si iurauerint. c. peruenit. & c. quemadmodum. de iureiuran. Et sic quandiu durasset moneta in suo valore, pondere, & lege Gosa. consi. 27. in princi. & num. 19. Port. consi. 2. nu. 19. & consi. 5. num. 27. Craue. d. consi. 95. & suprà diximus, sed istud parum facit, siquidem qui se obligat ad pestem, bellũ, & famem & alios ad casus similes, qui non erant tempore obligationis, videtur cogitasse rebus sic non stantibus, etiam se præstaturum. Illi enim casus mutant statum temporum, & communem ordinem rerum. d. l. quæ fortuitis.

30 Postremò, † nimis propera videbatur petitio remissionis mercedis, ex eo, quod habenda esset ratio lucri, quod iam fecerant pro vt confessi sunt, dicendo quod pinatellarum vitia, lucra substulerunt. Item ad vbertatem quæ in futurum esse poterit secundum iuris terminos. in l. si vno anno. ff. loca. c. propter sterilitatem. de loca. Bossius de remiss. merced. num. 1. 2. 3. 4. 5. Gomes de loca. & conduct. nu. 18. Couar. pract. quæst. c. 3. num. 1. Carte. tit. de remissio. mer. Et adhuc restant anni multi, poterit esse tanta vbertas, quæ iocundos, & plenos redderet conductores, est vetus adagium quo recte dictum est. Non statim cum initio apparere hiem. Ideo reparandam ciuitatem & huius omnes voti fuimus, quod non fuit publicatum, quia adhuc non erat correctus processus.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ an sint punibiles.*
2 *Stellionatus crimen locum habet deficiente alio titulo criminis.*
3 *Feneratores infames.*
4 *Infamia morti æquiparatur.*
5 *Exemplis non iudicamus.*
6 *Alia est vox turturis, alia philomelæ.*
7 *Vsuræ prohibitæ, nec permissæ propter bonũ publicũ.*
8 *Vsura, difficilè probatur. propter clandestinos tractatus, an coniecturis probetur?*
9 *Testes clandestinos an liceat introducere? nu. 13. 16.*
10 *Coniecturæ quibus præsumitur vsuram recepisse.*
11 *Solitus negotiari præsumitur diligens.*
12 *Vsuras qui dicit non esse peccatum, hæreticus est.*
14 *Rhetia tendere dicitur, qui includit testes vt audiant secreta ad testificandum.*
15 *Inimici repelluntur ab accusatione.*
17 *Testes, qui præmeditatum sermonem dicunt, suspecti.*
18 *Fallacias fallaciis retundere, quando liceat?*
19 *Præsumptio fortior tollit debiliorem*
20 *Instrumento publico standum est.*
21 *Interesse quamplurimi debetur iuste propter moram.*

DECISIO CCXIII.

De vsuris & testibus clandestinis prohibitis, casus quotidianus.



IN hanc laboriosam iustitiæ classem, delatæ fuerunt duæ accusationes, à duobus debitoribus contra vnum eorum creditorem, quod ab ipsis indebitas vsuras exegerit: vna, per Iacobum Ferrier, alia, per Ioannem Fort, mercatores: contra Petrum de Cadeneto ciuem Auenionis. Et in vtraque agitur super depositionibus testium, qui viderunt numerare, & audiuerunt per rimulas, & foramina fenestræ, & portæ confessiones per creditorem factas, & secretos inter ipsos tractatus, ignorante creditore absconditos esse testes, & in his adiungitur fiscus. Et formato processu à domino auditore domestico: adiuncti fuerunt quinque extra Rotam doctores, ita vt vndecim calculis sit definienda quæstio, quæ videtur esse magni ponderis cum tot viri præter solitum morem fuerint electi iudices. Me igitur relatore conqueritur Ferrerius accepisse mutuo anno 1586. & 12. Martij ab eodem creditore ducentos, & quinquaginta scutos auri in auro, & singulis annis soluisse in vsuram decem pro centenario vsque ad annum nonagesimum quintum, & sic per nouem annos facto calculo ducentos quindecim scutos. Et vlterius anno 1592. & 12. Iunij se obligasse in centum quinquaginta scutis, & nihil recepisse. Sed hanc obligationem fuisse contractam occasione augmenti scutorum in prima obligatione contentorum, de quibus apparebit ex propria ipsius confessione, examinatis testibus.

Et idem ferè proponit Ioannes Fort, post multas inter ipsos contractus obligationes, & vsurarum solutiones, & cancellationes se obligasse erga illum anno 1594. & 4. Octobris, in centum & quadraginta scutis valoris sexaginta solidorum. & anno 1595. quinta Augusti in alios centum & sexaginta scutis, & simulatos esse istos contractus, qui descendunt ex præcedentibus obligationibus iam cancellatis, & promissis vsuris. Petunt isti boni viri cogendum imputare ista apposita in solutionem sortis. Et si quid vltra solutum reperiatur, restituendum. Iudex verò post informationes, & sæpè repetito rer. dolentem cum misit in carcerem, fisco requirente.

1 Licet † aliqui dicant has fallaces vsuras, quas extorquere solent creditores à miseris debitoribus quibus pecunias credunt hactenus invltas remansisse, & quia certa pœna contra illas non reperiatur, solúmque Deum vltorem habeant, tamen illa præualuit opinio (iustior, & verior) extra ordinem esse puniendos crimine stellionatus, propter manifestum dolum, quo vsi sunt, scientes omni iure diuino, & humano tam graue esse prohibitum scelus. l. 1. vbi omnes no. C. de summ. trinit. & fid. Catho. quotiens
2 † enim deficit titulus criminis, stellionatus locum habet. l. 3. ff. de cri. stel. & meritò si quidem ista vsurarum vorago animas deuorat, & facultates exhaurit. c. 1. de vsu. lib. 6.
3 Quis † habitabit in tabernaculo tuo domine, aut quis requiescet in loco sancto tuo, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Psal. 14. Istud etiam improbum fœnus exercentes notati sunt infamia. l. improbum. C. de

C.de his,qui no.infam.Quid turpius,aut vilius infa-
mia?quæ gloriosum perdit hominis decus,qui dicitur
nobilissima creaturarum.l.iustissime. ff.de ædi. edict.
§.in pecudum.Insti.de rerum diuis.& tunc compara-
tur iumentis insipientibus, & similis factus est illis.
4 Psal.48.Nimirum†si apud bonos viros infamia mor-
ti æquiparetur.l.iusta.ff.de manu.vindi.l.isti quidem.
ff.quod me.causa.Decius consi. 486.in princip.

Et postremo cogitur cum rubore, & turpitudine
exactas vsuras restituere.c.Michael.de vsu.códictione
indebiti Paul.de Cast.in l.Neratius. ff.de condict.in-
deb.Panor.consi.34.lib.1.& cons.81.lib.2.Et re vera
ista messis mala dicenda est,quæ tot generat morbos.

5 Et†quamuis producantur multa acta,quibus appa-
ret isto crimine accusatos relaxatos fuisse, non sequi-
tur,quia exemplis non iudicamus sed legibus.l.nemo
iudex.C.de senten.Panorm.in c.afferte.no.t.de præ-
sumpt.& Feli.in c.2.de præsumpt.Bal.in Rub.C.quæ
sit long.consuet.Decius consi.420.nume.9.hæc sunt
separata iudicia,quælibet causa suos habet terminos,
sensus,& arbitrium iudicandi.l.2. C.de eden. separa-
torum,separata debet esse ratio.l.fi.ff.de calum. c. iu-
dicantem. 30.quæst. 5. l.iudices.C.de iudi.l.sæpe.vbi
6 Alex.laris.ff.de re iudi. Alia†est vox turturis,alia phi-
lomelæ, licet vtraque sit auis,videmus etiam propter
7 †bonum publicum vsuras non esse permittendas.cle.
prima.eo.ti.Nec consuetudine etiam longissima lici-
te exigi possunt.cap.quia in omnibus.eo.ti.quoniam
contra ius diuinum consuetudo nulla est.c.fi.de con-
sue.nostri maiores late in l.de quib.de legi.Alex.cós.
57.in prin.lib.1.& consi.1.lib.2.Nauar.c.17.nu.207.

8 Sed†qualiter probabitur vsura?difficilis huius rei
probatio est,propter clandestinos tractatus,quos so-
lent facere fœneratores. Et in aures debitorum insu-
surrant,quæ nolút ab aliis exaudiri,quod alio nomi-
ne dicitur in angulo loqui.Imò anteriori manu solu-
tiones accipiunt, & postea reales numerationes si-
mulant.Fœlix qui potest abstinere à mutua pecunia,
quę creditur,ad vsuram quod citius currit(vt dici so-
let)quam Heraclitus celeritate currendi pręter cæte-
ros eximius. Nimirum in his tam obscure gestis, &
cito, cito occurrentibus malis sufficere videntur le-
uiores probationes sero medicina paratur, ne inulta
remaneant crimina.l.penult. ff.de probat.l.consensu.
C.de repud.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. c.vt famæ.
de senten.excom.Alex.consi.145.nu.5.lib.5.& consi.
237.lib.6.Paul.de Cast.consi.58.& consi.74.incip.in
causa mora per d.Doroteam.li. 2.qui dicunt hoc cri-
men probari posse duabus præsumptio. & coniectu-
ris,etiam ad condemnandum,hos sequitur Cra.con-
sil.73.num.7.allegat Calca.consi.26. & consi.27.hic
vero non solum coniecturis, sed tribus testibus pro-
batum videtur,qui dicút vidisse numeratio.audiuisse
confessiones à creditore factas super solutione vsu-
rarum.Ideo in ore duorum,vel trium stat omne ver-
bum.l.vbi numerus.ff.de testi.

9 Et†licet præparati fuerint isti testes, & videantur
extraordinarij, tamen licuisse debitoribus hunc mo-
dum probationis afferre, & introducere clanculos
auditores vt detegatur fallacia clanculosa. Et sicut illi
obscure agunt,ita per obscuros modos probatio.fiat.
arg.l.cum proponas.C.de pact.l.marito.ff.solut.mat.
quod alio loco diximus.Clauum,clauo pellere:quo-
tiens malum simili malo retundimus.Et malo nodo,
malum quærimus cuneum.Alioqui vix vnquam hoc
clandestinum probaretur scelus. Et ne liceat impro-
bis locupletari cum iactura aliena.cap. peccatum.de
reg.iuris. Hinc, si tibi mutuauerim pecuniam & de-
neges,quod probare non possim,licite possum telam
tuam propria auctoritate capere. Gl.in c.ius gétium.
1.dist.Nauar.in pręcepto,non furtum facies.c.17.nu.
112.& sicut diximus propter difficultatem probatio-
nis coniecturis vtimur.l. qui autem. §. non simplici-
ter.ff.si quis omiss.caus.test.Oldra.consi. 324.factum
tale est.dominus noster Papa. Bald.consi. 149. lib.1.
Alex. consi.24.num.6.& consi.53.& consi. 69.lib.2.
Cra.consi.141.num.12.Et præsertim quia testes pro-
ducti clare loquuntur per sensum corporis depo-
nentes,ita vt coniecturis opus non sit.l.continuus.ff.
de verbo.obliga.cum si.

10 Vltra†istos testes, multæ resultant coniecturæ &
præsumptiones, quibus auguramus hunc collegisse
vsuras. Apparet debitum 250. scutorum fuisse con-
tractum anno 1586.12.Martij, quos tenebatur Fer-
rerius intra annum restituere,& non constat,per no-
uem annos fuisse restitutos.Et credis tu Cadenetum
interea nihil percepisse, & voluisse ita ius suum per-
dere,& suum iactare,contra. l. cum de indebito. §.1.
ff.de proba.l.si eum aurum.ff. de solu.l. campanus.ff.
11 de ope.liber.Maxime, † in soluto negotiari sicut in-
tellexu gl.in l.eum allegas.C.de vsuris,& de illo agi-
mus,qui se talem profitetur producendo multa acta,
& instrumenta,quibus constat,multiplici se occupa-
tum negotio,actiuè, & passiuè contrahere debita,&
soluere annuas pensiones non credendum fuisse tam
supinú,& negligentem in exigédis suis pecuniis,qua-
litas vita repugnat præsumere negligentiá.vt Bal.no.
cons.229.col.2.lib.2.sequitur Cra.cons.73.n.17.Soc.
consi. 273. nu. 4. lib.2.huic ferunt. l. non omnes.§.à
barbaris.ff. de re mili. l.si defunctus.C.arbit.tutel.

Sinistra etiam suspicio contra eum colligitur,quod
voluerit excusare fœneratores,dicendo nó fuisse pu-
nitos,quasi vero illis fauorem præstans,vt non deli-
12 querent,quod iuri contrariú est.siquidé,†qui diceret
vsuram nó esse peccatú hæreticus est.cle.1.de vsuris.

Denique fatetur obligationem de centú, & quin-
quaginta scutis contra ferrerium, emanasse occasio-
ne augmenti scutorum & tamen sonat in reale mu-
tuum, proinde proprio ore eam simulatam reddit. l.
1.C.plus val. quod agitur. c.illo vos. de pigno. Hinc
sequitur,semel malus,semper pręsumendus sit malus
in eodem genere.male.c.semel.malus.de reg.iur.prę-
cedétia declarát subsequétia. l.5.sed.Iulianus.§.quod
dicitur.ff.ad Macedo.Cra.consi.73.num.10.declarat
Alcia. in ea regulam præs. Et deinde videtur appro-
basse dicta testium, quos poterat reprobare.Et si ve-
rum dixerint in hoc capite,in aliis quoque veritatem
dixisse præsumantur.arg.l.si seruus pluriú.§.fi.de leg.
1.vt vna pars alia declaret, primis quibusque copu-
lata procedunt. l.cum de laniouis. §. asinam.de fun-
do.instruct.cum sim.

13 Sed†si intus,& incutè rerum causas discutiamus,
iste probationis modus magis fallacia dicendus est,
14 quàm veritatis perquisitio,vel ostensio. Si†quidem,
ille,qui cláculum includit testes ad audiendú secreta
aliorum, vt post modum de his deponant in iudicio
in commodum suum,dicitur tendere rheta vt capiat
prædam.Illi etiam qui se offerunt,& manent abscon-
diti in illis angustis locis,tanquam venatici canes ex-
pectant donec apparuerit bestia, & veniat in saltum
vt eam capiant.

15 Ideo†videretur iniquú si illi, qui consiliú fecerút in
vnú aduersus creditoré in creditoris præiudiciú testi
ficarétur. Iá ex illis præparatis insidiis se velle illi no-
cere,&inimicos declarauerút merito sunt repellédi.c.
repellétur.& c.cú P.de accu.vbi occasione accusatióis

& 3 capi

capitalis inimicitia contrahitur. Ita ergo præparatæ accusationis eadem inimicitia contrahi dicitur. Quia præparati,& præparatorij idem iudicium est.l. ad rem mobilem.ff.de procura.no.in Rub.de iudi.In istis iam præparatus est animus,vt vni prosint, & alteri noceant, quod.ius abhorret in testib.c.legitima. de appell.Bart.in l.4.§.fin.ff.de adi.lega.gl.in l.3.ff.de arbit. Panor.in c. accedens. vt lite non contest.Alex. in l.testibus.de testi.Cra.consi.46.num.4.

16 Sed † cuius conditionis sint isti attestatores? satis ex eorũ gestis apparet, qui relictis proprijs negotiis, (quibus maximè egent) sese in ergastulo includere,& camera surda,sine luce , & sole non dubitauerunt & figere oculos in foramina vt haberent materiam testificandi postea , hæc fabula prouocat ad risum , isti sunt tractus sordidorum,& vilium, quibus nulla adhibenda est fides.d.l.3.§.eiusdem.Bal.in authen.si dicatur,circa fi.C.de testi.gram.consi.26.nu.29.30.d.l. sciant cuncti.ibi, legitimis testibus.

17 Et † si legantur istorum depositiones, vnum eundémque præmeditatum sermonem continere videbuntur,absque vlla differentia,ab eadem trutina formatum,quod lex reprobat.d.§.eiusdem.quia præsumuntur instructi ad ita deponendum.vt Oldra.consi. 210.incipien.regularis.num.3.Bal.consi.465.num.2. 3.Cra.consi.78.num.11.

Sed qualiter fieri potuit istos ad foramina , & rimulas adpositos,ita integrè,& absolutè potuisse retinere,tantas verborum farragines? nominãdo annos, dies,& menses diuersorum cõtractuum,notariorum nomina,solutas summas,& adhuc debitas,tam sortis, quam vsurarum, in quorum recitatione longo tempore opus est? Nos autem , qui scripta legimus non possumus retinere,nisi bis,aut ter relegamus,& calamo annotemus. Illi verò semel tantum,quod euolat emissum,atque irrecuperabile verbum,ventóque rapitur : hæc non sunt verisimilia. Imò falsa.c.non est verisimile.de præsump.nec danda est illis fides.Alex. consi.95.lib.4. gram.voto.22.num.2.& supra decisi. 64.& 91.num.6.& decisi.117.num.6.Quædam reperiuntur reuelationes ad monitorium:hæc, dictamine aduocati fuisse conscripta,licet plenam fidem non faciant (mouent tamen) quia non citata parte vt Alex. consi.110.per to.lib.2.Ias.in l.prætor.ff.de eden.Feli. in c.de testibus.eo.tit.Sylua.in verbo monitoriæ.numero 57.

Magis adhuc detegebat istorum mendacia, forma illius foraminis,quæ similis videbatur mẽsuræ quam facimus cum pollice, & indice manus vtriusq; cuspide iũcta, quod tria,vel quatuor capita eodẽ istãti recipere nõ poterat,vt viderint & audiuerint, quæ gerebantur in alio, & separato membro:hoc ipsa impossibile visum est,& tamen omnes testes dicunt vidisse numeratos quatuor scutos in diminutionẽ vsurarum,& repositos per de Cadeneto in sacculum caligarum suarum. Et fateri cogeremur quater fuisse numeratos , & quater repositos , & ita essent sexdecim. Cum ille actus numerationis & receptionis dicatur momentaneus,nec eodem instanti videri poterat à quatuor separatis à foramine.vnus locus nõ capit duos.l.si vt certo.§.si duobus. ff. commo. Nimirum dixerunt vniuersi iudices , hanc ad probandum cautelam malam,& nullius esse fidei.de qua gloss.loquitur,in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen.doc. in c.præterea.de testi. Soci. consi.54.lib.1. Gigas de crimi.læs.maiest.c. 20. vbi refert fuisse castigatos iudices , qui fidem clandestinis testibus adhibuerunt istis similibus.

18 Nec † obstat licere fallaciis,fallacias retundere,hoc verum legitimis modis , & in terminis meis vt in l. scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.d.l.cum proponas.l.si instituta.§.1.ff.de inoff.testa.l.1. C.quãdo liceat sine iudi.se vendi.l. cum pater.§. libertis.de lega.2.vt no. Bart. & doct.in d.l.cum proponas. Et si hoc generaliter liceret,silerent magistratus,& vnusquisque pro arbitrio,ius sibi diceret , quod lege prohibitum est.l.non est singulis.ff.de reg.iur. l. 1. C.vt ne.in causa propria ius sibi dicat.

Non excusauit fœneratores , sed dicit fuisse absolutos. Non sequitur velle illis fauere. hæc separata sunt ex quibus nihil infertur.l.Papinianus. ff. de mino.Glo.in l.si.ff.de off.procura. Cæsa.licitum est reis vti pluribus deffensionibus. cap.nullus. de reg.iuris. cum ibi no.

19 Et † licet in criminibus occultis sæpe iudicemus secundum violentas præsumptiones,& coniecturas,vt voluit Cra.in d.consi.74.cum aliis per eum allegatis, hoc verum esse potest , vbi ab alia parte non resultarent contrariæ præsumptiones , quæ essent fortiores illis,quæ delictum præsumunt , tunc fortior debiliorem tollit.l.diuus.ff.de in integ.resti.c.literas.vbi Panor.4.no.l.eum qui probabilem.vbi Bald.C.de episc. & cler. hic autem occurrunt multa , quibus mouemur ad absolutionem. primo , per regulam generalem , ex suspitionibus neminem condemnandum . l. absentem.ff.de pœnis. Et in criminibus probationes luce debere esse clariores.d.l.sciant cuncti.Neminem præsumendum immemorem propriæ salutis.l. 1. C. ad l.Iul.repetund.

Tertiò,sumus in reo, cui leges magis solent fauere.c.fauorabiliores. de reg. iur. & in dubio delictum non præsumitur.l.meritò.ff.pro socio.Quinto,de eo loquimur,qui per dignos,& integros testes suæ bonæ existimationis,& vitę,probauit publicam vocem, & famam,quæ tollit indicia ad quæstionem,vt Alex. no.consi.14.lib.5.& dixi suprà decisi.28.num.13.

20 Vltimo, † agitur de confirmatione,vel infirmatione contentorum in publicis instrumẽtis, pro quibus iuris resultat præsumptio propter auctoritatem notariorum vt vera,& legitima sint quæ sunt contenta in illis.l.cum precibus. C. de proba.c. tertio loco.eo. tit.l.sciendum.ff.de verb.obliga.gl.no.in l.ea pactione.C.de vsu.Bar.consi.65.factum tale est.Petrus Nicola. Bal.consi.39.in fi.& consi.210.lib.3.Neque infirmanda sunt publica instrumenta propter hominum præsumptiones.l.sed si maritus.§. fin. ff. qui & à quib.l.si mulier. ff. rerum amo. Craue. consil. 145. numero secundo.

21 Nec † obstat confessum fuisse obligationem cẽtum & 50.scutor.emanasse ab augmento scutorum, & ita non fuisse mutuum,&c.Quoniam eo tempore debitor moram contraxerat,nec restituerat creditori scutos auri,vnde tenebantur ad pretium quanti plurimi. l.in re furtiua.ff.de condi.fur.Cum æquiparetur furi, qui moram fecit.vt no. Bart.& doct.in l.quod te.vbi Rip.nu.9.ff.si cert.pet.& consequentur creditori debebatur pretium illorum , qui illis temporibus erant communis valoris septem vel octo librarũ quod poterat iuste petere sine læsione conscientiæ.no.gl.in c. conquestus.de vsu.& gl.in l.3.ff.quod cer.loco. & in l.vni.vbi Rebuff.in proe.nu.12.& seq.Capi.deci.28. nu.4.Nauar.c.17.nu.112.Et si fiat calculus illud pretium quanti plurimi longe excedit summam centum quinquaginta scutorum.Igitur cum debitum sit illud pretium quantiplurimi nihil refert si facta æstimatione mutuum dicatur , quasi breui manu solutum.

& postea

& postea in mutuum conuersum. Iuxta.l.singularia. ff. si cert. petat. Quid debitoris interest posteaquam illud verè debeat vocetur mutuum aut solutio pretij quantiplurimi. Non mutat naturam rerum partium nominatio. l. si quis in fundi vocabulo. de lega. 1.l.si olei.C.loca.l.insulam. ff. de præs. verbis.l. vbi ita donatur.ff.de dona.caus.mor.& in his coniecturis opus nó est,cum clare appareat vnde emanauerit illa obligatio ex clara, & libera creditoris confessione arg. l. continuus.§.1.ff.de verbo.obliga. Dixerunt vniuersi iudices, absoluendum reum, condemnandos debitores soluere principales summas, cum interesse legitimè debito, liquidando in executione sententiæ. rescisso prius illo contractu centum & quinquaginta scutorum quod sonat in mutuum compensatis expensis litis illum contractum concernentibus.

SVMMARIVM.

1 *Festina lente,medium tenuere Beati.*
2 *L.fi.C.de edict.diui.Adria. remedium dicitur possesso. quasi recuperandæ.*
3 *Conditio si sine liberis decesserit,an relictis liberis deficiat.*
4 *Fideicommissum non extenditur, de persona in personam.*
5 *L.Lucius.ff.de hæredi.Insti.qualiter intelligatur?*
6 *Filij positi in conditione an sint vocati, difficilis quæstio. adhuc sub iudice lis est.*
7 *Coniecturæ iuris,dicuntur legitimæ probationes.*
8 *Testator si fuisset interrogatus ita respondisset. num. 9.10.*
11 *Testator,quod non dicit,voluisse non præsumitur.*
12 *An vtilius fuisset habere illa omnia responsa Iurisconsul.quæ à Iustiniano cassata fuerũt noua respõsio.*
13 *Iurisprudentia in se omnem complectitur virtutem.*
14 *Filij positi in conditione,& grauati, censentur vocati.*
15 *L.ab eo.C.de fideicom.explicatur,nouiter.*
16 *Transuersales an gaudeant tacitis coniecturis?*
17 *Masculos vocando testator videtur velle conseruare bona in familia sua.*
18 *L.cum vir vxori.C.quando.dies lega.cedit.intellectus.*
19 *Filij positi in conditione an censeantur passiuè rogati? in multis.*
20 *Filias excludendo,filij censentur vocati.*
21 *Integraliter, & sine aliqua diminutione restituantur. prohibet Trebel.*
22 *Fideicommissa possunt alienari non solum pro constitutione dotis,sed etiã pro restitutione, & an omnia bona secundum Bald.quæ tamen reprobatur.nu.23.*
24 *Dotis priuilegia locum habent in sponsa.*
25 *Filius grauatus potest detrahere duas quartas.*
26 *Filius grauatus, qui non fecit inuentarium an priuetur Trebel.*
27 *Ratio diuersitatis inter Falcidiam,& Trebel.nouiter.*
28 *Nihil est ex omni parte beatum,id est,firmum.*
29 *Filius tenetur imputare in quartas bona alienata.*
30 *Reparationes an liceat petere,vel rem retinere?*
31 *L.statuliber.ff.de statu libe.declaratio noua.*
32 *Reparationes an cum fructibus compensentur.*
33 *Iudices aliquando cogunt partes compromittere vbi est difficultas in decidenda lite.*

DECISIO CCXIIII.



Ic agimus de re splendida,& graui.nempe de domo,quæ pulcbritudine,& pretio alias superat, & forsitan in tota ciuitate non habet parem. Agitur etiam inter illustres, & potentes viros Ioannem de Sado iurium Doctorem, primum Præsidem curiæ rationum regiarum in ciuitate Aquensi,Consiliarium Regium in eius priuato consilio Dominũ Masani, & Saumanæ. Contra Guilielmum de Gadagne Comitem Verduni, dominum de Boutheon, auratum equitem, Locumtenentem generalem in prouinciis Lugduni,Foresti,& Beaujolois. Super profundissimis, & difficillimis iuris articulis proinde, iudicem oculatum esse
1 oportet,& vt festinet † lentè.Medium tenuere beati.

Nobilis quondam Henricus de Sado Auenionensis, Anno 1435. instituit suum hæredem Baudetum de Sado filium suum & suos liberos masculos. Et si sine liberis masculis decesserit substituit ei Petrum alium filium suum, & suos liberos masculos. Si Petrus sine liberis masculis decesserit substituit eidem Alziarium de Sado consanguineum suum, & suos liberos masculos. Et huic similiter sub eadem conditione substituit nobilem Giraudum de Sado alium suum cõsanguineum,& suos liberos masculos.Quod si omnes prædicti decederent sine masculis, & ipsi masculi sine masculi substituit eisdem liberos masculos Alisiæ de Sado filiæ suæ primo genitæ. Et deinceps masculos secundæ genitæ, tertiæ genitæ, quartæ, & quintæ genitæ. Et sic in futurum quotiens erunt de genere illo masculi de vno ad alium restituat integraliter, & sine diminutione quacumque, modo,& forma prædictis.

Baudetus sine masculis decessit. Petrus, suscepit Ioachinum, & Ioannem, & mortuus est. Ioannes suscepit Franciscum, qui sine masculis decessit. Alziarius similiter. Giraudus alius consanguineus genuit Petrum, qui habuit Ioachinum patrẽ Domini Ioannis actoris, qui Francisco mortuo sine liberis dicit se vocatum ad bona Henrici per fideicommissum,& consequenter ad domum quam possidet Magn. Guilielmus de Gadagne petens se mitti in posses. beneficio.l.fin.C.de edict.diui Adria.tollend. per d. conseruatorem priuilegiorũ vniuersi Auenio. Quiquidem viso testamento integro, & sano, vocato curatore, quem absentis loco constituerat. & constito de corpore domus, & persona petitoris, ordinauit mittendum.Ias.in d.l.fin.num.9.Decius num.27. Cur.num. 50. Sapia. num. 74. qui dicunt remedium illius legis etiam competere fideicommissariis.

Nunc pars comparendo dicit malè iudicatũ quinque rationibus.

Primò,Petrum decessisse relictis masculis, licet illi sine liberis decesserint.

Secundò, præscriptum fideicom.

Tertiò, domum fuisse venditam pro restitutione dotis vxoris filij Baudeti.

Quartò, liberos primi gradus potuisse detrahere duas quartas.

Quintò reparasse domum, & nouam fecisse, magnis suis expensis. bona fide,& iusto titulo.

Dominus Masani dicebat has exceptiones esse obscuras,& difficiles,in hoc summario iudicio,non esse admittendas, sed esse remittendas ad iudicem proprietatis interea fideicõmissarium manutenendum,
2 iuxta terminos. dictæ.l.fin. Cuius † remedium dicitur esse possessorium, quasi recuperandæ posses. vt Decius consil.188. num.11. de Afflict.decis.115.nu. 7.12.Roland.à Val.consil.1. num.74.75.76. libro 2. Cum requirant altiorẽ indaginem. vt l.2. C.de edict. diui Adria. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. vt in posses.lega. Sed fuit dictũ reum esse legitimum contradictorem, cum possideat, habeátque titulum ab

hærede à tam longo tempore. Deci. in d.l.fin.nu.14. Mono.de adipiſ. quarto remedio. num.565.vt impedire poſſit ſummariam cognitionem, & facere ordinarium iudicium Zucha. ibi num.374. Beneu. deciſ. 83.num.5.6.Roland.conſil.78.num.27.lib.3. vt probat d.l.fin. ibi, ſin autem contradictor extiterit, tunc iudicio competenti, cauſæ miſſionis, & contradictionis ventilentur, &c. Competens autem iudicium dicitur ordinarium titulo de foro competenti. Et propterea ante omnia audiendum reum.

3 Circa † primam exceptionem. Apparet Petrum filium Henrici habuiſſe Ioachimum, & Ioannem, & illis relictis mortuum. Et licet iſti, ſine liberis deceſſerint conditio expirauit in perſona Petri, cum deceſſent relictis maſculis. l.cum vxori. C.quand. dies lega. cedit. l. in ſubſtitutione. vbi Ang. & Imo. ff.de vulga.l.ſi quis hæredem. vbi no.omnes.C.de inſtitu. l.rogo.ibi, cuius cõditio ſemel extitit. ff. de fideicom. liberta. Ang. conſil.140. Alexand. conſil.115.in fin. lib.1.Socin.conſil.117.num.4.lib.1. Non eſt opus filios in conditione poſitos eſſe hæredes patris grauati.l.cum filiusfam.§.cum quis. de lega. 1. & Oldra.in illo conſil.21. Si quidem in ſubſtitutionibus attendimus principium primæ exiſtentiæ, non ſucceſſiuum d.l.ſi quis hæredem, & l.hæredibus.ff.ad Trebel.l.ſolemus.ff.de condi. & demonſtr. Ideo relictis maſculis
4 videretur adimpleta. Et † ne fideicommiſſum, quod ſtricte interpretandum eſt.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulgari.de perſonis ad perſonas extendatur.l.quidam cum filium.ff.de hæredi.inſtitu.Cra.conſil.180.Hinc ſi ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſufficit ſemel extitiſſe maſculos, licet poſtea moriantur. Bart. in l.2.§.ſi ſinc. ff. ad Tertul.& in d.l.in ſubſtitutione. Alexand. conſil.20.7.8. lib.1. Iaſ. in d.l. ſi quis hæredem.num.6.de Ripa.in l.ex facto. §. ſi quis autem.ff. ad Trebel.

5 Reſpondebat † D.Maſani vera eſſe, quando vnus ſolus gradus ſubſtitutionis fuiſſet expreſſus. hic autem ad vlteriores progreſſus eſt, ſubſtituendo etiam liberorũ liberos gradatim vt, prioribus deficientibus, ſequẽtes admitterentur.l.poteſt.ff.de vulga.§.1.Inſti. eod. Et ſe eſſe in cõditione poſitum.l.Lucius.ibi, nam prudens conſilium fratris animaduertitur, qui non ſolum fratrem prætulit ſubſtitutis, ſed eius liberos non quod illi, patri ſuccedant ab inteſtato prout voluit Gloſſ.de qua ſucceſſione inteſtati non agebatur, ſed de teſtamentaria de qua loquitur titulus. de hæredibus inſtituendis. Et hæc opinio videtur verior. vt conſiderauit Oldra.in d.conſil.21.licet iſte ſit magnus, & durus contentionis nodus. de quo infrà. Et quia dicebat reus, conditio nihil ponit. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Imò vocati ſunt ex tacita teſtatoris voluntate. l.nam.de lega.3.l. cum proponeretur.l.qui ſolidum.§.1.de lega.2.Alex. conſil.1 ,num.5.lib.4.Iaſ.conſil.154.lib.4.

6 Nolo † immorari, neque latius me extendere in recitãdis hinc inde rationibus, & auctoritatibus. Locus iſte diffinitorius non patitur. Sed recurrendum puto ad vnum acutiſſimi ingenij virum D.Ioſephum de ruſticis qui de his ampliſſ. tractatum fecit. opus profecto dignum propter quod vadimonium deſeratur. vt eſt in adagio. Et ibi pro vtraque parte duæ acies, ferè numero pares. quiſque dicit ſe habere vocem communem. Omnes expectant illum diffinitionis diem. Ita, vt adhuc indeciſa remaneat quæſtio. ſub iudice lis eſt. Cæterum, ſicut ille bene aduertit, qui tenent vocatos, pro bono, & æquo pugnare videntur. num. 61. Et ſecundum hanc potius iudicandum

ſine læſione conſcientiæ Soci.Iu.conſil.141.num.7. lib.2. Antho.Corſe.in ſua diſputa.in 16.funda. Pariſi. conſil.6.num.24.lib.3. Et hanc ſequitur iſte Senatus præſertim concurrentibus legitimis coniecturis. quæ
7 dicuntur † liquidiſſimæ probationis. l. ſi vero. §.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſ.cogan.l.licet. de lega.1.l. ſi quis locuples. ff.de manu.teſta.l. 1. C.de milita. teſta. vbi not. omnes Mantica de coniecturis. libro 10. tit.4.num.9.

8 Et † ſi de iſto caſu fuiſſet interrogatus teſtator, ita reſpondiſſet quaſi minus ſcriptum, quam dictum. l. cum auus. de condi. & demonſtra. l. hæredes mei.§. cum ita ad Trebel.l.Lucius.§. Lucius Titius. de libe. & poſthum. l.mulier.in princip.ad Trebel.l.Gallus.§. & quid ſi tãtum.de libe. & poſthu.l.fin.C.de poſthu. hæredi.inſtit.l. quoniam.C.de natura.libe.l. cum pater.de lega.1. In his, & ſimilibus, tacita voluntas, habetur pro expreſſa, ſi de illo caſu fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet ſecundum Glo. in l.tale pactum. §.fi. ff.de pact.

9 Et † hæc vna eſt de præcipuis, & primis vltimarum voluntatum coniecturis vt Oldra.voluit conſil. 25.num.3.Bart.Paul.Alexand.Iaſ.Imo.in d. §. Lucius Titius.Signo.conſil.183.num.10.& conſil.206.nu.3. Alexand.conſil.17.num.1.lib.7.Deci.conſil.89.nu.2. Cra.conſil.25. & conſil.32.& conſil. 186. num.10.& conſil.197. num.6. de Afflict. deciſ.44. Cur. Senior. conſil.51.num.28.lib.1. & conſil.37.num.7. eod.lib. Gra.conſil.120.nu.19.lib.2.Clar.in §. teſtamentum. quæſt.76.Manti.lib.3.tit.19.

10 Sed † re vera fragilis, & dubia eſt iſta coniectura, quam quiſque pro ſua voluntate formare poſſet, & dicere ita reſpondiſſet. Sed opus eſt deducere cauſas, quibus poſſimus illam, quam deſideramus comprobare reſpõſionem. Et quæ ex verbis teſtamenti concipiantur.d.§.quidam recte.l.non aliter. de lega.3.l.ſi alij.de vſufruct.lega.l.in ambiguis de rebus dub.Cor. conſil.272.num.5.& conſil.275.lib.1. de Anna. conſil.66.num.5.Socin. conſil.69. num.1.& conſil. 104.
11 num.8.lib.1. Alexand.conſil.49. Quia, † quod teſtator non dicit, voluiſſe non præſumitur. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C.de cadu. toll. Et niſi talis voluntas tranſierit in diſpoſitionem. l. quidam cum filium.ff. de hæred. inſtitut. Alexand.conſil.130. lib.2. Et cum agatur de interpretanda voluntate hominis mortui, difficile eſt ſcire, quid ille tacendo, voluerit. Et qui hoc dicunt, videntur eſſe cordium ſcrutatores, & plerumque diuinatores. Cum variæ ſint hominum volũtates.d.l.quia poterat.Oldra.conſil.142. Anchar.conſil.356.in fin.Socin. conſil.69.num.2. & conſil.104.num.8.lib.3.de ruſti.lib.2.num.13.14.15. 16.Manti. vbi ſ.num.5.

Vnde noſtri doctiſſimi viri ad detegendum hanc tacitam voluntatem multas coniecturas in medium proponunt de quibus paulo poſt tractabitur. vnde
12 † Budæus clariſ. Iureconſul. in annotatio. ad Pandectas. Alcia. Zazius, ac alij acutiſſimi iurium profeſſores, conqueruntur contra Iuſtinianum, & grauiter ferunt illam ſtragem, quæ olim facta eſt ſuper illis Iuriſconſultorum reſponſis. quæ ſi integra haberentur, non cogeremur coniecturas quærere, & talia vigilantium ſomnia. Sed poſſemus liberè, & ſine tantis & innumerabilibus commentarijs, quæ mentes ſtudioſorum confundunt cauſas definire, &c. Sed quæſo paululum quieſcat animus. Illa, quæ deſideras ad vrbe condita vſque ad tempora domini Iuſtiniani erant decurſa, & compoſita à mille, & tricentis annis. continebãtque duo millia librorũ, & pluſquam tricies

centena

centena millia versuum vt legitur in l. 1. C. de vere. iure enucleando. Nónne magis torquetur animus, in reuoluendis, & intelligendis millia millium versibus, quam in quinquaginta Digestorũ libris? Et credis tu, quod in tanta multitudine à diuersis composita viris à tam longinquis temporibus, omnia inter se conformia essent? Et non varia, & contraria multa? Noli tibi persuadere, quod propterea cessassent illa nostrorum iuris lumina, foris emittere quæ passim videmus, & legimus, nouis semper occurrentibus casibus. Et sicut terra frugifera vltro producit fructus. Sidera intra se non possunt retinere radios. Ita liberalis animus plenus odore, vt emitat foris sicut flos, quod intrinsecus habet necesse est. vide quæso, in quacunque disciplina, quo modo hodie aucti fuerint
13 professores, & enucleatores. quanto † magis in Iurisprudentia, quæ in se virtutem complectitur. Recordor sæpius audiuisse ab obseruandissimis præceptoribus meis, dum nodosum explicabant articulum, vtinam haberemus, &c. fortè euitandi periculi gratia, vel excusationis. Inter cæteras coniecturas voca-
14 tionis positorum in conditione quando † illi à testatore grauarentur. vt hic si masculi sine masculis decederent substituo, &c. Non possent restituere, quod non accepissent, nemo dat, quod non habet. l. decem. ff. de verbor. obliga. Et qui vult consequens censetur velle omne antecedens. l. ad rem mobilem. ff. de procura. l. oratio. ff. de ritu nuptia. l. Titia Seio. §. Titia libertas. de lega. 2. ex grauamine, quod vltimo iniunctum est, subintelligitur tacita substitutio. inter col-
15 legatarios. probat etiam. l. ab eod. † C. de fideicom. Et ne videatur testator elusoriam facere voluntatem grauando quem non honoraret. hæc opinio fuit Bar. in d. l. centurio. licet aduersarij dicant vanam esse rationem. d. l. propterea quod nunquam haberet locum d. l. ab eo. si semper ille cui nihil est relictum, censeretur institutus. multum se torquent nostri boni patres, & nullú haberet dubium. sed leges Codicis non ita strictè intelliguntur, cum editæ fuerint ad interrogationem eorum qui ius petebant ab Imperatoribus. Sed dubium esse poterat an ille teneretur redimere iniunctum onus. sicut hæres quando ab eo res aliena relinquitur. l. cum alienam. C. de lega. præterea Bart. loquitur de liberis in conditione positis, & grauatis, dicens ex his duabus causis vocatos. quia, concurrunt duo vincula. l. ab eod. loquitur, quando simpliciter aliquis grauaretur, vt non valeat grauamen. Et licet dicta lex habeat alias difficultates, quid ad nos? solum ad casum de quo quæritur referenda est. arg. l. 1. §. cũ qui. ibi, qui ad hoc ipsum præparatus venit. ff. de vi, & vi arma. Dicebat Dauus in Andria. post hæc incolumen sat scio fore me, nunc si euito hoc malum. Ac si diceret, de reliquo tibi curæ sit. hinc dici solet, sufficit diei miseriæ suæ. quo ad te liberas ædes habeo. l. si quis ædes. ff. de ser. vrba. l. si duas. ff. commu. prædio. Lata nimiú esset dispositio illius. l. à quo. si grauatus censeretur institutus, repognaret. l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicom. liber. vbi, si vnus ex cohæredibus grauaretur, vel aliam rem date. Non tamen censeretur illa res eidem in totũ data vel legata. Sed æqualiter onus inter cohæredes diuiditur Aret. dicebat. d. l. ab eo. locum habere, quando grauaretur dare rem, quæ non esset in patrimonio. Sed moderni magis oculati, considerant in ea lege positam negatiuam nihil, quæ omnem rem omnino excludit. Glo. in l. à procuratore. C. manda. l. Iulianus. de lega. 3. cap. solicitè. de maio. & obedien. Si quidem plus negat negatiua, quam affirmet affirmatiua. Glo. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonstra. Sed (vt iam diximus) quæ foris sunt nihil ad nos. Itaque ad propositum bene videtur loquutus Bartol. cuius est magis communis opinio. in d. l. Centurio. num. 37. Aret. nu. 26. Rip. num. 166. Ancha. in cap. si pater. not. 12. Cor. in d. l. ab eod. Deci. in l. 1. num. 15. C. de pact. & ibi de Rip. num. 11. Socin. in d. l. cum auus. num. 114. Cra. in Rub. de lega. 1. num. 66. Alexand. consilio 64. vbi, de communi attesta. lib. 5. Ancha. consil. 74. Cor. consil. 146. libro 2. Et secundum opinio. Bart. multa arresta lata fuere. vt refert Ioan. Pap. lib. 20. *des substitutions.* arresto, 10.

16 Cæterum † cum dominus Masani sit de transuersalibus Henrici testatoris, aliqui volebant, has tacitas substitutiones locum in eo non habere vt Cor. consilio 97. num. 3. lib. 1. Manti. lib. 2. titu. 2. in fin. Cum in eis cesset illud votum, & charitas paterna, quam habent parentes in suos liberos. l. scripto. ff. vnde libe. l. nam & si parenti. ff. de inoffi. testa. l. cum acutissimi. C. de fideicom. Cra. consil. 156. num. 7. Sed commu. opinio est, etiam in istis locum habere, existentibus coniecturis, non quidem leuibus, sed probabilibus, quæ ex testamento eliciantur. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. Ias. in l. potest. num. 12. de vulga. de Rusti. lib. 2. cap. 1. num. 11. 12. 13. 14.

17 Sicut † hic videmus, quia vocauit solos & masculos, & suorum consanguineorum. vt bona in familia conseruarentur secundum Bart. in lege liberorum. in fin. de verbo. signif. Guid. Pap. quæst. 144. Deci. in d. l. 1. C. de pact. numero 16. & consil. 270. & consil. 318. consil. 516. consil. 546. Cur. Iu. in d. l. 1. num. 14. Cra. consil. 62. num. 15. Cepha. consil. 114. nu. 23. & consi. 252. & hanc esse conformem voluntatibus defunctorum, qui desiderant (vocando masculos) in æuum suas familias conseruare. d. l. liberorum. §. 1. Insti. de patria potesta. Gabriel. lib. 4. titu. de fideicom. conclus. 4. nu. 4. Boërius decis. 155. Por. consil. 1. num. 69. Et præsertim in tam sæpe repetita masculinitatis conditione, & per diuersos substitutionum gradus, quæ sunt signa magnæ dilectionis in masculos. Sed dicit aduersarius, si masculos tantum dilexit, quis impediuit quominus illos expressè vocauerit. vt Roland. à Val. consil. 51. lib. 3. Clar. vbi s. quæst. 75. Couar. in d. cap. Raynu. §. 3. num. 5. Rip. in d. l. 1. num. 9.

Respond. expressè vocasse. vt s. & vlterius, quia dicit & sic in futurum, quotiens erunt de genere illo, de vno, ad alterum perueniat, &c. Et sic, quæ est illatiua præcedentium sicut, & ideo institutis suis masculis, & descendentibus, & illis deficientibus suis duobus vocatis consanguineis, & eorum masculis, generaliter ampliat dispositionem, vt quotiens in futurum erunt de genere illo, & sic nõ solum, qui tunc erant, sed etiam omnes suos in futurum geniticos, de vno, ad aliũ, id est, gradatim l. cum ita. §. in fideicom. l. peto. §. fratre. de lega. 2. l. fin. C. de verbo. signif. perpetuum faciendo fideicom. sine vlla limitatione. cap. si Romanorum. 19. distinct. Si esset sola vulgaris, non traheretur in futurum. l. post aditam. C. de impube. Et nisi grauati essent masculi restituere non posset hæreditas de vno, ad alterum peruenire. d. §. Seia libertis. Nec erit extincta substitutio licet Petrus, masculos reliquerit si illi sine masculis decederent tunc oportet videre, si sint aliqui de genere illo. Oldra. auxcio in d. 21. Paul. de Cast. consil. 93. lib. 2. Deci. consil. 63. & consil. 377. Roland. à Val. consil. 263. lib. 2. & qui istos sequuntur in aliis loquuntur terminis, Nempe quia processit ad vlteriores gradus in fauorem familiæ & ipsius cõseruationem. sicut in l. fidei-

commissa

commissa. §. item si quis. de lega. 3. l. penultim. de lega. 1. l. pater seuerinam. de condi. & demonstra. Sicut apertis oculis vnusquisque videre potest testatorem expresse vocasse de genere suo ideo, &c. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. l. Labeo. de suppel. lega.

18 Nec † obstat d. l. cum vir vxori, quæ loquitur de simplici institutione si filium habuerit, sufficit semel habuisse tempore vitæ. quia, qualitas adiuncta verbo, &c. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de no. actio. vt in forma specifica intelligatur. l. Titius. §. Mæuius. de condi. & demonstra. Itaque, res semel extincta, nunquam reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solu. Nos loquimur de dispositione, quæ in futurum extenditur de vno ad alium ex noua causa ideo locum habet dispositio generaliter loquens, vt generaliter intelligatur. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. l. de pretio. ff. de publicia.

19 Ideo † necessariò sequitur filios in conditione positos fuisse passiuè rogatos, alioqui non possent de vno ad alium succedere. Sicut in fortioribus terminis locum habet hæc passiua rogatio, & extensio. vt not. Gra. consil. 5. num. 86. lib. 2. Deci. d. consilio 177. & consil. 180. num. 80. Paul. de Cast. consil. 344. lib. 1. Paris. consil. 75. num. 74. lib. 2. Guid. Pap. quæst. 521. Por. consil. 44. & consil. 46. lib. 4. Gabriel. tit. de fideicom. concl. 7. & ita iudicatū in Sena. Delphina. Capi. in Senatu Neapoli. decis. 108. Tessau. decis. 96. Alciat. consil. 604. & consil. 778. lib. 5. Gras. in §. fideicom. quæst. 85. cum si.

20 Alia † coniectura colligitur, quod proprias filias excluserit, vocando masculos agnatos suos. vt bona in familia conseruarentur. Guid. Pap. quæstio. 299. Paul. de Castr. consil. 359. lib. 2. Ias. consil. 108. lib. 4. Cor. consil. 146. num. 20. lib. 2. Cur. Senior. consil. 75. num. 3. 4. Decius consil. 270. Socin. in d. l. cum auus. col. 48. versi. tertio quæritur Cur. Iu. consil. 87. lib. 1. Ruin. consil. 167. num. 10. lib. 3. Rip. in l. Centurio. num. 164. Exclusio enim proprij sanguinis ostendit voluisse includere, & vocare de sua agnatione masculos, tanquam magis dilectos arg. c. nonne de præsumpt. l. cum prætor. ff. de iudi. ad conseruandum familiam. §. 1. Instit. de patria potest. Socin. Iu. consil. 2. num. 13. & consil. 9. num. -. lib. 2.

21 Denique † ille voluit, bona sua Integraliter, & sine diminutione quacunque de vno, ad alium peruenire. ac si prohibuisset alienationem, & Trebellianicam. vt Bart. not. in d. l. Centurio. & in d. §. diui. circa fin. & ibi, Alcia. num. 49. Cor. num. 127. Paris. consilio 52. num. 16. libro 2. Cur. Iu. consil. 43. num. 11. & cum altis multis per d. de Rusti. collectis libro 3. cap. 5. Et hoc volunt testatores, ne in partes diuersas hæreditas debilior efficiatur. cap. 1. de treug. & pace. Circa præscriptionem fideicommissi infrà latius tractabitur decis. 215.

22 Tertiò, † dicebat Dominus de Gadagne, domum fuisse alienatam pro restitutione dotis Anneiæ peregrinæ quam despensauerat Anthonetus de Sado filius Baudeti. itaque, sicut pro cōstituenda potest alienari fideicom. Ita, similiter pro restituenda, secundum Bart. & omnes in d. authent. res quæ. de Rip. in d. §. diui. num. 76. Alexand. consilio 78. num. 1. Ruin. consil. 137. lib. 4. Etiam si prius à testatore grauamen fuisset appositum, ne ignorantia mulieris sibi noceat, & scientia prosit hæredi, qui sciebat secreta hæreditatis. vt probat. §. quamobrem. in authent. de restit. fideicom. Sin autem dotis constitutio, vel restitutio præcederent, nulla dubitatio est, nullum fieri præiudiciū dotibus. quia bona dicuntur deducto ære alieno. l. bona. §. subsignatum. ff. de verbo. signif. Decius consil. 519. num. 2. Roland. à Val. consil. 95. libro 2. Conar. Varia. resolut. cap. 6. Cra. consil. 19.

Respondebat actor, differentiam esse, inter expressam & tacitam prohibitionem alienādi bona. Si quidem lex tacitè prohibet alienationem istorum bonorum d. l. fin. C. com. de lega. & ea non obstante, possunt ex causa dotis alienari. d. authent. res quæ. vbi verò expressè prohiberentur, secus. vt voluit Bald. in cap. 1. §. donare qualiter. feud. olim aliena. poter. Roland. à Val. consil. 27. num. 26. lib. 4. hic autem dicit, quod bona integraliter restituerentur, & sine aliqua diminutione. Non possent integraliter, si de his fieret alienatio, vt inquit Bart. in d. l. Centurio. vbi de Rip. num. 155. vbi, dicunt non obstante, etiam expressa prohibitione dictam authent. locum habere, vt liceat dotare de bonis fideicom. quia dos habetur loco æris alieni. l. à filio. ff. ad Trebel. & vt vtilitas publica, præferatur priuatæ. & l. 1. ff. solu. matri. agatúrque de nepote testatoris, in quo eadem ratio militat sicut in filio. §. fin auté. Instit. de hæred. quali. & diffe. Neque solet generalis prohibitio, comprehendere casum. l. fin. C. de iure do. Bart. & omnes in d. §. diui. Rip. ibi, num. 70. Alexand. consil. 56. num. 3. libro 2. Etiam si pro dote faceret prohibitionem, & non starent alia bona. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Iasan d. authent. num. 14. & in l. si ita quis. §. ea lege. num. 44. de verbo. obliga. Non obstante quæ à Bald. & Roland. dicuntur, illorum opinio est singularis & contra commu. Roland. verò in sæpius repetitis, & reiteratis prohibitionibus, de quibus non loquimur.

23 Non † placuit nobis opinio Bald. neque Paul. de Cast. qui dicebant. Si legitima, & Trebellianica non sufficerent pro dotanda filia hæredis grauati, posset ille, de bonis fideicom. alienare imò (inquiunt) omnia bona, si dignitas dotandæ, hoc mereretur. istos sequitur Ias. ibi nu. 5. Quoniam frustratorium redderetur fideicom. Et dignitas personæ secundum facultates reguletur. l. nepos Proculo. ff. de verbo. signif. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. Mono. de arb. lib. 2. centuria 2. casu 149. num. 25. Dominus Massani aliter respondebat. Istos fratres habuisse alia bona, vt puta materna, de quibus facile poterant soluere illos mille florenos, & non alienare domum paternam vt voluit Rui. consil. 137. in fi. lib. 2. Quia, facultas alienādi pro dote, est subsidiaria alijs deficientibus. l. Tina. §. vsuras. vbi Gl. & Bar. de lega. 2. l. atletæ. §. 1. l. geometræ. ff. de excusa. tuto. Constat actis Henricum in testamento recognouisse vxori suæ quædā bona, & iura & legalle reparationes, quas in fundis dotalibus fecerat. Sed quales, & quid, & quantum non constat, nec quos illa vxor fecerit hæredes. l. actor. ff. de proba. Decius consil. 519. in fin.

42 Iterum † respondebat actor, illos mille florenos non fuisse dotales mortuo Anthoneto sponso ante consummationem, & duo ad verum matrimonium sint necessaria consensus animorum, & commixtio corporum. c. debitum. de biga. c. gaudemus. de diuor. §. 1. Insti. de patria potes. Si matrimonium non fuerit, ergo nec dos. l. 3. fuit reiecta hæc responsio. quia, nuptias non concubitus, sed consensus facit. Latius de his per Socin. in l. cum fuerit. de condi. & demonstra. Chassa. in consue. Burgund. Rub. 4. §. 2. *des droicts appartenans à gens mariez.* num. 16. cano. in cap. tertio loco. de præscript. Rip. in l. 1. nu. 68. solu. mat. Dotisq; habeat sponsa, quæ virum non tetigit priuilegia, vt alter-

alteri nubere possit.l.2.ff.de priuileg.credito.

25 Quartò, † inquit possessor, domum fuisse alienatam per filios Henrici, qui poterant detrahere duas quartas, legitimam & Trebel.d.c.Raynn. Bart. Alex. & alij.in l.quod de bonis. §. quod auus. ff.ad l.Falcid. Soci.Iu.consil.131.nu.62.lib.1. Deci.consil.269.Rip. & ego in l.in fideicom. ff. ad Trebel.Guid.Pap.q.62. Roland.à Val.consil.12.num.8.lib.1. Et quorum est infinitus numerus. dicentes, quod totus mundus ita tenet,& iudicat. Etiam si pater prohibuisset,& filius approbasset testamentum patris. Decius consil. 218. num.3.& consil.269.num.14.15.Gosadi.consilio 81. circa fin.Roland.à Val.consil.12.num.8. lib.1. de his etiam loquuntur docto.in d.authent.res quæ.

26 Respondebat † actor, nisi legitimam, quia, non fecerunt inuentarium paternorum bonorum. §. sanximus, in authent. de hæredi. & Falcid. vbi, priuatur Falcidia, qui non facit inuentarium, & præsumitur surripuisse bona. valeátque argumentum de Falcidia, ad Trebel.§.sed quia hæres.Instit.de fideicom.hæred. doct.in l.1.de lega.1.& in l.in quartam ad l.Falcid. & in authent.Sed cum testator.C.ad l.Falcid.Sitque eadem ratio præsumptæ substractionis, & fraudis occultæ in vtraque. Et hãc multis sequuti sunt,& communem vocant. Oldra. consil.34.Deci.consilio 236. num.5.& consil.480.in fin. Moder.in l.Marcellus.in princ.ff.ad Trebel. Et liceat in pœnalibus facere extensionem,vbi eadem ratio militat, & verè non dicitur extensio,sed vera dispositio.l.2.vbi no.doct.C.de in ius vocand. Deci. consil.353.in fin. & consil.372. num.7. Cra.consil. 155.num.7. & de his latè in authent. quas actiones.C.de sacro.eccles. Cæterum(vt verum fatear) contraria opinio videtur magis. vt videre licet ex commentariis latis.in d.authen.sed cum testator.Cra.consil.17.Roland.à Val.consil.27.num. 26.lib.1.& consil.26.num.25.lib.3.

Quid dicendum? Noluimus insistere, neque fatigare animos, in enarrandis nostrorum varietatibus, & inconstantiis, quibus illi vsi sunt circa huiusmodi articulum,modo albo,modo nigro lapillo.Facilis est, sentiendi,& dissentiendi via,sed quare hoc velis.cum principe pugnamus, illa, quæ de priuatione agit, odiosa dicitur,ideo mitiorem sequendam, & huic similes responsiones,non tollunt obstaculum.Sed po-
27 tius verbosæ dicuntur. sequendo mitiorem,† poteris respondere, non esse tantam substractionis suspicionem in grauato hærede fideicom.sicut in hęrede grauato legatis. Cum cõmuniter legata debeantur adita hæreditate.l.vni.§.1.C.de caducis toll. Nisi,sub conditione deberẽtur.d.l.vni.§.sin autem sub condi.hinc dominium rei legatæ, recta via transit in legatarium. l.si tibi homo.§.cum seruus. de lega.1. l. à Titio.ff.de fur. fideicommissa minimè. sed opus est restitutione. l.aut facta.l.restituta.ff.ad Trebel. fideicom. communiter post mortem hæredis grauati restituuntur. l.iubemus.ff.ad Treb.de patribus in filios, vt perpetuam nominis & familiæ memoriam relinquant. l. liberorum.in fin.ff.de verbo.signi.licet aliquando hæres in vita rogari posset.§.igitur.Instit. de fideicom.hæredi. vnde, hæres, qui post suam mortem restituere rogatus est,si sine liberis, vel alia conditio,pendente conditione dominus est.l.domos.vbi,Alex.& Ias.nu.2.3. de lega.1. Non cogitat surripere,quod suum putat.§, furtum. Insti. de obliga.quæ ex deli.nas.licet hoc aliquando faciat, lex non præsumit insolitum casum.d. l.nam ad ea.& ille casus non facit regulam,Neque alterat,id quod fieri cõsueuit.l.penul.ff.de Insti.& iure. Iste etiam dicitur fidelis hæres, qui non præsumitur facere malum in hæredite sibi cõmissa.l.latę culpæ.§. amicos.de verb.sign.Bar.in l.duo sunt Titij.ff.de test. turel.Et licet amici directò instituantur.l.nec adiecit. ff.pro Socio.tamen maior est fiducia in togato,quam in directo ex vi nominis. In directo semel iactata est alea, & in fideicommissario semper durat fides vsque ad mortẽ. Nimirum ergo,si lex noluerit solum illam rigorosam dispositionẽ desinere in hæredẽ respectu Falci. & nihil contra hæredem respectu Trebellianicæ & qui de vno dicit, aliud negare videtur. d. l.cum prætor.ff.de iudi.

28 Scio † tamen omnia, etiam clara fieri dubia si in disputationẽ circunferantur. Nihil est ex omni parte beatum,id est,firmum.Paul.de Cast.consil.188.nu.2. lib.2. vtitur quadam distinctione, quæ non recipitur. Putabat etiã possessor filium posse duas quartas percipere,& dotare filias de bonis fideicõmissis. Sed fuit responsum nõ posse duplici onere grauari.d.authent. res quæ. ibi, si legitima portio non sufficit.Bald.consil.468.lib.4.Paul.de Cast.consil.387.lib.1.

29 Vlterius † opponebat actor istos filios, multa alia alienasse bona hæreditaria, quæ tenentur imputare in eorum quartas quando deberentur. l. fin.§. sed quia. C.commu.de lega.vbi Ias.num.4.& consil.160.lib.4. Deci.consil.202.nu.8. vbi ait, eum, in quem facta est alienatio habere retentionem, vsque ad cõcurrentes quartas.Idem Alex.consil.178. num.4.lib.5. Dicebat etiam hos alienasse vltra illas quartas,& restituẽdum sibi.vt Aret.consil.156.col.fi.versi.præterea.Roland. à Val.consil.25.nu.27.lib.1.Apparet venditiones per eos factas, ascendere ad 1560. fl. vltra quædam alia, quorum non apparet de pretio,proinde non potuisse vendere domum.

Sed quæstio ista,magis facti est,quàm iuris,si quidem valor istarum quartarum secundum facultates, quæ fuerant tempore mortis cõsiderandus est.l.cum quæritur.C.de inoffi. testa.§.quantitas.Insti. de lege Falcid.hic,sunt septem liberi quorum legitima est semis.authen.nouissima.C.de inoffi.test.de valore non constat,& qui in eo fundamentum facit, probare debet.d.l.actor.l.ei,qui dicit.ff.de proba.l. qui accusare. C.de eden.Roland.à Val.consil.50.nu.1.lib.4. Quod videtur impossibile,quia nullum factum est inuentarium,& nulli haberi possunt testes,post duas generationes mortuos.Nec coniecturis opus est, neq; præsumptionibus licet simus in antiquis. vt no. cano. in cap.cum causam.de proba.l.si arbiter. ff. eo.Bart.in l. in summa.§.item Labeo.ff.de aqua pluuia. arcend.Cor. consil.35.lib.1.Alex.consi.135.nu.3.lib.2.Guid.Pap. consil.88.nu.1.Deci.consil.371.nu.2. Hypo.singula. 505.& 506.de Afflict.decis.13.nu.32.Et quæ in coniecturis consistunt sunt difficillima,dubia, & incerta, & qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.

30 Super † reparationibus in domo factis, an liceat domũ retinere, donec de illis fuerit sibi satisfactum. dicit actor has esse voluptuarias magis, quam necessarias, & suos maiores in antiqua habitasse iocunde, & splendide. constat Anno 1457.Baudetum eam locasse Romubento sexaginta florenis, tũc valoris triginta aureorum,& habitasse in alia sua domo, vocata *la muse*. hodie verò locatur sexaginta aureis.Nõ propter reparationes (vt ille dicit) sed beneficio tẽporis, cum testes dicant fuisse ruinosam,& veterem, producitur inuentarium mobilium existentium domi dum fuit locata in decẽ, & octo membris,modici valoris. Sed quia digniora,& magis pretiosa fuerant delata in aliam domum habitationis. verũtamen cum expensæ regulẽtur secundum qualitatẽ personarũ, & inspecta

ædifican

ædificantiú potentia.l.in fundo.ff.de rei vend.Ibi,bonus iudex varie ex personis, causisq; cóstituet.l.quod dicitur.ff.de impés.in rebus dota.fac.vbi Bar. & duct. Mono.de arbi.lib.2. casu 158. Et de recupe.remedio 15.499. Si consideretur persona ipsius nobilis Thomæ,qui erat ditissimus,& pecuniosus, dicemus fuisse dignum ista noua, & magnifica æde, & palatio, nec fecisse superfluos sumptus. persona etiam illius, qui fideicom.petit, arguit non fuisse excessum, qui etiam diues, & illustri genere natus. d.l.in fundu. ibi, finge pauperem à contrario sensu. Hinc dici solet,magnos magna decent. contra illos, qui magnas constituunt ædes sine congrua penu. nec domi habent, quod ab aliis mutuo accipere necesse est.

30 Volebat † etiam actor fieri compensationem impensarum cum perceptis fructibus. sed responsum fuit,nequaquam Glo.in l.emptor.ff.de rei vend.Cremen.singula.105.Tiraq.de retract. conuen.§.7. Gl.1. nu.4. Quia emptor rei fideicom.pendente códitione dicitur dominus, & reparando eam dici videtur propriam reparare.d.l.domos.vbi Alex.& Ias.Sed conditione existente,tanquã ex noua causa potest sumptus repetere à fideicó.vt Ruin.consil.165.per to.lib.4. Et super his in sententia postea lata,moderatio facta est.

32 Instabat † vlterius,& dicebat,has impésas esse dubias,& ad probandum difficiles,ideo, prius vt mitteretur in possess.domus & postea liquidandas,offerendo cautionem. Ne in longú protraheretur hæc summaria missio per l.statuliber.ff.de statu liber. Si statu liber de eo, quod obscurius est, satisdare paratus sit, Neratius,& Arist.putant liberum fore. hic,oportebit habere rationé ad ædificium, quod ante fuerat, & ad materiam quæ inde extracta est,ad nouum ædificium conuersa. Sed vbi sunt testes,qui de illo tempore deponere poterunt. videmus, sine proposito scopo iaculari. vt est in adagio. Tamen æquitas nó patitur,vt quis, cum alterius iactura locupletetur. si cogeretur restituere domú, & postea agere ad impésas & sperare sumptuum liquidationem, magnú pateretur damnum propter tot,& tantas,quæ sæpe cótingunt inter litigátes intercessiones.l.properandú.C.de iudi.Ideo iure bene cautú est, prius licere rem retinere.l.si non sortem.§.si centum.ff.de condi. & demonst. Ibi,aget enim retinebitur donec debita pecunia soluatur. hoc vult Bart. in d.l.in fund. Ias. in l. si quis in area. ff. de condi.inde.de illo, qui ædificauit palatiú in area aliena.Rol.à Val.consil.28.nu.3.lib.1. Et licet hæc,difficilè liquidari possunt, tamen cum iste instaurator, & reparator certet de damno vitando, & alius de lucro. l.1. C. de impo. lucra. descript. libro 10. prius causa damni tractanda venit. l. fin. C. de codicil. Paul. de Cast.consi.270.Rui.consil.84.lib.1.seruit ritu.pœnis fisca.credi.præfa. Ad l.statuliber respon.hoc ita dispositum fauore libertatis.l.in dubiis.de reg.iur.Et códitio de rationibus reddendis continet factú non solutionem.hoc verò solutionem impensarum.Ideo condemnatus pecuniam soluat, non verò audiri debet si vellet dare pignora. vel fideiussores. l.4.§.ait prætor. ff.de re iudi.Et ita fuisse iudicatum refert Capi.decis. 17.sequitur Tiraquel.de retract.consil.§.7.Glo.1.nu. 13.Mono de recup.remedio 15.num.169. Tandem lata est sententia cum certis modificationibus. vt J. decis.214. Nunc verò laborantibus nobis in perquirendo abscódito iure, & communitatis vtrique parti

33 dubiis petiit vtraque pars, vt † compromitteretur, quod libenter concessimus. sicut aliquando coguntur ita facere partes vbi iura dubia sunt vt de Afflict. decis.149

SVMMARIVM.

1 *Compromissa sæpe dilatant lites.*

2 *Sciens rem esse alienam,non præscribit.*

3 *Ignorantia præsumitur,nisi scientia probet.*

4 *Coniecturis probatur scientia, vbi sumus in antiquis, vel vbi res natura sua est difficilis probationis.*

5 *Causa grauis,æquiparatur criminali.*

6 *Personarum qualitas,in omni negotio spectanda.*

7 *Criminalis causa, etiam minima maior est quæcunque pecuniaria.*

8 *Publicatio testamenti,præsentes afficit, & vocatos.*

9 *In antiquis, solemnitas extrinseca præsumitur, & num.10.*

11 *Familiaritas arguit scientiam eorum, quæ geruntur à familiari.*

12 *Non facias alij,quod tibi fieri non vis.*

13 *Aliena,ne curaueris.*

14 *Qualibet causa,excusat à dolo.*

15 *Dies nondum ad vesperam cucurrit.*

16 *Filius qualiter suas quartas detrahat?*

17 *Trebellianica non detrahitur quotiens testator vult vt bona integraliter restituantur.*

18 *Qui amat periculum,peribit in illo.*

19 *Hæres, an possit ex persona sua inchoare præscript. quæstio difficilis. & qualiter intelligatur nouiter. & num.23.*

20 *L.cum hæres ff de variis,& extraord.præs.declarata.*

21 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*

22 *Vnusquisque onus suum portabit.*

24 *Centenaria an noceat fideicom.*

25 *Longi temporis præs. exclusa,nó excluditur longissimi.*

26 *Centenaria,habet vim tituli,& priuilegij.*

27 *Præscriptiones,bono publico introducta, & quare?*

28 *Non valenti agere non currit præs. non vbi non est nata actio. & quare 30.nouiter.*

29 *Centenaria in generali sermone non continetur.*

DECISIO CCXV.

Hic agimus super diuersis, & varijs præscriptionibus,an locum habeant contra fideicommissa. & vbi nondum nata erat actio casus difficilis, & quotidia.

ELECTI comptomissarij ad diffiniendam litem,quæ inter illos magnos viros vigebat,de qua s. loquuti sumus, non potuerunt sententiam videre. quia discordes.

1 Sæpe † compromissa nó ad finiendas lites pertinent, imò potiùs longiores reddunt, quando fauor in personis arbitrantium dominatur, ad hoc, vt secreta negotiorum intelligant litigatores. Et in malo iure, liceat eis compromissa extinguere, per lapsum appositæ diei,&c.l.Laben.§.tametsi. ff. de recept.arbit. cap. significantibns. vbi Glo. & cano. de offi.delega. Sed nihil est tam bonum in rerum natura, cui quippiam non sit adiunctum mali. vt Plin.lib.27.sententia.hoc facit abusus. l. non dubium. ibi, contra legis nititur voluntatem. C.de legib. Et cœca illa lucrandi auaritia.cle. 2.de pœnit.& remis. Itaque iterum reuersa est in Rotam ista litigiosa vorago. Non quidem sola,vel tenuis,sed multis comitata sequelis, plena, & inflata allegationibus instrumentis onusta, & actis in diuersis iudiciis gestis. omnia magni ponderis, & laboris. Et sicut in publica armorum custodia, quæ ornamentum vocatur.§.1. in authent. de armis. aliqua ad

nocendum,

nocendum, alia ad defensionem seruiunt. Ita & hic, ad vtramque partem parata videntur. Et huius disceptationis relator extitit R. D. Petrus Antonius Qhybertus Perusinus iorium doctor auditor domesticus illius magni Cardinalis de aqua viua legati Auenio. & Rotæ præses. Et sicut terra dura, vomerem acutum petit. Ita difficilis oratio fidelem interpretem habet.

2 Primò † examinata fuit illa quæstio, an Remulientus emptor domus, à Petro de Sado filio, & hærede Henrici anno 1461. fuerit sciens relicti fideicomm. Si sciuerit, non potuit præscribere, nec eius hæredes. cap. fin. de præs. cap. possessor malæ fidei. de reg. iur. & in specie. l. fin. §. fina. de lega. 2. à contrario sensu. ignorantibus emptore, & venditore procedat præscriptio. Mala fides in eo est, qui rem alteri restituendam emit, sciens venditorem, hoc non posse facere in præiudicium illius, cui restituenda est. l. fin. §. fin autem auaritiæ cupidus. C. commu. de lega. Et qui contra iura mercatur. l. non dubium. C. de legi. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. libro vndecimo. cap. secundo. de rebus eccle. non alienan. Licet dicat ignorasse ius. l. eum qui. C. de aucto. præs. l. nunquam. ff. de vsucap.

3 Et † quia ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur. l. regula. ff. de iuris, & fac. igno. Coniecturis, & præsumptionibus scientia ista colligenda sunt, cum de antiquo facto agatur plenè probare videntur licet in aliis non concluderent. vt Ias. voluit consi. 128. lib. 1.

4 Quæ † vocatur præsumptiua probatio, etiam si lex requirat plenam probationem, vbi sumus in antiquis probandis, quæ hominum memoriam excedũt. vt Masc. conclu. 107. num. 1. 2. lib. 1. & conclu. 1222. num. 33. lib. 3. Et hoc quando ciuiliter agitur. vt idem Masc. conclu. 34. libro primo. & conclu. 1221. num. 5. 6. libr. 3. Licet regulariter præsumptionibus non sit iudicandum. l. sciant cuncti. C. de proba. l. absentem. ff. de pœ. no. in c. afferte. de præsump. At vbi agitur de re, cuius probatio natura sua, est difficilis, sufficiunt probationes, quæ possunt haberi. Hypol. in Rub. C. de proba. num. 11. 15. 16. Bart. in l. si quando. in fi. C. vnd. vi. Cra. consi. 73. num. 7. Bart. & doct. in l. admonendi. numer. 95. vbi dicunt, præsumptiones simul iunctas plenam facere probationem secundum Glos. in l. instrumenta. C. de proba. Crau. d. consil. 73. num. 19.

5 Dubium † faciebant, quod agimus super re graui, & magni põderis, de domo, valoris vltra sex millium aureorum quo casu solet æquiparari causæ criminali vt ait Socin. consi. 135. numer. 2. lib. 2. Alex. consil 38. lib. 5. Ias. in l. admonendi. num. 100. Mono. de arbitra. casu. 72. lib. 2. centu. 1. Tiraquel. de iudi. feren. in caus. exiguis. numer. 25. proinde non præsumptionibus, sed legitimis probationibus verificanda esset, illa em-
6 ptoris scientia. d. l. sciant cuncti. Sed † inspecta personarum litigantium qualitate, quæ diuitiis abundant, nulla ciuilis actio cum criminali comparatio facienda est, & inter se maximè differunt.

7 Minima † enim pœna corporalis maior est quacunque pecuniaria. l. in seruorum. §. 1. ff. de pœnis. in qua de corpore coercendo, vel de existimatione agitur, quæ morti æquiparatur. l. iusta. ff. de manu. vindic. l. isti quidem. ff. quod me. caus. hinc seruir. l. sanximus. C. de sacro. eccl. l. iustissime. ff. de ædi. edic. quam dissimilia sunt sacra profa. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. obl. Et præsertim inter istos magnificos viros, qui mallent perdere vitã, quã pati læsionẽ, in minimo honoris puncto. sic hodie dicitur inter nobiles. Decis. Rotæ Auenio.

8 Prima † coniectura colligitur, ex eo quod testamẽtum Henrici in quo erat appositum fideicom. fuit publicatum ita, vt in eo conscripta, notoria dicentur. c. quoniam contra falsam. de proba. l. publicati. C. de testa. Masc. conclu. 1327. nu. 2. lib. 3. cuius notitiã præsumitur habuisse emptor, cum secretum nõ fuerit sed publicum.

Ista coniectura à separatis colligitur, & nimium extenderetur, si instrumenta quantumvis publica, & acta iudiciaria, afficerent extraneos, & eos, qui non contraxerunt. l. sæpe. ff. de re iudi. tanquam res inter alios acta, quę aliis, neque nocet, neque prodest. C. res inter alios acta nisi expressè fuerit vocatus. l. de vno quoque. ff. de re. iudi. Ideo tanquam nuda, alio vestita fuit pallio.

9 Constat † mortuo Baudeto, Petrum eius fratrem adiuisse eius hæreditatem, & per literas iudicis ordinarij Auenio. fuisse vocatos interesse habentes ad inuentarium inchoandũ anno 1458. quas produxerunt agentes, pro domino possessore vt folio proces. 505. hinc colligitur Remulentum fuisse vocatũ quamuis non appareat in literis de earum executione, quę propter antiquitatem, facta præsumitur. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Et quia, ille certus erat contradictor, qui anno 1457. domum (super qua laboramus) iam conduxerat, erátque creditor summæ. 400. fl. quos in mutuo tradiderat Baudeto. Et cum literæ dicant, vocatis vocandis, præsumitur vocatus, & comparuisse, & nõ neglexisse ius suum. arg. l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. vbi Glo. in verbo ignorantia comparendo, intellexit fideicommissum, propter quod emanatæ erãt literæ. Alioqui in magna negligentia diceretur si non intellexisse causam vocationis, & fecisset contra omnium hominum mores, maximè florentinorum, qui solent esse pespicaces, & cauti in eorum agẽdis rebus. l. nam ad ea. ff. de legi. Igitur anno 1461. emendo, ex præcedentibus gestis, præsumitur sciuisse fideicomm. ne vana sint, & inutilia quæ per Petrum gesta fuerunt. l. si prætor. ff. de iudi. l. 3. ff. de mili. testa. l. quotiens. ff. de reb. dub. c. abbate. de verb. signi. Cra. consi. 33. num. 10.

10 Et † deinde cum illæ literæ à possess. domus fuerint productæ, videtur producens, fateri omnia in eis contenta, esse vera. l. eum precum. C. de libe. caus. Ias. Decius. Ripa in l. edita. in 4. nota. C. de edend.

Et propter antiquitatem extrinseca solennitas præsumitur interuenisse. l. si filius. C. de petitio. hæredi. l. qui in aliena. ff. eo. tit. cap. Albericus. de testi. ca. illud. de præsump. doct. latè in d. l. sciendum. Ias. in l. cum te. 4. no. C. de transac. in l. secunda. nota. C. de institu. Non obstante clausula in passibus, & locis pro se facientibus iuxta. cap. venerabilis. de excep. Cra. consilio vigesimo primo. numero quinto. Et quæ ibi enuntiatiuè narrantur, vera etiam fatetur. capit. cum olim. de censi. latè Decius. in d. cap. venerabilis.

11 Colligitur † etiam scientia, ex familiaritate, quæ erat inter Remul. & notarium, qui sumpserat testamẽtum, & scripserat omnia acta iudiciaria, qui sumebat etiam contractus Remul. & conseruabat. vt credatur illum informasse de fideicom. Alioqui tacendo proditoris vitio magis notaretur qui videt periculum, tacet, nocuisse dicitur.

12 Non † facias aliis, quod tibi fieri non vis. c. 1. dis. 1. Et propter quandam cognationem, quam natura inter homines constituit, non præsumitur illi voluisse insidiari, & quanto minus amico. l. vt vim. ff. de insti. & iure. l. merito. ff. pro soc. Et quare

& & celasset,

celasset, quod omnibus publicauerat? l. 2. C. de eden. masc. conclus. 1294. num. 21. lib. 3. Gram. decisio. 36. num. 16. Ideò dixerunt domini, emptorem sciuisse fideicom. & per aliam iuris regulam. in l. qui cum alio contrahit. ibi, vel scire debet, quod necessitatem importat. l. sæpe audiui Cæsarem. ff. de offi. procós. Deci. in d. l. qui cum alio. nu. 1. §. curare debet iudex. Insti. de actio. & ibi Ias.

Ego volebam illum excusare à mala fide. Ex eo, quòd videbá domum fuisse datam in solutioné peregrino cum multis aliis prædiis, & censibus, quę excedebant valorem domus, pro mille, & quadringen. florens. anno 1455. & debitores carere pecunia cum coacti, quotidie venderent bona. Ne autem terminus redemptionis præteriret, neve tantum damnum pateretur hæreditas, quæ vendita fuerat mille, & quadringentis, emit mille quingentis, & quinquaginta florenis, restitutis aliis bonis in solutum datis. Ideo pro huc bono opere non deberet lapidari, &c.

13 Sed † responsum fuit, quod ad te, de alienis esse sollicitum? vnusquisque rei suæ est legitimus administrator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. Culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti, vt clamat iuris regula. hinc, domi tuę viuito, vt quæ ad te pertinent, cures, extranea relinquas.

Sed replicabit Remulentus, videbam pro restitutione dotis licere hæredi grauato res fideicommissas alienare. d. authen. res quæ. Et grauatos filios, posse duas quartas detrahere. d. c. Raynutius. Ideo licet sciuerim fideicom. non nocebit mihi. cum in istis duobus casibus iure poterat alienari.

14 Et † quælibet causa excusat à dolo. licet illa omnino iusta non sit. quę bestialis dicitur secundum Gloss. in l. 1. in fin. ff. de abige. l. igitur. ff. de libera. caus. Ias. in l. si quis id quod. nor. 8. ff. de iurisd. omni. iud. & in l. si quis maior. nu. 4. C. de transac. Deci. consi. 170. versi, Cra. consi. 46. nu. 14.

Sed sciebas tu alienata ante domum vēditam, non sufficere ad quartas debitas, vel non existere alia bona pro restituenda dote? Cum sit subsidiaria. d. auth. res quæ Cra. consi. 19. num. 18. 19. Tu qui dicis non esse, debes probare. l. cum de lege falcidia ff. de proba. l. actor. C. eod. l. qui accusare. C. de eden. l. fin §. licentia. C. de iure delib. Apparent in actis multæ alienationes, ad egregias summas. Non apparet de valore hæreditatis, nec bonorum alienatorum. Quomodo potuit tua bona fides sub incerto consistere? & nondum finito, sumere vires? argum. l. cedere diem. ff. de verbor. signif.

15 Nec † securi sumus priusquam rei exitum viderimus, sicut dici solet, diem nondum ad vesperam decurrisse.

16 Item † dubium est, qualiter possit filius suas quartas detrahere? an propria auctoritate. Bart. in l. secūda. C. quand. & quibus tertia pars. Alexand. consil. 134. lib. 4. vel officio iudicis. Et non in præcipua domo Zacard. in l. fi. num. 430. C. vnd. vi. Picus in l. in quartam. num. 159. vbi de Ripa. ff. ad l. Falci. Rolan. à Vall. consi. 78. libro primo. Pureus decis. 37. libro secundo. Afet. consi. 157. in fin. Cepha. consil. 624 numer. 59. Gram. decisio. 43. Constat Petrum mortuo Bandeto, noluisse soluere creditoribus hæreditatis, quia vltra suas quartas alienauerat. vt folio process. primæ instan. 241. Guid. Pap. quæst. 611. Baudetus non fecerat inuenta. de bonis Henrici, erat dubium super detractione Trebel. Cra. consi. 17.

17 Et † deinde non detrahitur quotiens testator vult, vt sine aliqua diminutione, & integraliter restituantur bona. Bart. & alij in d. l. centurio. Cra. consil. 174. numero primo. Plo. in l. si quando. numer. 595. Paris. consi. 81. libro secundo. Guid. Pap. quæst. 605. Moza. de fideicom. quæst. 50. & alij fere innumerabiles: voluisti in istis tempestatibus nauigare, & iactare mer-
18 ces suas. qui † amat periculum peribit in illo. arg. l. cum quem temerè. ff. de iudi.

19 Hinc † sequitur emptorem non potuisse præscribere domum. d. c. possessor. c. fin. de præs. l. quemadmodum. de agrico. & censi. C. libr. 11. Sed quid de hæredé? veluti de domina de Castellana eius vxore, quam fecit hæredem. Et ipsa nobilem Thomam de Gadagne, & successiuè vsque ad possess. domus hodiernum vt procurator eius fatetur in suis articulis, omnes successores vniuersales. Itaq; quęritur vtrum hæres possit ex persona sua inchoare pręscriptionem, videtur posse. Cum sit bonæ fidei, habeatque titulum pro hærede. l. an vitium. ff. de diuersis, & tempo. præs. Si hæres rem obligatam à defuncto venditam emerit, poterit præscribere, quia in locum extranei succedit, non in eius, qui pignori dederat. Ita hic, quasi extraneus ex sua persona poterit præscribere sine vlla accessione auctoris, nec coniunctione temporis. iuxta l. diutina. C. de vsucap. §. fin. Insti. eod. l. 1. C. de vsucap. transfor. huic obstat, quod non possit. quia hæres, & defunctus eadem persona præsumuntur. §. 1. in authen. de iureiuran. à mo. præsti. Ideo mala fides defuncti transit in hæredem. l. cum hæres. ff. de diuers. & tempo. l. vitia. C. de acqui. poss. Respondetur, hoc esse verum iure ciuili. Sed ius canonicum non curat de similibus fictionibus, solum desiderat animas puras, & integras. c. fin. de præs. vbi verò hæres vellet vti accessione, & coniungere tempora locum habet illa fictio. non vbi nouam vult inchoare, ac si nunquam fuisset. l. vni. §. 1. C. de rei vxo. actio. Ita respond. vno modo. d. Fernand. Vasquius Hyspa. lib. 2. c. 73. nu. 5.

Cæterum ista est difficilis quæstio, ad vtramque partem flexibilis, vt vix colligere possimus quænam sequenda sit. Alex. vir ille magnus Iurisconsultus fuit varius in consulendo vt aduertunt nouissimi.

Aliqui dicunt affirmatiuam esse communem. vt Ias. in l. Pompo. §. cum quis. numer. 22. ff. de acquir. poss. triginta scilicet interuenientibus annis. Vasqu. vbi suprà. Balb. secund. par. terti. par. princip. quæst. 12. & æquiorem ne quis alterius odio grauetur. Soc. consil. 203. libro secundo. Negatiuam quamplurimi, & magis commu. Idem Ias. vbi suprà in fin. num. 22. Adiuuatur affirmatiua, legibus illis quæ nouiter introduxerunt præscriptionem 30. anno. etiam mala fide, & sine titulo vt omnis actio tollatur 30. annis d. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. Illa siquidé præscriptio longissimi temporis, nouiter introducta fuit ad tollendas omnes angustias, & supplēdos defectus, qui circa præscrip. occurrebāt. Et quanto magis, vbi adest bona fides, hæredis, qui in ius alterius succedēdo, videtur habere iustam ignorantiam, eorum quæ gesta fuerunt à testatore. l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. & ne defuncti vitium, in alterius personam flectatur. l. quem pater. ff. de libe. & posthu. & maximè, vbi hæres non vult vti acces. auctoris, & nouam inchoare
20 præscrip. vt prædicimus. Sed † obstat regula, vt vitia testatorum in hæredes transeant. l. vitia. C. de acqui poss. d. l. cum hæres. vbi, cum hæres in omne ius defuncti succedat ignorantia eius, vitia defuncti non excludit. ergo manet in hærede non in defuncto, quia mors omnia soluit. §. deinceps in auth. de nup. l. 4. ff. loca.

Respon

Respondent alij dicentes.d.l.cum hæres. loqui de præscrip.longi temporis, non de illa quæ per longissimum tempus fuit introducta,quæ tollit omnem fictionem inter istas personas. de qua longissima non potuit cogitare legislator cum nondum eo tempore fuisset introducta. Sed obstat,quod leges posteriores trahũtur ad anteriores.l.sed & posteriores.ff.de legib. Et ratio posita in d.l.cum hæres.locum habet in quacunque præscriptione,cum sit generalis.Et quę differunt inter plus,& minus,non differunt specie.l.fin.ff. de fundo instruc. Imò dices regulam illam nó habere locum in materia præscr.quia plus operatur,quę longior est,quã quæ breuior.l.1.C.de pręs.longi.tempo. & de præs.30.vel 40.anno.dico, similitudo defuncti, & hæredis vt eadem dicantur persona,etiam per longissimum tempus, nó tollitur, durat in æternũ quandiu viuit hęres.lex non distinguit,nec limitat tempus fictionis.Ideo locum habet.l.de pretio.ff.de publicia. Quod autem hæc fictio non procedat de iure canonico,non mihi placet, quia iura iuribus concordanda sunt.c.cum expediat.de elec.c.1. de noui ope. nunria. Nec dicere,vbi hæres non vtitur accessione, videtur alia quasi noua persona,& noua præscriptio.Si quidẽ accessio & coniunctio temporum, non coniungunt personas,neque separant.Sed sola voluntas, quæ nascitur ea aditione vniuersi iuris, quod habuit defunctus tempore mortis.l.nihil aliud est hæreditas.ff. de reg.iuris.l.hæredem.ff.de verb.sig.l. cum hæredes. ff. de acqui.posses.pater,accessiones habẽt etiam locum inter extraneos, & singulares successores. l. de accessionibus.ff.de diuers.& tempo.præscrip. l. id tempus. ff.de vsucap.

21 Et † quod non possit hęres nouam ex sua persona incipere præscriptionem, sed magis debeat conscientiam exonerare defuncti.c.fin.de sepul.c. in literis. de rapto. suadet naturalis ratio. vt qui sentit cõmodum sentiat & onus.c.qui sentit.de regu.iuris.l. secundum naturam de rég.iuris & defuncti fruatur bonis, & eadem persona pręsumitur, ingratus diceretur si sitienti animæ refrigerij potum denegaret. l. sed si lege. §. consuluit.ff.de peti.hære.l.vni.C.ex delic. defuc. Ridicula(pace dixerim)est illa responsio.vbi hęres præscriptionem perfecit, rei dominium acquisiuit. Ideo cessat obligatio. restitutionis nec posset etiã ipse defunctus restituere cũ alterius facta sit res. & ita conscientia defuncti est exonerata.Soci.consi. 202. lib.2. vasqui.vbi supr.Ias.in d.cum quis.nu.24. 25. Sed ego contra,quia non dimittitur peccatum,nisi restituatur ablatum.hæres ex facto defuncti conueniri potest, in quantum ad eum peruenerit. d. l. vni. ex delic. defu. Nónne ex defuncto ad hæredem maculata possessió peruenit?

22 Et † vis tu, quod bona fides hæredis, & dominij acquisitio prosit,vel purget malam fidẽ defuncti, qui non satisfecit, obstat regula separatorum. vt separata debeat esse dispositio.l.Papinia.ff.de mino.l.fin.ff. de calum.vnusquisque (inquit dominus) onus suũ portabit.Sed tutius est, vt nemo velit sibi esse secundus. Erras si speres quod plus te diligat hæres, &c.

23 Cæterum † hæc egregia iuris quæstio, quæ per manus tantorum virorum tractatur,quo modo intelligenda sit, dubium apud me nascitur. Nam si hæres mortuo testatore declararet se velle ea persona sua præscribere,& non tanquam hęres,redderet se suspectum,quod crederet male inceptas præscriptiones,& consequenter res esse alienas, propter scrupulum, & voluntatem præscribendi.arg.ab illo, qui dubitat de statu suo.l.4.ff. de testa. dubius in fide, pro hæretico habetur. Si vero mortuo hærede eius. hæres vellet hoc allegare videlicet hæredem ea propria persona præscripsisse,& possedisse.quis hoc tibi dicit? Si hęres primus hæc non declarauerit? factũ non præsumitur. l.in bello.§.factæ.ff. de capti. & postli.reuer. cogita si placet. Quocirca nó obstãtibus opinionibus eorum, quos suprà diximus fuerunt isti hæredes, (voto omnium)ab hac præscriptione exclusi.

24 Quid † de centenaria,vel longiori firmata tempore,constat Petrum filium Henrici vendidisse domum Ange.Romulienti anno 1461. Et ita vsque ad tẽpus inchoatæ litis, lapsos plusquam centum, & triginta annos,vnde videtur præscriptum.d.l.fi. C. de edicto. Nisi(inquit) tanta tẽporis prolixitas effluxerit,vt non solum missionem, sed etiam principalem causam esse sopitam.

Secundò hoc probat.l.fi.§. sin autem auaritiæ. C. commu.de lega.Si grauatus conditione pendẽte rem fideicom.vendiderit,irrita venditio est, veniẽte conditione,nec vsucapio, vel longi temporis perscriptio contra fideicommissarium procedat ergo longissima noceret,de qua lex non loquitur. Et qui vnum negat aliud affirmare videtur.l.cum prætor. ff. de indi. cap. nonne.de præsump.vt voluit Cor.consi.304. nu. 23. lib.3. Adde Cur.Seniorem.consi.83.nu.4.Et ne videretur Imperator minus dubium auferendo,maius includere.l.non debet.ff.de reg.iu. si lapsus decem, vel viginti annorum non excludat fideicom.nó sequitur ergo non excluderent 30.vel 40. quibus omnis actio tollitur,& plenissima securitas datur. Iamdictis legibus.plus possunt 30.& 40. quam decem, vel viginti, maior numerus vincit minorem.l.maiorẽ.C.de pact.

25 Hinc, † si excludatur præscriptio longi temporis, non censetur exclusa longissimi.no.Gloss.in l.1.C.de
26 ser.fugi.& ibi Ias.nu.40.& vlterius, hic † adest centenaria & longior,quæ habet vim tituli, & priuilegij.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. cap. super quibusdam.§.præterea.de verbo.sign. Etiam si lex,vel statutum tolleret omnem.præscrip. non censetur auferre centenariam,vel immemo. Feli.in Rub. de præs.Balbus in 2.par.5.par. nu.31. de Afflic. decis. 254.Alex.consi.6.nu.1.& consi.60.circa fi.lib.pri. de Ripa in d.l.quominus.nu.14.& ibi Ias.num.96.Guid. Pap.quæst.514.Rolan.à Vall.consi.69.num.13.lib.1. Ista est, quæ Imperium habet, mutans quadrata rotundis.no.in d.autheń.quas actiones. Nihil est,quod diuturnitas temporis, nó assumat.saxa etiam longum facit putrescere tempus. Ista etenim habet vim tituli, & priuilegij, quod tamen non fuit, ita, similiter fingenda esset actionis natiuitas,vt tunc illa extiterit, & omnia necessaria interuenerint ad pręscrip.vt ait Bar. in l.eum de in rem versum.ff.de vsu.Panor. in c. peruenit.de cẽsi. & tale antiquum tempus veritati æquiparetur.Oldra.consi.396.num.3.Alex.consi.6. lib.1. Deci.consi.85. & consi. 182. nu.3.Et quæ non erant præscriptibilia,præscribuntur. cap. 1.de præs.lib.6.

27 Bono † publico introductæ fuerunt præscriptiones.l.1.ff.de vsuca.ad euitandas lites,& iurgia, & malos animos inter litigantes. l.item si res. ff. de aliena. iud. mu. causa facta. Hinc patrimoniorum euersiones,quæ plerunque contingunt ex nimium animosis litibus.l.properandum. C. de iudi.c.finem litibus. de dolo,& contu.Et nunquam erit litium finis,si liceret post tot secula,& generationes finitas,à quietè possidentibus petere. Contra negligẽtes vsucapitur,quia, ita voluisse videntur.l. alienationis.ff.de verb.signi.

28 Respondebat † vno verbo dominus Masani non potuisti ius meũ, quod tunc non erat vsucapere. Non entis nullæ sunt qualitates. l. decem. ff. de verb. oblig. l. 1. & 2. ff. de vsufruc. quando fuit vendita domus, ego non eram in rerum natura, viuẽtibus Ioanne, & Ioachin. & Francisco filio Ioannis, qui fuit vltimus ex descendentibus Henrici, qui mortuus est sine liberis anno 1567. non poteram agere, quia pupillus. l. 1. §. ad hæc. ibi, ex quo ab initio competit, & semel nata est actio. C. de anna. exceptio. & §. 1. nullam præscriptionem temporalem competere, nisi ex quo actionem monere poterat. l. cum notissi. §. cum ob rem. & §. illud. C. de præs. 30. vel 40. anno. l. fin. §. sin autem auaritiæ. ibi, nullo obstaculo à detẽtoribus opponendo. Si nullum, ergo nec longissimum, nec aliud, propter vniuersalem negatiuam, quę omnia excludit obstacula. c Deus omnipotens. 2. q. 1. Deci. consi. 365. nu. 7. Craue. consi. 146. nu. 4. c. 1. §. præterea. de capi. Coral. nulla obstante præscriptione. Et vt incipiat à tempore natæ actionis. qua poterat agere, ille, cui apertum erat fideicommissum. Cachera. decis. 177.

29 Possessor † verò ad ea, quæ loquuntur à tempore natæ actionis vera in suis casibus, in centenariis minimè, quæ in generali quacunque dispositione non censentur comprehensæ. §. 1. ibi, nulla temporis præscriptione comprehensa, dicit Gl. nisi centum annorum. in authen. vt de cætero. non fiant. Idem Gl. in l. vniuersas. C. ne rei domi. vel templo. & in l. non satis. C. de agri. & censi. Pan. in c. fi. nu. 10. de præs. & in c. cum instante. in 3. no. de censi. Cur. in tracta. de feud. circa princip. Rip. in l. nemo potest. nu. 114. de lega. 1. Et illud generale est, vt nõ veniãt in generali sermone, quæ sunt speciali fauore donata. c. cum episcopus. de offi. ordi. lib. 6. Paul. de Cast. cons. 187. versi. secunda ratio. lib. 2. Nec illa, in quibus est diuersa ratio. Bar. in l. si pluribus de lega. 2. Crau. consi. 70. Alex. consil. 101. lib. 7. & consi. 59. nu. 12. lib. 1. & ibi in addi.

Sed quid tandem? vltra iam allegata iuta sunt in aperto vt non valenti agere non currat præscriptio. d. l. 1. §. fi. C. de anna. excep. l. 1. C. de bonis mater. l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. Bald. in auth. nisi tricennale in princip. C. de bonis mater. Paul. de Cast. cons. 466. nu. 2. 3. lib. 2. Balb. 2. par. 5. par. nu. 5. 16. 17. Alex. d. consi. 101. nu. 21. lib. 7. Deci. consi. 267. nu. 4. Crau. in d. §. diui, & ibi de Rip. nu. 116. Bru. consi. 20. nu. 36. 37. 38. Rube. consi. 84. nu. 6. Cur. Iu. consi. 181. nu. 5. Paris. consi. 23. num. 198. lib. 3. Pereg. de fideicom. an præscribi possit, art. 61. nu. 16. Rode. Suares allega. 3. Etiam si esset millenaria. Decia. consi. 60. nu. 3. lib. 1. Riminal. consi. 514. nu. 43. Idem in feudalibus. vt non currant non natis. c. 1. §. hoc quoque de succes. feud. Deci. consi. 445. nu. 23. de afflic. in c. 1. § quid ergo. de inuesti. de re aliena. Natta consi. 437. num. 5. Et cum præscriptio propter negligentiam introducta fuerit, vbi non est negligentia in non natis, & in non valentibus agere non debet esse pœna. vel etiam quando in diem? vel sub conditione dispositio pendet. Nisi post diem, vel impletam conditione, etiã si esset millenaria. Et quod debetur generi familiæ, vel agnationi, non currit contra alios agnatos, qui nõ erant And. de Iser. in d. §. quid ergo omnes vnanimes vt non nóceat centenaria sed quare, & cur nõ vtatur priuilegio

30 suo nihil. Ideo † visum est, vt non dicatur propriè centenaria, quæ cucurrit durante impedimento, tunc dormitasse dicitur, dormiens dormiendo nullas habet vires, caret iudicio, & sensu. non potest operari, quæ à vigilantibus fiunt. Nimirum si improbum fuerit testimonium illorum perfidorum, qui dicebant, nobis dormientibus venerunt discipuli eius, & furati sunt eum, ô infelix astutia (inquit) diuus August. dormientes testes adhibes. Itaque si deducas tempus dormitionis, verè non dicetur centenaria. Sicut tẽpore hostilitatis dormit præscriptio. c. ex transmissa. de præscrip. de Afflic. de iure protho. in verbo. intra 30. dies. Paris. consi. 104. & consi. 143. lib. 1. Alex. cons. 81. li. 5. Rolan. à Vall. consi. 79. nu. 27. lib. 1. l postliminium. ff. de capti. Et sic vbi de facto, loquimur, vel opere. de completo, & perfecto intelligimus. l. nominis, & rei. ff. de verb. sig. fuit cõclusum, bene iudicatum, & mittendum d. actorem in posses. realem, & corporalem domus & in eadem posses. conseruandum saluis reparationibus in executione liquidandis, & interea actorem teneri deponere in manibus ipsius Domini Gadagne mille aureos, tenendos per eum donec fuerit facta liquidatio reparationum, cum obligatione de restituendo id quod minus reperirentur ascendere, & etiam præstita obligatione per actorem, si plus dictæ reparationes ascenderent, & sine restitutione fructuum, & certis aliis modificationibus vt in ea sententia continentur.

Volebam ego, restituendum esse pretium domus quod exsoluerat remulientus, propterea quod, vtiliter gesserat negotium hæreditatis, redimẽdo domum cum multis aliis prædiis & censibus, quæ fuerant restituta hæreditati. Sed ego fui solus, & responsum eadem ratione iste nouus fideicom. potuisset agere contra peregrinum, qui prior emerat, vel alium quemcunque ad quem peruenisset domus. Sed dubiũ manet. quia nescimus, quid tunc fecissent illi, & variæ sint hominum volũtates, & plura sunt negotia, quam vocabula. l. quia poterat. ff. ad Trebel. l. natura. de præs. verbis.

FINIS DECISIONVM.

DIE

DIE DECIMA NONA MENSIS MARTII, Anno 1600. Venit Auenionem Illustrissimus & Reuerendissimus D. Carolus de Comitibus, Episcopus Anconiranus, Vicelegatus. Cui ego tanquam decanus Rotæ præparaueram hanc oratiunculam. Sed cùm inopinanter venerit, & absens eram, dicere non potui.



TINAM, Illustrissimè prolegate, ea in me vis esset dicendi, & hæc debilis senectus mea nunc fortior redderetur, & firmior, ut possem dignè & laudabiliter hunc tuum iucundissimum, & optatissimum aduentum laudare, & congratulari, & dignas agere gratias Beatissimo Clementi octauo Ponti. Opt. Max. quòd talem ad nos miserit Vicelegatum, & moderatorem, filium illius inuictissimi ducis torquati, de comitibus, & generalis militiæ Pontificiæ in partibus istis, qui sua fortitudine, & magna vigilantia, ciuitates nostras, uxores, liberosque nostros, à manibus inimicorum nostrorum liberauit, & conseruauit, & à tantis periculis intus, & foris, in illis turbulentissimis bellorum tumultibus, nos reddidit incolumes. Meritò aurea torque dignus, Torquatus vocatus est. Cuius etiam humanitas, & amor in omnes ciues fuit, ut tanquam pater patriæ veneraretur, & diligeretur. Ideo credimus fælices, & beatas fore illas ciuitates, & populus, qui huius fily prudentia, & sapientia moderabuntur, patrem insequitur sua proles. Et præsertim quia illa Comitũ familia, una est de primis, & præcipuis domibus illius magnæ urbis Romanæ, quæ antiquitate, nobilitate, dignitate & gloria fulgent. Ex qua Comitum familia exierunt multi proceres, duces, equites, Barones, Cardinales quamplurimi, summi Pontifices, Innocentius tertius, Gregorius nonus mundi lumina, & sacrorum Canonum, ad bene beatéque viuendum, auctores, sed horum singulorum virtutes, & laudes honoris titulos nunc enarrare non permittitur. In infinitum redderetur oratio, eorum nomina scripta sunt in cælis, & in publicis monumentis. Itaque in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Tu autem, Illustrissime Carole, tuorum insequendo vestigia maiorum, in varijs, & magni ponderis rebus, & legationibus animi tui constantiam, & integritatem iam demonstrasti omnia laudata, & approbata, in magnum Reipub. bonum. Hinc pro tuis meritis, & virtutibus huius secundæ sedis legatione fuisti ornatus, omnibus gaudentibus, & collaudantibus mittentem, & missum, utrique prospera. Quocirca, Illustrissime prolegate, & nos auditores Rotæ huius sacri Palatij Apostolici ad te venimus, ut tuum etiam congratulemur aduentum, & sacras tuas osculemur manus, tibi offerentes debitum obsequium nostrum. Paratos tuis obedire mandatis. Te rogantes, ut huius nostri statuta ordinis, velis tueri, & obseruare, quæ à nostris sanctissimis sæpius approbata fuerunt pontificibus. Deum optimum maximum deprecabimur, ut iterum fælix, & bene fortunatus sit iste tuus nouus aduentus. Crescat in dies virtus & gloria tua, & breui te videamus fulgentem purpurea veste, viuátque per Nestoræos annos ille Beatissimus, & Sanctissimus Clemens Octauus, pro nostra omniúmque Salute.

DIXI.



INDEX ALPHABETICVS EORVM QVAE IN DECISIONIBVS CONTINENTVR.



PRIOR NVMERVS DECISIONEM, POSTERIOR verò numerum marginalem designat.

Alia

INDEX.

INDEX.

Crimine

INDEX.

F

Iuramentum

M

Metus

N

INDEX.

Pericu

Q

R

Reuela

Statutum

Testes

INDEX.

F I N I S.

LAVS DEO.

REPETITIO L. SI EMANCIPATI. C. DE COLLATIONIBVS.



AVCTORE EODEM ILLVST. ET MAG. D.Hieronymo à Laurentiis, Auenionensi, Vtriusque iuris Comite, & eiusdem Rotæ decano.

Nunc primum in lucem emissa.

Ad Lectorem.



V M autem quotidie in hoc rotundo, & duro laboremus agro, ad comparandos iustitiæ fructus, & distribuendos postulantibus. Tollentes etiam spinas, & illud infœlix lolium, quod inebriat animos, & corrumpit triticias messes. Cui similes sunt calumniatores, huius nostri inimici agri. Simúlque maximè soliciti, vt inde qui egrediantur à nobis sententiæ, puræ sint, & integræ pariántque pacem, tanquam è iuris sacrario emanatæ, quas tibi communicauimus, & dedimus libentissime. Quæso eodem animo eas accepto feras, & tua cuusa laborantem ames. Alias verò disputationes & conclusiones, quas passim eligimus, secundum occurrentes casus, licet condigna sint annotatione, & aliquæ magni ponderis, & laboris, putaui apud nos conseruandas, vt debito maturescant tempore: sufficit pro ætate mea ambulasse vsque ad ducentesimum decimum quartum lapidem. Nunc verò te ad meas collationes inuito, & voco. Quæ licet vulgari esu, & potu careant, tamen plenæ sunt dulcedine, & fructifero iuris sapore, dum modo discumbentis stomachus careat malo humore. Ego illarum mensam paraui studiosis, & beneuolis, et ornaui varijs figuris, et ferculis, et quantum potui, quæ visa fuere huic conuiuiolo digna. Ita vt vix à discumbentibus quicquam aliud desiderari possit quod ad familiarem inter amicos pertineat collationem,

Sicut tu videbis:

Vale.

REPETI



REPETITIO L. SI EMANCIPATI. C. DE COLLATIONIBVS.



MNES vno ore dicunt hanc collationum materiam perdifficilem,& obscoram, plenam occursibus, & recursibus, & veluti Crerensis ille Dædali Labyrintus,quod semel ingressis nollus, aut difficillimus sit ab eo exitus. Mutuas etiam in se contineat iurium correctiones, inter antiqua,& nouissima iora, quæ incertum,& dubium studiosum facilè reddunt, nisi cautè distinguat tempora,vt scripturas concorder. Alioqui oleum,& operam perderet. Itaque necesse est singula singulis referre, & gradatim descendere à superiore gradu vsque ad inferiorem idem filum sequendo, siue glomerando,ad Thesei similitudinem moltóque magis negotium difficile redditur quòd nostri venerãdi patres videntur reliquisse posteris quendam magoum collationum aceruom sioe mensura, & ordine, ornatum tamen moltis iuris flosculis & subtiliratibus. Sed apertæ Musarũ ianoæ quæ gaudenr promptu faciliq; voce:illud etiam est,quod magis recreat,& augei animos,hanc collationum materiam esse vtilem, freqoentem, & in iudicus asiduam super qootidianis successionibus,quæ à parentibus liberis deferuntur,dotibus,donationibus,peculiis profectitiis,&aduentitiis, & alus quamplurimis, quæ lucra afferunt ad plenas manus de his bene informatis viris, sicut videbiris legendo multas iuris responsitationes,quas ex profundis collationum fontibus hausimus,per iudices postea trutinatas & approbatas. Itaque Iesu Christi, Deique paræ virginis nomine vela venris committamus & viriliter ascẽdamus an hoc pelagus altum,vt tãdem diuino fauore fœlix & fortunatus sit iste noster introitus,& exitus collationũ.Ego autem quicunque sint venti clauũ rectum tenere conabor.

Summarium in quinque præambulas quæstiones.

1.2. *Collatio nomen æquiuocum,aliquando pro assignatione beneficy ecclesiastici, alia vocatur munus, alia comparatio. diuisio,&c.*
3 *Res ad triarios redyt, ex hoc bello, extrema extremorum mala.*
6 *Collatio plura in vnum congerit.*
7 *Collationis definitio. Et noua datur, vtilissima quidem. num. 18.*
8 *Definitio intelligenda, secundũ tituli significationem.*
9 *L. 2. C. de colla. declaratur.*
10 *Remittere, est dare.*
11 *Lex. si vnquam. C. de reuo. dona. habet locum in remissione.*
12 *L. dotis quidem petitio. huius tit. declaratur.*
13 *Vxor, dotem non possidet, sed maritus.*
14 *Vxor, non potest agere reintegrandæ.*
15 *Aduentitia non conferuntur sed sola profectitia.*
16 *Filiusfam. negotiando ex re patris, duplex habere potest peculium.*
17 *Mercurius, non ex quouis ligno fit.*
19 *Dotis dominium, in filiam transfertur à patre.*
20 *Collatio habet locum in bonis illius, de cuius hæreditate agitur.*
21 *Statutum excludens dotatam filiam, intelligitur in hæreditate dotantis.*
22 *Filius, qui negligit conferre, priuatur successione.*
23 *Collationis tractatus, an fuerit necessarius?*
24 *Collatio ex æquitate introducta fuit, à prætore.*
25 *Leges, & prætores multos definierunt casus, de quibus testatores non disposuerunt.*
26 *Expressum dicitur, quod tacitè colligitur.*
27 *Collatio inuenta, propter iniuriam quam faciebat emancipatus suo.*
28 *Collatio cessat, quando nullo incommodo afficitur suus interuentu emancipati.*
29 *Lucrũ sæpe nascitur ex dãno. vt in Zenonis naufragio.*
30 *Filius agere non potest querela, quando vtiliter exhæredaretur.*
31 *L. mulii non notæ. & l. filios matrem. C. de inoffi. test. an sunt correcta.*
32 *§. aliud quoque capitulũ. vtiliter declaratur. & n. 46.*
33 *Statuto requirente consensum duorum propinquo, sit satisfactum si patris præsentia interueniat?*
34 *Collatio an locum habeat inter diuerso iure succedentes. quæstio difficilis.*
35 *L. 1. in princip. ff eo. optimè declaratur.*
36 *L. nec ipsa ff. de colla. dotis. interpretatur vtiliter.*
37 *§. videamus l. filium. ff. de contra tab. declaratur. 39.*
38 *Facienti actum ex necessitate magis fauendum est.*
40 *Effectus rerum magis considerandos, quam verborum formas.*
41 *Comes fidelis, per eandem viam incedere debet.*
42 *L. si filius. ff. de colla. 60. vtilis declaratio.*
43 *L. pater filium cum l. sequen. de colla. bono. an sint correcta.*
44 *Mixtum, an contineatur sub simplici?*
48 *Filiusfa. olim suo non conferebat, sed sorori pro dote.*
50 *Filyfam. hodie facti sunt bonorum capaces, in multis casibus.*
51 *Collatio cessabat, vbi pater testatus decessisset.*
52 *L. filia cum l. vt liberis. concordia.*
53 *Odiosa, vel fauorabilis, an sit collationum materia? pulcher & difficilis quæstio.*

QVÆSTIO I.

De varia, & multiplici collationis ſignificatione, eiuſque bona definitione.

1 SCIENDVM eſt itaque prius (vt ex leuioribus initiis grauiora naſcantur) collationis nomen multiplices ſignificationes habere, quarum prima illa eſt, vt pro aſſignatiorie, ſeu quaſi traditione beneficij eccleſiaſtici accipiatur, quam facit ſummus Pontifex, vel ordinatius collator, quotiens illud vacate contingit. Cuius meminit.cap.1. de reg. iuris.c.de multa.de præbend.c.cum in illis.eo.tit.lib. 6.c.à collatione.de appel. libr. 6. clem. 1. de ſupplen. neg.præla. I. C. in l.1.ff.ad l. Iul. de ambir. Imperator.in l.ſi quemquam. C. de Epiſc. & cleric. in §.ſed neque clericum.in authent. de ſanctiſſ. Epiſc. & noſtrorum quam plurimi, qui de hac re plures tractarus conſcripſerunt, & apud canoniſtas vulgaris eſt, & domeſticè nota.

2 Alia, † vocatur munus, quod ciues præſtare tenentur, vrgente bellorum, vel alia communi neceſſitate, de qua to.titu.ff.de mu.& hono. l. munus. ff. de verbo.ſignifi.l.1.C.de Epiſc.& cleric. l.1.C.de colla. æris. libr. 10. l.1. de colla. fundo. patri. lib. 11. hinc collatores dicuntur, qui has pecunias à prouincialibus exigunt.§.1.in authen. de collato. ſecundum vires ciuium, & ſingulorum facultates.l.1.C.de mune. patri.l.1. C.quemadm.ciui. muneta indicantur.libro decimo.

Cuius vſus nune ſolet eſſe frequentiſſimus, inter nos iactatos toto æquore, & onuſtos tam graui ære alieno, hæc ſunt reliquiæ illius miſeri belli, quod nos ad triarios eogebat recurrere, ſicut ſolent, quibus nullum aliud datur ſubſidium in extremis extremorum. Sed recreauit animos, vitámque ſeruauit noſtri opt. max. Principis clementia ſicut ſæpe profeſſus ſum, ſupplèxque laudaui. Et vltra, vt credimus florebunt ſemper lilia in illo ſacro aurea regno. Et renaſcentur iocundiſſimi Galliæ flores, Francorum laus, gloria, & virtus: ſi quidem Chriſtianiſſimum, & inuictiſſimum adepta eſt regem, Henricum huius nominis quartum, qui Leone deuicto, miſit columbam ſuam, etiam ad nos Pacis deferentem ramos ſummum, & vniuerſale bonum. Conſeruet dominus pacem, & pacis auctorem.

4 Aliquando † pro librorum diuiſionibus, & partitionibus dicitur collatio, ſicut Authenticorum liber, qui in nouem partitus eſt collationes, ex eo forſitan, quod eius edicto prius facta collatione ad antiquum ius, nouum emanauerit. Vt in bono, & æquo, illa nouiſſima conſiſterent iura.

5 Sæpius † pro comparatione accipitur, quotiens ſcripturarum, vel literarum collatio fit. l. comparationes.authent. & ſi contractus.C. de fide inſtru.§.ſi vero etiam. de his qui ingredi. ad appell. in authent. de Afflict.deciſi.181.Rui. conſil.79.libr.4. cum aliis multis.

Vel cum dicimus fieri collationem meriti, ad meritum. zeli, ad zelum. numeri ad numerum, quam tenentur obſeruare illi, qui prælatos ad regendas eccleſias eligunt.c.quia propter.c.in Geneſi. c.eccleſia. 2.de electio. Vel iudices, circa teſtium fidem.l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtib.c.in noſtra.eo. titu. Si quidem in rebus gerendis alius aliis, præſtantior eſſe ſolet.l. inter artifices.ff.de ſolu.l.vni.§.ſin autem.C.de cadu. tol.c.ſi.de offi. delega.hine dici ſolet: multi, boníque. Alij, qui nihil ad aliud ſunt vtiles, niſi ad numerum, de quibus Horatius. Nos numerus ſumus.

De iſtis non loquimur, ſed de illa, quæ facit plura in vnum congerere, & diſperſa ſimul reponere, &
6 communicare. Sicut † collatos fructus dicimus in horreis poſitos, & coactus. gloſſ. in l.ſi eius fundi, ff. de rei vendi. hinc nomina eollectiua dicuntur, quæ ex pluribus corporibus conſtant, veluti familia.l.ædiles.ff.de ædi.edic.l.familię.ff.de verbo.ſignifi.l.fin.C. eo.l.peto.§.fratre.de lega.2.Grex.§.ſed ſi gregis.Inſt. de rerum diuiſ. Equitium. l. plenum. §. equitij.ff. de vſu, & habi.l.interdum.ff.de hæred.Inſtit.Iaſ. in l.qui quartam.§.ſi quis vnum.de lega.1. & in l.re coniuncti.num. 44. 90. & 124. de lega. 3. Rip.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad trebel. Collegium, capitulum, conuentus, populus.§.plebiſcitum.Inſtit.de iure na.gen. & ciui.& ſimilia, quæ plura corpora vna voce comprehendant vt not.in l.ſi.C. de impube. Feli. in cap. capitulum. numero 1. & 2.de reſcript.huc pertinet, quod Plautus collatiuum ventrem vocat, magnum, & turgidum, eo quod, in eum multa edulia eonferantur.

Definitio noſtræ collationis.

7 Sed † qualiter definiri poteſt? Reperio varias de hae re definitiones, tam ab antiquis, quam nouiſſimis traditas interpretibus ſeptem, aut octo numero. Sed cum huiuſmodi diſputatio periculoſa eſſe ſoleat. l.omnis definitio.ff.de reg.iuris ne videamur per extenſum funem incedere, vt inquit Horatius, ſola communis à nobis examinabitur, quam poſuit Gloſ. in Rub. ff. de colla. bono. vt ſit propriæ rei in communi latio. hoc ideo, quia ſi patris eſſent bona, non eſſet opus collatione, ſed diuiſione, quam faciunt cohæredes familiæ herciſcundæ iudicio.l. certum.C. fami.herciſ.l.filiæ.infrà co.l.1.§.1.ff. de collat.bonor. Et quia, aliena non veniunt in collationem.l.prætor. §.emancipati.ff.eo.l.1.§.1.ff. de colla.do.l.ea demum. C.hoc titu.Decins in Rub.inquit hanc definitionem conuenire communicationi, quam inter ſe ſocij facere conſueuerunt, cum vnuſquiſque teneatur quod durante ſocietate acquiſiuit, communicare. l. ſi fratres.§.idem Pompo.ff. pro ſocio.Ideo illi addendum putat. cauſa diuidendi pro portionibus hæreditariis. Idque prius voluit Sali. in hac. l. num. 7. ſi quidem ſocij non diuidunt pro hæreditariis portionibus acquiſita, ſed actione pro ſocio.§.fin.Inſtitu.de ſocieta. & ſicut inter eos fuerit conuentum. l. ſi non fuerint. ff.pro ſocio. Et hoc medio etiam excluderetur à definitione alia propriæ rei communicatio quam faciunt ciues pro adiuuanda ciuitate. de qua ſuprà loquuti ſumus.

8 Sed † ne videamur bene geſta corrigere, hæc noua additio non videtur multum neceſſaria, vt pote eum definitio intelligenda ſit, ſecundum ſubiectam materiam, & tituli ſignificationem. ſicut videmus teſtamentum definiri in l. 1. ff. de teſtam. à qua definitione, facile excluduntur legata. fideicomm. & dona. cauſa mortis. quia, titulus ſolum de vniuerſalibus diſpoſitionibus loquitur, de aliis verò ſpeciales ſunt tituli. quiſque ſuas proprias habet ſedes. Idque tacitè voluit Accur. in definitione ſubſtitutionis. quam dicit eſſe ſecundam inſtitutionē. ſcilicet heredis.

hæredis, licet secunda institutio etiam dici posſit illa, quæ fit in locum demortuarum arborum, vel capitum gregis, & in cæteris casibus, tamen quia circa materiam substitutionum vniuersalium versabatur, non curauit exprimere verbum hæredis. Rip. in Rub. de vulga. num. 4. Ferre. in Rub. de probat. Decius in Rub. de iudi. num. 3. ſicut videmus de tutelis titulos, ad ſolas impuberum tutiones intelligendos, licet à verbo tueor deſcendat, quod omnem defenſionem complectitur. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. vt vim. ff. de iuſt. & iure. cæterum, quia nolo funem contentioſum ducere, ſicut videtur iſtud, magis vtilia quæro, & oppono tribus modis.

9 Dabo † tibi collationem, & tamen non erit rei propriæ in communi lato. veluti, ſi pater dote promiſſa deceſſerit relictis filia, & aliis liberis filia dotem dicitur conferre liberando fratres à dotis ſolutione pro hæreditariis portionibus. l. 2. C. hoc tit. Sed cum filia ad dotem actionem habeat. l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio. §. fuerat. Inſti. de actio. dotem habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iuris. l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum domi. Ideo remittendo actionem. Dotem remittere videbitur, eamque con-

10 tuliſſe, cum † remittere, ſit dare. l. ſi mulier. ff. de condict. ob cauſ. c. per tuas. vbi Panorm. num. 7. de ſimo. c. ex inſinuatione. de iure patro. c. veniens, vbi Panorm. num. 6. de teſtib. perinde ac ſi dotem recepiſſet, & deinde illam in commune repoſuiſſet, breui ſcilicet manu. l. licet. §. quotiens. ff. de iure do. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. c. ad petitionem. de accuſa. Socin. conſi. 20. in fin. lib. 3. Rui. conſi. 98. nume. 17. & 19. lib. 1. Rolan. à Val. conſi. 64. num. 20. lib. 2. hinc, qui hæredi dare tenetur, remittendo debitum dediſſe dicitur, vt legatum obtineat. l. ſi fundus ſub conditione. §. ſi Titio. de lega. 1. l. quin etiam. in fin. ff. de calum. Bart. in l. Modeſti. ff. de dona. & in l. actione. l. donationis. C. de tranſact. Alexan. & alij in l. creditori. C. de pact.

11 Similiter, † diſpoſitio. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. locum etiam habet in remiſſione debiti. cum vim donationis, & traditionis obtineat. l. contra. §. ſi filius. ff. de pact. l. peculium. & ibi Bart. ff. de pecul. Cor. conſi. 11. littera. ro. lib. 3. Socin. conſilio vigeſimo, numero octauo, nono, libro tertio. Rip. in d. l. ſi vnquam. num. 29. & Tiraquel. ibi, in verbo donatione largitus. num. 173.

12 Secundò, † dabitur collatio, quæ non erit rei propriæ in communi lato, quando minus accipere tur de hæreditate. l. dotis quidem petitio. hoc titu. vbi, maritus non cogitur dotem reſtituere pro facienda collatione, ſufficit, ſi pro quantitate dotis, minus accipiat. vide latius num. 409.

13 Ex † eo forſitan, quia, ipſe eam poſſidet, non eius vxor. vt tradit Bart. in l. doce ancillam. C. de rei vendi. & in l. Pompo. §. in dotem. vbi Alexan. dicit eſſe communem. ff. de acqui. poſſ. Adeò, vt illa non poſſit ſoluto matrimonio, propria auctoritate fundum ingredi, pro dote retinendum. l. dotis. C. ſolut. matr. Licet dominium apud vxorem maneat. l. in rebus. C. de iure dot. notat Decius in d. l. dotis. num. ſecundo.

14 Ideo † reſpondi, vxorem non potuiſſe reintegrandæ agere, pro rebus dotalibus per maritum locatis. ſequutus Bertran. conſi. 322. lib. 2. Sed ad contrarium dico, cum frater de paternis bonis plus accipiat, quam ſoror, ipſa rei collationem feciſſe videtur, quia compenſare ſoluere eſt. l. ſi peculium. §. 1. de ſta. libe. Bertran. conſi. 98. num. 6. libro ſecundo, Cepha. conſi. 374. num. 44. d. Iacob. Menoc. cuius lingua & calamo noſtra iuriſprudentia Floret. de arbit. libr. 2. caſu 14.

15 Denique, † communis definitio locum habere non poteſt nouo iure, quo diſponitur ſola profectitia eſſe conferenda, non aduentitia. l. fin. hoc titu. quorum profectitiorum dominium apud patrem remanſit. l. cum oportet. C. de bonis quæ libe. §. igitur. Inſti. per quas perſo. Et communia ſunt inter liberos, licet ſint ſeparata à rationibus patris. Bart. in l. frater à fratre. num. 25. ff. de condit. indebit. Et dicuntur illa, quæ filius à patre, vel patris occaſione acquiſiuit. l. profectitia. ff. de iure do. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. Gloſſ. Barto. Bald. Albe. & cæteri in d. l. cum oportet. Et tamen cooſeruntur, licet ad collatores non pertineant.

16 Cæterum † præmitto priùs filium fam. quando ex re, vel pecunia patris negotiatur, duplex peculium eſſe in conſideratione. Nempe profectitium, quod attribuitur pecuniæ, & iſtud eſt conferendum, ſecundum Gloſſ. in d. l. cum oportet. Aliud dicitur aduentitium, quod attribuitur perſonæ, & non communicatur, tanquam proprio labore acquiſitum. vt docuit Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. col. 3. verſi. conſueuit eſſe quæſtio. ff. de colla. bo. Bald. conſi. 259. libro 5. Roman. conſi. 469. num. 4. Socin. conſi. 192. lib. 2. & conſi. 161. eo. libr. Cot. conſi. 24. col. 3. verſi. vide ab aliis. libro primo, Panorm. conſi. 36. libro ſecundo, Decius conſi. 21. num. 11. & in l. illud. numer. 20. 11. & ibi Iaſ. numero ſeptimo, infrà eo. Crauet. conſi. 165. numero primo, quarto, Rip. in l. in quartam. num. 157. Chaſſa. in conſuet. Burg. titu. *des enfans de pluſieurs licts.* Rub. 6. §. 2. verſic. *Ne participe point.* numero ſeptimo, Rolan. à Val. conſi. 90. numeto 12. lib. 2.

Reſpondet d. Philip. Decius. Impropriam eſſe definitionem reſpectu aduentitij peculij, quod non placet: quia, verba definitionis ſunt propriè intelligenda, vt ipſe docet in d. l. omnis definitio, & tanquam regula omnes caſus comprehendere debet, declarat Bart. in l. 1. ff. de teſta. & Moder. latè in Rub. de vulg. & de iudiciis. Explicando naturam rei, & eſſentiam, exquiſitè quidem, & perfectè: vnde, nec paſſim, nec ab omnibus formari, facilè poteſt, vt inquit philoſo. Ethicor. 4. Cagno. in d. l. omnis definitio, de qua me-

17 ritò dici poteſt, ſicut † de Mercurio, vt non ex quouis ligno ficti queat: proinde, ſecuriùs ab his abſtinendum videbatur. Niſi turpe eſſet aliis laborantibus quieſcere. Ideò noniter, ſobriè tamen & quaſi inuitus dico.

18 Vt † ſit rei propriæ, vel habitæ ab eo de cuius hæreditate agitur gratia ſucceſſionis obtinendæ facta communicatio. Communicatio loco generis ponitur quæ longè, latéque patet. Fitque in multis caſibus, ſecundum varias rerum negotiationes, vna eſt eccleſiaſtica, cæteris dulcior, & ſalubrior, quæ dicitur participatio corporis, & ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti, paniſque angelorum vocatur Pſalm. 77. de qua loquitur. c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & remiſſio. c. quotidie. & c. ego. Berenga. de conſecra. diſ. 2. Socij etiam inter ſe faciunt communicationes. l. 1. §. 1. ff. pro ſocio. Necnon quotiens laborante naue merces iactare oportet, detrimentum communicatur. l. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu. & deinceps, quia dicitur, quaſi commune facio. Rei propriæ, vt excludat alienas, quę oó venıút in collationé. l. ea demú. hoc ti.

continétque aduentitium peculium, secundum antiqua tempora. l. 1. l. filiæ dotem, & hac. l. si emancipati. necnon & dotes, & propter nuptias, & simplices do-
19 nationes, iuxta l. illud. infrà eo. Nam † istæ liberalitates filiis, & filiabus & parentibus factæ, ad eos pertinent. l. fi. C. de dotis promiss. l. Theopompus. ff. fam. hæcisc. l. 3. §. sed vtrum. ff. de uino. quæ omnia in collationem veniunt aoth. ex testamento. suprà hoc tit. Vel habitæ, vt peculium profectitium complectatur. l. fi. infra eo. nam verùm est, filiũ habuisse a patre profectitium. l. id apud se. & l. habere. ff. de verb. signifi. l.
20 stipulatio ista. §. habere. ff. de verbo. obligat. Ab † eo de cuius hæreditate agitur, ad differétiam relictorum in testamento, quæ non cóferuntur. l. à patre. l. filiam. hoc titu. Item, quia frustra de dotis collatione ageretur, si de materna successione esset quæstio. si pater filiam dotauisset. l. vt liberis, infrà eo. sicut in legitimam non imputantur, quæ ab altero parente sunt habita, si de illius non agatur hæreditate. l. quoniam nouella. C. de inoff. testa.
21 Hinc, † si statuto caueretur, filiam dotatam non debere succedere, intelligitur in hæreditate dotantis. Bal. post. gloss. in l. 1. C. de legi. hæred. Alexan. in l. 1. §. veteres. num. 8. ff. de acqui. poss. Cepha. consi. 288. num. 23 Nec prohibetur filia patri succedere, si pater eam dotauerit de maternis bonis. Bald. in l. neque mat. C. de iure do. Ang. consi. 126. num. 15. Paul. de Castr. consil. 196. in præsenti quæritur de quadruplici. col. 3. versi. postquam ergo pater. lib. 1. Ancha. consi. 40. Iasan d. l. vt liberis Alexan. consi. 131. per tot. lib. 1. Cepha. consi. 479. num. 17. huic seruit regula separatorum, de qua in l. fin. ff. de calum. Et ne quis putet, ex aliena pecunia posse proptium debitum soluere.
22 Gratia † successionis obtinendæ, si quidem, qui negligit conferre, successionem non obtinet. l. 1. ff. eo. Itaque si velit esse contentus sua donatione, potest paternam, vel materuam hæreditatem relinquere, authen. vnde si parens. C. de inoff. testa. Cachera. decisi. 162. num. 7. Comprehenditque vtrumque succedendi modum, tam ex testamento, quam ab intestato. l. 1. ff. de peti. hæred. Cum vtroque casu sit collationi locus. d. authent. ex testamento. Item, si socij, vel hæredes inter se hæreditaria bona communicarent: dicerentur iure societatis hoc facere, non gratia successionis. l. fin. fratres. §. idem Papi. ff. pro socio.

QVÆSTIO II.

Quo iure, quáve ratione fuerit introducta collatio?

23 NON † videbatur necessarius iste totus collationis tractatus, si de illis testator non disposuerit. arg. l. de pretio. ff. de publi. l. 1. quod ait prætor. ff. de vi, & vi ar. Cum non sit agendum de voluntate, nisi illa transierit in dispositionem. Bart. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. Et quod testator non loquitur, velle non præsumitur. l. si seruum. §. quod non dicit prætor. ff. de acquir. hæred. l. vni. §. sin autem. C. de cadu. tollen.
24 Tamen prætor æquitate motus collationibus dedit auctoritatem, quamuis omissæ fuissent à parentibus eorum tacitam voluntatem sequutus. ag. l. si cum dotem. in princip. ff. solut. matr. l. si extraneus. ff. de condict. ob caus. cap. susceptum. de rescript. lib. 6. Credens parentes, eas voluisse fieri inter liberos si fuissent interrogati. l. quæro. §. inter. ff. loca. l. si duo. ff. de acqui. hæredi. Bald. in l. precibus. col. 9. versic. procedo vlterius, secundum glos. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.
25 Nec † mirum videri debet, quoniam plerumque prætores, & leges, plurimos desinierunt casus, & introduxerunt de quibus testatores non disposuerunt vt in iure accrescendi. quod habet locum, tam ex testamento, siue ab intestato. l. 1. ff. de successo. edict. l. vni. C. quando non peten. par. l. si Titio, & Mæuio. §. idem Iulia. de lega. 2. Alexan. in l. si in testamento. ff. de vulga. Deci. in Rub. C. quando non peten. par. vt probat l. si seruus communis. Ibi, tacito iure partes ei accrescunt. ff. de acqui. hæredi. Idem, in tacitis vulgaribus, & pupillaribus, quæ in expressis continentur. l. iam hoc iure. de vulga. l. quamuis. C. eo Bart. & doct. in l. 1. in prima quæst. de vulga. similiter in detractionibus quartarum, de quibus loquuntur tituli ad l. falcid. & ad Senatuscons. trebel. §. sed quia hæredes. Instit. de fideicom. hæredi. l. commodissimè. ff. de libe. & posthum. Cepha. consi. 17. num. 31.
26 Quia, † satis expressum dicitur, quod tacitè ex mente colligitur. l. cum proponeretur. in fin. l. qui solidum. de lega. 2. l. licet Imperator. vbi Bart. de lega. 1. Gloss. in l. si plures. per illum text. de vulgar. Bart. in l. prætor. ff. de ope. noui nuntia. Decius in l. 1. num. 4. hoc titu. l. nominis. vbi Alciat. ff. de verbo. signifi. Craue. consi. 257. num. 6. Cepha. consi. 74. nu. 1. Rolan. consi. 2. num. 8. lib. 4. Rip. in l. 1. num. 5. de vulga. Tiraquel. de legib. connu. lib. 7. num. 81. cum sequent.
27 Sed † quæ est ratio? Ne filio, qui in potestate remansit iniuria fiat. Veluti, patet vnum filium emancipauit alterum in potestate retinuit. Iste, quicquid potuit patri acquisiuit. Alius vero sibi. l. placet. ff. de acqui. hæred. Moriente ab intestato patre, licet emancipatus esset iure ciuili cognitus ad patris hæreditatem, prætor tamen dat bonorum possess. quæ vnde liberi vocatur, vt simul cum suo succedat. l. 1. ff. vnde libe. l. qui se patri. C. eo. qui causa conquerebatur si ius suus, quod alius secum æqualiter succederet. Ideo, prætor vt hanc iniutiam tollat. edicit, si emancipatus paternam successionem petat, sua quoque bona conferre tenebitur. l. 1. & l. si filius. ff. eo. Idem erat quando pater emancipatum in suo præteribat testamento, cum per contra tabulas testamentum ad causam intestati reducebat, & ita eodem modo æqualiter cum suo succedebat. §. emancipati. Instit. de exhæreda. libe. Ideo voluit etiam ad collationem cogere emancipatum. l. filium. §. Idem Iulia. ff. eo. Videtur itaque prætor vna manu vulnus, altera opem dedisse liberis suis, proinde malum lucro coniunctum, malum non dicitur. §. 1. Instit. quib. ex caus. manu. non licet. §. necessarij. Instit. de hæred. quali. & differ. Et qui vno grauatur, in alio debet relenari. l. eum qui. ff. de iureiurand. l. iure. ff. de iure dotium.
28 Tonens † igitur collationis locus erat, quotiens aliquo incommodo afficiebatur is, qui in potestate remansisset, interuentu emancipati. At si nullum patiebatur incommodum, collatio cessabat. l. 1. §. quotiens. ff. eo. Neoest nouum, vt emancipatus plus iuris tribuat, suis quam habituri fuissent si testamentum remansisset. Finge patrem filium

suum instituisse in vndecima parte emancipato præterito. & extraneum in deunce. Dimidiam hæreditatis capiet filius beneficio emancipati, qui si fratrem emancipatum non habuisset duodecimam tantum consequebatur. quo casu non debet emancipatum ad collationem compellere. l. non putauit. §. non est nouum. ff. de contra tab.

29 Sæpe † enim accidit, vt lucrum afferat, quod prima facie damnosum videbatur. l. si patronus testa. §. si quis non mala mente. ff. de bo. liber. l. cum ex filio. de vulga. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Huc pertinet, quotiens incommodum alicui, vertitur in bonum. vt Zenon ille Citiensis Philoso. dicebat, Nunc bene nauigaui, cum naufragium feci, qui relictis prioribus præceptoribus, Cratetis illius magni Philosophi auditor esse cœpit. vt Plutarchus meminit. finis coronat opus. l. & si non sint. §. perueniamus. de auro, & arg. lega. Bald. consil. 115. nu. 1. lib. 1. Cra. consil. 137. num. 14. Cepha. consil. 626. num. 46.

30 Hinc, † filius non potest agere querela inofficiosi testam. occasione exhæredationis, quæ cederet in suam vtilitatem. d. l. multi non notæ. l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. Cepha. consil. 182. num. 16.

31 Nuperrimè † nobis oblatum patris testamentum, legitimum putauimus, in quo reliquerat filio parùm industrio legitimam postquam ad vigesimum quintum annũ ætatis suæ peruenisset. Cui propterea nullam iniuriam fecisse videbatur, quia, hæc dilatio magis illi esset vtilis. l. filius matrem. C. de inoffic. testam. in qua mater filios sub hac conditione instituit. si à patre de cuius motibus suspicabatur emanciparentur, quibus nullam iniuriam fecit mater, sed potius putauerit prouidendum. Ita notant Bart. Bald. & Ias. huic seruit. l. fideicommissi. §. cum Polidius. ff. de vsu. Bart. Alexand. & Ias. in d. l. multi. reprobata opinione Bald. qui credebat dilationem huiusmodi de legitima auferendam per l. quoniam in prioribus. quem sequitur Ferdi. in l. filiusfamil. §. diui. col. 9. quia, eadem ratione, prohibitio perpetua fieri posset. vt Ioan. Nico. in addi. ad Alciatum regula. 1. præs. 2. Sed communis opinio alia est vt attestatur Ias. in d. l. multi. num. 6. & in l. mater. C. de institut. & subst. & in l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. Alciat. prima regula. præsumpt. 2. nu. 3. Ias. etiam in d. §. diui. numero 17. & 116. Ferrarien. cautel. 33.

32 Nec † videntur iamdictæ leges correctæ, nouo authent. iure. ex §. aliud quoque capitulum. vt cum de appel. cognos. siquidem nouissima iura, solùm infirmant illas exhæredationes, vel præteritiones, quæ in filiorum iniuriam cedunt. §. hæc autem disposuimus in authent. vt cum de appel. cogni. Ibi, sola enim nostræ serenitatis intentio, à parentibus, liberis iniuriam præteritionis, vel exhæredationis auferre. Beto. in cap. Raynutius. num. 190. 191. 192. Bened. ibidem in verbo reliquit. num. 32. Et præsertim quia volebat pater interea, vt filius expensis hæreditatis aleretur. huic seruit ratio. l. fin. C. de cura. furio. l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adulte. de his Cepha. consil. 182.

33 His † accedit alia decisio, qua cauetur, si per statutum requiratur duorum propinquorum consensus, in contrahendo cum minore, vel fœmina, an sola patris præsentia sufficiat? cum pietati paternæ fauẽdum sit. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libera. leg. vbi Glo. & Bal. in l. pactum. quæst. 21. hoc titu. Ruina. Alexand. Ias. & Decius ibi. docto. in l. transactionis. C. de transact. Cano. in cap. causam matri. vbi Decius num. 6. 7. 8. de offic. delega. Bertrand. consilio 4. num. 31. libro 3. Tiraquel. pro, & contra in d. l. si vnquam. in præfa. numero 26. Socin. consil. 163. lib. 3. vide decis. Rotæ. Auenio. 175.

QVÆSTIO TERTIA. ET DIFFICILIS.

Nunquid inter diuerso iure succedentes locum habeat collatio?

34 DIXIMVS † suprà vno casu cessare collationem, quando nullo incommodo afficeretur suus interuentu emancipati. Nunc verò fingamus suum intentasse quærelam, Emancipatum contra tab. per l. filium. §. videamus. de contra tab. vel si institutus suus ab intestato velit succedere, iuxta titu. si quis omiss. causa testa. Emancipatus per contra tab. Nam cum vterque ad totam hæreditatem vocetur, licet per concursum quilibet mediam partem suscipiat. Non curauit prætor emancipatum ad collationem cogere, secundum aliquos, quia cessabat iniuria. Ideò opus erat vt commisso per emancipatum edicto, suus eandem bonorum possess. acciperet. l. si filia. ff. de colla. dotis. Vel si vnus ex testamento, & alius ab intestato succederet. l. si filius. ff. de colla. bono. & l. Nec ipsa. de colla. do. & l. pater filium. eod. tit.

His ita præfatis nodosus est, & difficilis iste articulus. in quo varij fuerunt interpretes. Bart. autem in hac l. & in d. l. pater filium. tenuit negatiuam. Decius verò, & quidam alij affirmatiuam.

35 Seruit † Bart. & eius sequacibus. l. 1. in princip. & in §. 1. ff. eod. vbi inter eos dabitur collatio, quibus bonorum possess. data est. Et sic de vna sola bonorum possess. loquitur, quæ vtrisq; liberis datur, quando patri volunt succedere. Et vt inquit Gloss. ibi, non datur inter diuerso iure succedentes. Adde, quod illa determinatio æque respicit suos, sicut emancipatos. Ideo debet æqualiter determinare, quod non faceret, si vnus bonorum possess. peteret, alius quærelam intentaret, vel ab intestato succederet. Nec esset verum, quod illis data esset bonorum possess. Et si diceres illa verba (inter eos) ad solos emancipatos referenda, cum principaliter ille titulus contra eos fuerit introductus, quos cogit conferre, nõ autem suos. Respondeo, salua ratione recti sermonis, ad illos solos non possunt referri. quia, illi inter se non conferebant vt hac. l. dicitur.

36 Secundò, hanc opinionem probare videtur. d. l. Nec ipsa. ff. de colla. dotis. in qua pater emancipatum hæredem instituerat, filiam exhæredauerat, quæ intentata quærela dimidiam hæreditatis obtinuit, iure intestati. Emancipatus alterã dimidiam ex testamento, filia dotem fratri conferre non cogitur cum diuerso iure sint hæredes. Respondet Decius ideo cessare collationem. quia, pater testatus decesserat. quo iure cessabat collatio. l. 1. C. eod. Quod mihi non placet. si quidem proposita querela testamentũ ad causam intestati redactũ fuit. l. cum duobus. C. de inoffi. testa. Deinde, quia in eadem. l. ponitur ratio, prohibens collationem. Ex eo, quòd diuerso iure succedant. Itaque postquam lex expressam in sua decisione rationem assignat, alia quærenda non est. l. si probauerit. § ratio. ff. de adulte. Tiraquel. in d. l. si vnquam. in verbo. libertis. num. 46. cum seq.

37 Tertiò † adducitur. l. filium. §. videamus. de contra tab. pater extraneum instituit, emancipatum præterit, suum exhæredauit. Institutus non adiuit, timore perculsus ne testamentũ rumperetur. an inter istos

duos fratres sit collationis locus.respon. non esse. Et hoc quia, emancipatus per contra tab. suus verò ab intestato succedat. Decius dicit hoc ideo, non ex diuersitate succedendi, sed quia nulla iniuria infertur suo per emancipatum. vt pote cum non teneatur ille probare causam exhæredationis fuisse iniustam, nec legata persoluere, & hæc omnia habeat beneficio emancipati,qui per contra tab. testamentum ad causam intestati reducit, cum fuisset præteritus. ita vult dicere D.Decius. Ego verò, duabus rationibus puto I.C.fuisse motum, quia,cessat iniuria, cum illius beneficio plus fuerit consequutus, Deinde propter difformen succedendi modum. Ibi, quia à patre exhæredatus,a prætore ad bonorum possess. non vocatur, Ideo,licet vna ratio cesset, tamen si altera locum habeat cessare faciet collationem. §.affinitatis. Instit.de nup.l.liberorum.§.1.ff.de his,qui notan.infa.l.si non lex.vbi Bart.ff.de hæred.instit.Tiraquel.cessante causa.20.limita.

38 Quartò,† magis fauendum est illi,qui facit actum ex necessitate,quam illi,qui ex voluntate.l. si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satis. cogan. l.quod si minor. §.restitutio.ff.de mino.l.cum postula in fi. ff. de dam. infec. Hinc licitum est excommunicatis se deffendere,non agere. cap.intellecximus. de iudi. cap. cum inter.& cap.cum venerabilis.de except. Seruis,& bannitis defensio datur,l.seruus.C.de accusa. l. libertus à patrono.ff.de in ius vocan. At emancipatus præteritus cogitur petere bono.possess.contra tab. Suus vero eandem si velit commisso edicto. quod si non faciat sibi imputet.arg.l.multum interest.C.si quis alte. vel sibi.Tiraquel.de retract.Glo.10.num.25.

39 Dici † potest,non esse necessariú, vt quisque hanc petat quæ fauore emancipatorum à prætore introducta fuit.§.emancipati. & §. admonendi sumus. Instit.de hæred.quæ ab intesta. deferun. singulæ personæ singulis appellationibus distinguuntur. arg.§.alio quoque modo. Institut.quib. mod. testam. infirmen. Itaque suus nó debet sumere aliam personam, quam sit,nec alius videri. quisque suo vtatur remedio, non alienam metere messem. vt dici solet. Istorum est dispar, separataque qualitas,& conditio,meritò si separatis vtantur remediis.arg.l.fin.ff.de calumn.Imò,necessarium videbatur hos ambos eodem iure debere succedere causa ineundæ collationis. Ne vna, & eadem res diuerso iure cẽseatur.l.eum qui.ff.de vsucap. secundum naturam collationis, quæ omnia bona in cumulum redigit,æqualitérque diuidit. vt docet Bar. in d.l.pater filium.Respondet Decius,ius collationis, esse à iure succedendi separatum. quia prius succedunt liberi, postea ad collationem veniunt. Ideo ex separatis non licet inferre. l. Papi. ff. de mino. tu dic, licet aliud sit successio, aliud collatio. tamen ad effectum collationis, necessarium est filios debere succedere. Itaque quibus non debetur legitima,& sic successio, conferre non tenentur. vt docet Bald.in hac l. cuius est communis opinio. vt Decius attesta. nu. 9. successio,& collatio inter se coniunctæ fuut.l.ex causa.C.fami. hærcis. Ideo, debet esse inter eos coniunctum agendi remedium. vt suprà diximus. Contra Barr. vlterius facit, quod ratio propter quam fuit introducta collatio, quæ ex iniuria orta est. æquè militat, etiam si diuerso iure succederent. vel quoniens aliquo incómodo afficeretur suus interuentu emancipati. d.l.1. §. tonens. & §. idem Iulia. Debet igitur indistinctè locum habere. arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. Sed licet istæ rationes prætorem mouerint ad inducendas collationes,non sequitur,voluisse,vt sine forma,& ordine exercerentur.Et quod vnus ageret vno modo, alius alio, sed potiùs essent ad agendum vnanimes, & concordes. Eademque æqualitas obseruaretur in agendo, sicut in diuidendo. huic seruit.l.Iulianus.ff.ad exhiben. Panorm. in cap.nulli.num.7.de reb.eccle. non alienan. §. inordinatum.in authent.de hæred.& Falcid. & quod not.doct.in l.1.C.de sacro. eccles.

40 Et † si iterum insterut, effectus rerum magis esse considerandos quam verborum formas, & solemnitates.l.fin.C.qui admi.l.2.C.commu.de lega.l.penul. §.docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exim. cap.relatum. de cle. non resid. Sed quod eodem iure succedant. magis videtur subtilis, & verbosa, quam vtilis solemnitas. quæ propterea ex odiosis est relinquenda, quibus placent similes iuris apices. l. si fideiussor.§.quædam.ff.manda. l. ita vulneratus. in fin.ff. ad l.Aquil.l.licet inter gesta.ff.de verb.signif. cap. dilecti.de iudi.cap.sæpe.de restit.spolia. cap.1. de dolo, & contu. Siue igitur eodem iure, siue diuerso succedant, quid ad nos? Imò pertinet plurimùm, ne sint inter se in agendo pugnantes fratres, in paternis petendis bonis,per diuersos agendi modos.

41 Et † quemadmodum fideles comites vna, & eadem debent incedere via, dum ad eundem proficiscuntur locum. Ita bonus prætor voluisse videtur,filios,qui ad paternam confluunt hæreditatem,eodem debere passu incedere.Ne forsitã ex diuersitate agendi, domesticum dissidium inter ipsos oriretur. huic seruit.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iuris.l.scripturæ.C. de fide instru. hinc cognoscimus non esse inutiles istas obseruationes. Et rectè sensisse Bart. cuius est commu.opin.vt moder.hic attestantur. quam conati sumus defendere.

42 Tametsi † scrupulis nó careat.Illo præsertim,quod Scæuola in l. si filius. ff. eod. videtur correxisse illius edicti rigorem. Ibi,suus iure ciuili adiuerat hæreditatem. Emancipatus per contra tab. quam si non petat alias,illi tamen debet conferre emancipatus.licet per contra tab. suo iniuriam fecerit. Itaque videtur Scæuola idem in omnibus aliis casibus disponere, quando scilicet diuerso iure succederent,in quibus eadem ratio militat,sicut in exemplo proposito,quod regulam non restringit.l.damni. ff. de dam. infect.cap.inquisitionis. vbi Panorm. num.5.de accusa. Maximè, quia illa Scæuolæ constitutio secundum ius in hac materia vocatur. à Bart.& cæteris.

43 Illud † etiam solet in dubitationem cadere, an dispositio.d.l.pater filium. cum l.sequen. sit hodie correcta. vbi, si vnus ex testamento, alius ab intestato succedat, non est collationi locus. Respond. correctum. Quia nouo authent. iure locum habet,tam ex testamento,quàm ab intestato. vt sæpe diximus.

44 Fulgo. † & Roma. contra. quia dispositio facta de casu simplici non continet mixtum. l. vim passam. §. præscriptione.ff.de adulte.Ideo,licet authent.velit ex testamento,vel ab intestato fieri collationes, non tamen disponit,quando vnus ex testa.alius ab intestato succederet. Et velit, vt alia quæ de collationibus dispositæ sunt obseruentur. proinde, non videtur correxisse edictum,quod super æquali modo agẽdi propositum fuit. vt minùs ius cómune lædatur. authent. quas actiones. C.de sacro.eccle.l.illam.hoc tit.Et lex generaliter loquens non intelligitur voluisse corrigere casum,de quo fuit specialiter prouisum.authen. offeratur.C.de litis contesta.l.doli clausula.ff.de verbo.obliga.l.sanctio legum.ff.de pœnis.Alex. in hac.l. num.9.dicit commu.opin. d.authent. ex testamento, illas

illas leges correxisse. non obstante. d. §.præscriptio-
ne. quia, in fauorabilibus continetur casus mixtus.l.
si ita scriptum.ff.de libe.& posthum.licet in istis stri-
ctè agendum sit. d. l. illam. tamen vbi sunt casus sin-
gulares, quorum vnusquisque per se stare potest, si in
ratione conueniant, nihil interest. l. quod si dubiter.
ff.de acquir.hæred.Nec obstat autheot.reliquisse alia
iura intacta, quæ de collationibus loquuntur, sed vo-
luit ex testamento fieri.dicitur aotem testatus deces-
sisse, licet postea pro parte corruat testamentum oc-
casione querelæ.l.circa.C.de inoffi.testa.

45 Hæc † sunt, quæ voluerunt nostri doctissimi in-
terpretes circa intellectum. d.l.pater filium. quorum
dicta laudo, & probo. præter id quod dicunt, deces-
sisse testatum licet pro parte corruat testamentum
occasione querelæ.Quia, si post aditam hæreditatem
per querelam rumperetur testamentum pro parte te-
status diceretur. secus si ante aditam ex legis disposi-
tione ruptum fuisset. tunc intestatus omnino dece-
deret vt reliquit Deci.in l.ius nostrum. num.11.ff.de
reg.iur.l.cum duobus vbi Ias.C. de inoffi. testa. vnde
debilis est casus, vbi partim ex testamento, partim ab
46 intestato patri succeditur. Et † propterea dico Impe-
ra. in §. illud quoque. vnde sumitur authent. ex testa.
etiam voluisse casum mixtum comprehendere. In-
quiens, vt siue testatus, siue intestatus decedat omni-
no fieri collationes. pondero dictionem (omnino) id
est, omni.casu.l.si possessor.in princip. ff. de peti. hæ-
redi.cap.& si Christus. de iureiurand.l. rem legatam.
ff.de adimen.lega.

47 Itaque, † quotiens lex signo vniuersali vtitur, sub
simplicibus continetur casus mixtus. Notat Bart. in
l.2.vbi Ias.num.11.ff. de verbo. obliga. Ias. in §. om-
nium.num.28. Instit. de actio. vel quando eadem ra-
tio militat in casu mixto, sicut in simplici, etiam in
correctoriis.l. si ita facta. ff. de iniusto rupt. vt Ias.at-
testatur in præscriptis locis. Cano.in cap.fin.de simo.
in cap.quanto. de iudi.Panormit.in Rub.& in cap.1.
de vita, & honest. cleri. in cap. per venerabilem. qui
filij sint legi. quia igitur eadem ratio militat, vbi pro
parte quis intestatus decederet, sicut quando totus
testatus, vel intestatus. vt sit æqualitas inter liberos.
eadem debet esse conferendi dispositio.

QVÆSTIO IIII.

De antiquis, & nouis collationis casibus.

48 HÆC † sunt quædam præparamenta, quæ
nostri boni patres eudéctalia vocant, an-
tequam ad legis interpretationem venia-
mus. Itaque sciendum est, antiquo Dige-
storum iure, filios, qui tempore mortis in patris po-
testate non reperiebantur, inter se non debere confer-
re. cessabat enim præsumpta iniuria, & cum eo iure,
quidquid acquirebat filius, patri acquirebat.l.placet.
ff.de acqui.hæred.§.igitur. Instit.per quas perso.vob.
49 acquir. Excepta † filia, quæ pro dote contra patrem
habebat actionem.l.Pomponius. ff.famil. hercisc. Et
si patri ab intestato defuncto volebat succedere, te-
nebatur ex constitutione Diui Pij dotem conferre. l.
1.& l.fin.ff.de colla.do.

50 Nouis † autem Imperatorum constitutionibus, fi-
lijfamil. in multis casibus, vltra castriensia, vel quasi,
facti sunt capaces bonorum, per donationes propter
nuptias.olim incognitas. l.fin.C.de dotis promis.l.fi.
C. de dona. prop.nupt.§.est & aliud. Instit. de dona.
Et simplices, quando morte confirmarentur. l. dona-
tiones quas parentes.C.de dona. Aduentitiáque ha-
bere peculia, & profectitia.l. cum oportet. C.de bo-
nis, quæ lib.l.fin.C.de inoffi.testa. Pro quibus confe-
rendis nouæ æditæ sunt decisiones, in hoc titulo po-
sitæ. olim incognitæ. Quibus etiã disponitur eman-
cipatos debere inter se conferre. licet olim secus. vt
hac.l.per l.vt liberis.j.eod. Necnon vt sola profecti-
tia, non aduentitia veniant in colla. l. fin.j.eod.sicut
latiùs examinabuntur in propriis sedibus.

51 Antiquo † prætereà iure, si pater decessisset testa-
tus, cessabat collatio. vt in hac.l.nostra.l.1.ff.de colla.
bono.Nisi vbi petebatur contra tab. quæ patrem in-
testatum reddebat.vel si hæres timore percussus non
auderet adire hæreditatem. Alioqui semper diceretur
testatus decedere. Et ob id ista bonorum possess.con-
tra tab. inter testamentarias inseritur bonorum pos-
sess.§. sunt autem.Instit.de bono.poss.

Fateor tamen (ne verbosa fiat disputatio) conside-
rato effectu qui nascitur ex hac bono. pos.hanc quo-
que intestati causam facere.l.filium.§.legata.in fin.ff.
de contra tab. Cum euocet hæreditatem ab hærede
scripto, corruántque omnia in testamento ordinata.
l.cum emancipati. l. non putauit. §. fin.ff.eod. Et ita
tollitur fortis. contrarium, quod ex l.vt liberis. sumi-
tur. contra.l.filiæ.s.eod. Nam in l.filiæ. fit distinctio
inter casum, in quo petitur contra tab. vt in vtroque
collatio fiat.in l.vt liberis. enumeratur ista cõtra tab.
inter causas intestatorũ. quorum vtrúmque in vtra-
que. l.verum esse potest, diuersis scilicet respectibus.
vt longo sermone explicant post Gl.Bald.Albe.Aret.
Alex.Ias.Deci.Cur.in d.l.filiæ.

Ex testamẽto ergo cessabat collatio, nisi pater ex-
presè de illa disposuisset.l.1.l.filiam.ff.eo. & hac no-
stra. l.Nouissimo autem iure.semper locum habebit,
nisi expresè à patre prohibeatur. d. authent.ex testa.
vt latius videbimus.

QVÆSTIO V.

Num ista collationum materia, sit fauorabilis vel odiosa?

52 ODIOSVM † videtur, vt emancipatus, vel
alius, rem iusto titulo acquisitam, alteri
communicare teneatur inuitus contra. l.
id quod nostrũ.l.in re mandata. C.mand.
Et ob id non licet collationes extendere. l. illam. j.
eod. In quibus sunt multæ iurium correctiones, con-
tra antiqua, & noua iura. plurimúmque difficiles. vt
docet Rimi.in hac.l.& post cæteri.

Roma.contrà, quem Cagno.sequitur. Cum super
æquitate cupiat fundamẽtum, ne sit inter liberos in-
æqualitas.d.l.vt liberis. & d.§.illud quoque. Ex qua
discordia nascitur. l. enim pater. §. pater pluribus. de
lega. 2. Nec obstat d. l. illam. quæ procedit etiam in
omni alia materia, in qua extra casus decisos, statuere
non permittitur. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. l. ser-
uum.§.non dicit prætor.ff.de acqui.hæred.l.vni.§.sin
autem.C.de cadu.toll.

Ego autem puto potiùs, esse odiosam. vt qui so-
leamus in ea stricto iure procedere. Et non de simi-
libus, ad similia. Nec habet locum in ascendentibus,
vt videbimus. licet communiter disposita in liberis,
ad parentes extendantur.l.nam & si parentibus. ff.de
inoffi.testa. propter correlationem. l. fin. C.de indic.
vidui.toll.notatur in authent.nouissima. C.de inoffi.
testa. disposita in patre, non habent locum in matre.
Bart. in d. §. nec castrense.versi. sed contra prædicta.

quamuis

quamuis vtriusque parentis idẽ debeat esse iudicium. l.furiosæ matris.ff.de cura furio.

53 Et † licet illi, cui fieri debet collatio sit fauorabilis. tamen respectu alterius, qui dare debet, odiosa videtur.d.l. id quod nostrum. Illa etiam inæqualitas non solet esse in consideratione, quando pater disposuit. Cui licet etiam liberos suos inæquales facere. l. parentibus. C. de inoffi. testa. proinde omnibus consideratis odium, fauori præponderat. vincitq; fauorem. l. diuus. ff. de in integ. restit. Sicut in simili docent interpretes in l.2.C.de in ius vocan. Tiraquel.de retract.in præfa.num.66. Ego in §.Cornelio Felici.in præfa.num.22.

Nota tamen, licere etiam in exorbitantibus, & odiosis, ex identitate rationis in lege expressæ, decisionẽ extendere de casu ad casum de personis ad personas. Glo. in cle.1. in verbo eligatur.de electio.cap. cupientes.§.denique.Versi.instruatur.de electio.lib.6. cap.quoniam frequenter. §.porro. vt lite non contesta.Ias.in d.authent.quas actiones. num.22.Alexand. consil.22.num.6.lib.7.Cra.consil.227.num.4.

54 Nam, † quando eadem est ratio in pluribus casibus illa decidit omnes casus, non quidem per extensionem sed propriè. Quia, sicut genus comprehendit suas species. l. si quod earum.§. inter. de lega.3. l. semper de reg.iur. Ita generalis ratio comprehendit diuersas species casuum emergentium, vt Cinus nut. in l.iura.ff.de legi. Ancha.consil.96. Paul.de Cast.83. num.1.& 2.lib.2. Quoniam ratio legis, est ipsa lex.& legis anima.l.cum pater.§.dulcissimis.de lega.2.Bald. consil.467.in fin.lib.2.Panorm.in cap.2.num.8.& ibi moder.de proba. Nam sicut homo corpore, & anima constat. Ita & lex ratione, & verbis. verba sunt corpus, ratio vero est anima. Bald.in l.fin.quæst.15. C.de hæredi.Instit.Panormit. in cap.nihil. de electio Multa de his Tiraquel.in l.si vnquam.in verbo libertus.num.95.96. Ideo, licebit nobis vbi paritas rationis suadebit, has nostras collationes extendere vt latiùs j. videbimus. Sed ne caput longius sit suo toto corpore, ad propriam nostræ legis interpretationem veniamus.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. A.A. & C.C. honesto.

LEX IX.

Si emancipati vtrique fuistis à patre, collatio cessat. Si autem frater tuus in potestate tempore mortis fuerat, nec vllum testamẽtum relictum, vel nouissimum iudicium cõmunis patris, téque emancipatum probatum fuerit: ab intestato te ad paternam successionem venientem, ad collationem forma edicti perpetui certo iure prouocat.

Summarium super verbis nostræ legis.

55 *Huius l.laus. & commendatio.*
56 *Facti species ex Bald.Paul.& Ias.collecta.*
57 *Collatio.propter iniuriam, quam faciebat emancipatus suo, inuenta.*
58 *Frater qui plus laborauit in hæreditate maiorẽ portionem habere debet.*
59 *Momentanea, non sunt in consideratione.*
60 *Ratio decidendi nostræ legis.*
61 *Emancipatus vnus, magis quàm alius esse nõ potest.*
62 *Si, dictio quid significet?*
63 *Mandatum non est conditionale, si idoneus ille sit.*
64 *Emancipati inter se non conferunt.*
65 *Profectitia, an conferantur? num.85.86.*
66 *Dotes, & donationes propter nuptias conferuntur.*
67 *Donatio simplex an cõferatur? & nu.68.76.77.78.*
69 *L. vt liberis. an loquatur de dona. simplici? & num. 73.74.81.82.83.*
70 *Argumentum à simpliciter, ad secundum quid, an valeat?*
71 *Statutum excludens sororem propter fratres, an frater patruelis eam excludat?*
72 *Patruus magnus, an veniat appella. patrui?*
75 *Nouus intellectus ad l.vt liberis. num.79.*
80 *Actus vnus, ab alio dependet.*
84 *Incontinenti facta, quæ dicuntur?*
87 *Sui an teneantur conferre emancipatis, & quæ?*
88 *Lex vna non censetur aliam tollere.*
89 *L.filiæ huius tituli declaratur vtiliter.nu.90.91.92.*
93 *Delicta non præsumenda. fallit in emancipatis, qui celant acquisita. num.94.*
94 *Fortior præsumptio tollit debiliorem.*
95 *L.fin.huius tituli an emancipatos contineat?*
96 *Sui, quid inter se conferant?*
97 *Emancipationis, & patriæ potesta. sublata differentia, quid iuris circa collationes? & num.98.*
98 *Hodie etiam manent differentiæ inter suos, & emancipatos. num.99.*
100 *Pater non potest pupillo emancipato substituere pupillariter.*
101 *Emancipatus, sibi acquirit non suus. qui in profectitys non habet hæredem.*
102 *Xenia data filiæ an dicantur profectitia? & conferenda. num.103.*
104 *L fœmina. C.de secund. nupt. non habet locum in datis vxori mariti contemplatione.*
105 *Filius fam. sine patris consensu in iudicio stare possit? quæritur.*
106 *Filius. si permittente patre, fructus aduentitiorum perceperit, an illos teneatur conferre? & censeatur illos donasse pater, vt morte confirmentur? num.117.*
108 *L. 1. §. sed si filius. ff. de coniungend. cum emancip. lib. adducitur pro fortiss. contrario, cui respondetur. num. 109.112.114.115.*
110 *Consequitur quis ex persona alterius, quod ex sua non consequeretur.*
111 *Ecclesiasticus iudex debet dare tutorem liberis, vbi vnus est clericus.*
113 *Laici fratres, an gaudeant immunitate, vbi vnus fratrum est clericus?*
116 *Collatio cessabat, quando pater fuerat testatus. & vera ratio assignatur. num.117.*
118 *Collatio hodie semper locum habet, etiam si pater non fuerit oblitus datorum.*
119 *Filius debet esse in potestate tempore mortis patris.*
120 *Mors patris aperit portam liberis ingredientibus ad successionem.*
121 *Mortis tempus in pluribus considerabile.*
122 *Legatum filiolis relictum. de illis intelligitur, qui erant tempore mortis.*
123 *Facta, non præsumuntur, sicut emancipatio.*
124 *Minorem qui se dicit, probare debet.*

125 Qualitas allegata probanda est, etiam in criminalibus. num. 127. 128.
126 Extrema, probant medium.
129 Cautela data illi, qui vult agere contra emancip. iniqua, & reproba.
130 Conferre qui tenetur, an dando pretium liberetur? num. 132. 133.
131 §. sed si tantum. l. 1. ff. eod. latè examinatur. nu. 134.
135 L. nō amplius §. cum bonorum. cum l. seq. de lega. 1. examinatur. num. 136.
137 Creditor tenetur recipere bona pro debita pecunia, quando debitor non potest soluere quantitatem.
138 Filius nō debet super singulis rebus legitimā petere.
139 Librorum fit collatio per æstimationem.
140 Conferre, qui tenetur non est in mora, nisi interpelletur.
141 Obligatus ad factum præstando interesse liberatur. fallit de canonica æquitate. & alijs casibus. num. 142. 143.
144 Filia, quæ dotem habuit, si eam velit realiter conferre, & habere legitimam in corporibus an audienda?
145 Conferre plerumque nocet, & vtilius est à collatione abstinere.
146 Conferre nemo tenetur inuitus, nisi emergeret inæqualitas.
147 Conferre quis cogi potest duobus à lege datis remedijs.
148 Actionis denegatio, an ipso iure actionem tollat? & num. 149.
150 Officio iudicis, quis conferre tenebitur.
151 Collatio erroneè facta reparanda est.

BART. & cæteri huius legis interpretes multùm honoris, & laudis huic tribuunt, clauem totius materiæ eam esse dicentes, ex eo forsitan quod Accursius in ea latiùs materiam collationis tractauerit. Et deinde illi, eius vestigia sequuti suis commentariis Accursianas lucubrationes auxerint, adiuuerint, & illustrauerint. Si quidem in textu duo tantùm casus deciduntur, alibi anteà decisi, & definiti in l. 1. §. portiones. & in l. 2. §. si tres. & l. prætor. §. Iulianus. ff. eod. Et in l. filiæ licet. & l. ea demum. hoc titulo. vnde verum est quod dicit Ouid. 2. Meta.

Materiam superabat opus.

Id quod in iure nostro aliquando solet contingere. l. qua ratione. §. literæ quoque. ff. de acqui. rerum do. §. si quis in aliena tabula. Instit. de rerum diuis. l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro, & arg. lega.

Est ergo hæc lex pretiosis ornata vestibus, & multis repleta donis, quæ illius formam plurimùm auxerunt. Sicut dici solet, vestis virum facit. vt protinus alius esse videatur. vt Vlysses apud Homer. qui ante specie fœdissimus, nunc ditis similis, quos pascit Olympus. Cæterum nihil ad nos, à quibus congegerit iste collationum thesaurus. hic iacet, & patet omnibus, quem vnusquisque sibi acquirere potest. forti scilicet, & diligenti studio.

Hoc vult in summa.

Emancipatus, emancipato non confert, sed suo, quotiens patri ab intestato succeditur.

Facti species.

56 Bald. † Paul. & Ias. ad primam partem sic speciem fingunt. Pater duos habēs filios, Caium, & Lælium, Caium à iam multis annis emancipauerat. Lælium verò à paucis diebus similiter emancipauit. Et deinde intestatus decessit. Caius, qui à longo tēpore fuerat emancipatus, multa sibi acquisiuit. Alius semper hæreditati. quæritur, cum vterque patri cupiat succedere, an is, qui priùs fuerat emancipatus, alteri fratri nouissimè emancipato conferre teneatur? Et videbatur teneri.

57 Quia, † istæ à prætore introductæ collationes ex æquitate fuerunt inuentæ, ne frater fratri iniuriam faciat. l. 1. ff. eod. At alteri fieret iniuria, qui totam ferè ætatem suam consumpsit in acquirendo patri. Alius verò sibi soli, & ita, suos deploraret labores. l. 2. C. de allu. & palud. l. pe. §. illo. C. de necessa. ser. cap. 1. de in integ. resti. l. nemo. C. de offic. mag. offi. no. Bart. in l. diem functo. ff. de offi. assesso.

58 Hinc † voluit Alexand. consil. 99. per to. lib. 2. de duobus fratribus, qui mortuo patre communiter vixerunt, si alter plus operarum, & laboris impenderit in augenda hæreditate, per se, vel per suos liberos, maiorem debere partem ex hæreditate percipere. & consil. 133. nu. 1. eod. lib. Bald. in l. 1. quæst. 11. C. pro. socio & in tracta. de duob. fra. in fin. Cor. consil. 52. in fin. lib. 3. Ias. consil. 5. lib. 1. arbitrio boni viri, qui operas cuiusquisque perpendere debet, & arbitrari. l. si societatem. cum l. sequen. ff. pro socio. Bald. Paul. Sali. Alexand. Ias. Decius. & Curt. in l. fin. ℸ. eod. huic seruit naturalis regula, qui sentit, onus sentiat commodum. Et quod ait Plautus, qui nucleum è nuce esse vult, frangat nucem, id est, qui commodum apetit sustineat, & onus. l. vni. §. pro secundo. C. de cadu. tollend. l. is, qui in potestate. in fi. de lega. præstand. quia, commodum cum labore compensatur. l. planè. §. si duobus. vbi Bald. & Alexand. de lega. 1. Ideo dicebat Lælius, tu deberes me facere participem laborū tuo-
59 rum, sicut ego te facio meorum. Non † obstante mea emancipatione, quæ tuæ non est similis. & veluti momentanea non venit in consideratio. l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad l. Falcid. l. fin. in fin. C. de bo. quæ libe. l. 3. ff. de diuot. Ang. Imo. Alex. in l. si marito. ff. solut. matr. Ang. consil. 270. Bertrand. consil. 61. num. 8. lib. 2. statutum puniens fugientem, non comprehendit eum, qui cito reuertitur. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo susceperit. num. 179. Alius nega-
60 bat fortiter. Consulti II. † respondent. Si emancipati, &c. Quia, cessat ratio propter quam introducta fuit collatio, vbi vterque est emancipatus. nullus alteri iniuriam facit. Et qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de noxa. l. ex facto. §. si quis autem. vbi de Rip. ad Trebel. l. ex facto. de vulga. l. 1. C. de condi. inser. Qui alium ad collationem compellit debet esse in potestate tempore mortis patris. l. ea demum. hoc tit. Iste non fuit, ergo, &c. Non curauit prætor inter emancipatos introducere collationes, vt diligentius quisque sibi prospiceret. arg. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obliga. Glo. in l. viro. ff. solut. matr. néve in alienos intenderet agros. arg. l. si repetendi. C. de cōd. ob caus. heus (inquit Terentius) proximus sum egomet mihi. Nec obstat inæqualitatis ratio. quæ non est considerabilis cum adhuc viuo patre nondum nata esset actio ad conferendum. l. 1. §. si impuberi. ff. eo. Prætor enim non potuit pro singulis casibus edicta proponere. Sed tantùm voluit generales definire casus. l. natura. ff. de præs. verb. l. non possunt. ff. de legib. Sicut potest contingere, vt is, qui domi manebat in patris commodum nihil intereà fecerit. Imò perdiderit, & consummauerit, sicut solent hoc tempore plurima

plurimi adolescentes. Et tamen etiam huic teneretur conferre emancipatus, secundum Bal.Paul.Sali. Alex. Ias.& Decium.

61 Non † enim vnus debet dici magis emancipatus, quàm alter, aut magis suus. Sicut in seruorum conditione nulla est differentia. quia, vnus, non est magis seruus, quàm alter. Glo.in §.fin. Instit. de iure perso. Ita nec filius pro parte, suus, pro parte emancipatus. l. 1. §. in filij. vbi Socin. 1. not. & de Rip. num.8.ad Trebel. Sicut nec seruus, pro parte liber.l.si pariter. ff.de libera.caus.l.1.C.de lati.liber.tollend. Idque diceretur monstruosum. desinet in piscem mulier formosa superne.& ne vna,& eadem res diuerso censeatur iure.l.cum qui.ff.de vsucap. Denique lex non distinguit inter emancipatos, si longo, vel breui fuerint emancipati tempore. Ideo nec nos. l.de pretia. ff. de publi.in fraudem. §.fin. ff. de testa. mi.l.1.§.generaliter.de lega.præstan.

Si emancipati vtrique à patre fuistis.

62 Licet † dictio [Si] conditionem significet.l.si Titio.ff.quád.dies lega.ced.l.qui promisit. ff. de condic. inde.Bart.in l.1.de condi. & demonstra. Cuius natura est, vt nihil ponat.l.si quis sub conditione.ff.si quis omis.testa. Tamen, quando per dictionem [Si] aliquid additur, quod de necessitate requiritur, ponitur pro quia.l.videamus.in princip. ff.de in litem iurand. l.Titium.§.à matre.ff.de admi.tuto.Bar.in l. hæc verba.num.1.de lega. 1. & in l. muto.§. sub conditione. num.2.ff.de tutel. Expressio enim istarum conditionum, quæ de necessitate insunt, facit vt habeant figuram conditionis quo ad verba, sed non quantum ad effectum.l.Cornelius.in fin.ff.de hæredi.instit. Ideo,
63 si † Papa alicui conferri beneficium, si idoneus ille sit. mandatum non erit conditionale. ele. 1. de concess.præb. Abbas in cap.1.de postula. præla. & in cap. fin.de præsumpt.cap.1.cap. de cætero. de iudi.no.in cap.1.de offi.delega. Ias.in d.l.hæc verba.nu.4. Alex. consil.212.num.32. lib.6. & consil.127.num.2.lib.7. si,& quatenus. In l. autem nostra affirmatiuè ponitur,& assertiue, vt certum quid disponat, néve in futurum videretur differri decisio. plures alias huius dictionis signific[illegible] videre licet per Tiraquel. in d.l.si vnquam.in verb. [Si.]

Collatio cessat.

64 Generaliter † disponitur emancipatos non debere inter se conferre, vt [illegible] in decidendi rationibus. Intelligitur locum habere, quando ageretur super aduentitiis, quæ inter emancipatos non conferuntur. l. 1.§. portiones.l.2.§.si tres.ff eod.

65 Circa † profectitia, dubitauit Accurs. & in hac. l. fuit varius, [illegible] quidem in Glo.1.voluit illos debere inter se conferre profectitia. quod postea negauit in Glo. magna se[illegible] Azo. forte, qui [illegible] hac ex gener[illegible] liter loquitur ibi, collatio cessat. & hæc est, communis opinio. Sed quorsum laborauit Accurs.& post eum cæteri. super contra[illegible] quod colligitur ex l.filiæ dotem.[illegible].eod. vbi dicitur, filiam [illegible] debere dotem profectitiam is, qui [illegible] defunct[illegible] non fuerant. Erg[illegible] debet conferre profecti[illegible]. E[illegible] separati non [illegible] sunt diuersæ person[illegible] filii. Cum e[illegible] patus [illegible] omni[illegible] na su[illegible], & aduentitia, & profectitia conferat æq[illegible], vt filia profecti[illegible] conferat dotem. vt Ias.in d.l.filiæ.num.[illegible].

66 Intellige, † hæc vera esse secundum tempus. ff. & C.vsque ad tempus Leonis Impera. qui. l. vt liberis. [illegible].eod. edidit quæ disponit emancipatos debere conferre dotes, donationes propter nuptias, quas habuerunt ab illa persona, de cuius hæreditate agitur, vt seruetur æqualitas.

67 Sed † quid iuris, de donatione simplici? Aliqui voluerunt non esse conferendam aliis liberis, qui erant in potestate. Quia, d.l.vt liberis. disponit vt emancipati pro tenore præcedentium legum, ea, quæ à parentibus in ipsa emancipatione, vel post emancipationem fuerint consequuti, conferant. itaque non videtur simpliciter disponere circa collationé eorum, quæ habuerint à parentibus, sed cum restrictione, scilicet pro tenore præcedentium legum. Et ita antiquitas leges esse obseruandas. quæ disponebant simplices donationes non esse conferendas. vt l.1.[illegible].eod. Et hanc opin. tenuerunt multi grauiss. viri, inter quos fuerunt Oldra.Nico.Iaco.de Aret. Paul.Ang. Roma. Fulgo.hic. & in d.l.vt liberis.

68 Contrarium † voluit Glo.in d.l.vt liberis.& Bart. hic est & communiter docto. vt attestatur Ias. in authen.ex testamento.col.8.versi. limitat Alex. & hic. num.12.Deci.num.16.

69 Fundamentum † huius commu. opin. iacet super d.l.vt liberis. quæ generaliter loquitur. emancipatos debere conferre quæ à suis habuerunt parentibus, siue in ipsa emancipa. siue post emancipa. At donatio simplex dicitur etiam illa, quæ fit in ipsa emancipa. vel post. Ideo conferenda. Quod tamen firmum non videtur. Cum de donatione simplici nullú verbum. Licet donatio, quæ fit occasione emancipa. æquiparetur simplici,& non ob causam. l.si.in verbo liberalitati.C.de emancipa. liber. vt Tiraquel. latè demonstrauit in d.l. si vnquam. in verb. donatione largitus. num.147. Cum egeat insinuatione. vt Bald.not.in l. data.C.de dona.secùs, si esset ob causam. l.Aquilius. ff.de dona. Tamen negari non potest. quin sit secundum quid, non simpliciter. Cum fiat occasione emancipa.

70 Et † licet valeat argum. à simpliciter ad secundum quid.l.qui pœnæ.ff.de manu.testa.tamen quod sumitur secundum quid, non est propriè tale. l. si ita quis. §.fin.de lega.2.l.hoc legatum. de lega.3.l.si.C. de his, qui veniam ætat.impe.Docet Bart.in l.Lucius.§.quæsitum.de Rip.in l.1.num.101.ff.si cert. peta.& in l.in quartam.num.183.

71 Huic, † si statutum excludat sorores propter fratres, frater patruelis eas non excluderet. cum sit frater secundú quid. Alex.consil.97. nu.3.cum aliis in addi. positis.lib.2. Cur.senior.consil.9.num.12. vel si esset vterinus tantum.Soci.consil. 1. num.3.li.1.& consil.
72 304.num.23.lib.2. Vel † si de patruo loqueretur, de patruo magno non intelligitur. Soci. consil.25.nu.1. libro 3. vnde, cum lex non de simplici donatione loquatur. sed de ea, quæ occasione emancipa. fit. non videtur simplicem comprehendere.

73 Vlteriùs † quæritur, quis erat ille tenor præcedentium legú. Aliqui dicunt Impera.se retulisse ad quasdam leges, quæ volebant donata ante emancipa. non esse conferenda. quæ verò in ipsa emancipa. vel post eam esse conferenda. vt ibi Gloss. voluit. sed cum de his non constet. nullus dici potest illarum tenor. l.in testamento. ff. de condi.& demonstra. Minùs placet, quod referenda sit ad l.illud.[illegible].eod. cum sit posterius edita lex. Cómunis autem intellectus est vt referantur ad l.ea demum.[illegible].ad l.2.§.id quoque. ff. eo.ad l.1. §.iut.de colla.do. In quibus dicitur emancipa.debere

conferre

conferre omnia per eos acquisita, quæ habuerunt tempore mortis patris cui volunt succedere.

74 Iste†intellectus apud me remanet dubius: quia, illa verba pro tenore, necessariò referenda sunt ad donationem, quæ fit in ipsa emancipa. vel post emancipa. secundum rationem recti sermonis. l. Plautius. de auro, & arg. lega. cum vna oratione claudantur. Et licet d. Decius illum approbet, tamen rectè intuenti oratio literæ est inseparabilis. Nec ad duas referri potest decisiones, quia, verbum collaturis: vtrique serviret, & adhuc esset opus vt ante illa verba (ea quę) adiungeretur copulatiua, sine qua inordinata esset litera. vt patet.

Nec etiam probo, quod à Nico. Aretio, Oldra. Bal. & Ias. dicitur quod filij debeant esse emancipati secundum tenorem præcedentium legum, quibus certus erat introductus emancipandi modus, vt in l. liberis. infrà eo. l. fin. C. de emancip. libe. Quoniam (vt Decius aduertit) illæ leges sunt posteriores, & deinde, cum Impera. loquatur de emancipatione, intelligit de vera. & legitima. l. sciendum. ff. de verb. oblig. l. nepos Proculo. de verb. signifi. l. si cui. ff. de serui. nu. Bar. in l. qui testamento, in fin. ff. de testam.

75 Ego†autem (omisso multiloquio) puto aliter esse intelligenda illa verba, vt scilicet referenda sint, ad donationes, quæ fiunt liberis à parentibus, iu ipsa emancipatione, vel post emancip. de quibus loquuntur leges præcedentes. Nempe l. 2. C. de inoffic. don. l. siue emancipati. C. de dona. l. emancipati. l. non nudo. C. de emancipa. libe. vt sit sensus, solent parentes, dum suos liberos emancipant in ipsa emancipatione, vel postea, illis donare, secundum tenorem præcedentium legum, & ob id illa donata esse conferenda licet filiis in potestate hoc non liceret d. l. donationes quas parentes, tacitam differentiam faciens inter emancipa. & suos. Cum in prima parte legis de vtrisque fuisset loquutus, in fine verò de solis emancipa. quibus pater donare solet secundum tenorem præcedentium legum.

Et mirum est (vt nonnulli dicunt) quòd Impera. in eadem l. nullam fecerit mentionem de dona. simplici. Sed tantum de dote, dona. propter nupt. & de illa, quæ fit occasione emancipa. Cum ista sit cæteris frequentior. Ideo videtur neglecta. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniuriis.

76 Præthereà†secundum multorum opi. donatio simplex filio facta non coofertur, vt no. in d. authen. ex testamento. Cum vim relicti habeat, mortéque confirmetur, sicut donatio causa mortis, quæ morte donatoris acquiritur. l. 1. §. si ab ipso. ff. eo. Alexan. in d. authen. ex testa. nu. 5. gloss. io l. 1. ff. de colla. do. & infra num. 240.

77 Fallit † in casibus euumeratis in l. illud. infrà eo. vbi, tenetur filiusfa. simplicem donationem cōferre, vel vbi esset iurata. Bal. in l. 1. col. fin. versi. Sed quid si fuit. C. de vsucap. pro dote. Alexan. coosi. 8. num. 2. lib. 2. Soci. consi. 91. ou. 7. 8. lib. 1. vbi ait, esse commu. de Rip. in d. l. si vnquam. n. 36. & respon. 9. nu. 9. Rol. à Val. coosi. 77. num. 25. lib. 1. Cra. consi. 102. num. 4.

78 Si†ergo donatio simplex facta suo nō conferatur regulariter, multò minùs quādo emācipato, qui tanquam extraneus ceosendus est. l. fin. C. de in ius vocan. §. emancipati. Insti. de exhæred. libero. l. lis nulla. ff. de iudi. extranei autem non conferunt, vt infrà. Prætereà inferre de collatione dotis, & donationis propter nuptias, ad simplicem, non videtur necessaria illatio, si quidem pater cogitur dotare, & donare propter nuptias. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C.
de dotis promiss. nimirum si veniant in collationem, quia, nemo in necessitate liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adi. lega. Donatio verò simplex ex mera liberalitate descendit, nullo iure cogente. l. donari. ff. de dona. Itaq; tacitè videtur pater velle donatarium suum, vt illa gaudeat sine vlla diminutione per collationem, vt Alexan. vult in hac l. num. 12.

79 Sed†quæso iterum aduerte, pro tuenda communi
opi. Nempe quòd d. l. vt liberis, loquatur de simplici
donatione facta emancipatis. Aut fit ante emancipa-
tionem, vel in ipsa emancipatione & tunc dicitur fa-
80 cta occasione emancipationis, quia, † vnus actus de-
pendet ab alio. l. 1. §. qoæ onerandæ. ff. quarum rer.
act. non detur. l. si ventri. vbi Gloss. & Bart. ff. de pri-
uil. credi. l. cum antiquitas. C. de testa. l. hæredes pa-
lam. §. voo contextu. ff. de testa. Cor. consi. 319. num.
4. lib. 3. Et vbi vnus contractus alterum sequitur pars
alterius dicitur. l. fundi partem. ff. de contra. emp. Bar.
in l. Titium, aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tuto.
Alex. consi. 90. ou. 8. 9. 10. lib. 3. Bar. in l. triticum. ff. de
verb. obliga. Et inter se correspectiui dicuntur. d. l. si
ventri. §. fi. vel etiam vltimus præsumitur factus oc-
casione eorum, quæ præcesserunt Alex. cons. 43. nu.
2. lib. 1. Decius consi. 245. num. 5. Cra. consi. 231. nu.
81 12. At†vbi post emancipationem fieret, tunc pura, &
simplex diceretur donatio, nullo iure cogente facta,
non occasione emancip. Ideo veniet in collationem.
Et vltra docto. quos suprà allegaui, idem voluerunt
Bald. in l. si deportatus. in fin. C. de bo. dam. Panorm.
consi. 116. oum. 1. lib. 2. Fulgo. consi. 217. viso exem-
plo. col. 2. versi. ad secundum Alex. consi. 141. nu. 18.
82 lib. 2. & consi. 21. oum. 9. lib. 5. Et†si tu dicas, emanci-
patus est magis grauatus, quàm suus, qui simplicem
donationem non confert. vt suprà dixi. Resp. eman-
cipatus lucratur fructus aduentitij peculij non suus,
quos patri acquirit. d. l. cum oportet, de quibus etiam
participat emancip. patri similiter succedendo, vnde,
qui in vno grauatur &c. l. eum qui. ff. de iureiuran. id-
que voluit Soci. consi. 91. nu. 7. versic. Nec conqueri
debet emancipatus. lib. 1. Et sic tribus temporibus
factas donationes à patre emsncipato. d. l. vt liberis.
83 complectitur vt conferantur. Et † omnes dicuntur
propriæ, & puræ, nam ante emancipa. dicitur facta
suo. In ipsa emancip. æquè liberalitas dicitur. l. fi. ibi,
vel alias res liberalitatis titulo in eos transferre. C.
de emancipa. lib. si verò post quis cogebat donare
emancipato? nisi liberalitas, & amor in filium?
84 Quando†autem incontinenti post ipsam emancipa.
fiunt videntur in ipsa emancipatione factæ, quando
scilicet eodem die. l. Paulus. ff. de re iudi. l. iurisgen-
tium. §. quinimo vbi Ias. nu. 23. ff. de pact. Tiraquel. in
d. l. si vnquam. in verbo. donatione largitus. nu. 117.
& hoc arbitrarium est. Bart. in l. fin. C. de ord. cognit.
Mono. de arbi. lib. 2. centu. 1. casu 25. num. 8. 9. 10.
84 Sed†dubium est, quod supra num. 64. in medium
proposuimus, an emancipati profectitia inter se con-
ferant, & Bar. vult debere conferre per d. l. vt liberis.
& hanc Cagn. commu. attestatur. nu. 86. Contrarium
Are. & Dec. per hanc l. vt s. dixi. & cum aliis alleg. &
cum nō reperiantur nouis. l. correctæ, intactæ rema-
nent. l. sanctio legum. ff. de pre. l. sanximus. C. de test.
& quod nō mutatur, quare stare prohibitur. l. præci-
85 pimus. C. de appel. Ego tamē cōmonem sequor, quia
d. l. vt liberis. vult vt æqualitas sit inter liberos, quæ
ratio militat etiam quando inter emancipatos con-
tenderetur. Et licet expressus non sit iste casus tacitè
tamen continetur, & præsumitur decisus etiam in
odiosis, & in stricti iuris iudiciis. vt suprà num. 54.

Nec obstant illa verba pro tenore præcedentium legum quæ respiciunt vltimum dictum eiusdem legis. vt suprà num. 75.

86 Nūc † verò an fiti emācipatis cōferant, & quæ? Iste tex. videtur inferre, istos erga emancipatos nō teneri.

87 Quia, † vbi lex aliquos vocat, alios videtur excludere. l. cum prætor. ff. de iudi. l. assiduis, a contrario sensu. C. qui potio. in pig. habean. à contrario sensu. l. vacatio. ff. de mu. & hono. Non enim solet fieri extensio personarum, sed casuum tantum. l. si quis. ff. de testa. iu. l. Gallus. §. & quid si tantum, cum præsertim collatio fuerit introducta gratia suorum, cōtra emancipatos. vt sæpe diximus.

Contrarium probat. l. filiæ dotem. suprà eo. de qua fuimus loquuti, vbi filia confert dotem profectitiam & aduentitiam fratribus in potestate. Emancipatis verò solam profectitiam.

88 Et † licet de aliis suis nullam mentionem faciat, vt debeant conferre emancipatis, tamen alias leges, quæ de his mentionem faciunt non censetur sustulisse. l. sanctio legum. ff. de pœnis. doli clausula. ff. de verbo.

89 obliga. l. sed & posteriores. ff. de legib. Sed quare in d. l. filię. suus emancipato sola profectitia conferat, cum tamen emancipatus suo profectitia, & aduentitia conferre teneatur? vt æquale iudicium sit inter eos. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empt. l. si cum dies. §. pen. ff. de arbit. l. si id quod. ff. de contra. empt. Et quia, istæ collationes æqualitatis seruandæ gratia fuerunt introductæ: vt sæpe diximus.

90 Durus † est iste sermo, qui nostros dubios plurimum reddidit, & incertos, Paul. de Cast. in d. l. filiæ: dicit, propter emancipatos fuisse introductas collationes. Ideo visum est, vt illi maiori collatione grauarentur, quod nihil est: quia si emancipatus suo iniuriam facere non debeat. Ita iure retorquutiuo, suus emancipato. l. 1. ff. quod quisque iuris. c. cum omnes

91 de constitu. Cagn. † nu. 55. ideo fuisse sublatam decisionem d. l. filiæ. cum iniqua videretur. per l. fin. infrà eo. hæc responsio est peior prima, cum arguat legislatorem de iniquitate. arg. §. quibus. in 1. C. constit. Ego autem puto nouiter dispositionem d. l. locum habere in suo tantummodò casu, nempe respectu dotis profect. quam emancipatus conferebat. Et cum emancipatus omnia sibi acquirat, & quæ possunt esse incognita. l. 2. C. quando & quib. quar. pars debea. lib. 10. l. 1. §. sed cum possint esse in occulto. ff. eo. dos autem semper clara esse solet. l. 3. ff. de iure dot. Ideo maiori fuit grauatus collatione emancipatus erga sororem, quàm soror erga eum.

93 Et † si dixeris, delicta non præsumuntur. l. meritò. ff. pro socio. nec quòd emancipatus occultauerit Respon. argumentum à communiter accidentibus valere. l. nam ad ea. ff. de lege. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. edict. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. & ibi Bart. & Ias. num. 5. cum seq. Rip. in

94 c. cum M. num. 39. de constit. Itaque † ex duabus præsumptionibus contrariis, illa vincere debet, quæ est fortior. l. diuus. ff. de in integ. resti. l. non solum. ff. de ritu nup. l. qui duobus. §. Lucius, vbi Soci. nu. 4. de reb. dub. c. transmissa. qui filij sint legit. c. literis. de præsumpt. Cra. consi. 232. nu. 6. vnde communiter solent emancipati celare acquisita, ne veniant in collationem, hoc, malum non æstimantes, ne alij suis gaudeant laboribus, & propter inuidiam quæ solet esse inter fratres, & ob id (vt mihi videtur) Imperator diuersimodas inter emancipatos, & suos ordinauit fieri collationes. Hodie verò æqualiter. d. l. fi. C. eo.

95 Hinc † quæritur an d. l. fin. de emancipatis etiam intelligatur? videbatur minimè, sed de solis in potestate, se referens ad l. cum oportet. Imò & de aliis, vt communiter doct. in d. l. fin. sicut attestatur Ias. Et cum loquatur de liberis emancipati veniunt. l. si deportatus. vbi Ang. C. de bon. dam. Chass. in consuet. Burg. §. 6. in verbo *meilleur que l'autre*. nu. 14. vt æqualitas seruetur inter liberos, & tollatur inuidia.

96 Sed † quæ sui inter sese spond. aduentitia, & profectitia iure antiquo. d. l. filiæ. Hodie verò sola profectitia d. l. fin. Ne filij proprios deplorarent labores, vel prosperam fortunam damnarēt, vel ægrè ferrent seminasse agros. & alios colligere fruct. d. l. cū oportet. §. sic enim. §. igitur. Insti. per quas pers. vobis acq.

97 Ex † his, quæ diximus manet æqualitas inter suos, & emancipatos, excepto vno tātùm modò casu, scilicet donationis simplicis, quam emancipatus conferre tenetur, non suus, nisi in certis casibus. Sed cum nouissimo authenticorum iure sublata fuerit differentia emancip. & patriæ potestatis. §. nullam. in authen. de hæred. ab intesta. veni. l. meminimus. C. de legi. hæred. hinc licet emancipati. debuissent bonor. poss. petere, quæ vnde liberi vocatur intra annum. l. 1. §. largius. ff. de successo. edict. l. si emancipati. C. qui admitti. Nunc verò intra triginta annos. l. licet. C. de iure delib. sequiturq; titulum. ff. de coniungen. cum emancip. lib. eius correctu. quo iure, si pater intestatus decedebat, filius emancip. diuidebat hæreditatem cum nepote suo: sed hodie filius includit nepotem, quia, gradu proximior. vt notant omnes in dict. §. & quid si tantum vbi Ias. num. 53. an hoc tempore illa quæ suprà diximus vera esse possint?

98 Hanc † dubitationē proposuit gl. nostra, quæ dicit non esse sublatam, quantùm ad collationem, sed bene quantum ad successionem patri, cui æquè succedit emancip. sicut suus. quia secundum Bal. in succedendo agitur de bonis patris defuncti, in conferendo de bonis filiorum. Ideo, de [illegible] no ad alterum nō rectè infertur. Item manet differentia quotiens ex testamento ageretur. Gloss. in authen. ex causa. in d. §. & quid si tantum. in l. fi. C. de codi. il. Bart. & doct. in l. 2. ff. de vulga. in [illegible] qui se patris. C. vn. lib. in l. filio præterito. ff. de iniusto rup.

99 Vel contra testa. puta, quando emancipatus esset præteritus qui vellet agere querela, quod recta via non potest sicut potest suus. Sed debet à prætore viuo obtinere bonorum poss. gratia litis agnoscendæ. l. 1. Papi. §. 1. ff. de inoffi. testa. & deinde ad agendum factus habilis, poterit querela agere, & pentione hæreditatis. l. 2. C. de inoff. test. Nec iure nouissimo hæc differentia sublata fuit. vt docet Bart. in d. l. Papi. §. 1. & in l. fi. C. vnde legi. vbi Ias. nu. 7. & in d. l. 2. num. 8. Bal. ibidem, qui dicit cassatum fuisse processum propter non petitam ab emancipato bo. poss. licet Paul. de Cast. contrarium teneat commu. num. 3.

100 Sequitur † etiam patrem non posse emancipato pupillariter substituere, no. Bar. in d. l. 2. & omnes ibi.

101 & Ias. in d. §. & quid si tantum. nu. 52. Et † emancipatum sibi acquirere. l. 2. C. de inoff. dona. Et suum patri. l. placet. ff. de acqui. hæred. profectitia scilicet, quæ patris contemplatione acquisiuit. l. profectitia. ff. de iure do. l. sed si plures. §. in arrogato. de vulga. Adeo, vt in profectitiis filiusfa. etiam hodie hæredem non habeat no. in d. l. cū oportet. & in d. igitur. in l. filium quem habentem. C. fami. hercis. in l. frater à fratre. de cond. indeb. Bar. in l. in quartam & post eum cæteri. nu. 12. in d. §. nullam. Gusd. Pap. q. 147. Etiā si statutū testari permitteret, de solis aduētitiis intelligeretur.

Nec

Nec de dote profectitia. Bart. in l. post dotem. 3. & 4. quæst. solu. mat. Alexand. consi. 17. lib. 2. per to. Soci. consi. 110. uum. 3. 4. lib. 3. Cepha. consi. 256. num. 11. vt minus lædatur ius commu. l. si quando. C. de inof. testa. l. 2. C. de noxa.

102 Huc † dubitant, an xenia data filiæ, ab amicis patris dicantur profectitia? dici voluit Bald. in l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulga. vbi Ias. nu. 8. 9. Capel. decisio. 336. licet Bertrand. contra. consi. 125. in fin. lib. 2. Cum alijs, quos refert, & sequitur Alciat. prima reg. præs. 18. Et cum super hac re fuissem interrogatus, dixi, quia ex pacto matrimoniali cauebatur. *Que toutes les bagues, & ioyaux appartiendroient au suruiuant.* Etiam donata ad vxoris parentibus ea mortua, ad maritum pertinere, qui totum dicit, nihil excludit. cap. si Romanorum. 9. dist. l. 1. §. generaliter. de lega. præstan. Idem si esset indefinita, quæ æquipollet vniuersali. l. si pluribus. de lega. 2.

103 Sed † nunquid filia, quæ patri vult succedere tenebitur illa conferre suis fratribus? teneretur quidem si communes collationum regulas inspiceremus, si illa contemplatione habuerit. d. l. profectitia. ibi, quid si patri donaturus: Ego contra. Quia, hæc dona principaliter fieri solent in gratiam filiarum quando nubunt in signum perpetuę recordationis, & ob id magis aduentitia dici possunt, ex propria virtute, & prospera fortuna acquisita. d. l. cum oportet, & probat. l. si seruus communis. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si mater. C. de dona. an. nup. tu considerabis.

104 Hinc † pœna l. fœminæ. C. de secundis nupt. non habet locum in datis vxori mariti. vt ibi de Rip. nu. 26. Excepta sola donatione propter nuptias. Authen. in dona. C. de secun. nup. Roma. consi. 405. licet Bertrand contrarium consuluerit. consi. 306. libr. a. quia acquisita contemplatione alicuius, non proprie dicuntur acquisita ex facultatibus. l. aditio. §. fin. in verbo intelligitur. ff. de acquir. hæred. l. ex morte. C. de pact. conuent. Ideo, de casu ficto ad casum verum non fit extensio. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. Bart. in l. prima. per illum tex. ff. de fonte. & in l. si is qui pro emptore. num. 33. de vsucap. d. §. & quid si tantùm. Canon. in cap. eum dilectus. de cleric. non residen.

Emancipatus præterea sine patris consensu stare potest in iudicio dum modò sit legitimæ ætatis. l. 1. C. qui legi. perso. stan. hab. filiusfa. minimè. d. l. fi. §. licentia. Quando super peculio profectitio, vel aduentitio litigaretur. Nam, cum in vno plenum dominium habeat, in altero vsumfructum, iniquum videretur, si patre nesciu, & ignorante, posset filius de illis in iudicio contendere, com dubius sit litis euentus. l. quod debetur. ff. de pecun. l. minor a6. ann. ff. de mino. hoc esset de re aliena disponere, quod non permittitur. d. l. id quud nostrum. l. nemo. C. de Iudæis. l. dudum. C. de contra. empt. c. de his. de sepultu.

105 Nisi † post mortem patris dispositio quam faceret filiusfam. de peculio aduentitio, esset collata, secundum aliquos, quos refert Bertran. consil. 189. num. 6. 7. lib. 3. Ad vxoris similitudinem, quæ potest alienare dotis proprietatem post mortem mariti, & sine præiudicio mariti in fructibus, quando scilicet esset sui iuris. l. si constante. C. de dona. Bertran. consi. 95. nu. 1. 2. lib. 1. Multi verò contra. in d. l. fi. veluti Bal. Ang. Sali Paul. quos sequitur Cur. Iun. consil. 152. & Cra. consi. 39. Quia magis ex prodigalitate nascitur, quam firmo iudicio. d. l. fin. ibi, melius est coarctare iuueniles calores, sicut plerique filij famil. se obligant post mortem parentum, quod iniquum videtur. L. 1. ff. ad Macedon.

At si pater vsumfructum non haberet aduentitiorum, prout in multis casibus contingere potest. Authent. excipitur. cum sequent. C. de bonis, quæ libe. no. Bart. & docto. in dict. §. licentia. vel vbi ageretur de dote profectitia secundum modos traditos in Authent. quod locum. suprà eo. posset filia sine patris consensu agere, vel disponere de istis aduentitiis, quæ etiam venirent in confiscationem bonorum filij: vt Rui. aduertit consi. 24. nume. 4. libro 5. post Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damn. infect. Et alia de his vide ampliùs in dicto §. & quid si tantum.

106 Illud † tamen silentio non prætereo, si filius fructus aduentitiorum perciperet patre permittente, post mortem patris illos teneretur conferre, cum ad patrem pertineant. dict. l. cum oportet. l. 1. C. de bon. mater. filio donasse videretur, & consequenter venirent in collationem. vt Ias. voluit in d. authen. ex testamento. numero secundo, dicens Bald. & Ang. errasse qui contrarium affirmabant. Ias. sequitur Chas. in consuet. Burg. §. quinto, in verbo: *meilleur que l'autre.* numero decimoquarto. Idem voluerat Alexand. in dict. Authent. ex testamento. numero sexto, Bertrand. consil. 257. numero tertio, & quarto. libro primo. Quibus repugnat Deci. quia, dicta l. cum oportet. §. sin autem. prohibet hæredibus post obitum patris eundem vsumfructum petere, aut vendicare, quæquidem verba videntur collationem omnino excludere. l. si soror. infrà eo. Cum præsertim pater non habet illos fructus ex persona sua, sed filij occasione. Ideò liberiùs agendum est in filij vtilitatem. argument. l. filio. ff. vt lega. nor. causa notat Soci. in l. omnes. in fin. ff. de except. Et hanc puto veram, ponderando vlterius illum text. qui vult vt filius post mortem patris istos lucretur fructus: quod non faceret, si venirent in collationem quia per illam alij fratres istorum essent participes, hanc opi. sequitur Rui. consi. 96. num. 7. libr. 5.

Fallit si in re filij pater fecisset impensas, quas filius conferre tenebitur. Cepha. consi. 185. numero 41. per l. filiusfami. §. si quid. de legat. 1. l. mortuu. §. Labeo. de lega. 2. l. fideicommiss. §. si seruo de lega. tertio.

107 Cæterum † magna disputatio inter nostros orta est, an tunc pater hos fructus donasse videatur, ita vt valeat ab initio, vel morte confirmetur. Sicut aliæ inter viuos donationes? vt tenuit Gloss. in l. secunda. C. de inoff. donat. & in dicto §. sin autem. Alij, ita demum, si fiat pro alimentis, ad mariti similitudinem, qui potest donare vxori dotis fructus. l. ex more. ff. de donat. inter virum, & vxor. Sunt qui dicant huc casu nullam esse donationem, sed remissionem. Cum de suo nihil eroget pater. l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. eo. cui adde. l. profectitia. §. si pater repudiauerit. ff. de iure do. Quidam, propter istos conflictus distingunt si pater antequam agnoscat statim ab initio repudiauerit, tunc valet ab initio donatio. Si verò pôstquam agnouerit remittat, morte confirmetur, vt late explicat Ang. in d. §. sin autem, per duas col. Boër. decisio 196. per totam. tu illos consule.

Oppono.

108 Dicitur † in hac lege emancipatũ nõ debere cõferre emãcipato sed cõtra. do. l. 1. §. sed si filius in potestate.

ff.de commungen. cum emancip. lib.eius.Mortuus est pater.relictis vno filio in potestate,altero emancipato, & duobus nepotibus ex altero filio præmortuo, quorum vnus erat in potestate, alius emancipatus.si emancipatus filius,patri velit succedere tenetur conferre, & facere tres partes de bonis suis,vnã ipse sibi retinebit,fratri dabit alteram, tertiam autem duobus suis nepotibus conferet. Et sic emancipatus patruus nepoti emancipato collationẽ facit.Glo.soluit tribus modis.sed ne videamur in aqua nigra scribere,vt dici solet in eos,qui operas inanes exercent.noluimus insistere in reprobandis, vel sustinendis glos.solutionibus.& communem quam tradit Bar. Bal.Alex.& Ias.

109 proponemus.Nẽpe† hos duos nepotes, pro vna tantum persona censeri.Et cum patruus vni eorum conferre teneretur in consequẽtiam alteri quoque tenebitur.cum in stirpes auo succedant.l.quod si nepotes. ff.eo.§.cum filius.Insti.de heredi.quæ ab intesta.defe.

110 Vnde† infert Ias.quẽ posse cõsequi ex persona alterius,quod ex sua non consequeretur.l.si cõmunem.ff. quemad.seruitutes amittãtur. c.contigit.de arbi.cum multis alijs per eum adductis. quibus adde de Afflic. decisio.213. Panor.in c.quamuis.num.20.de re iudi. Fel.in Rub.de offi.iudi.deleg.

111 Hinc alias ego respondi iudicem ecclesiasticũ debere dare tutorem pupillis,quorum vnus erat clericus. Aliosque pupillos istius forum sequi licet essent laici, ratione coniunctionis, Et minus dignum maius dignum sequatur. c. quod in dubiis. de consecra.eccle. vel altaris.l.cum in diuersis.ff.de religio.& sumpt.funer.§.si Titius.Insti.de rerum diuis.l. senatus.in fin.de reb.dub.

112 Veruntamen† Deci.hanc commu.solu.non probat, quæ procederet, vbi res, de qua agitur esset indiuidua.d.l.si communem.c.sacrn.de sepul. Roma.consi. 195.num.5.6. At vbi (inquit) diuidi potest, quis per alium beneficium non consequitur veluti, si laicus frater rem cõmunem cum laicis fratribus habeat. Isti non gaudebunt immunitate quæ clerico datur,quia, fieri potest separatio.no.specu.titulo de cler. coniug. circa prin.vers.quid si clericus sequitur Cagn.nu. 58. verùm Bar.in l.præcipimus.§.eodẽ.C.de appel.putat, si clericus,& laicus simul debeant quæstionem hanc decidendam & terminãdam cum iudice ecclesiastico proponere,& tamẽ res erat diuisibilis veluti pecunia.

113 Cæterum† Speculæ opinio ratione non caret, vt pote cum daretur occasio fraudandi remp.suis vectigalibus ineundo societatem inter se fratres laici cum cleric. vt & ipsi essent immunes,quod non permittitur.l.in fundo ff.de rei vendi.l.ius publicum.ff. de pact.Nec pacto acquiritur immunitas.l.origine.§. fin.C. de municip.& orig.lib.10.l.assumptio.§. 1.ad municip.Et ita reperio voluisse Bart.in l.fi.reprobata opinio.Gloss.C.de mu.& hono.non conti.lib.10. Bart.sequitur Io.de [illegible] tea ibidem.Nec obstat, quod dicebat Bart.in d.§.eodem quia, vnita, & coniuncta erat obligatio laici,& clerici atque vno instrumento contenta,ne instantia diuideretur.l.nulli.C.de iudi.

114 Vidi ego in nostra ciuitate controuersiam inter publicanos agentes ad gabellam vini,contra vnum ex ciuibus, qui contraxerat societatem cum filio doctore, & dicebat sibi liberum vendere vinum minutim,absque gabellæ solutione,quod esset iniquum & quia hæc omnia commodam recipiunt diuisionem, neve liceat immunitatem pactis priuatorum acquirere,vt supra diximus.

115 Sed † quid dicemus ad contrariom suprà propositum ex §.sed si filii in potestate? Deci. recitatis quibusdam opi.& deinde illis reprobatis, dicit emancipatum,emancipato non debere conferre nisi nullum damnum ex collatione pateretur. Sed cum illi duo nepotes pro vno tantum reputentur, illis duobus vna collatio fiat. Aduerte,licet nullum patiatur damnum ille patruus, qui suis confert nepotibus, tamen alter nepos, qui suus est damnum patitur,cum solam dimidiã capiat. Deiode hæc l. generaliter loquitur,dicendo collatio cessat. Cagno. postquam multorum opi.recitauit , & reprobauit , tertiam solut. à Gloss.propositam,sequitur num. 59. Idem Seba,sap. num.50. scilicet nepoti confertur considerata persona sui quondam patris , dicentes si pater istorum ne potum viueret cogeret hunc patruum,id est, fratrem suum conferre:ergo,& eius filij , tanquam subrogati in illius locum.not.Bart.in l.comperimus.C.de proxi.sacro.scrinio.lib.12. vbi subrogatus loco alterius, eodem iure vtitur.Idem Bart.in l.liberorum.num.5. de verb.signifi.§. cum filius.Insti.de hæredi. quæ ab intest.defer. Sed non succedit auo ex persona patris, sed ex propria. Nec obstat illi dicunt, hunc patruum facere iniuriam,ex eo , quod si non succederet haberent illi aui hæreditatem , & ob id tenetur illis conferre. Quia, ille nepos erat emancipatus , & sic auo

115 etiam incognitus respectu patris , quæ ipsum tangebat,& tamen succedit, & illi collatio fit. Sed † ne videat velle semper incedere per vias planãs,nunc non silebo.& dico , cum emancipatus filius alterius fratris præ[illegible] , v[illegible] [illegible]am conferre teneatur bonorum suorum. [illegible] qu[illegible] si nepotes. illi omnes vnum corpus , & [illegible] nam partem faciunt in stirpe auo succedendo.Ideo illa pars iuris nomine connexa. & vnita simul non debuit diuisiooem recipere.l. stipulationes non diui[illegible] untur.ff.de verb. obliga.cum iuris nomen collationis sit indiuidibile.§.1.Insti.de reb. corpo.& incorpo.Ideo illis duobus nepotibus,tanquam vnum corpus & vnum ius succedendi representantibus illa tertia pars conferenda est,& tradẽda, ne vna, eademque res diuerso censeatur iure vulga.iuribus. Nunc etiam quercum excutiamus.

Nec vllum testamentum relictum.

116 Nota † hoc iure , collationem habere locum inter liberos, si pater intestatus decedat. Non autem si ille testatus decederet.l.1.l.filium. C. hoc tit. & ff. eo. Nisi expressè de facienda collatione in testamento expressisset.d.l.1. Hodie verò nouissimo Authenticorum iure semper locum habebit,nisi expressè à parente prohiberetur.d.aut ben.ex testamento.

117 Sed † videamus , an ius antiquum magis fauetet parentibus , & voluntatibus eorum? Disponebant itaque antiqua iura , cessare istas mutuas inter liberos contributiones,quando pater decessisset testatus. Ex eo,quod non præsumitur voluisse infirmare,vel alterate superiores suas voluntates per testamentum inde sequutum.l.si miles.ff. de testa.mili.c.cum ex officij.de præscript.fi post testamentum collatio fiat aliqui ex liberis plus vel minus accipient,quàm ille disposuerit.testatur etiam memor est eorum quæ prius fecit,& ordinauit inter liberos : ipse [illegible] st,qui donauit, & dotauit.l.plurimum.ff.de [illegible]s,& fact.igno. l. cum falsum.ff.de acquir.hæred.1.in fin.ff. pro suo. Si taceat, illa censetur confirmare,l. cum hic status. ff. de dona.inter virum & v[illegible]or.l. tribunus.in fi. ff. de test. mili.l.denique.§.fi.ff.de peco.l.[illegible] c.quia noua.de priuileg. Cum mutatio voluntatis non præsumatur. l. eũ qui.ff.de prob. fideic.§.si rem.de leg.3.l.perfecta. C.de

C. de dona. quæ sub mod. c. maiores. de Baptis. Alcia. reg. 2. præsumpt. 16. Nec voluisse auferre liberis, quæ priùs ipse donauerat. l. cum tacitum. ff. de probat. Quia, turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hospes. cap. quemadmodum. de iureiuran. l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. maio. Quam iniuriam facit pater suis liberis, si eos, quibus priùs donauerat, æquales, vel inæquales hæredes faciat? Nonne poterat extraneum instituere sola legitima liberis relicta? l. parentibus. C. de inoffi. testa. Et quando substantiam suam inter liberos diuidit, firma manet diuisio. l. quotiens. C. fami. hercis. Ipse autem per donationes, & dotes diuisit, testatúsque est. Cur vis tu, per collatiunes omissas à patre paternum iudicium infirmare, & alterare? Nec obstat † æqualitas quam considerasse testatur Impera. quoniam, illa locum non habet in expressis parentum voluntatibus. d. l. parentibus. Credis, si pater voluisset donatum vni, alteri communicaudum non expressisset in illa vltima, quam facit dispositione? At vbi intestatus, præsumptio nascitur vt æquales voluerit facere liberos, quos æqualiter amauit. l. maximum virium. C. de lib. præter, vel exhæreda. Itaque antiqua iuris dispositio (pace domini Iustiniani) videbatur magis proxima testantium voluntatibus, & illas sequi. Cæterum posterior antiquam substulit. d. autheu. ex testa.

118 Quæ † locum habet, etiam si pater non fuisset oblitus datorum, vel quia paucis ante diebus donasset. Nec mortis cogitatione turbatus. Licet d. § illud quoque duas rationes afferat, vnam obliuionis datorum. Alteram seruandæ æqualitatis gratia. Et ob id vtetque deberet concurrere. c. quoniam frequenter, vt lite non contestat. not. Decius in c. cum cessante. numero quinto, de appel. doc. in l. 2. §. fin. ff. de dona. Tamen, quia in dict. §. illud quoque deciditur generaliter collationem fieri, nisi parens contrarium disposuerit, illa semper obseruanda est. no. Cagno. numero 153.

Si autem frater tuus in potestate mortis tempore fuerit.

119 Vt † huic edicto locus sit, filium in potestate patris mortis tempore esse oportet. l. ea demum. l. filiæ, hoc titu. Quia, tunc incipit filius ex continuatione dominij verus esse dominus paternorum bonorum. l. in suis. ff. de libe. & posthu. §. sui autem. Institut. de hæred. quali. & diffe. Excluso emancipato. §. emancipati. Institut. de exhæred. libe. Et quia prætor vocat emancipa. simul cum suo, illum propterea cogit conferre. dict. l. 1. Necesse est itaque vt illa suitas, sit eo tempore, quo patri succeditur, scilicet, quando moritur. Qualitas enim adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de noxa. Alioqui cessaret collatio, tanquam à cessante ratione. l. adigere. §. quamuis. de iure patro. Ideo sequitur, si ante mortem patris filius fuisset deportatus, vel maximam capitis diminutionem passus, & deinde beneficio principis restitutus tempore mortis patris, locum haberet collatio. quia, mortis tempore in potestate reperiretur, quod sufficit. l. 1. in fin. & l. 2. ff. de bono. poss. contra tab. l. 1. & fin. C. de scotent. pass.

120 Paterna † itaque mors aperit portam liberis, vt ingrediantur ad successiones, & bona parentum, quibus viuis clausa est ianua. l. 1. §. si impuberi. ff. co. Ne viuus hæredem habeat. l. 2. §. interdum. de vulga. Estque initium controuersiarum inter liberos. At viuo parente, in pace viuitur, sed arbore deiecta, quiuis ligna colligit, vt est in adagio. Hinc dicit dominus apud Diuum Lucam 2. cap. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia, quæ possidet.

121 Et † si vlteriùs inspicere liceat videbimus multa etiam alia, ab hoc mortis tempore restrictionem recipere, & interpretationem veluti legitima debetur liberis, secundum valorem bonorum qui fuit tempore mortis patris. l. cum quæritur. authent. nouissima. C. de inoffic. testa. Bertran. consi. 184. lib. 5. Idem, patrono super bonis liberti. l. etiam. §. si patronum. & l. si patronum. §. fin. ff. de bonis liber. In ratione legis falcidiæ, quantitas patrimonij, eo tempore spectanda est. l. in ratione. ff. ad l. falcid. §. quantitas. Institut. eo. Tunc etiam incipit dies legatorum, & fideicommiss. cedere. l. vnica. §. cum igitur. C. de cadu. toll. Si grex qui legatus fuerat, post testamentum auctus, vel diminutus fuerit, in ea quantitate præstabitur, quæ erat tempore mortis. l. grege. de lega. 1. Idem in fundo instructo, instrumentóque legato. & peculio. l. peculium. de lega. 2. l. Lucius. de fund. instruct. l. equis. ff. de vsufruct. vel in similibus legans, quæ testator post testamentum auxisset, vel diminuisset. l. quod in rerum. §. si quis post de lega. 1. l. pediculis. de auro, & arg. lega. l. si ex toto. de lega. 1. l. cum fundus. de lega. 2. §. sed si gregis. Institu. de lega. vel si cognatis indistinctè legaretur, illis solis deberetur, qui essent cognati tempore mortis. l. si cognatis. de rebus dub.

122 Hinc † deciduntur multæ quæstiones, in d. l. cum ita. & inter cæteras, testatrix singulis filiolis suis decem aureos legauerat, an debeantur filiolis, qui post testamentum filioli facti sunt? non deberi respond. d. l. si cognatis, & dict. l. si ita. & l. medico. de auro, & argent. leg. Capel. Tholos. decisio. 190. Idem voluit Alexan. legatum vsusfructus non esse extendendum ad alia bona, quæ post testamentum testator acquisiuit. consi. 171. num. 2. lib. 6. & consi. 59. nume. 4. eo. lib. Quid si testator vestem legasset, & tempore mortis illa detrita fuerit, vel consumpta. an alia, in eius locum posita debeatur? declarat Bart. in loco præallega. Fulgo. consi. 39. num. 5. Cæpol. de serui. Vrba. pract. titu. de fur. 5. quæst. Soci. consi. 52. num. 40. lib. 4. Cepha. consi. 775. per to. vide in decisi. Rotæ Aue. 158. num. 14.

Téque emancipatum probatum fuerit.

123 Idem † in l. liberis. §. fi. de libera. caus. l. si filius. ff. de proba. quia, qui nascuntur in patris sunt potestate. §. 1. Institut. de pa. potest. Ideo, qui intendit se ab illa liberatũ hoc probare tenebitur. l. ab ea parte. ff. de probat. facta enim, &c. Nam quæ accidentaliter contingunt & quæ non sunt homini à natura concessa, non præsumuntur. c. si forte. de elect. lib. 6. Panorm. in c. cum in iure. num. 2. de offi. delega. Alex. consi. 5. num. 5. lib. 3. Bertran. consi. 4. nu. 8. lib. 2. Alcia. 2. reg. præsumpt. 2.

Quæ vera sunt, quotiens super emancipatione, aut suitate, vel alia quauis qualitate suum fundamentum faceret. Illa qualitas non præsumitur nisi probetur. l. si vxor. C. de condict. indeb. Bart. consi. 42. visa

inquisitione.Cot.consi.68.placet. nu.3.lib.1. Panor. in e.cum ad sedem.de restit.spolia. Tiraq. de retract. §.8.Gloss.7.num.1.

124 Sicut †is, qui se minorem dicit talem probare debet.l.si minorem,cum ibi no.C.de integ. restit. Et generaliter quotiens quis se talem affirmat, se talem probare debet.l.non ignorat. C.qui accus.non poss.l. quidam.C.de codicil.Gram.consi.17.in princ. Cum dicenti, & agenti probatio incumbat.l.2.l.ab ea parte.l.verius.ff.de probat.quod si non faciat absoluitur reus. l. qui accusare.C.de edend.cap. in præsentia.de probat.

Et ideo,cum in text.nostro,frater, qui erat in potestate, diceret alium suum fratrem esse emancipatum,vt eum ad collationem cogeret. Respondet Imperator,fratri recusanti collationem, téque emancipatum probatum fuerit,agés debuit prius illam qualitatem probare,vt declarat Alexand.consi.38.libr.1. Bertran.consi.40.num.5.lib.3.& consi. 195.numero secundo,lib.1.Ang.& Alex.in l.si de sua.ff.de acquir. hæred.

125 Quod†locum habet etiam in causis criminalibus. l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his qui not.infam. Aneha.consi.33.num. 1. Roman.consi.110.Felin.in cap.ex parte 1.nu.25.de rescript.Hypo. singula. 187. qualitas.

126 Quidam † in iudicio agens, vt pars aduersa salis vectigalis rationem redderet, quem Aueniom receperat, producit ranones transuectı per Rhodanum salis à Bellicodro vsque ad sanctum Spiritum, quæ compositæ,& signatæ dicuntur ab antigraphis(quos *Contreroleurs* Galli sua lingua vocant) Vlpian. verò in l.3.§.1.ff.de admi.tu. quasi obseruatores actus, & custodes: vt probatis illis duobus extremis, quid,& quantum Aenioni omissum esset,probaretur. Iuxta ea,quæ no.Bar.in l.Celsus,col. penult. versi. quando diceretur,continuata poss.ff.de vsucap.vbi Alex.Cano. in e.cum ad sedem.de restit.spolia.& in c.cum ecclesia sutrina.de caus.poss.& propr.Feli.in c. licet. num. 8.de proba.Mathesi.no. 117.Bertran. consi.80.num. 5.lib.1. Alciat.regula.præsumpt.22. Quia,per extrema infertur præsumptio medij. Gloss. in c.quia sunt. 28. dis. & in cap. in die resurrectionis. de consecrat. distinct.5.

127 Verum, † quia pars negauit illas rationes recognoscere fuerunt producti testes, sicut fieri solet vbi recognoscitur instrumentum.l.iudices. C.de fide instru.Cano in c.1.eo.titu. Alexan.consi.138.lib.7.Testes dixerunt se recognoscere personas, & signa eorum, qui tales rationes signauerunt. Dici ego huiusmodi depositiones non probare, sed opus esse eos,qui tali signo vtuntur, probatos esse tales. Puta obseruatores, vel à Regia maiestate ad salem recipiendum vel remittendum præpositos, vel commissos. Cum super illa qualitate intentio partis maxime versaretur,& consisteret.

128 Cum †præsertim nemo nascatur artifex.Innoc.in c.super his.de accus. Panorm.in c.bonæ.1.de electio. Neque clericus,neque notarius.Deci.in c.cum adeò. col.2.de rescript.& consi.125. & 522.num. 15. Cra. consi.72.num.2. Chas.consi.65.num.9.Poterántque testes personas, & earum signa cognoscere, absque eo,quod illi essent tales.Cum illa qualitas officij adesse, vel abesse possit præter subiecti corruptionem. l.1.& 2. ff. vsufruct.l. quæsitum. §. illud. de lega. 3. Ideo succedit regula.l.non hoc. C. vnd. legi.l.neque natales.C.de proba.c.in præsentia.eo.vbi Deci.num.

Chassa.in consuet.Rub.4.§.20.num.1.

129 Ex † his etiam quæ supra dicta sunt, Ang. in l.sed & si de sua.ff. de acquir. hæred. vnam traxit cautelam in commodum illius, qui se dicit emancipatum, vt expectet prope finem instantiæ opponere, quod agere non potest,cum sit filiusfam. Et cum ille probare non poterit se esse emancipatum ob breuitatem instantiæ reportabit victoriam contra aduersarium. Et vt inquit las.hic,hæc cautela est multum vtilis,plena honoris, & commodi.

Ego verò, ne tacitè stomachari videar,puto hanc istam magis in se habere dedecoris,& dispédij,quam honoris, quia iste agendi modus, est plenus fraudibus,ad decipiendum proximum inuentas: quorsum (quæso) differo ego hanc exceptionem proponere, nisi ad illaqueandum eum, cum quo experior, vt in probatione sui iuris deficiat. Si verùm sit eum esse emancipatum? Cur volo eum grauare vlteriori probatione, priuaréque probandi facultate expectando nem instantiæ, & facere proximè quod mihi fieri recusarem? arg. c.1.1. distinct. Eúmque maioribus expensis fatigare?

Ad collationem forma edicti perpetui.

Vult Imperator, vt hæc collatio fiat secundum formam edicti perpetui,à prætore introducti,de quo loquitur.l.1.§.iubet autem prætor.& l.prætor.ff. eo. Cuius multa sunt capita, & casus vt videre licet studiosé legendo.Inter cætera,hoe vnum esse dicunt,vt is,qui tenetur conferre,debeat ipsa bona tradere non autem pretium ipsorum bonorum. Neque soluendo æstimationem liberatetur, hoc scire plurimùm nostra interest,propter multos casus, qui possunt contingere,quibus magis expediat rem habere,quàm rei pretium.l.libertus qui. ff.de bo. liber. vel, quia fuit maiorum.l.si in emptionem.ff.de minor. & quia,variæ sunt hominum voluntates.l.1.§.sed si rem.ff.quæ in frau. patro.l.lex quæ tutores. C.de admin. tuto. l. quia poterat.ff.ad Trebel.

Iste articulus in vtramque partem flectitur,estque difficilis,simul,& pulchettimus,soper quo respondi, pro iure donato vni filiorum, cum vicinis prædiis, quorum alij fratres volebant esse participes virtute collationis.

Cæterum, vt ista rigida quercus multis dometur ictibus: videretur eum, qui conferre tenetur, possit res suas conferre minùs de hæreditate accipiendo secundum æstimationem conferendarum rerum. l.dotis quidem petitio.hoc nostro tit. Quæ licet loquatur de dote, quæ confertur minus accipiendo, tamen cum eius ratio generalis sit,ad omnes alios casus potest referri, quotiens scilicet aliquis iusto titulo rem possideret.l.illud.ff.ad l.aquil.

131 Secundò, † probat. l. 1. §. sed & si tantùm. ff. eo. ibi, si tantùm ex paternis bonis remittat,satis contulisse videri. Et licet Bart. ibi intelligat hoc ideo esse, quia,tota hæreditas erat in quantitate,& non in corporibus: vel, quòd vtriusque partis consensus intercesserat, de his in lege verbum nullum, & in his diuinus est Bart.

Tertiò, qui tenetur ad partem bonorum, habet facultatem soluendi æstimationem. l.non ampliùs.§. bonorum.cum l.sequent.de lega. 1.l.generali. §.1.de vsufr. At iste tenetur ad partem bonorum ergo soluendo æstimationem videtur satisfecisse.

Quartò,

Quartò, nulla fit iniuria illis, quibus res sunt conferendæ, si pecuniam recipiant. Cum omnes res pecunia æstimari possint. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiusso. l. a. C. de constit. pecu. Et pretium loco rei succedat. l. si rem & pretium. ff. de petit. hæred. l. Labeo. ff. de verbo. signif.

Postremò, collatio à prætore introducta est, ex equo, & bono, vt inter liberos æqualitas seruetur d. l. vt liberis. satis æquum videbitur, si alter rei collatiuæ æstimationem habeat. per quam æqualis alteri efficitur. his accedunt ea, quæ a nostris doctiss. maiorib. in l. a. §. t. annotantur. vbi de Ripa. num. 24. 30. si cer. peta. Et huius opin. fuit Roma. in d. authent. ex testamento. quem Decius sequitur. Sed contrariam sententiam tenent doct. commu. quæ ratione non caret, & lege prima. ibi, bona sua in medium conferat. qui appetit paterna. & §. quamuis. ibi, aut re, aut cautione facienda collatio est. & toto. titu. de colla. bonorum. non dicit de collatione pretij bonorum: sed de ipsis conferendis bonis.

132 Ad hæc † respôderi potest. satis videri collata bona. si pretium bonorum conferatur. cum bonorum appellatione, etiam pecunia contineatur. l. bonorum. ff. de verb. signif. Imò veniant iura, & actiones. l. princeps. cod. tit. l. nam quod. §. fin. l. cogi. in princip. & §. 1. ff. ad Trebel. Bart. in l. Quintus. a. de auro, & arg. lega. l. 3. ff. de bono. possess. Alexand. consil. 136. nu. 2. lib. 6. Deci. consil. 381. Cra. consil. a13. num. 6. Et licet titulus loquatur de colla. bono. non sequitur debere conferri bona sola. Si quidem alius est titulus, qui loquitur de colla. dotis. & tamen non ipsa dos. Sed pretium dotis côfertur. d. l. dotis quidem. Secundò, prætor ait, bona esse conferenda. Ideo aliud, pro alio inuito creditori non soluitur. Cum aliud sit res, aliud rei pretium. l. vni. vbi Deci. nu. 25. C. de sentent. quæ pro eo quod inte. pro. d. l. Labeo. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb.

133 Tertiò, † qui successionem petit defuncti patris, non pretium ipsarum rerum petit. sed ipsas res. Iure ergo retorquitiuo ipse etiam res conferre debet. per regulam. quod quisque iuris. l. 1. ff. eod. c. cum omnes. de constit. Nec obstat. d. l. dotis. quæ specialem, vt prædicimus continet casum. Circa quam secundum Bart. tres considerantur casus. vnus, quando soluta non fuit. & hunc liberando fratres ab obliga. dos dicitur colla. Alius, quâdo filia recuperauit dotem per dissolutionem matrimonij, & hunc realis fit exhibitio, & collatio. d. l. filiæ. At vbi dos penes maritum est, confertur, minus accipiendu. Socin. sequitur Bart. consil. 64. lib. 1. Ne molestetur maritus, si ad realem teneretur dotis exhibitionem. qood forsitâ iurgium inter coniuges generaret. contra. l. reprehendenda. C. de insti. & substit.

134 Ad † lex autem. §. sed & si tantùm. solutiones à Bart. traditæ stare non possunt, vt s. dicimus. Ego verò considerabâ. §. loqui, de remissione facta de bonis hæreditatis, & sic de re, pro re. vel de specie pro specie. Nos vero agimus, quotiens pro rebus veller pretium conferre. inter quas lata est differentia. l. fi. C. de côpensa. Et ideò videretur æquum, si is qui rem conferre tenetur, veller fratri tantùm remittere de paternis bonis, quantùm ascendit pars illius prædij, quæ est conferenda in eodem valore, & bonitate. nullam (vt puto) iniuriam suo fratri faceret. Ne diuidatur ille fundus in diuersas partes. Et ita feci in collatione illius ruris, quod non fuit diuisum. sed alij fratres, tantundem acceperunt super alijs prædijs hæreditatis.

135 Nec † obstat. d. l. non amplius. §. bonorum. hoc ideo, ne hæres cogatur, habere communionem cum legatario. & propter difficultatem præstandæ illius partis, communiter æs alienum in hæreditate lateat. l. si hæreditatem. ff. mand. in gratiam hæredum, & legatariorum ita dispositum fuit ibi, secundum Bart. & alios, & tunc aliud, pro alio soluere licet. l. cum. C. de solut. & tanquam exorbitans ad hunc casum extendi non debeat. vt videre licebit per Ias. in d. §. bonorum. num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Et ita purpura. in d. l. 2. §. 1. num. 87. Et hæc est communis opin. Bart. Bald. Albe. Sali. Alexand. Ias. Cur. Cro. & Cagno. num. 20. Ioan. Pap. titu. *des rapports arres.* 1.

136 Quam † puto non procedere, in his rebus, quæ sine damno diuidi nô possunt, vt tunc æstimatio præstanda sit. sicut iudex arbitrabitur. d. §. bonorum. & l. potest. de lega. 1. Cum istæ bonorum collationes pro arbitrio iudicis fieri debeant. l. si quis filium. §. fin. ff. eod. ad similitudinem iudiciorum quæ mixtam causam habere vidétur. in quibus ex bono, & æquo proceditur. vt commodæ fundorum partitiones fiant. l. 1. C. com. diuid. §. item si inter aliquos. Insti. de oblig. quæ ex quas. contract. nas. Nam vbi adest traditionis difficultas, vel incommoditas rerum diuidendarum, aliud, pro alio solui potest. l. an re furtiua. ff. de condi. fur. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de dona.

137 Hinc † dicebam, debitorem, qui suis creditoribus pecuniâ soluere promiserat, & iurauerat, potuisse illis dare bona in solutionem. Cum illi esset impossibile inuenire emptores. Et licet Decius, & de Ripa. in d. §. 1. dicant hoc fieri nô posse propter iuramentum. secundum. Alex. consil. 57. nu. 25. 26. 27. lib. 2. tamen, data impossibilitate, iuramentum non obligat iurantem. cap. & si Christus. de iureiurand. cap. cum inter. de renuntia. no. purpu. in d. §. 1. num. 116. Et præsertim, quia, illa impossibilitas contigit propter nouos occurrentes casus, qui bellorum occasione contigerunt. Et est de mente d. de Rip. nu. 28. Seruius decis. de Afflict. 265. magnificus. num. 2. 3. Cra. consil. 12. num. 1. 2. 3. 4. 5. his accedit vulgaris iuris regula impossibilium. & c. authent. hoc nisi debitor. C. de solu. veruntamen an impossibile illud sit, iudex arbitrabitur. Deci. consil. 555. num. 3. Cra. consil. 199. nu. 2. & Mono. de arbit. lib. 2. casu 237. num. 24.

138 Sicut † dicimus de filio, qui si super rebus singulis legitimam peteret, audiri non debet. quia, & illa boni viri arbitrio præstanda est. l. Plautius. ff. ad l. Falcid. l. omnimodò. C. de inoffic. testa. Bart. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & in l. suus quoque. ff. de hæred. Instit. Deci. consil. 71. num. 8. Bert. consil. 379. doct. latè in l. in quartam. ad l. Falcid.

139 Intelligitur præterea conclusio, nisi de libris conferendis ageretur quorum sola æstimatio confertur. not. Bal. in l. Macædonia. C. mand. Ias. in l. filiæ. nu. 10. Rip. in d. l. in quartam. nu. 128. & 176. Mono. de arbi. centu. 2. casu. 163.

140 Nota † tamen, eum, qui tenetur conferre non esse in mora, nisi fuerit interpellatus. l. si quis filium. §. stipulatio. eo. At si conferre antea promisisset interpellatione opus non est. vt voluit Alex. consil. 10. nu. 7. lib. 5. Cæterum præstando interesse liberaretur. d. l. si quis filium. §. fin. eod. tit. Decius in l. posthumo. nu. 6. ff. eod. Sed si vellet, & bonorum, quæ conferre tenebatur. æstimationem persoluere & interesse præstare (si quod pars occasione denegatæ collationis passa est) liberaretur. vt Cagno. ait num. 38.

141 Ego † autem dubitationem super illo. §. fi. l. si quis filium. Ibi, denegans conferre, ideo ad interesse tenetur propter difficultatem collationis, cum ipse res

ſuas alienaſſet quas tenebatur cōferre ſecūdum Glo. ibi. Nos verò loquimur de illo, qui habet facultatem conferendi alioqui, ſi per contumaciam collationem non impleat non deberet ad paterna bona vocari.l.1. §.cū duobus.ff.eo.Conferre itaque lege obligamur.l. obligamur.§.lege.ff.de actio.& obli.Ideo, licet ſecundum iuris ciuilis rigorē in obligationibus faciēdi, vel tradendi, ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio.§.fi.ff.de re iud.l.ſtipulationes non diuiduntur.§. Celſus.l.quotiens.§.ſi fundum.ff.de verb.oblig.& ibi latè per doct. Tamen, de æquitate canonica, vbi, quis habet facultatem tradendi nū liberatur tradendo intereſſe. vt Roma.ait in d.l.ſtipulationes. in 8.concluſio. Panorm.in cap.veniens. num.9. de iureiurand.& in cap. qualiter. de pact. quos ſequitur Beto.in Rub. de empt.& vendit. Ita, & in caſu huiuſmodi dicendum videretur. cum præſertim lex de collatione loquatur, de intereſſe nihil. niſi per imaginarias opiniones, quæ ſunt multum debiles. Bart.in l.is qui putat.ff.de acqui.hæred.

142 Sed † reſponde, in obligationibus faciendi, vel tradendi ſuccedere obligationem ad intereſſe verum eſt. Niſi in certis caſibus. veluti in venditore, qui ſi rem habeat tenetur tradere. Bartol. in l.1. in princip. ff.de actio.l.ſi traditio.C.eod.Iaſ.in d.l.ſtipula. num.17. & in l.1.§. fuit quæſitum. num.16. ad Trebel.Alexand. conſil.69. num.1. lib.4. vel ſi iuramentum fuiſſet interpoſitum.Glo.in l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cauſ. quod habet præciſam executionem. cap. ad noſtram. de iureiurand.cap.fin. ne præla. vices ſuas.In aliis verò præſtando intereſſe liberaretur. contra Roma. & Panormit. vt Iaſ. atteſtatur in d.l.ſtipula.numero 33. quia, non debet conſtitui differentia inter ius canonicum, & ciuile, niſi expreſſo iure caueatur.cap. cum expediat.de elect.lib.6.cap.2.de noui. ope.nun.

Vnde, præſuppoſita difficultate faciendæ collationis, is, qui conferre tenebatur, liberabitur præſtando intereſſe non obſtante iuramento. l. apud Celſum.ff. de except.doli.Gloſſ.in cap.ſicut ex literis.de ſponſa. & l.2.ff.ſi quis cau. l. ſi vehenda. §.idem iuris.ff.ad l. Rhod. de iac. In quibus difficultas faciendi excuſat à pœna. de Afflict. deciſio. 295. num.3. Sicut multis exemplis conatur Craueta oſtendere conſil.12.nu.1. cum ſequen. Et generaliter puto quando nullum eſſet iuramentum, eum qui conferre tenetur liberari, ſi intereſſe ſoluat, cum ſit ad factum obligatus. Cor. conſil.4.num.5. lib.1. Alexand. conſil.212. num.14. lib.6.& conſil.232.in fin.eod.lib. Arer. conſil.6.Soci. conſil.153.num.6.lib.2. Bertrand.conſil.305.num.2. libro 5. Decius conſil.503.num.2.Et licet Gloſſ.in d. §.fin.ponat exemplum de illo, qui res ſuas doloſè oc-
143 cultauit, vel alienauit. Idem, † etiam ſi non alienauerit. cum generaliter loquatur de recuſante conferre, ibi, ſine dolo fecerit, quo minus conferat, quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur. Itaque eſt differentia an quis poſſit ſoluere æſtimationem quod non poteſt. vt ſuprà diximus. vel vt non præcisè cogatur ad colla.præſtandi intereſſe. ſicut poteſt. d.§.ſtipulatio.in fin.Cagno.num.38.

144 Illud † etiam ſæpius in dubitationem cadit. ſi filia velit dotem in cumulum realiter reponere, & deinde æqualiter diuidere hæreditatem in corporibus, an poſſit? videtur poſſe. quia d.l. dotis quidem. facta eſt in commodum coniugatorum, ideo non debet in eorum odium retorqueri. l.quod fauore.C. de legi.cap. quod ob gratiam. de regul. iuris. libro 6. Et mariti, ne teneatur ad illius reſtitutionem [illegible] marito noceret retentio.arg.l.Iulsanus.§.ſi à pupillo, ff.de actio. empt.l.elegātet.in princip. ff.de dolo. videmus etiam multos eſſe caſus, quibus repugnante marito dos conſtante matrimonio retinetur.l.maritus.§.manente. & l.fin.ff.de iure do. Accur.& Bartol. & de Ripa. in l. 2.num.25. ff.ſolut. matrim. Cur etiam iſto caſu non permittetur reſtitutio dotis volentibus coniugibus, maioris vtilitatis gratia: ſicut ˜. dicimus. tu cogitabis.

Ab inteſtato te ad paternam ſucceſſionem venientem, certo iure prouocat.

145 Ille † filius, qui paternam ſucceſſionem deſiderat habere, certo iure prouocatur, id eſt, conſtringitur ab aliis ſuis fratribus. vt ipſe ſua propria bona conferat. d. l.1. in princip. vnde à contrario ſenſu, ſi recuſaret conferre, paternam non conſequeretur. Quod iure facere poſſet, & recuſare. forſitan, quòd illa eſſet ære alieno onerata.iuxta.l.minoribus.ff.de mino.vel quia alio iure ex diſpoſitione maiorum ad bona illa vocaretur. iuxta ea, quæ not. Bart. in l. vt iuriſiurandi. §.ſi liberti.ff.de ope.liber.doct.in d.§. quædam rectè. tunc non teneretur conferre. C.fin. vbi eſt apertiſſima huius rei deciſio.ff.de colla.do.Decius conſilio 1. numero 8. Cepha.183.numero 14. huic ſeruit. l.nec emere.C.de iure delib.to.tit.de acqui.vel repudi.hæredi.cum ſi.

146 Fallit, † quando vni filiorum fuiſſet facta donatio ſimplex, & filiæ data dos, filio donatio propter nuptias. Ne inter eos emergat inæqualitas illa donatio ſimplex eſt conferenda iuxta terminos.l.illud.ↄ.eod. vt voluerunt Ang. Roma. & Alexand. quia, illa lex. loquitur generaliter & indiſtinctè. videlicet nulla facta diſtinctione, an velit ſuccedere vniuerſaliter. vel repudiare. Sed Paul.in d.l.illud. quem ſequitur Deci. num. 9. putat non cogendum conferre, ſi velit vniuerſalem hæreditatem repudiare.per d.l.fin.ff.de colla.do.& l.penult.eod.tit.l.2.§.ſi tres emancipati.ff.de colla.bono. his ſeruit. d.l. illud. quæ loquitur de collatione facienda propter ſucceſſiones, ideo ceſſantibus illis. non videbantur cogendi. & deinde, quia antiquis legibus vnicuique licebat delatas ſucceſ. repudiare. quaſquidem leges nō cenſetur voluiſſe corrigere Iuſtinianus.cap.cum expediat. de electio.lib.6. Aduerte etiam quia finis illius. l. illud. tendit principaliter ad tollendam inæqualitatem, quæ reſultabat ex donatione ſimplici, quæ non conferebatur, cum haberet vim relicti, vt ſæpè diximus. Et vult, vbi, inæqualitas reſultaret, conferenda cum dote, vel donatioise propter nupt. alterius fratris, vel ſororis.& hoc ſi velit ſuccedere. alioqui eſſet abſurdum ſi donatarius filius, dimiſſa paterna ſucceſſione cogeretur conferre ſuam donationem, ſibi acquiſitam, & morte confirmatam ſecundum meras iuris regulas. in l. id quod noſtrum. & cum ceſſante cauſa, ceſſet effectus. Ideo puto Paul. & Decium veriùs fuiſſe loquutos. quibus adde Bertrand. conſilio 91.numero ſexto, libro ſecundo.

147 Ille † autem qui conferre recuſat, duobus remediis ad collationem cogendus eſt. vno, quod agenti ad ſucceſſionem denegetur actio. de quo loquitur. l. poſthum. & l.filiæ.ↄ.eod. Et ſi nullam habeat actionem, non poterit petere paterna bona.l.1.§.ſed, & ſiquidem. & §. ſi cum duobus.ff.eod, quia, nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego. geſtis. Sicut poteſt iudex denegare audientiam ſuam

parti,

parti, quæ mandatis suis nó obtemperat. l. 1. ff. si quis iudi. non obtemp. l. fin. C. qui & aduer. quos. l. 1. §. quod ait prætor. ff. de aleato. Et sicut promissum ob causam, ea non sequuta denegatur actio. toto titu. de condi. caus. da. caus. non sequ. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cap. cum cessante. de appel. Ita prætor dedit emancipatis actionem vt succedant ad paterna bona. §. emancipati. Instit. de hæredi. quæ ab intest. desc. dum modo ipsi conferant acquisita. Ideo recusantibus illis conferre, prætor recusabit actionem. l. 1. ff. eod.

148 Dubium † inter nostros nascitur, an ista actionis denegatio, ipso iure actionem tollat? Si ipso iure, etiam parte non petente, vel non opponente processus inde formatus esset omnino nullus. quia (vt dicimus) nemo sine actione experitur. Alioquin secus. not. Bart. Alexand. & Ias. in l. oam & postea. in princ. ff. de iureiurand. quia, exceptio. est actionis exclusio. l. 1. ff. de exceptio. docet etiã Bart. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. Bald. Fulgo. Sali. in d. l. posthumo. putant has actionum deoegationes omnino impedire processus, & litis contestationes, etiam sine vlla partis oppositione. quia, actionis denegatio facit, vt ille nullam omnino actionem habeat. Sine qua nemo experitur. l. si quis. §. illud. ff. de peti. hæred. l. quotiens. §. tempora. ff. de admi. tu. hos sequitur Decius, per l. mercalem. C. de condi. ob turpem causam.

Aret. & Ias. contra, quia, filio data est actio ad paternam bæreditatem simpliciter, non sub conditione si sua hnna conferat. l. prætor. in princip. ff. eod. Item vbi lex denegat actionem, nó videtur ipso iure actionem tollere, quæ mero iure competebat. sed ope exceptionis. l. 1. ff. ad Macæd. l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. l. 2. §. similiter. ff. ad Velleia. Ideo filio non debet impediri litis ingressus.

149 Ego † verò puto (salua pace aliorum) Aret. & Ias. rectius fuisse loquutos. qoia istæ actionum denegationes non videntur omnino tollere actori agendi facultatem. Sed magis rem dubiam ipsi iudici facere. l. fin. C. quib. ad liber. proclama. non liceat. quæ semper dubia sibi videre debet, donec fuerit probata. l. qui accusare. C. de edendo Bald. consil. 128. statuto cauetur. lib. 5. vt declarat de Rip. in l. 1. §. sublata. nu. 3. ad Trebel. Si quidem magna est differentia inter denegationem actionis, & eius extinctionem vbi lex eam tollit, & perimit, ampliùs non potest reuiuiscere. l. qui res. §. aream. ff. de solut. §. item per acceptilationem. Insti. quibos mod. tolli. obliga. l. actori. C. de transact. At vbi denegatur, præsumitur eam adhuc viuere, & stare, & parte tacente, valere iudicium. Itaque plus operatur, quod est, quàm, quod non est. non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. ff. si cert. peta. l. 2. ff. de vsufruct. hinc vulgo dici solet. ægroto dum anima est, spes est. sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis.

Ideo. valebit iudicium, qood vita actione intentatum fuit. & tacente parte d. l. 1. ff. ad Macædo. de Rip. in d. §. sublata. num. 1. latè Feli. in cap. Rodulphus. de rescript. Alexand. consil. 37. num. 1. lib. 1. Nec obstat. d. l. mercalem. ex qua colligitur exceptio contra regulam, quæ non procedit, quando lex denegat actionem propter turpitudinem agentis. vt de Ripa ibi, numero 7. Nos verò regulam sequimur, eum rectè ducat.

150 Verumtamen † huiusmodi remedium locum habet, antequam frater, qui filius est, partem hæreditatis obtinuisset. At si habuisset, vana esset ista actionis denegatio, vt Gloss. ait in d. l. posthumo. Ideo, tunc officio iudicis esset opus. l. si soror. hoc tit. Cum ad iudicem verba referantur, iudicis officium partitur. l. si res obligata. vbi Glo. de lega. 1. l. 1. §. ait prætor. ff. de postu. l. solent. de alimen. lega. l. 1. vbi Bart. de condi. ex lege. Feli. in cap. exceptionem. de excep. Decius, & alij in d. l. si soror. Mono. latis. de arbitr. libro 1. quæst. 8. vt cogat filium conferre. l. 1. in princip. ff. de colla. do. Cum præsertim, quia istæ bonorum collationes, & partitiones magnam habent similitudinem cum illis tribus iudiciis familiæ hercisc. finium regundo. & commu. diuidundo. in quibus officium iudicis plurimum potest. §. quædam. Instit. de actio. §.
151 penult. & fin. de officio iudi.

Quod † locum habet, vbi erroneè esset facta collatio, vel diuisio honorum inter fratres, vt officio iudicis ex integro fiat, vel reparetur. d. l. si soror. l. maioribus. C. commu. vtrisque iudi. l. si post diuisionem. C. de iuris, & fact. igno. Alexand. consil. 49. num. 11. lib. 1. Etiam si aliunde posset sustineri. Ancha. consil. 291. super plurihus. col. 2. Cra. consil. 26. num. 9. & consil. 188. num. 9.

Expeditis his, quæ ad literæ intelligentiam necessaria videbantur. nunc ad quasdam quæstiones vtiles, quidem, & necessarias deuenio decidendas, alium ordinem sequendo, quàm à nostris fuerit obseruatus. siquidem Bart. & illi, post varios, & diuersos collationum discursus. Quid sit collatio. quo iure inuenta. & huic similia quæquor, quæ tamen erant præponenda, vt intelligeretur, qbid esset, illud, de quo erat disputandum. Non quod istas veloces Aquilas, volare docere velim. Sed puto meliùs, sicut fecimus. vt currus boues sequatur, ne alioqui præpostera nostra reddatur opera, & forsitan inanis. si currus traheret boues. vt est in adagio.

Summarium ad sequentes sex quæstiones.

152 *Collatio, de quibus rebus fieri debet, quando filius cum nepotibus succedit? quæstio difficilis.*
153 *Nepotes an conferant patruis, vel auunculis?*
154 *L. 1. §. si sit nepos ff. de colla. do. vtiliter declaratur.*
155 *Æqualitatis obseruandæ gratia collatio fit.*
156 *Collatio non fit inter extraneos hæredes.*
157 *Pater magis diligit filios, quam extraneos.*
158 *Carnem suam odio habere nemo præsumitur.*
159 *Filij inter se conferre debent, licet extraneus sit cum illis institutus.*
160 *Collatio an inter transuersales fieri debeat?*
161 *Collatio, an inter ascendentes locum habeat?*
162 *Successionis æqualitas an sit consideranda inter parentes, & liberos?*
163 *Necessaria ad collationem faciendam. alta quæstio.*
164 *Filius succedit patri, ex triplici capite. num. 168.*
165 *Filius pro vno quoque capite habet 30. annos.*
166 *Filius ex quocũque capite succedat, semper est filius.*
167 *Episcopus in capitulo, non tanquam episcopus, sed tanquam canonicus reputatur.*
169 *Collatio fit inter illos, qui sunt in primo gradu.*
170 *Filia exclusa per statutum non confert.*
171 *Auus dotans neptem filij contemplatione dotasse videtur. & num. 173. 174.*
172 *Neptis computat in legitimam patris, quod ab auo habuit.*
175 *Iason, & Decius sæpe inter se contendunt.*

176 *Pater poteſt filiam per ſtatutū excluſam, inſtituere. num. 180.*
177 *Filia excluſa, non poteſt agere, licet fuerit præterita.*
178 *Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non ſuccedere.*
179 *Statutum excluſiuum fœminarum, eſt incluſiuum maſculorum.*
181 *Filia, quæ mediante iuramento renunciauit, non amiſit teſtamenti factionem paſſiuè.*
182 *Filia excluſa, & inſtituta, an teneatur conferre?*
183 *Filia maſculata, quæ dicatur?*
184 *Collatio fit, inter eos, qui vniuerſali titulo ſuccedunt.*
185 *Repudians hæreditatem, legatum non conſequitur.*
186 *L. penult. de dote prælega. declaratur laudabiliter.*
187 *Filia nō cogitur conferre, ſi repudiet patris hæredita.*
188 *Collatio ceſſat. vbi expreſſè à teſtatore prohibetur.*
189 *Expreſſum an dici poſſit, quod ex coniecturis colligitur?*

PRIMA QVÆSTIO.

152 VISVM † eſt, quæ inter ſe fratres conferre teneantur, nunc verò, de quibus rebus fieri debeat collatio, quando ſuus ſuccederet cum nepotibus. vel ſi ipſi auo ſuccederent. Et de nepotibus ex filia, quid iuris. In hac re quatuor conſiderandi ſunt caſus. & quæſo abſit nunc, ab oculis ſomnus. Nam aliquando ſucceditur auo paterno, vel auiæ paternæ. Auo materno, vel auiæ maternæ, ſi quidem illud naturale eſt, vt quis duos habet auos, duaſque auias. l. iuriſconſ. §. ſecundo gradu. ff. de gradi. affini. vbi enim moritur auus paternus relictis filiis, & nepotibus ex altero filio præmortuo, illi nepotes ſubintrant in locum eorum patris, ſuique dicuntur. l. poſthumorum. ff. de iniuſto rupto. §. ſui autem. Inſtit. de hæredum quali. & diffe. §. cum filius. de hære. quæ ab inteſta. deferun. quibus apparet eos ſuccedere auo, vna cum patruis, in ea parte, in qua eorum pater ſucceſſiſſet. Et generaliter nepos, ſuccedit in priuilegium patris. Bart. in l. liberorum. colum. 5. verſi. pone ſtatuto cauetur. ff. de verbo. ſignif. Decius conſil. 443. num. 9. & 10. Si vero moreretur auia materna, vel auus maternus nepotes ex filia olim lege 12. tabula. erant excluſi. ab hæreditate aui materni, & auiæ maternæ. §. item vetuſtas. Inſtit. quæ ab inteſt. deferun. Poſtea vero iure codicis ſimul ſuccedebant cum auunculis, & materteris cum diminutione tertiæ partis. quæ materteris, & auunculis applicabatur. l. illam. ꝟ. eod. l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legi. hæred. ſed hodie iure authentico. illa tertia pars fuit de medio ſublata, ſuccedúntque æqualiter. authent. quæ tertiæ. ꝟ. eod. not. Glo. in d. l. ſi defun-
153 ctus. his præmiſſis. Quæro, † vtrum nepotes conferant patruis, vel auunculis? vel an & ipſi conferant nepotibus? quiquidem nepotes ex filia, nec ſui, nec emancipati dicuntur. ſed Glo. nec tenentur conferre. ſicut emācipatis emancipati vt hac. l. diſponitur. Bart. autem dicit Glo. bene fuiſſe ſecundum antiqua tempora. Sed nouo iure inter ſe debent conferre dotem, & donationem propter nupt. quam habuerunt ab eo, de cuius hæreditate agitur. d. l. vt liberis. veluti, auus maternus mortuus eſt relicto filio, & nepotibus ex filia, quæ dotem habuerat à ſuo patre. Si nepotes velint auo ſuccedere cum auunculo, tenentur dotem maternam conferre, necnon, & ipſe auunculus, quæ habuit a ſuo patre. d. l. illam. & l. vt liberis.

Sed magnum dubium eſt. an cōferri debeat, quod ab auo nepoti datum eſt inter ſuos fratres. an etiam inter patruos, & auunculos? finge auum dotaſſe neptem. & eſſe mortuum relicto filio, & nepotibus & dicta nepte dotata. vult patruus vt ipſa neptis conferat dotem. dicit neptis ſum contenta conferre meis fratribus, tibi autem, non. quid iuris? Accur. tetigit iſtam quæſt. in d. l. illam. & Bart. in hac. l. qui dicit quæſtio. eſſe difficilem. quam vna diſtinctione expediuit ſed non plenè. Dic ergo. patruum eſſe audiendum. vt pote cum inter iſtos patruum, & nepotes æqualis inueniatur in ſuccedendo facultas in ſtirpes ſcilicet. vt ſ. diximus. vnde vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi, & collationis eſſe debet. l. ſi quis filium. §. fin. hoc tit. §. 1. Inſtit. de legi. agna. tu. Collatio fit, vt ſeruetur æqualitas. d. l. vt liberis. & ita voluit Gloſſ. in d. l. illam. Hic autem magna eſſet inæqualitas fingi enim quod iſta neptis eſt ſola, quæ dotem habuit. ipſa cum patruo æqualiter ſuccederet, & tamen dotem cum cōferret quod eſſet abſurdum. contra. §. illud quoque bene. Et præſertim quia filius eſt proximior nepte, vel nepote. d. l. Iuriſconſul. §. primo gradu. l. publius. §. 1. de condi. & demonſtra. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. Eadémque collationis ratio militare videtur in caſu huiuſmodi, ſiue militat ſicut quando inter fratres fieret. ſcilicet æqualitatis obſeruandæ.

Contrarium probat. l. 1. §. ſed ſi nepos. ff. de colla. dotis. deceſſit auus, relicto filio, nepote, & nepte ex filio præmortuo neptis omnem dotem, quam habuit ab auo, fratri collatura eſt. Idem in l. 1. in fin. ff. de coniung. cum emancipa. lib. eius vbi, vnus ex nepotibus emancipatus cōfert fratri ſuo. non patruo. Nec obſtat reſponſio Gloſſ. quòd ille titulus ſit correctus quoniam, leges illius tituli de alia materia loquentes correctæ non ſunt. ſecundum Bar. & omnes. Et ob id circa iſtas Syrtes, & Charybdes. Bar. diſtinguit. Si nepos, vel neptis ab auo dotem habuerit, vel donationem. Et ex filio prædefuncto ſolus, vel ſola fuerit, nemini tenebitur conferre. Non fratribus, quia nullos habet. Non patruis, vel materteris, nec etiam aliis nepotibus ex filio prædefuncto, qui huius conſobrini dicuntur. d. §. ſi ſit nepos. Si verò ſint plures nepotes ex altero filio, & auus vni dotem dedit. vel donationem fecit, & omnes iſti ſint emancipati, tenebuntur conferre patruis. Et illis inter ſe, cum pro vno corpore reputentur. d. l. quod ſi nepotes. At vbi iſti nepotes eſſent diuerſæ conditionis, veluti, quia neptis, quæ dotem habuit eſt emancipata. alij verò fratres in poteſtate, neptis non tenebitur fratribus conferre, ſed ſolis ſuis fratribus. quia, ipſa nullam facit iniuriam ſuis patruis & ſi ipſa ſuam partem repudiaret, non patruis accreſceret, ſed ſuis fratribus. ita intelligitur. d. l. 1. §. fin. de coniungen. Bart. ſequuntur doct. commu. vt Ang. Fulgo. Panorm. Rom. Alex. in d. l. illam. num. 4. Iaſ. num. 17. Deci. numero 12. Et
155 Moder. in hac l. ſola † manet difficultas circa allegatam inæqualitatem. Qui Bart. ſequuntur dicunt. hæc neptis nullam facit iniuriam patruo, in hac ſucceſſione, quam obtinet. Cum videatur eſſe extra corpus collationis reſpectu patrui. Ideo etiam ſeparata debet eſſe collatio. Decius inquit quod iniuriæ ratio procedebat ſecundum antiqua tempora. Sed conſiderato iure Codicis, æqualitas facit collationē. d. l. vt liberis. Ideo ſicut patrui conferunt nepotibus ita, nepotes deberent patruis conferre. tu dicas. collatio. habere ſimilitudinem cum iure accreſcendi. Ideo, ſicut ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes diuerſ. iure. l. ſed cum paterno. in princip. ff. de bono.

bono. possess. Ita, & collatio. l. pater filiom. cum l. sequen.ff.de colla.do.Altero ex nepotibus repudiante, eius patruis noo accresceret portio. sed suis fratribus.l.si duobus filus in princip.ff.de booo. poss.contra. l. vni. §. his ita. C. de cadu.toll.l.cohæredi.§.qui discretas. de vulga.& ob id cessabit collatio. Nec obstat patruos conferre nepotibus. quoniam impropriè illis conferunt. sed eorum patri, vel matri, quorum, personam repræsentant nepotes. quæquidem repræsentatio non solet fieri de gradu inferiori ad superiorem. sed econtrario.d.§.cum filius. Sed hæc multùm spinosa sunt, cum fiat iniuria patruis si illis non conferatur. cum & ipsi conferant nepotibus. Ideo puto dictas antiquas leges noua.d.l.vt liberis. constitutione fuisse correctas. vt sit inter omnes succedentes æqualitas .Tu coosiderabis.

QVÆSTIO II.

156 INVENIMVS † etiã à nostris excellentissimis I.C. & doctoribus dubitatum sæpe.an hæc communicatio in extraneis locum habeat? Et sane Accursius non leuis auctoritatis pater, & iuris præceptor optimus in l.fi. C.commu.vtriúsque iud. fuit in negatiua opinione,licet emancipatus extraneus dici possit. l. vni. §.extraneum.C.de rei vxo. actio.verùm cum æquitate prætoria filiorum iure vtatur.d.§.emãcipati.Insti. de hæredi. quæ ab intest. defe. non omnino extraneus dici potest, quia iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.l.iura.ff.de reg.iuris. Idem voluit Glo. in hac l. quam Batt. & doct. sequuntur. Et ita apud venerandum nostrorum doctorum collegium conclusum fuit,nobilem Franciscam de Riciis,quam pater simul cum collegio pro tertia parte hæredẽ instituerat non teneri conferre dotem, quæ erat trium millium aureorum. Cum extraneis fieri non debeat collatio. Cæterum considerandum est,quæstionem hanc iure Digestorum,& Codicis locum habere non potuisse, vt pote cum illis iuribus ab intestato solum collatio fiebat.Frustráque quæreretur de colla.cum extraneus ab intestato non succederet.§.intestatorum. Instit.de hæredi. quæ ab intest.defer. vnde secundum iura authenticorũ intelligenda. quibus ex testamento etiam locum habet collatio. Quando scilicet pater extraneo prius aliquid donauit. & postea illum cum filio hæredem fecit. vel econtrario,si filio in vita donauit, & postea illum cum extraneo hæredem fecit. inter hos cessat collatio.

157 Quod † tamen mirum esse videtur cum filij inter se eam faciant,quos pater magis diligere præsumitur. l.cum auus. de condi. & demonstra. l. cum acutissimi. C. de fideicom. Sed quia nulla lege cauetur. d. l. illam. lex noluit de his decisiones facere. cum rarò contingant. solentque parentes magis suis liberis relinquere facultates,quàm extraneis.l.scripto. ff.vnde liber. l. cum ratio.ff.de bonis damn. Nemo enim suam carnem odio habet. cap. non existumemus. 13. quæst.2. Quod si contrarium eueniat, credendum est,id oẽ sine causa,à parente factum fuisse. cum nullus amor,vincat paternum.l.fi.C.de cura.furio. Estq; lugubre filiis videre paterna ab extraneis possideri.l. lex quæ tutores.C.de admi.tu.l.2.C. de allu. & palu. Neque est alius, qui melius consilium capere pro liberis possit.l.nec in ea.ff.de adulte.

159 Intellige † tamen liberos hoc casu collationem inter se facere. licet ipsi extraneo, nec extraneus illis cõferat. quia,adiunctio extranei paritatem liberorum alterare non potest.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa. vtile per inutile non vitiatur. l.1.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.idque voluit Glo. in d.l.fi. C.commu. vtriúsq.iud. Deci. hic post omnes. nu. 7. quibus adde Bald.consil.37.quoniam.num.5.lib.2.

QVÆSTIO III.

160 VARO,† an inter transuersales locũ habeat collatio? sunt tres fratres, quorum vnus est ditissimus, nullos habẽs liberos, donauit in vita vni fratrũ suorum. posteà ab intestato mortuus est.vel facto testamento,in quo hæredes,suos fecit fratres æqualiter, vel etiã inæqualiter, an ille donatarius tenebitur conferre suam donationem? Respondeo,non teneri,quia,id nulla lege cauetur.d.l.illam.not.Glo.in l.1.C.de legi. hæredi.& hic doct.communiter.

QVÆSTIO IIII.

161 AN † ascendentes conferant, quæ habuerunt à liberis?Respondeo minimè. vt ĩ.l. illã.Nec obstat,quod dicit Ang. vt æqualitas inter ascẽdentes obseruaretur collationem debere fieri, si quidem hoc casu illa noo est cõsiderabilis,sed inter descendentes sic,quibus magis est debita ascendentium hæreditas. l.nam & si parẽti. ff.de inoffi.testa.hinc videmus testamentũ conditum inter liberos valere cum duobus testibus. d.§.ex imperfecto. non ita si liberi testarentur in fauorẽ ascendentium. vt notãt omnes in d.§.ex imperfecto.Licet præterea pater,& filius sint correlatiua. & in vno dispositum,ad alterum referatur.l.fin. C.de indicta vidui. toll.tamen argu. non procedit vbi in alio diuersa est ratio. l. curatorem.C.de interdict.matri. vt docet Bart. quem omnes sequuntur duæ aliæ assignãtur rationes,quas non refero. Cum reprobentur. Ideo dic, sicut naturaliter rerum omnium cursus tendit ad suas inferiores partes, sicut oriens ad occidentem, & non retrograditur vt inquit philos. Ita parentum successiones naturaliter tendunt ad descendentes liberos. quod si contingat gradum retrocedere, veluti, quòd priùs decedat filius,ille impropriũs dicitur cursus,qui retrorsum vadit. nimirum si cessent huius ordinis regulæ.Item parentibus debetur filiorum hæreditas,ex quodam inopinato, & casuali iure, & veluti ordine mortalitatis turbato.d.l.nam & si parẽtibus. proinde noluit lex in istis inopinatis, casibus collationes inducere. Credens,quòd parentes inuiti hanc filiorum capiant hæreditatem cum sit tota plena lachrymis.Et ne vlteriùs refricaretur dolor. si longior super bonis demortui fieret disputatio,per collationes.

162 Contra † arguit Decius,si onus collationis habeat locũ inter liberos,quibus magis debetur hæreditas, à fortiori inter parentes.vt sit æqualitas.aut hen.defuncto. C.ad Tertul. Responde, licet respectu illius qui tenetur conferre collatio onus dicatur, respectu tamen alterius,cui fieri debet collatio,dicitur fauorabilis. & agitur de priuilegiato ad priuilegiatum.arg. l. verum.§.fi.ff.de mino. At si per collationem auferretur à liberis,& extraneis daretur.verum dicit Deci. sed totum manet inter liberos. Et quod filius vni ex parentibus donauit,amplius nõ erat in eius patrimonio tempore mortis.cum sit alienatum. Nec est præsumendum,alterum parẽtem,quod charissimus filius alteri donauit,velle tollere,& sine vlla inuidia, quam tollit pia filij sui recordatio. non sic,fratribus, qui ex modico

modico amoris signo, quod in alterũ fratrem ostendunt, turbari vtique, & facilè solent. inter se maximi ęmulatores. non ita parentes. & ob id qualitas personarum, & diuersa conditio, impedit ne liceat arguere de liberis ad parentes. vt patet manifestissimè.

QVÆSTIO V.

163 QVÆRO, † quæ sint necessaria, vt locum habeat collatio? Nunc etiam animis opus est, nunc pectore firmo. Bald. in hac lege voluit tria debere cõcurrere, & necessaria esse. primum vt succedant parentibus ex capite vnde liberi. Secus si filius succederet patri, tanquam agnatus, vel cognatus. inter quos collatio cessat. Certum est filium posse patri succedere ex triplici capite, cum respectu patris tres habeat qualitates. Quia, illi est filius, & de suis liberis, & agnatus per lineam masculinã. l. filius. ff. de suis & legi. & denique patri cognatus. §. 1. Insti. de legiti. agna. successio. Et exclusus ab vno capite, ex altero admitti potest. l. pen. §. filius. ff. quis or. in bono. poss. serue. Cum semper filius ille sit. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Docet Ias. in l. 1. nu. 22. C. qui admit. Balb. in tracta. præs. 4. par. 4. part. princ. versi. 19. quarto. Gabrie. conclusio. 8. num. 1. de præscript. lib. 5.

165 Vnde † sequitur, si filius à primo capite fuerit exclusus, ex alio succedens cõferre non tenebitur. si Bal. credẽdum sit. Certum est filium pro vnoquoque capite habẽre triginta annos ad adeundã patris hæreditatem. vt voluit Bald. in l. licet. C. de iure delib. Ang. Paul. Alex. & Ias. & Alex. consil. 89. & consil. 90. li. 2. Cor. consil. 70. litera. 9. lib. 4. Bald. consil. 12. lib. 3. Ias. consil. 84. lib. 4. Gosadi. consi. 156. Rui. consi. 13. nu. 2. lib. 3. Benedan c. Raynutius. in verbo mortuo itaque testatore. 2. nu. 155. Et hoc quando nulla persona superesset, quæ ex primo capite succederet. at si superessẽt filius, qui tanquam filius, vellet patri succedere, præferretur alteri, qui tanquam agnatus cuperet successionem vt voluit Glo. in l. 1. §. sed videndum. ff. de successo. edic. & ibi Gofred. num. 8. versi. non obstat. Manti. lib. 12. titu. 14. num. 27. cum seq. Ideo, vt casus istius quęstionis possit contingere, esset opus, vt omnes filij essent exclusi à capite liberorum, & deinde simul succederent tanquam agnati, quo casu cessaret collatio secundum Bald. contra quem pugnat mirum in modum. d. l. vt liberis. vbi, quocunque iure liberi succedant locũ debet esse collationi. Alex. respondet verba (quocunque iure) restringi per illa verba siue testamento condito siue per contra tabulas rescisso. Iason verò restrictionem referri ad verba intestatæ successionis, & non ad præcedentia, quocunque iure, quæ semper extãt, & generaliter semper intelligi debent. Quod Decio nõ placet. Sed simul legenda esse. vt pote cum intestatæ successionis regantur ab illis, quocumque iure. Et ita responsio Alex. firma manet ad illum, qui cum loquatur de liberis de illis venit intelligendus. Non de illis, qui tanquam agnati, vel cognati succederent. Ego vero Decio crederẽ si lex excluderet omnes alios casus, qui defunctũ intestatum reddunt. Nam esse potest, quod quis testamentum faciat. sed non solemniter. Et tamen locum haberet ille tex. licet ille casus non fuerit in eadem lege expressus, quia sub eius generalitate compræhenditur. l. 1. ff. de iniust. rup. irri. testa. Et illa verba (id est) restrictiue non ponuntur, & non excludunt casus similes. Glo. in l. ob æs. C. de præd. mino. vnde dico Impera. non fuisse vsum restrictione, quantum ad casus intestatorum. sed gratia exempli aliquos enumerauit, qui non restringũt regulam, &c. Et propterea verum est dicere, istum casum fuisse tacitè in eadem lege compræhensum. quando patri intestato succederetur per vnde agnati, vel vnde cognati cum generaliter loquatur, & sic contra Bald.

166 Secundò, † pugnat ratio, vt sit æqualitas. quæ locum habere debet quocunque ex capite succedant. quia, semper sunt liberi, & liberorum priuilegia retinent. hinc licet agnatis & cognatis dentur centũ. l. 2. C. qui admit. filius tamen habebit annum. l. 1. in fi. ff. de successo. edict. vnde vna & eadem persona. nõ debet diuerso iure censeri. l. eum qui. ff. de vsucap. l. si fine. de cond. & demonst. c. cognouimus. 12. q. 2. c. cum in tua. de Deci. cle. 1. de electio.

Tertiò contra Bald. filius, vbi tanquam agnatus succedit, non propriè agnatus dicitur, sed quasi. l. 2. in princ. ff. vnd. legi. sempérque dicitur suus, quocunque succedat capite. l. quod de bonis. §. 1. ff. de ædi. edict. §. sui. Insti. de hæred. quali. & differen. hinc filius succedens ex capite agnatorum omnibus alijs præfertur. l. octaui. ff. vnd. cogna. ergo semper tenebitur ad colla. vt Ias. affirmat. Cui Decius respondet, nempe exclusus à capite liberorũ amplius non potest ex illo capite succedere. Ita, cum amiserit illud caput quod ad collationem cogebat, nõ debet conferre, & tanquam agnatus reputatur.

167 Sicut † de episcopo dicimus, qui vbi est in capitulo, tanquam canonicus reputatur, non tanquam episcopus. c. 1. collatione de appel. lib. 6. Istud exemplum (pace d. Decij dixerim) non facit ad propositum. quia, vbi ille est in capitulo, canonici tantùm iura habet, non episcopi. extra verò capitulum episcopi. sicut quando esset in studio à rectore præcederetur. licet rectore sit dignior. Panor. in c. postulasti. nu. 8. de foro compe. At filius quocunque loco, & tempore, siue ex quocunque capite succedat semper est filius, aliósque agnatos, & cognatos excludit. vt s. diximus. éstq; ius filiationis irrepudiabile. vt Bal. inquit in l. 1. C. quando non peten. partes ideo semper tenebitur conferre. quia filius semper ille est.

168 Et † si tu dicas, quo modo possunt ista contingere, Respond. per Soci. senio. consil. 63. nu. 6. lib. 1. & per Soci. iun. consil. 19. num. 12. lib. 1. Tiraqu. de retract. con. §. 2. Glo. vni. num. 63. cum seq. vbi videre poteris exempla huius quæstio. quæ vertitur, & locũ habet, quando vterque filius vno, & eodẽ capite succederet in paterna hæreditate. Quid ergo impedit quominus vnus alteri faciat collationem? cum eadem ratio militet, etiã in casu huiusmodi. sicut si per vnde liberi succederent? super istis taciti sunt moderni. vnde verum est, quod dicitur. Rari apparẽt nãtes in gurgite vasto.

Quartò contra Bald. arguit. Ias. qui matri succedũt tenentur conferre. d. l. vt liberis. Et tamen matri non succeditur per vnde liberi, Sed per vnde legitimi. l. fi. ff. de suis, & legi. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. vnde legi. ergo non requiritur ad collatio. titu. vnde liberi. Respond. Deci. succedentes matri ex vno solo capite admittuntur. Ideo, cum nõ possint ex alijs capitibus succedere solus ille titulus sufficere debet ad collatio. Ego verò, nõ esse necessariam consequentiã non succeditur per vnde liberi, ergo cessat collatio? Quia, sufficit tibi ostẽdere successionem per vnde liberi necessaria non inferre colla. & consequenter tollitur argumentum data instantia. §. Pauonum. Instit. de rerum diuis. Glo. in c. sicut vrgeri. 1. q. 1. vt inquit Arist. 8. Topico. Postremò opinio Bald. nulla lege probatur. Ideo, &c. l. illam. J. eod. Sed quid dicendum? Et quia, liberi sunt

pictores

pictores atque poëtæ à Bald. opinione recedo.

169 Secundò † (inquit Bald.) requiritur, vt illi sint in primo gradu, illísque debeatur legitima. puta, si auus filium suum, & nepotes ex filio hæredes faceret, nam cum istis viuo eorum patre legitima non debeatur. l. si quis filio exhæredato. in princ. & l. posthumorum. ff. de iniust. rup. irri. facto testa. §. posthumorum. Insti. de hæred. qua. & diffe. auus hos nepotes tanquam extraneos instituisse videtur, inter quos collatio cessat. vt suprà quæst. 2. hæc opinio Bald. communiter recepta est vt Decius attesta. num. 9.

170 Ex † qua infert Alexand. si statuto caueatur, stantibus masculis fœminæ non succedant, si pater filiam simul cum masculis hæredem faceret, filia, ad collationem non teneretur. quia, pater in testamento nihil illi tenebatur relinquere. Imò, nec legitimam. secundum Bald. in l. maximum vitium. col. fin. C. de libe. præte. legitima autem dicitur tertia pars eius, quod erat habitura ab intestato. l. cum quæritur. C. de inoffi. testa. At huic ab intestato nihil debetur. ergo, nec legitima. Imò verò præterita contra tab. non poterit petere, nec dicere nullum Bart. in l. fin. col. fin. ff. ad Tertul. Is enim contra tab. agere potest, cui ab intestato ius competit succedendi. l. prima. §. 1. ff. de contra tab. §. item adoptiui. Insti. de hære. quali. & diffe. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. vbi est viridarium istis floribus plenum. de lib. & post. Ias. in l. filiæ dotem. nu. 5. suprà eo.

Ista sunt duo dicta egregia, vnum à Bald. alterum ab Alex. magnæ quidem vtilitatis, diligentíque examine digna. Et quod dicit Bald. negatiuè intelligendum est, vt quibus nó debetur legitima ad colla. non teneri. Non affirmatiuè, vt quibus debetur legitima, conferant. Si quidem ascendentibus debetur, & tamen cessat collatio. vt suprà diximus. Contra Bald. longo sermone arguit Ias. cuius dicta recolligit Decius, illisque responder. Sed timeo, ne nostra pugna
171 sit de asini vmbra. ideo vltra tacitus curro. & † dico contra Bald. datum nepoti esse conferendum ac si suo patri per auum datum fuisset, cum filij contemplatione donatio processerit. l. dedi dotem. ff. de colla. bono. Cum officium aui, circa nepotem ex officio patris pendeat, quasi patris, id est, filij sui negotium gessisse videatur. l. & ideo. §. fin. cum l. seq. ff. de in rem verso. docto. in l. in quartam. vbi Ang. num. 10. Alex. nu. 27. Rip. nu. 102. Alex. consi. 138. num. 3, & consi. 139. nn. 3. lib. 5. Alcia. regul. 1. præsump. 17. nu. 30.

172 Adeò, † vt nepos, & neptis, quod ab auo, & aua acceperit, teneatur pustea sibi in legitimam imputare, quando patri. vel matri cupit succedere. Alex. cósi. 31. nu. 1. lib. 4. & consi. 24. num. 3. & 4. & ibi in addi. lib. 1. Bertran. consi. 73. nu. 22. lib. 2. tanquam à patre, vel à matre profectum. l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulga. l. profectitia. ff. de iure do. Glos. in l. eum oporter. C. de bo. quæ lib.

173 Sed † respondere possumus opinio. Bal. locum habere, quando constaret, auum, vel auiam contemplatione nepotis, vel neptis, illis donauisse. tūc donatum sibi haberet nepos, vel neptis sine vlla collatione, vel onere. Ita loquitur. l. auus. ff. de iure do. Et tunc opus esset coniecturis, de quibus per Bart. in d. l. dedi. Alex. consi. 138. & consi. 179. lib. 5. vel si forsitan auus simul cum filio, vel filia, nepotem, vel neptem hæredes faceret. vel in maiori parte suæ hæreditatis. Aut quia filius esser prodigus, vel aliis argumentis, quibus colligeremus auum plus dilexisse nepotem. no. And. de Iser. in cap. 1. numer. 13. de aliena. feud. pater. Soc. consil. 33. num. 16. lib. 3. Cepha. consil. 485. num. 31. qui ponit 14. coniecturas contrariæ voluntatis.

174 Vbi † pauper esset pater, neptem filij contemplatione dotasse videtur. Alex. in d. l. in quartam. nn. 27. & d. consi. 138. vbi ait. quod d. l. dedi. loquitur, quando auus dat, aliquid nepoti, ad quod propter filium erat obligatus. vt est dos. l. & ideo. §. fi. cum l. sequen. ff. de in rem vers. sed si filius sit diues non tenetur auus, secūdum Bald. in auth. res quę. C. cómu. de lega. Bart. & Alexan. in l. quemadmodum. ff. de libe. agnos. & in hoc conformes sunt calculi. vt Iason attesta. in l. 1. nu. 27. ff. solu. ma. Rip. nn. 74. Iason in §. fuerat. nu. 105. de actio. Ideo, dos data nepti per auum si filius sit diues, non veniet in collationem. cum paternis bonis. Alex. consi. 31. nu. 3. lib. 4. Soci. consi. 33. num. 16. lib. 3. Cra. consi. 219. num. 3. vel etiam, secundum Bald. quando ista neptis simul cum suo patre, vel patruis auo succederet, dotem illam nec patri, nec patruis tenebitur conferre. cum aduentitia illa sit, & iure proprio acquisita, & nulla necessitate concessa.

175 Circa † verò illationem quam facit Alex. ex verbis Bald. aduerte, quoniam à Iaso. reprobatur. à Decio sustinetur, plerumque inter istos duos iuris proceres pertinax contentio nascitur, & rarò solet Philip. Decius alterius dicta probare. quia fortè viuente alio, volebat Decius primum honoris locum, & ampliores cathedras iuris. Sed pascitur in viuis liuor, post facta quiescit.

Vterque optimè meritus de Iurisprudentia, in vno dicendi facundia, in altero subtilitas mentis, &c.

Certum est inquit Ias. statutum excludere filiam ab intestato, ex testamento verò minimè, cum patri liceat eam instituere. no. in l. 1. suprà eo. quo casu sua diceretur, possétque ex potētia suitatis paternam hæreditatem transmittere. vt Alexand. scriptum reliquit consi. 131. lib. 1. Et cum huic filiæ debeatur dos, quæ loco legitimæ succedit, non debet tanquam extranea iudicari, sed tenebitur conferre. Responder Deci. licet sit sua, hoc verùm respectu transmissionis. Non sequitur tamen, vt illa debeat conferre. Quia collatio habet locum inter eos, qui possunt ab intestato succedere, & qui præteriti poterant testamentum impugnare, quod non faciet ista filia per statutum exclusa. Bart. in l. fi. ff. ad Tertul. & in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legi. in l. Papinia. §. si quis. ff. de inoffi. testa. in d. l. filiæ dotem. suprà eo.

177 Certum † est has filias non posse ab intestato succedere, nec agere, licet præteritæ fuerint, contra testamentum paternum. l. 1. §. qui habebat. l. illud. §. si quis filium. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bono. pos. contra tab. not. omnes in d. §. & quid si tantum. vbi Ias. numer. 58. Aretin. consi. 160. colum. 12. versic. venio ad vndecimum. vbi ait hanc esse commu. Roma. consi. 13. Ang. consi. 300. & consi. 359. præsuppositо statuto. Paul. de Castr. consi. 196. in puncto. num. 2. lib. 1. Alexand. consi. 47. abundè. num. 9. lib. 2. Ias. consi. 105. Ioanna. col. fin. lib. 4.

178 Quia, † paria sunt non esse, & non succedere. l. 1. §. sed si sint. ff. ad Tertul. arg. l. quotiens. ff. qui satis. cog. c. fraternitatis. de frigi. & vt Vlpia. ait in l. 1. §. si pater. de coniungend. In potestate esse oportet, vt huic edicto locus sit. Non poterit etiam hæc fœmina retrahere aliena. vt Benedic. in d. c. Raynutius in verbo. duas habens filias. num. 4. Tiraq. de retract. §. 1. Gloss. 8. nn. 13.

179 Nam † statutum huiusmodi non solum est exclusiuū fœminarū, sed etiam includit masculos in earum

portione.l.seruo legato.§. si restator. de lega. prima. l. fideiussor. §. cum esses. de lega. 3. & vbique Barr. Deci.consi.584.num.5.Alber.Bru.super statuto stantibus mas.quæst.9. & decima.Adeo, vt semel exclusa per masculos,perpetuò excludatur, quamuis illi sine masculis decesserint.Bald.in cap.primo.§.quin etiam. episco. vel ab. & in l. in quibus C. de secund. nup. Ruin. consil. 167. numero vndecimo. libro tertio. Alexand.consil.20.colum.quinta. versic. nono. libro primo. Deci.consil.505.& consi. 506. Cepha. consi. 423.nu.47.

180 Cæterum † licet patri ab intestato non succedat. licebit tamen patri eam hæredem facere,vel cohæredem no.Bald.in l.pactum. 3. quæst. hoc tit. vbi Ang. Alexand.Ias.& Decius.Bart.in l.stipulatio hoc modo concepta. colum. prima. versic. facio aliam quæstio. de verbo.obliga. Deci. in l. 1. primo not. suprà eod. Tiraquel. in l.si vnquam. in verbo susceperit liberos. num. 123.

181 Idem † in filia, quæ mediante iuramento renunciauit paternis bonis.Bald.in l.fin.col.4. versic.venio ad 2.quæst.C.de pact.quæ, licet per existentiam masculorum perdiderit successionem paternam, non tamen amisit factionem testamenti passiuam.de Afflic. in constitu.Neapo.tit.de succes.filio.nnmer.12.Etiam si in fauorem masculorum renunciasset, quia facto patris illud ius erat illis acquisitum, à patre facilius remitti potuit,vt inquit Deci.in d.l.pactum. num. 6. quæ tamen lat ùs patent vt per doctores in d. l. stipulatio.vbi Ias.num.14.Ruinus consi.129.num.6.7.lib.1. Quid si tempore renunciationis nulli erant masculi? Alex.consi.29. libr.3. volebat has renunciationes filiabus nocere.Cra.contra.tu illos vide. Et si pater extraneum instituerer an cessaret exclusio.Deci. consil. 296.nu.3.4.

182 Igitur,† si pater hanc filiam, simul cum aliis liberis instituerer hæredem, quæ priùs habuerat à patre conferre non tenebitur si Alexandro credendum sit, quod tamen æquum non videtur, quoniam vt iam dictum est, eius incapacitas intestati causam respicit. At vbi illa à patre instituta est, macula per statutum apposita deleta est, & reintrare videtur in conditionem suorum, qui obtinent primum locum. Non ita in nepotibus,eorum patre viuente. Et cum statutum fauore patris editum sit, pater eam instituendo perinde voluit ac si nunquam exclusa fuisset. finge patrem habuisse filios, & filias, & mortuos esse filios. Nónne filiæ intrant ad paterna bona,faciúntque cessare statutum? certè sic.vt docet Bart.in l.prima. §. si. ff.de contracta.5.quæst.& in l.fin.ff. ad Tertol. Bald. in l.maximū vitium.col.pen.versi.Item quæro, dicit statutum. Deci. consi. 296. numero quinto.Laut.de Pal. colum. quarta versic. sed quæritur stante dicto statuto,& col.vndecimo.versi. Circa verò secundum Tiraquel. in d.l.si vnquam.in verb.susceperit liberos. numer.125.probatur.l.2.§.sed si fini sui.ff.ad Tertul. vbi si sui obtineant, mater quæ erat incapax filio succedet.l. 1.§.quidam filium.vbi Bar.de bono.posс. contra.Ruin.consi.140.nu.15. lib.3. Multò quæ magis, vbi illa expressè à patre instituta est.

Denique istud statutum, quod in odium filiarum emanauit,in earum commodum tedūdaret,quia non teneretur conferre dotem, neque donationem, sicut tenebatur,si per statutum non fuisset exclusa à paternis bonis, quod non est dicendum.l.relegatorum. in fin.ff.de interdic.& relega.minoribus prohibitus, ad maiores aspirare non potest.cap.& si necesse. ibi, ne ei in commodū cedat, quod in pœnam potius retorqueri debet.de dona.inter vi.& vxo.Panorm. in cap. secundo. numero octauo. de cleri. excommu. minis. Considera etiam Alexand.in d.consi.131.voluisse talem filiam à patre institutam, dici suam. Et esset absurdum. vt pro parte esset sua.succedendo,& pro parte non,non conferendo.arg.l.eum qui.ff.de vsucap. l. 1.§.in filij.vbi Soci.& de Rip.ff.ad Trebel.vnde Iaso. sequor,quem similiter sequitur additio ad Alex. in d. consi.47.litera.F.

183 Vltimò † considera,quod talis filia à patre instituta.videtur masculata(vt verbo Neapolitanorum vtar) argu.eorum quæ decidit de Afflict. decis.170.numero decimo. stante statuto Neapoli. si frater sororem in 16. ætatis anno non dotauerit, & matrimonio non collocauerit vna cum fratre succedet in paternis bonis. Et si fuerint pupilli, qui postea moriantur illis, cum fratre poterit succedere. quia ista est iam masculata,inquit. Idem decis.159.Ita videtur in proposito. Cum semel incapacitas (quæ statuto inducta erat) fuerit per institutionem sublata perpetuò durare debet capax, quasi mutata natura, arg. l. pater. §. quindecim.de lega.3.l. prima. in fin. de impo. lucra. des. libro decimo.C.Bart.in l. prima. numero decimo. ff. de offic. eius. & in l.tutor rerum per illum text.ff. de admi. tuto. & in l. filiusfam. §. diui.de lega. primo. hunc semel hæres, non desinit esse hæres. l. & si fine. §. sed quod Papi. ff. de mino. sufficit causam semel fuisse approbatam.§.semel Instit.quibus ex caus.manu. non licet. Quod verùm puto, respectu paternæ hæreditatis collationisque faciendæ, non autem in præiudicium aliorum liberorum, in quorum fauorem statutum loquitur. Ideo, si post mortem patris moriatur frater ab intestato, alio fratre, & tali sorore superstite solus frater succederet, licet pater istam filiam cohæredem fecisset. quia, alia est hæreditas, aliúsque succedendi modus.l.prima. §. veteres. ff. de acquir. possess. Nec obstat decisio de Afflict. quia, ibi masculescit filia in odium fratris, qui noluit obedire statuto. hic verò non potuit pater statutum alterare in præiudicium masculorum, nisi respectu suæ hæreditatis. vnde limitata causa, limitatum debet effectum producere.l.in agris.ff. de acqui.rerum domi. cap.ecclesias.13.quæst.prima.hæc nota,quia pulchra, & noua.

184 Tertiò † ad collationem requiritur secundum Bald.vt hi, qui conferre requiruntur, vniuersali, non particulari titulo parentibus succedant. l. à patre. infrà,eod.quam, ita intelligit Alexand. filia, recipiens legata, siue in testamento, siue in codicillis, dotem quam priùs habuerat non tenebitur conferre. quia, legatum non capit tanquam filia, sed extero iure, tanquam extranea,reprobata opinione Bart.qui volebat. d. l. à patre. non esse conferenda illa, quæ in testamento, vel in codicillis relinquuntur, de quibus non loquitur.d.l.sed l.filiæ. & l. filiam infrà eod. Ias.dicit, licet filia diceret se tanquam extraneam sed lictum capere, non propterea euitaret collationem & ob id,quia, non succedit iure vniuersali, sed particulari, cessat collatio. l. ex causa. C. fami. hercis. Decius verò illa verba (extero iure) intelligit, vbi filiæ fuisset legatum à patre propter bene merita, tum illud legatum censeretur capere tanquam extranea.l.si donatione.infrà eod. Et idem, si illi esset relicta hæreditas propter bene merita in codicillis, quam etiam nō teneretur conferre. Decius (saluo honore) fallitur.quia,hic nō agitur de legato conferēdo, minúsque

minúsque de hæreditate. Sed de sola dote. ibi, ad dotis collationem vrgeri non debet. Item, ille præsupponit legata, vel hæreditates venire in collanonem, si non essent relicta propter benementa, quod est falsum, l. filiam. infrà eo. alioqui destruerentur, totę vltimarum voluntatum dispositiones, si inter hæredes, vel legatarios fieret hæreditatum, vel legatorum collationes, cum testatoribus liceat ex dispatibus partibus hæredes facere. l. 1. C. de impu. Sed non credo magnum Decium hoc ignorasse. sed forsitan vitio librariorum, hoc ita scriptum fuisse credimus.

185 Veruntamen † latet anguis in herba. Nam quo modo hæc vera esse possunt, quod pater filiam dotauerit, cohæredem fecerit, eique prælegauerit. Et deinde partem hęreditatis repudiauerit, legatum acceptauerit? Nam qui hæreditatem repudiat legatum non consequitur. l. fin. §. fi. ff. de excep. doti. l. quædam. ff. si quis omis. caus. testa. l. 3. vbi Decius. C. de impub. dicens hanc communem, etiam filio repudiante. Benedic. in c. Raynutius. in verb. si absque libe. moreretur Respond. hæc vera esse, quādo solus filius fuisset hæres institutus, tunc nemine adeunte, legata non debentur. l. si nemo. ff. de testa. tutel. Cúmque facto testamento legitima debeatur iure institutionis. §. aliud quoque. c. nō posset filius pro parte adire, & pro parte repudiare. l. 1. & 2. ff. de acqu. hæred. At vbi ille cohæredem habet. ad quem iure accrescendi accrescit portio repudiata. l. vni. C. quand. non peten. par. legatum potest petere. l. qui filiabus. cum l. seq. de lega. 1. l. miles. §. fi. de lega. 2. l. cum responso. C. de lega. l. filio quem pater. de lega. 1. Bal. consi. 457. Bartholomæus. nu. 3. lib. 5. Deci. in d. l. 3. in fi. Iaso. in d. l. filio. nu. 11. & 12. & in d. l. cum responso. num. 1. Sed an in feudo succedere possit repudiata patris hæreditate. vide Cur. Iu. consi. 138. nu. 17.

Necessarium est ergo secundum Bal. & doct. communiter, eos, qui conferunt debere succedere illi, de cuius hæreditate agitur titulo vniuersali, non particulari. veluti legati. Cuius obliquus est titulus. vt docuit Bart. & omnes post eum in l. centurio. vbi Rip. nu. 98. de vulga. vel quando filius in legitima particulariter instituerętur. quia, tunc magis legatarij loco est, quàm hæredis. l. quoties. C. de hæred. insti. vbi Iaso. num. 4. 5.

186 Hinc † videmus casum egregium positum in l. pe. ff. de col. dotis. pater nubenti dotem, & quasdam res præter dotem tradidit. deinde illam, cum suis fratribus hæredem fecit sub conditione, si dotem, & alia bona contulisset. Mortuo patre, ab illius se abstinuit hæreditate, fratres, res vltra dotem datas vendicabāt. Respond. filiam habere doli exceptionem contra fratres, propterea quòd pater filiam alter vtrum habere voluit, videlicet dotem, & alias res, vel partem hæreditatis. Cum ergo maluerit dotē, & res sibi traditas, poterit ab hæreditate abstinere, secundum patris voluntatem. Ibi enim particulari, non vniuersali voluit filia titulo succedere. fuerúntque verba enuntiatiuè prolata, etiam conditionaliter, quæ inducunt dispositionem. Bart. in l. ex hac scriptura. num. 4. ff. de dona. cano. in c. fi. de success. ab intesta. videlicet, quod pater voluerit dominium ipsarum rerum in filiam transferri, quia, non poterat illa conferre, nisi fuissent sua ex natura collationis, quæ est propriæ in commune latio. Sicut dicimus, si filius vino me moriatur instituo nepotem. filius videtur tacitè institutus. vt docet Bart. in l. Gallus. in princip. & in l. si quis com. §. primo. & in l. cohæredi. §. fin. de vulga. & in l. si cum dotem, in princip. solut. mat. vt declarat Alexand. consilio 108. numero primo. Benedic. in cap. Raynutius. in verbo, si absque liberis moreretur secundo. numer. 60.

187 Verum † est ergo quod dicimus filium, vel filiam ad collationem non teneri, si dotem maluerint, vel dona. retinere repudiata patris hæreditate. Cum sint particulares parentum successores, inter quos non cadit collatio. Imò, & dotem promissam possunt petere quæ est loco æris alieni. d. l. pen. & l. fi. eo. tit. vel etiam si filio aliquid ex alio contractu deberetur. authen. vnde si parens vbi Iasnum. 5. C. de inoffi. testa. vel ex mai... um dispositionibus secundum illa, quæ docet Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liber. ff. de ope. liber. cap. primo. an agna. vel filius defuncti repudia. hæred. feud. habere maluerit vbi Bald. numero octauo. & 15. And. de Iser. numero tertio. latè Ias. in l. 2. num. 188. C. de iure emphi. Deci. consilio 396. de Afflict. decis. 112. Cra. consilio 197. numer. quinto. Et ratio est, quia, personalis actio non sequitur fundi successorem. l. prima. §. si hæres. ff. ad Trebel. l. emptorem. C. loca. & tanquam extraneus dicitur. l. fin. §. fin. ff. de contra. emp. nimirum si non teneatur ad colla.

Sexta quæstio.

188 Quoniam † nouissimo authenticorum iure semper locum habere debet colla. nisi expresse à testatore remittatur, quæro, an tacitè remissam fuisse, probari possit? dicendum videretur minimè, quia vbi lex expressum aliquid requirit, verba idipsum denotantia necessaria sunt. authen. sed cum testator. C. ad l. Falcid. Et præsertim, quando sumus circa iuris antiqui correctionem, quæ fieri non solet, nisi specialis mentio fiat. l. 1. & ibi doct. & de Rip. num. 65. de vulga. Et ita volebat Ang. in d. §. illud. de trien. & semi. vnde sumitur. d. authen. ex testamento.

189 Contrarium † tamen verius est, si ex coniecturis appareret. Quia, illud videtur expressum, quod ex coniecturis colligitur. Bart. in l. prætor. §. primo. ff. de noui ope. nuntia. l. si quis locuplex. ff. de manu. testa. Nam quemadmodum illud dicitur euidenter apparere, quod ex coniecturis discernitur. l. licet de lega. primo. vbi Ias. numero sexto. septem virtutes recitat legitimarum coniecturarum. de Afflict. decis. 44. numero decimoquinto. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. donatione. numero 158. Mono. de arbi. libro secundo. centu. secundo. Ita videtur pater collationem expressisse, quando ex coniecturis colligeretur. l. fin. C. quod cum. eod. l. si plures in fin. ibi, nisi alia mens fuerit testatoris, quod vix credendum est, nisi euidenter fuerit expressum. Gloss. ibi dicit id videri expressum, quod ex coniecturis apparet, id est, signis & rationibus. Et ita tenent doct. communiter reprobata opinio. Ang. vt per Socio. consilio 127. numero decimoquarto. libro tertio. & infrà latius. numero 432. cum sequent. Et licet d. authen. ius antiquum corrigat. hoc verùm vno tantummodo casu. scilicet vt ex testamento collatio fiat. Non autem correxit, circa tacitas, vel expressas voluntates, in prohibenda, vel facienda collatione. hæc intacta omisit. Imò procliuiores esse debemus vt prohibita illa videatur, quoties ex testamento succederetur cum res facilius in suam primæuam reuertatur naturam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cap. ab exordio. trigesimaquinta distinctione. §. Pauonum Institut. de rerum diuis. Huic seruit. l. si pluribus. §. si quis vna. ff. de verborum obligatione.

Bald.consi.137.lib.2.Alex. consi.5. numer. 11. libro quinto.& consilio nono.numero sexto.lib.3. Decius in d. l. 1. suprà eod.

Summarium, super quatuor coniecturis prohibitæ collationis.

190 *Collatio coniecturis probibita,iudicari potest.& quibus,scilicet, secundum terminos.l. ex parte. §. intestato. ff. famil. hercis. vbi opportunè declaratur.d. §.*
191 *Pater diuidendo bona sua inter liberos, videtur prohibuisse collationem.*
192 *Pater donando illi,cui minus in testamento reliquerat videtur tacitè prohibere collationem.*
193 *Donatio, propter bene merita,non confertur.*
194 *Donatio ob causam, non propriè donatio dicitur. vsque ad num. 200.*
201 *Merita debent esse æquiualentia donatis rebus, & non vltra.*
202 *Pater obligatur filio,pro bene meritis.*
203 *Merita dicuntur, ad quæ non tenebatur donatarius.*
204 *Filius an possit esse obsequiosus erga parẽtes, vt mereatur præmium?*
205 *Merita,quo modo probari possunt?*
206 *Pater prælegando singulis filijs,& deinde eos æqualiter hæredes faciendo, an videatur voluisse collationem tollere?*
207 *Prælegata,non veniunt in collationem. in quo tamen articulo varij fuerunt Ancha. & Sali. Ang. contra.*

Prima coniectura.

SED quibus coniecturis probabitur pa-
190 rẽtem voluisse prohibere collationem?
hoc opus,hic labor est,& veluti Hercu-
leanus nodus. multa enim dici possunt
à testatore ordinata, quæ nisi transeant
in dispositionem, nuda sunt,& inefficacia. l. quidam
cum filium.ff.de hæred.instit.vbi Bart.& Bald.l. Gal-
lus.§.quidam rectè.vbi omnes.l.vni. §. sin autem. C.
de cadu.toll.dixi in §.Corne.Feli.in ratiocina. nu.33.
solus Deus est scrutator cordium.cap. nouit. de iudi.
Gloss.in l. 2.ff.de inter.actio.Hypo. consi.25. num.7.
Sed iactemus rectè, si quos in hoc alto pelago pos-
simus apprehendere pisces. Et vnus à nobis visus est
casus,quando pater filiam suam dotasset,vel filio do-
nauisset,& postea diuideret patrimonium suum inter
liberos iuxta. l. ex parte. §. intestato. ff. fami. hercis.
quæquidem lex non est correcta nouo authentico-
rum iure, quamuis nulla sit facta à testatore prohi-
bitio collationis, contra Gloss. ibi, quæ volebat pa-
191 trem † prohibuisse collationẽ.Et si ita esset,sine vllo
dubio lex illa emanasset, vt aduertit Ias.in l.si pater.
suprà eod. & Decius in l.1.numer.4.suprà eod. Sed
quæso aduerte, cur non idem quando pater suos fa-
cit hæredes,distribuẽdo bona sua inter liberos l.quo-
tiens.C.fami.hercis.l.si plures.de vulga.l.interdum.§.
fin.ff. de hæred. insti. sicut quando diuidit res singu-
las in singulis.d. §. intestato. nonne vtroque casu di-
uisio fit,vna,per quotas hæreditarias, alia per singu-
las res,& ad idem tendunt? Si dicas, quando per sin-
gulas si fieret collatio,alteraretur diuisio. Idem dico,
quando per quotas, quia per collationem faciendam
plus,vel minus,alter ab altero sit consequuturus.Cę-
terum hæc coniectura ab omnibus recepta est. Et quia plus operatur expressa diuisio rerum, & distributio.quàm generalis.l.expressa nocent. ff.de reg.iur. Huic accedit, quod consuluit Bald. consil. 37. num. 5.libr.2.& consil.38. numer. 4. eodem lib. Quando scilicet pater in testamento vnicuique filiarum assignat propriam dotem, & partem hæreditatis videtur tacitè prohibuisse collationes.

Secunda coniectura.

192 Si † pater filios suos inæqualiter instituisset,& illi, cui minùs in testamento reliquerat,post testamento donauit, tacitè prohibuisse huius donationis collationem præsumitur, cum donauerit, vt æqualitatem seruaret inter liberos. Ita respondit dominus Philip.Deci.consi.59.numer.2. quem nos sequimur. Idem puto,si prius vni donasset,& postea inæqualem fecisset hæredem, eadem ratione æqualitatis obseruandæ,donationem non esse conferendam.

Tertia coniectura.

193 Quando † pater propter,benemerita filio suo do-
naret,videtur etiam prohibuisse illius rei donatę col-
lationem. Cuius non debent esse participes alij fra-
tres,qui erga patrem non ita benemeriti sunt, huius
donationis non debent esse participes. Cessante cau-
sa cessat effectus.l.1.C.de dona.quæ sub mo. & sepa-
ratorum solet esse separata ratio.l.fin. ff. de calumn. l.
inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo. obliga. Sicut
res inter alios acta,aliis nocere,neque prodesse solet,
tit.C.res inter alios acta.l.si vnus.§.ante omnia.ff. de
pact.Ita,vnius benemerita filij, alios iuuare non de-
bet, vt voluit Gloss. in l. si donatione. infrà eod. hæc
est egregia quæstio,quæ latiùs patet,atque in diuersis
194 examinatur locis,pro cuius expeditione† præsuppo-
no,ob causam donationes, non propriè donationes
esse, si quidem, illa vera donatio est, quæ nullo iu-
re cogente conceditur.l.donati.ff.de reg.ior. Neque
dici potest liberalitas,quæ benemerito confertur. sed
magis proprij debiti exsolutio, quæ nihil aliud ope-
ratur,nisi liberationem.§.1.Insti.quib.mo.tolli.oblig.
l.hoc iure.§.pen.ff.de dona.l.Aquilius.eod.tit. Atquę
in istis ob causam donationibus,cessant omnes dona-
tionum regulæ,& conditiones.

195 Et † præsertim,quia nullam requirunt insinuationem d. l. Aquilius. Capi. decis. 203. numer. 7. At in Gallia secus.Rebuf.de dona.insinuan.arti. 1. Gloss.1. num.24.

196 Nec † imputantur in quartam legitimæ filiorum, vel filiarum.vt docent Bart.Bald.Aret.Alex. Ias. in d. l.in quartam.vbi de Rip.nu.149.

197 Sicut † non reuocantur noua liberorum natiuitate prout cæteræ.d.l. si vnquam. vbi Rip. numer. 24. Tiraquel. in verbo donatione.numero septuagesimo cum sequent. quibus adde Alexand.consilio quadragesimo.numero decimoquarto.lib.4.Bertr.consi.135. nu.2.lib.4.

198 Vel † si forsitan laudemium ex donationibus non debeatur pro istis debebitur, quasi ex venditionibus, vt voluit Ioan. Fab. in l.1. col.fin. C.de inoffi. dona. Guid. Pap. consi.214.col.3.versi. sed restat & consil. 218.num.10.Tiraquel.de retract.§.2.Gloss.1.num.3. proinde pretium soluisse videtur, qui suo donatori obsequium fecit.l.Seio.de annuis lega.Capel. Tholo. decis.278.

199 Hinc † concubinæ clericus donare non potest. Bart.

Bart.in l.affectionis. ff. de dona. propter benemerita potest. Ancha.consil.24.quia,magis fauorem donantis, quam donatarij respicit. Bened in cap. Raynutius. in verb. & vxorem. numero 724. 725. Capi. decis.102.

200 His † accedit,quod dicitur poenas.l.foeminæ. & l. hac edictali.C. de secund. nup. non habere locum in reciprocis donationibus, vel remoneratoris. Rip. in d.l.foeminæ.num.30 Bertran.consi.1-5.lib.2.& conf. 292.num.8.libr.6. Cum impropriæ donationes censeantur.Cepha.consil.44.nu.-. Hypo.consi. 6.nu. 13.hunc.M.Tul.Cicero.offi.libro.beneficus vltro, citróque datis,acceptisque,&c.

201 Quæ † vera sunt, quotiens merita sunt æquiualentia donatis rebus. At si vltra merita non val bit donatio,l.si sponsus.§.circa. ff.de dona. inter virum, & vxo. Ang.& Imo.in d.l. Aquilius. Bal . in d. auth. ex testamento.col.2.versi.quinta opin. Bart. in l. frater à fratre.col.fin.vbi I . num.44. 4 ff. de condict. inde.Cor.consi.45.litera.B.& C.lib.4. Bertran.consi. 4.lib.2.Ruin.consi.173.num.13.libro primo. Decius consi.20.numer. .de afflict.decis. .num.4.Rip. in d.l.si vnquam.numero trigesimo sexto. & respons. . num.9.

202 Adeò, † vt pater obligetur fi in , tanquam extraneo pro bene meritis,sicut in Castre his. vel quasi.Bart.in l.si nbi.§.pactus. & ibi Gloss. ff. de pact. & in l.si quis pro eo.§.ran fin.ff.de fideiuss.Oldra. consil. 226.quidam episcopus.num.1.3.Aret.consil. 17. col. 5.versi.secundum autem.Alex.consi.55.num.3.lib.1. Cor.consi.289.numer.24. .lib.4.Socin.con l.215. numer.1.lib.secondo. Bertrand.consil. 4. numero , libro primo.Capel.decis.281.Cap. . cis.2 .numer. septimo.Pala.ruuios.in rub.de dona.§.8 .numer.29. cum seq.

203 Beoemerita † autem illa di untur ad quæ donatarius non tenebatur, alioqui si debito officij, aliquid fecerit,non erit dignum remuneratione. velut, si vxor marito se obsequium pr sti it dicet t ad quod tanquam vxor iure tenebatur. l. quintus. ff. de dona.inter virum & vxo.l.sicut.ff.de npc.liber.c.mulierem.34.q.5.

204 Vel † si filius, erga parentes se obsequiosum diceret.l.filia. .de patria potesta.vel libertus erga patronū titulo.de obseq.paren.& patro.à liberis , & liber. præf. Idem in cæteris personis, quæ suis superioribus obsequium debent,& seruitium state& fficio incumbenti. quia, nemo in necessitatibus liberalis existit.l.rem legatam.C. de lega. Et in hi arbitrium iudicis versabitur, qui pro qualitate meritorum faciet æstimationem.l.1. ff.de iure delt. Et personarum conditione,quæ obsequia præstiterunt & quib. præstita fiunt.vel si sint diuites , qui largiores esse solent pauperibus.cap.1.de dona.Bart. in d.§.si pactus.Cor. consi.144.litera libro secundo. Necnon & temporis longioris,vel breuioris habenda est ratio. Alexan. consi.55.numer.4. libro primo.vel si filius patrem ab Hnguenotis liberasset captum.& proprijs redemisset

205 pecunijs. Et † licet captiuo ab hostibus teneatur redimere, si nolit esse ingratus. §. causas. in authen.vt cum de appel.cognos.hoc verùm quando extra periculum hoc facere potuisset. At vbi,nec vitæ , nec vllis pepercit periculis, vt patrem saluum faceret. vltra communem filiorum charitatem. hæc , & similia digna sunt honesto, & hilari præmio. Et si fortè longa detentus fuisset infirmitate,vt Decius ait,consil. 202. numero sexto. Paul. Pari.consi.90.num.13. lib.3. vel pestis tempore sine vlla distinctione se exposuit, vt percussum,vel infirmatum iuuaret parentem arg. eorum quæ dicuntur à de Rip.in prælud.de peste. vel si pro paterno viriliter , ac diligenter pugnasset honore.l. iusta.ff. de manu.vindic. l. isti quidem. ff. quod me. caus. hæc , & similia mouebunt iudices ad arbitrandum dignas pro meritis donationes. Bertrand. consi.135.libro quarto. Mono.de arbi.libro secundo. centu.2. casu. 32. numero septimo. Sed quo modo hæc merita probari possint? hæc quæstio lata est, multa capita continens, in cuius resolutione varij fuerunt docti. & consultores vno modo consuluit. Socin.consil. . libro secundo. Alio & contrario. Deci.consil. . horum rationes examinat Rip. in l. si vnquam.ve . 15.& respon.9.Tiraque .in verb.donatione lar itus.numer.87. & nuper in d.l. si donatione, de quibus latius a nobis sponsum est, in 15. respon.

Quarta coniectura.

206 Si pater vni filiorum prælegauerit pro parte suæ partis domum,alijs verò duobus fil is , alias res simpliciter, deinde istos tres æqualiter hæredes faciat. dubium oritur an ille cui fuerat prælegata domus eam conferre teneatur , cum sua portione hæreditatis. Ita , vt si domus fila, tertiam hæreditatis cont t,nihil amplius debeat habere. si minùs suppl ndum sit , ex parte institutionis. & sic, an tacitè censeatur remissa illius domus collatio , vel non? Casus iste non caret dubitatione, vt pote cùm sit expe tum prælegata non venire in collationem. d. l. filiæ licet.& filiam.Et ubi pater sua inter liberos diuidit , ea que postea hæredes facit prælegata solent esse præcipua hæredibus , etiam onere. l. ex facto.ff. de hær d. insti. l. prima. C ce. peta. Cum præsertim institutio vniuer is postea æqualiter facta, suum non sortiretur effectum sicut testator disposuit. Nec verùm esset, los esse æqualiter hæredes, si pars institutionis propter legatum diminueretur, vel tolleretur. si deinde illud prælegatum imputaretur in hanc hæreditariam portionem , non iure legati sed e institutionis contra naturam legati, quod ab institutione differt. l. in quartam. ff. ad l. Falci. Nec obstant illa verba pro parte suæ partis, quæ possunt referri ad partem prælegatorum , non hæredit s. Cùm testator antequam loqueretur do hæreditaria portione de prælegatis oq us fuerit, vt ad proxi a fiat.l. s rmus pluttum.§.fi. de lega.prim Nec testator præ umatur in in itutione se sse corrigere ade eque le tum , vel alterasse.contra.l. nam ad ea. ff. de condit.& dem st. fitque expeditum per baudito intell ctus non debere fieri correctionem voluntatis. Gloss. cap cupiens.§. quod si per vi inti.d. elect. libro se . Ias. in . si rrogator numero qui nagesimo tertio.ff de adop. Crau. con ilio septuagesime. numero quinto. Contrarium suadere vi lentur illa verb pro parte suæ par s , per quæ videtur testator , illud prælegatum , in partem suæ partis fore imputandum. a, verbum partis non potest referri, ni i ad hæreditariam partem. l.seruum.§.hæreditas. .prima.§.Diuus. ff. de hæred. insti . l. non amplius. §. c m bonorum. de lega. primo. Cùm agamus de vniuersali successione apparet testatorem hunc uum filium magis voluisse grauare cæteris. Bald. in l. hæc scriptura. de lega.primo. Et licèt legata non conferantur , tamen vbi de voluntate expre sa vel tacita appareret, venirent in collationē. d.auth.ex testamento.cum ibi no.

CC 3 Nec

Nec dici potest inutile prælegatum. si quidem non veniret in diuisionem cum aliis bonis.l. filium quem habentem.C.fami.hercis. & in eo potest cadere affectio multis respectibus.l.si in emptionem.ff.de mino. l.lex quæ tutores.C.de admi.tuto.l. 1.§.sed si rem. ff. quæ in faud.patro.l.libertus. ff. de bonis liberto. l. si cui. de lega. 1. & in summa, si ita voluerit testator, quid ad te?

208 Quid † dicendum? reperio Ancharanum, & Salicetum secundum primam opinio. consuluisse contra quos consuluit Ang. quod imò legatum in collatio.veniat,& imputari in partem hæreditatis,& illam diminuat. vt patet per Ang. consil. 394. & 95. per tota in quibus conatur aliorum fundamenta euertere, & aduersantium emissa deflectere tela, quæ puto fortiora, & lædere. Quia fieret isti iniuria si prælegatum in suam partem hæreditatis imputar cogeretur,& alij sui fratres, suum legatum haberent præcipuum, quod esset iniquum,& inuidiosum. Non obstant illa verba (in partem suæ partis) quæ ad prælegatum referuntur,cum etiam pater aliis similiter prælegasset. Fateor tamen (vt verum amemus) si illud prælegatum maiorem partem hæreditatis obtineret, vel excederet tertiam cuiusque portionis. ex tacita patris voluntate ad institutionem referenda esse, vt nihil amplius possit iste ex hæreditate apere. tu dices,quare illum cum aliis ergo fecit hæredem? nonne poterat extraneum? Respondeo, minus graue esset in extraneo, quam in fratre, si ipse solus maiorem partem obtineret hæreditatis paternæ. & vt conseruetur pax, & æqualitas inter liberos vt sæpius diximus. Nunc quosdam casus, soper quibus interrogati,responsa dedimus, videamus pro integra collationum significatione.

Summarium quatuor responsorum primorum.

209 *Hæreditas filio relicta patris contemplatione, an sit profectitia,& conferenda?*

210 *Profectitium dicitur, quod ex substantia patris immediatè processit, ex dictio causam proximam significat.*

211 *Profectitium quo modo dignoscitur?*

212 *Filius spiritualis magis diligitur à suo patrino, quam pater filij.*

213 *Amoris signa Non omnes qui habent citaram, sunt citaredi.*

214 *Patre restituente filio hæreditatem in vita, non dicitur profectitia.*

215 *Prælato relictum, quando dicatur contemplatione ecclesiæ?*

216 *Ambasiatores,id est, legati si quid à principe obtinuerint an teneantur donationem ciuitati communicare?*

217 *Nemo præsumitur se ipsum velle excludere.*

218 *§. procurator. l. qui proprio. ff. de procura. declaratur.*

219 *Pecunia à patre profecta consumpta an veniat in colla? & nu . 226.*

221 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*

222 *Filius, qui dolosè alienauit tenetur ad æstimationem rei. 227.*

223 *Cautela ad euitandum collationem, mala.*

224 *Cautela ad priuandum filium legitima iniqua.*

225 *Pater, qui voluit solum filium ciuitatem facere,& filius excludere, vltus est ipse sese.*

228 *Filius, qui pecuniam ad emendum libros luxit. tenetur conferre.*

229 *Filius, si culpa leui pecuniam perdiderit, tenebitur conferre.*

230 *Filius, non tenetur de leuissima culpa.*

231 *Collatio in qua æstimatione rei fieri debet?*

232 *Dos est conferenda secundum valorem, qui erat tempore mortis patris.*

233 *Filius, qui emit fundum suo nomine solam æstimationem tenebitur conferre.*

234 *Socius, qui emit suo nomine, ad solum pretium tenebitur.*

235 *Donatio propter nuptias an sit conferenda?*

236 *Donatio propter nuptias, quæ dicatur?*

237 *Denominatio contractus fieri debet secundũ effectum & non secundum verba.*

238 *Pater an possit filio donare, propter reflexum?*

239 *Donatio inter patrem,& filium valet, propter iuramentum.*

240 *Donatio simplex, an conferenda?*

Responsum primum prima facie dubitabile.

209 QVIDAM exterus † amici sui filium fecit hæredem, mortuo patre, fratres dicunt hanc hæreditatem esse conferendam,& diuidendam,tanquam profectitiam patris contemplatione relictam. l. profectitia.ff.de iure do.l.sed si plures. §. in arrogato. de vulga.d.l.cum oportet.vbi Glo.& Bart. Ac si fuisset relicta patri.l.filiusfam.de condi.& demonst.l.annua.§.1.de an.lega.l.cum a quis.C.de iure deli. quam propterea potuisset pater alienare, & vendere etiam inuito filio.Bart.in l. si qui hæres. §.neque num. 1. & 2.ff.de acquir. hæred. de Afflic.decis. 393. Hieronymus. numer. 3. 4. 5. Is enim, qui est causa causæ, est causa causati. l. quod per manus.ff.de iure codicil. Et patet eam dicebatur possidere, si per filium suo nomine possidebatur.l.quod meo.ff.de acqui.pos. quia, solemus inspicere quod principaliter operatur. l. quæritur ff. de sta. ho. l. si quis nec causam.ff. si cer. peta.c.illo .de pigno.Panor.in c. ex parte. num. 8. de con coniuga.cap.ad audientiam. vbi Glos.in verb. principaliter.de præt.Ita,cum pater fuerit causa principalis.quæ mouit testatorem ad istum instituendum hæredem. ipse pater videtur institutus. l. fideicom. 9. plerumque.§.interdum.de lega.3.l.seruo legato. §. si testator. de lega. 1. sicut si pater tutelam recusauerit priuatur legato, ita, etiam priuatur filius. l. qui tutelam.ff.de testa.tutel.huic serunt. l. is, qui amicitia. ff. de nego. gest. qui paterna amicitia adiuuit amici filium,cum a suspectis tutoribus fraudaretur, donare dicitur.hinc Bart.in l.a.num.4. C. de nego. gest. adiuuantem amici filium in iudicio propter patrem adiuuasse,& noluisse salarium repetere.Bald.in l. a. nu. 2.C.de iure do.Ruin.consi.100.numer.2.5.lib.4.Cui merito dici potest. Non tibi, sed patri.Contra superbos filios, qui putant propriis meritis ad collata beneficia dignos.

210 Et † si dicatur.d. l. vt liberis, velle id esse profectitium quod ex substantia patris immediatè processit. Dictio se causam immediatam significat.l.1.§. ex incendio .ff.de incend.rui nauf.l.non dubium. vbi Bart. C.de legi.in l.illud.num.7. infrà eo. Ideo, hanc hæreditatem cum ex substantia patris non proficiscatur, non esse profectitiam. Respond. fingitur prius fuisse relictam patri, & deinde patrem breui manu dedisse

dedisse filio.d.l.profectitia. ibi, quid sit patri donatus.Soci.consi.91.nu.7.lib.1. Sicut in legitimam filij, data filio patris contemplatione veniunt computanda. Alex.consi.279.lib.5.Paul.de Cast.consi.96.lib.2. Rip.in l.in quartam.num.179. Rui. consi.24.num.1. libro 5.

211 Ego † verò in proposita specie cõtrarium respondi, propterea quod, secundum Glo.Bar.& doc.in d.l. cùm oportet.vbi Paul.de Cast.nu.4. Illud dicitur esse profectitium, & acquisitum patris contemplatione, quando ab ipso processit, qui habebat magis notam personam patris, quam filij, vel erat magis amicus patris, quàm filij, vel econtrario, vel forsitan si facta nulla fuisset mentio patris, vel patriæ potestatis.Cepha.consi.659.no.27.28.

212 At † cùm filius hæres, esset filius spiritualis testatoris, quem in sacro fonte leuauerat, sicut apparebat ex verbis testa.putaui testatorem magis illum dilexisse, quam patrem. arg.c.1.& c.Pictarium.3 quæst.1. & per ea,quę Tiraquel.docet in d.l.si vnquam in verbo,susceperit liberos.nu.27.Benedi.in c.Raynutius. in verbo vxorem.nu.761.

213 Deinde, quia iste hæres manserat per aliquos annos apud testatorem, eráque ætatis legitimæ, in qua poterat aliqua illi obsequia præstare, quibus facile mouebatur testator,isti benefacere. Pater verò procul degebat vnde sæpe audiui a maioribus, qui dicebant. vberiorem nasci ex annuis, qui adsunt,amicitiæ fructum propter officia mutua, consuetudinem que quotidianam. Et qui ab oculis semotus est, eundem ab animo quoque semotum esse. de his And.de Iser. in c.1.num.13.14.15. de aliena. feud. pater. Et ad quasdam iuris allegationes,quę collationem affirmabant recusaui subscribere, licet ab vno doctore fuissent compositæ.Non enim omnes,qui habent citharam, sunt citharœdi,vt est in adagio prout tandem per viam compromissi fuit iudicatum in fauorem hæredis.

214 Quid † si pater fuisset institutus, & grauatus restituere post mortem filio suo, & is non expectata morte in vita restituerit, non erit profectitia,quia nihil de suo erogauit pater. d. l. profectitia. §. si pater. sitq; expeditum eum, qui post mortem suam restituere rogatus est, antequam fati munus impleat id posse facere.l.post mortem. C.de fideicom. dici in §. Cornelio Felici.in verbo post mortem.Idem quando pater rogatus vnum ex suis eligere in vita, vel post mortem. iuxta terminos.l.cum quidam.& l. vnum ex familia. de lega.2. Illa electio ad hæreditatem non operatur effectum profectæ a parte hæreditatis, quam eligere tenebatur pater ex dispositione alterius.arg.l. rem legatam.C.de lega.

215 Hinc † proficiscitur illa quæstio, quæ apud canonistas versatur, si quis rectori, vel prælato ecclesiæ legauerit amico, vel consanguineo an ipsius cõtemplatione, vel ecclesiæ legasse, vel donasse videatur? de qua in c.requisiuisti.vbi Panor.nu.20.cum sequen. de testa. Soci. in l.ciuibus. post Bar. de rebus dub. vt coniecturis decidenda sit.& quis has probare debeat. docet Alcia.regula prima.præsump. 27. Couaru.in d. c.requisiuisti.nu.7.8.9.

Secundum responsum honorabile.

216 Titius † pro ciuitate ad principem missus post perfectum feliciter negotium, impetrauit etiam à principe in alterius loci priuilegium. dicit ciuitas illud esse ciuitati conferendum tanquam profectitium, Et quia,pro aliis non debebat intercedere secundum initam inter ipsos conuentionem. Hæc quæstio noua non est, quæ etiam agitata fuit iam olim inter ciuitatem Mediolani, & legatos, quos ad Constantinum Impera. miserat. volebat itaque ciuitas habere partem de illis egregiis donis, quæ imperator legatis contulerat, tanquam profectitiis, & occasione illius legationis acquisitis, & in fauorem ciuitatis datis. vt inquit Glo.in l.si verò. §.ff.solu. ma. & in l. qui proprio. §.procurator. ff.de procura. vbi Bar. & doct.dicendo Imperatorem donasse non intuitu personarum, quas ante legationem habebat incognitas, sed principaliter propter ciuitatem, quæ illi obsequium & fidelitatem præstabat, & offerebat. Sicut de procuratore diximus, qui tenetur domino restituere quicquid ex lite fuerit consequutus. d. §. procurator. hinc patri similiter legatum factum filiofa. patri acquiritur.l. filiusfami. de condi. & demonstra. debere que ciuitati, si ciuibus donaretur.l.ciuibus.de reb. dub. Et ecclesiæ si ministris eius.l. annua §. de an. lega.sicut dicitur castrense, quod filiusfa.castrorum occasione acquisiuit.l.miles.l.castrẽ.ff.de cas. pecu. l.cum allegas.C.de cas.pecu.lib.12.

Ego autem Titium officio fideliter functum clarè respondi, & demonstraui. quicquam ab eo esse petendum. In primis apparebat victoriam reportasse contra aduersarios. Et impetrationem quam fecerat pro suo loco, in nihilo impediuisse negotium,pro quo curã susceperat. vnde succedit regula.l.2. §. item Varus. de aqua plu.arcend. l. C. de lege Fusia cani. tol. Insti.eo.ti.Glo.no.in c.cum pro causa.in verb. propter.de procura. Hinc dici solet canina facundia, eos, qui ad maledicendum tantùm, eloquentiæ

217 studium exercent, nisi inuidiæ causa. Et † quamuis pro aliis operam suam promisisset non impendere, tamen seipsum non censetur voluisse excludere l.qui iudicio.l.hi tam.ff.de accusã.l.1.§.fi. ff.de postu.Bal. in l.cùm acutissimi.col. vers.allegatur hæc.l. C. de fideicom.la l.frater a fratre.nu.16.ff.de condic. indeb. Et in generali sermone non continetur persona loquentis.l.inquisitio.& ibi Bal. C.de solu. l.si mercedem.§.fi.& ibi Bar.ff.de actio.emp.Glo.Bar.Bal.in l.1. ff.de sena.l.qui insulã.§.1.ff.loca l. quicquid. ff. commu.præ. Glo.Archidia.in c.de forma. 22. quæst. vlti. Imo.in cle.1.nu.66.de iureiuran. Rui. consi. nu. 17.lib.2. At cùm illud priuilegium respiceret etiam ipsius Titij vtilitatem qui in eodem loco maiorem partem fortunarum suarum habebat, iuste dicere poterat sibi impetrasse. commune meum dici possit.l.sed electione.§.fi.de le.1.

Præterea Bar. in d. procuratio. vult dicti Tit. hæc beneficia principibus obtenta ad legatos pertinere, nisi aliter exprimeretur. quia, magis dicuntur fieri contemplatione accipientium, quam illorum, qui eos miserunt. solent quoque inquit ille ambassiatores ciuitatum a principibus remunerari. l. diuus.ff.de bonis dam. C.publ. æti. lib.12.l. socius qui in eo. ff.pro socio.sequitur Bal.con.194.lib. .& cons. 378. l . Idem Bar.in l.si verò.§.ité.ff.solu.ma. vbi Alex. attestatur communiter.Rolandus a Valle consilio 1 nu. 9.libro 1.

218 Nec † obstat.d.§.procurator.qui intelligitur,quando acquisitam litem tangeret.vt ibi Glo tenet.Et Rebuf.in l.vni.Glo. nu.15 C.de senten Nam si alienam litem gerendo coram principe. Illius beneuolentiam acquiras,vel propter eloquentiam tuam ,aut quia te beneficio dignum esse credat, si quid tibi fuerit largitus,nihil ad eum,qui te constituit.ad enim

extra tem est. & ille non est causa huius principalis boni, sed sua industria, vel fortunæ casus. Bart. in d.l. vni. vocat hæc extra rem contingentia. quæ alus non sunt cōmunicanda. d.l. cùm oportet. & §. igitur. Instit. per quas perso. vo. acqui. l. debitoan si. ff. ad Trebel. l. venditor. ff. de hæredi. vel actio. vēd. l. 3. ff. ad l. Falcid. Denique iste magnificus Titius (vt mihi relatum est) dum commissas ageret supplicationes, obtulit, principi vnom, quod antea ediderat opus, & illi consecrauerat. Illud maximè gratum habens, & iocundum, quadam beneuolentia motus, pretium priuilegium concessit liberaliter. Imò verò illa oblatio operis, fuit causa principalis impetrationis. sicut solemus dicere, initie gratum, gratia gratiam parit. de his Monochius de præsump. lib. 3. præsump. 18.

Responsum tertium in quo latet anguis in herba.

219 Pater † vni filiorum, quem præ cæteris diligebat, centum aureos dedit vt negotiaretur. Post duos, aut tres annos, iste prædium emit suo nomine ducentis aureis. Et adhuc viuente patre illud vendidit tricentis, & in militiam contra Huguenotos profectus est. Mortuo ab intestato patre, fratres petunt, vt ille pecuniam ex vendicione profectam, vel saltem a patre habitam, conferat. Ille negat se pecuniam habere, & consumpsisse in castris, vel in alios suos vsus. Quæritur quid iuris?

Videretur cogendus ad collationem. quia, illa pecunia fuit profectitia. d. l. profectitia. ff. de iure do. l. fi. infrà eo. Et cùm semel fuerit collationabilis, perpetuò in ea qualitate durare debet. l. cùm pater. §. quindecim. de lega. 2. l. videamus. ff. quod met. caus. sufficit, vt semel extiterint tabulæ, licet esse desinant. l. 1. §. semel. ff. de bono pos. secun. tab. Alioqui daretur occasio filius malignandi. scilicet dissipandi, & perdendi, quod habuerint a suis parentibus, si de his rationem non redderent, quod non est permittēdum. l. in fundo. ff. de rei vendi. Nam si occasione militiæ, vel pro habenda militia, pater filio pecuniam dederit, venit in collationem. l. illud. infra eo. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. Ita & hoc casu similiter conferenda est, omni cessante priuilegio.

220 Contrarium † a nobis responsum est. Quia, cum de hæreditate patris inter liberos agatur, id debet in collationem venire, quod erat tempore mortis patris. l. 1. demum. infra eo. Cum viuus non habeat hæredem. l. 2. §. interdum. de vulga. cum Marthe. de celebra. missa. Qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in de. . §. si extraneus. ff. de noxa. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. l. 1. C. de condi. inser. l. quidam. §. 1. ff. de lu. l. fi. . de

221 pac. Rolan consi. 59. num. 1 . Non enim dici potest collationabile nisi duret. l. si pro patre. §. ver sum. de rem . ff. l. aliam. C. quibus vt indig. Sicut diximus de legitima, quæ debetur filius, de bonis quæ fuerint tempore mortis. l. cum quæritur. C. de inoffi. test. idem in Falcidia detrahenda. § quantitas. Insti. de lege Falcid. præmittimus tamquam fuisset ista collationis specie cum adhuc viueret , d. tiuus bonis diuidendi agebatur. l. 1. §. si impubes ff. eo. Non obstat quod semel fuit sufficit. hoc verum quando in sua specie permansisset. nominis. § sper. ff. de v. rb. signi. Et euenisset casus per mortem patris, cuius viuentis nulla est hæreditas, neque collatio bonorum. l. is potest. vbi Ma an. nu. 42. ff. de acqui. hæredi. hinc

222 dici solet, omnia tempus habent. Hoc tamen. Quòd si dolose facta fuisset alienatio rerum, quæ ad collationem veniebant ad fraudandum suos fratres, non esse liberatum eum, qui alienauit. l. 1. §. confertur. ff. eo. Quia, pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere. l. 1. §. hoc interd. ff. ne quid in loco pub. c. pro possessore. de reg. iuris. lib. 6. Ne ex dolo commodum consequatur. §. itaque fullo. Insti. de fut. Verùm, cùm de hoc dolo non constaret, non putaui præsumendum. l. merito. ff. pro socio. l. quotiens. § qui dolo. ff. de proba. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. l. 2. C. eo. Iasin §. item si quis in fraudem. num. 35. Insti. de actio. Et latius per illos magnificos viros, qui de præsumptionibus egregia volumina conscripserunt.

223 Ex † his colligitur vna cautela, pro euitanda collatione. vt filius in vita patris alienet, quæ acquisiuit. & tunc mortuo patre non tenebitur suis fratribus alienata conferre. vt omnes no. in l. ea demum. Et Veronen. cautel. 171. Ego vero has cautelas, & calliditates semper iniquas putaui, quæ vix fieri possunt, nisi læsa conscientia, in damnum fratris, & proximi. vt debito priuetur iure. Deus est, qui cognoscit figmentum nostrum, & abscondita cordium. Psal. 43. c. fi. 26. quæst. 5. Nescio si liceat doctoribus (quia iniqua petentibus claudere debent libros) has iniquitates docere, & posteris relinquere.

224 Eiusdem † generis est, & illa, quā introduxit Dynus ad priuandum filium sua legitima. aiunt et in Dy. pro tā nefando consilio in alio sæculo æternis flammis cruciari. vt attestatur And. Sicul. consi. 6 lib. 1 Eam nihilominus inter suas alias vulpium fallacias (vt quidam aiunt) enumerauit C epol. 21. patet volenti. quod tamen non probo. Cùm multæ aliæ sint, quibus, sine dedecore potest minus vti. Et in proposito. Glo. in l. 1. C. de inoffi. dona. dicit patrem posse bona sua vendere, & proiicere pecuniam in mare, in præiudicium liberorum. Ias. in d. §. Item si quis in fraudem. circa principium. Cra. consi. 241. Cæterum istud consilium solis iusanis esset tribuendum, quibus nullum est animi iudicium de Garro. in Rub. de secun. nup in 2. par. num. 1. 2. 22. sicut dicebat ille inter, dum alio aucupari dolo, ipse aucupo.

225 In † hac nostra inclita Auenionensi ciuitate, vidi . casum pater habens filium, & filias, vt eas pr . & num bene diuitem facere . endidit . natura, & alia bona filii nomine comparauit, quem etiam emancipauerat, hunc matri . o . vniuit, & viuo patre mortuus est . ecta lina. Hæres . excluso auo in omnibus in patri b . us successit. authen. defuncto. C. ad Tertul. Illa deinde nepti illico mortua est. Cuius tota hæredita . ex . uso auo ad matrem peruenit. no. Glo. in d. authen. defuncto. Bar. in l. ex facto. nu. 38. de vul . Benc. . . 49. in 3. dubio. Decius consi. 45. nu. r. Tandem ista m . iet, & . idua adhuc iuuenis ad secundas connubiauit nuptias, læta & diues, aliena diuina cautela. Et ille infœlix pater, & auus, qui antea Crœsus . , C . o pauperior factus est, & mendicare coactus. Itaque lus est ipse sese, & incidit in foueam quam fecit, & hanc technam in seipsum instruxit, i ceat aliquando adagius vti.

226 In . causa autem nostra, iste iuuenis, in castris degens, & bellum gerendo, multa damna passus est, & plagas in corpore, pro quibus non solùm proprium, sed & alienum consumpsit, sentiens re ve , quantùm bello insit amari. iuxta illud dulce bellum inexpertis. hinc reuersus non potuit collationem facere, de pecuniis quas non habebat. l. decem. de verbo. oblig. mortis tempore. l. filiæ. vbi Glos. infrà eo. &

eo.& eadem causa durante.vt Fulgo.no.

227 At † vbi dolo malo, vel culpa fuissent res deperditæ, quæ in collationem veniebant, filio imputaretur. vt suprà diximus per l.1.§. confertur.l.2. ff. de illis.vbi Glo.ff.eo.sicut filiæ impntati posset,quod marito ad inopiam vergente dotem non exegerit. iuxta terminos.authen.quod locum. suprà eo.

228 Ex † qua Bart.infert ad filium, cui pater pecuniam dederat vt emeret libros, quam si luserit, vel perdiderit, & in malos consumpserit vsus. nihilominus tenebitur conferre, minùs accipiendo de hæreditate.cuius opi.sequuntur.Ang.Are. Alex. Ias.& Decius ibi. ne ex dolo suo commodum consequatur. néve alteri,per alterum,conditio iniqua inferatur. vt consuluit Panor.consi 12.in 6.dubio Rolan.à Val.consil. 46. nu.10.11.12. lib.1. Idem quando pater dedisset aliquid filio, vt in legitimam imputaretur, & ille acceptum malis artibus consumpserit, non posse iterum petere docuit Alexan.in l. si cùm dotem. §.1.ff. solu.ma.

229 Cæterum, † si id egerit ne aliquid acquireret ex pecunia patris non veniet in colla. Sic enim sibi insidiatus est.l.1.§.cæterum. ff.co.l. alienationis verbo. ff.de verb.signi.l.qui autem. ff.quæ in fraud. credi. & l.pupillus. Veruntamen si negligenter se haberet in custodiendis,& bene collocandis paternis pecuniis, de leui culpa tenebitur.vt declarat Glo.in d.§. de illis. Alex.in d.authen. quod locum. nu.8. vel si forsitan à debitoribus exigere non curauerit, qui posteà effecti fuerint non soluendo. arg.l.2. C.arbi. tuto. l. si tutor constitutus.ff.de admi.tuto.Ang.consi.312.nu.3.vel si prò illis recuperandis oportunis non vteretur remedijs culpæ reus esset.c.licèt episcopus.de præb.lib. 6.c.commissi.de electio.co.lib. Glos. in c.licèt canon. eo.ti.Soci.173.numero 6.libro secundo. Cra.consilio 132.nu.4.

230 Leuissimam † autem culpam præstare non tenebitur, quia patri imputandum est, quod parum diligenti filio pecuniam suam crediderit. §. fi.Insti.quib. mo. re cótra.obliga.ita voluit Gl.in d.§.de illis.quam sequitur Gofre.ibi,quia tex.de culpa loquitur.de leui intelligendus est. l. si cùm venderet. §. fi. ff.de pign. actio.Bal.in authen.quod locum.in 2.quæst. Glos. & Bar.in l.in venditione. §. de tempore. ff. de bonis au. iud.possi.Glo.in §.prętereà.Insti.quib.mo.con.oblig. Alex.consi.74.nu.1.lib.6.Decius in l.contractus. nu. 25.ff.de reg.iuris.

231 Sed † sit ita,filium habere, & possidere illud prædium,quod nunc tempore collationis est valoris tricentum aureorum, in qua æstimatione fieri debet de prædio collatio? Omitto ex industria illam disputationem, quæ versatur quando ex pecunia patris aliquid lucratus est, an totum lucrum censeri debeat aduentitium, vel profectitium. de qua superiùs loquuti sumus. Et illam sequamur sententiam,quę vult in dubio lucrum diuidendum sit inter patrem, & filium, secundum consuetudinem, de qua attestatur Decius in l.illud. nu.10. infrà eo. Centum erunt aduentitij peculij. Ideò, si nunc æstimaretur tricentis, ducenti venirent in collationem. Cùm valor fundi creuerit ex temporis mutatione. Soci.consi.64.nu.1. lib.1. Quia si valor decreuisset, secundum diminutionem, quæ erat tempore mortis fuisset facta collatio. Ita & contra.cùm valeat argumentum de diminutione ad augmentum.§.quãtitas.Insti. de lege Falci.Moder.in Rub.ff.de acqui.posses.per regulam. l.fi. §.fi.de lega.4.

232 Fingamus † etiam dotem in rebus æstimatis fuisse constitutam,& res dotales longè pluris valere,quam nuptiarum tempore, secundum ea quæ prædiximus dos erit conferẽda secundum tempus mortis, si tunc pluris,vel minoris valeat.vt de Afflict.no.decisi.247. Cui adde Alex.ad Bar.in l.2.§. fi. ff.ad municip. Imò verò si res illæ perijssent,filia à collatione liberaretur. quia dolo, & culpa caruit, vtendo rebus ad vsum destinatis.d.l.2.§.de illis.ibi,vir autem bonus non arbitrabitur id esse conferendum, quod nec habet, nec dolo,nec culpa desiit possidere. ff.probat etiam.d.authen.quod locum.Rip.in l.in quartam.nu.176.& quę no.Bar.in l.quod ad præsens. C. de munilegu. lib.11. Imo.Ancha.Panor.in c.fi.de pig.

233 Veruntamen † si nolit iste filius fundum conferre non tenebitur, sed solam æstimationem. eùm suo proprio nomine fuerit emptus, licèt mediante pecunia patris. per regulam. l. si ex ea. C. de rei vendi. l. quamuis.C.de pigno. Bar.in l.Titium, aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tuto. in l.si patruus. C.commu. vtriusque iudi.Roma.consi.201. Soci. consi.162.nu. 3.4.5.lib.2.Bertrand.consi.101.nu.9.lib.9.Guid. Pap. consi.20.nu.12.Tiraquel.de retract.cósi.§.32. Glo.1. nu.16.

234 Idem, † si durante societate socius aliquid suo nomine comparasset.suum erit,solúmque pretium conferre tenebitur. vt Ancha. consi.149. Nisi inter eos fuisset societas vniuersalis. l. si quis societatem vniuersorum.ff.pro socio. Bar.in d.§.altero. Alex.consil. 78.libro 2. Moder. in l.1. C.qui testa.facere pos.Cra. consi.159.numero 2. 3.4. Cepha. consi. 247. & 248. libro secundo.

Responsum quartum, quod per manus passim traditur.

235 Pater † filium suum matrimonio collocauit. & illius contemplatione, & propter nuptias, quas gratas, & iocundas habebat. Donauit filio quartam partem bonorum suorum. contractis nuptiis,& mortuo patre, alij duo filij,qui patri,ex testamento,vel ab intestato succedunt, petunt vt ille suam donationem conferat, si patri velit succedere. quæritur quid iuris? Hæc quæstio prima facie parùm dubitationis habere videtur, vtpote cùm clarum sit donationes propter nuptias esse conferendas.d. l. vt liberis. Nam sicut filia dotem, ita filius dona. prop. nuptias tenetur conferre,& vtraque in legitimam imputatur.l.quoniam. in prioribus.C.de inoffi.testa.l.quoniam nouella. eo. ti. Augétque valorem hæreditatis in facienda computatione.vt no.in authen.vnde si parens. eo.ti.Paul. de Cast.consi. 354. dicta Catharina. lib. 2. Bertrand.
236 consi.49.lib.3.Cra.consi.165.nu.5.Tamen † interius non caret difficultatibus.Itaque non dubitamus,propter nuptias donationes esse conferendas. Sed quæstionis est, an illa, de qua loquimur talis esse censeatur? Si verba donationis & contractus sequamur, eam esse talem,quia expressè dicitur contemplatione matri.& propter nuptias. Ideò instrumento stãdum, nisi contrarium appareat l.cum precibus.C.de proba. §.si verò moriantur.in authen.de instru.cautel.& fid. c.ad audientiam de præscrip.c. cùm Ioannes. de fide instru.Bart.in l.hæredes palam.in princi.ff.de testa.& vbi verba instrumenti sunt clara, vlteriùs non est dubitandũ.l.continuus.§.1.de verb.oblig.l. non aliter.l. ille,aut ille.§.cùm in verbis.de lega.3. Et hęc talis esse videtur.vt Oldra.censuit consi.151. si quis verba donationis.Bertran.consi.1.nu.42.43.44.45.46.lib.2. & consi.103.ex themate.nu.2.lib.6.

Contra

237 Contrarium † verius est. proinde dona. propter nuptias illa est, quæ fit per maritum, vel eius patrem vxori.l.fi.§.fi.C.de dona.ante nup.§. est & aliud.Insti. de dona. §. fi. in authen. de non eligen.secun.nuben. Panor.in c.fi.nu.11.& 12. de dona. inter virũ & vxo. Non vt vxor re illa donata constante matrimonio vtatur, sed vt remaneat penes maritum pro dotis securitate. Authen.siue à me.C.ad Velleia. Cùm hypotheca bonorum. sicut obligata sunt pro restitutione dotis.l.vbi adhuc.C.de iure do.c.per vestras.c. nuper. vbi Glo.de dona.inter virum & vxo. vbi Pala.Ru.in Rub.§.17.nu.2. Ideò, cùm facta fuerit marito,& non vxori, non potest dici propter nuptias. de qua non loquitur.d.l. vt liberis. licet verba instrumenti repugnent. quia, denominatio contractus, non debet fieri secundum formam verborum.sed ab ipsius effectu. l. insulam. ff. de præs.verb.l.si vno anno. ff.loca.Bar.in l.2.C.com.c.constitutus.de relig.domi. Rip.de priuileg.contrac.num.47.57.& in terminis.Cra.consi.85. nu.4.& 5. Bertra. sibi contrarius.consi.135.nu. 7.& consi.346.num.1.2. lib.1. & consi. 60.& consi.91.& consi.103.nu.8.& consi.197.nu.6.& consi.383.viso. lib.2.& consi.176.donatio. lib.1. & consi. 302. visis. nu.2.lib.3.& consi.1. quamuis.nu.1.& 24.& consilio 173.quia.nu.1.lib. 4. Et ita diceretur simplex donatio, quæ non veniret in colla.d.l.illud.§.fi.Cæterum, cùm sit munita ratione naturali, vt filius faciliùs vxorem inueniat, & dotem pinguiorem, videtur, vt magis ob causam dicatur, & ita sit conferenda. vt voluit Picus.in l.in quartam. nu.196.Paris.consi.13. nu. 33. lib.2.Roland.à Valle consi.70.num.6.cum seq. lib. 4. qui reprehendit Cra.Ego verò ita respondeo, & dico cùm verba intelligenda sint secundum communem loquendi cõsuetudinem. l.cùm de lanionis.§.asinam. de fundo instruc.instru.lega. Alexand. consi. 9.nu.2. lib.5.Alcia.no.in rub.de verb.sig. in verb. verborum. Cra.consi.9.nu.30.At communis loquendi vsus, istas donationes propter nuptias facit, & illis vtitur, dum filij matrimonio collocantur. Non erit absurdum, si & nos eas esse tales iudicemus. iuxta illud Horatij in arte poëtica,

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadéntque
Quæ nunc sunt in honore
Vocabula, si volet vsus, quem penes arbitrium
Vis est, & norma loquendi.

Et deinde quia, per istas fit quoque assecuratio dotis. sicut aliæ solent ita facere, nimirum ergo si eodem iure vtraque censeri debeat, & iudicari.arg.l.illud. ff. ad l.Aquil.

238 Nunc † obiter quæritur, an simplex donatio facta filio per patrem valeat? non valere videbitur, si proprias iuris regulas sequamur, si quidem patria potestas impedit traditionem, donando filio, sibi ipsi donare censetur.l.donationes quas parẽtes. C.de dona.
239 inter vi. & vxo.& † acquirere patri, quicquid acquirit filius.l.placet.ff.de acq.hæred.Paul.de Cast. in l.2. C.de inoffi.dona. Et vna manu accipere, quod altera filio daret. Bal.in c.cùm contingat.col.pe. versi. pater autem potest.de iureiuran. Adeò, vt iuramento firmari non possit. per regulam. l. si quis inquilinos. §. fi.de lega.1.l.cùm quis.§.Titia. de lega. 3. Sicut videmus differentiam esse inter dantem, & accipientem, agentem, & patientem. c. debitum. de baptis.c.fi.de institu. Ita non potest esse per iuramentum, vt quis sibi ipsi donet, vel seruo suo.l.2.ff. de stipula. seruo. l. Vrannius.ff.de fideius. Et sic ratione impossibilitatis iuramento firmari non potest.c. nõ est obligatorium. de reg.iuris. lib.6.quia, impossibilium nulla est obligatio.l.obtinuit.de cond.& demonst. & ita consuluit Paul.de Cast.consi.345. Circa bona quæ fuerunt domini Hubaldi.nu.3.lib.1.Fulgo.consi.190. visis. Bertrand.sibi contrarius.consi.2.examinata. nu.14.lib.2. cons.135.nu.20.cons.346.nu.3.lib.1.consi.103.nu.9. consi.11.nu.1.lib.3. Veruntamen communis opinio est valere, ratione iuramenti, vt attestatur Alex.cons. 8.nu.2.lib.2.& consi.20.nu.2.lib. 3. Nam cùm inter patrem, & filium oriatur naturalis obligatio.d.l.frater à fratre.l.filium.C. fami.hercis. illa iuramento firmatur.c.quamuis.de pac.lib.6.c.cùm iuramento. de homi. Et cùm istud sit de iure diuino. c. & si Christus. de iureiuran.patria potestas non potest impedire, sed ea neglecta seruabitur.c.fi.de iudi.lib.6.Ias.in d. l.frater.nu.44. Alex.in l.si donatione. nu. 8. Deci. ibi nu. 45.qui respondent rationibus Pauli, & aliorum, qui contrarium tenẽt. Et ita etiam Senatus Gratianopo. iudicauit vt Guid.Pap.attestatur.decis.146. & consil. 194.& consi.187.Iterum Bertran.consi.205. libro 6. Rui.consi.96.nu.5.lib.5.

240 Sed † an talis donatio conferenda sit? videtur non esse. quia regulariter paternæ donationes non conferuntur, nisi pater expressisset, vel inæqualitas emergeret.l.illud. §. fi. infrà eo. Prætereà d.l.vt liberis. de donationibus simplicibus nullum verbum. Ideò ad eas non extendendum. d.l.illam. Et ita voluit Fulgo. consi.199. Bertran.consi.91.nu.5.6.lib.2. motus eisdem rationibus quibus Fulgo.licèt de eo mentionem non faciat Craue.consi.85. nu.1.2. & diximus suprà nu.67.cum sequen.

Cæterum verior est illa opinio, quæ tales donationes esse conferendas tenet, virtute iuramenti, fuítque efficax & irreuocabilis, ideò conferri.d.authen. ex testamento. vbi Alex.nu.6.Ias.nu.10.Deci.num.7. in terminis Bertran.iterum sibi contrarius. consi. nu. 10. libr. 1. & consil. 103. numer. 7. libr. 6. Et hanc opinio.tenuerunt multi, veluti Alexand. consi.8.lib. 2.Soci.consi.91.nu.7.lib.1. Rolan.à Val.consilio 77. nu.25.lib.1. Nec obstat dona.simplices nõ esse conferendas nisi in casibus.d. l.illud. quia, lex illa noluit excludere collationes aliarum donationum, si aliqua ratione possent esse validæ, illud remisit sub dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. Item à cessante ratione valet arg. l. adigere. §.quamuis. ff.de iure patro. sed ratio quare facta filio donatio in potestate non valet est, quia habet vim relicti, mortéque confirmetur.d.l.donationes.At vbi in vita patris valet, ergo est conferenda.Soci.d.consi. 91.nu.7.& 8.Cra.consi.102.nu.4.Nata consi.109. in princi.vbi data à parentibus, quæ valent in vita conferuntur.Rolan.consi.70.nu.16.17.lib. 4. de Rip.in l. fi.quæst.15.in fi.de reuocand. dona.

Summarium quinti, sexti, & septimi responsor.

248 Dos, & fructus dotis sequuntur onera matrimonij.
249 Iudicandum non esse ex multitudine auctorum aliquando.
250 L. 1. & 2. C. de bonis quæ liberis interpretantur.
252 Causa proxima magis consideranda, quam remota.
253 Sponsa decedente, an sponsus lucretur dotem?
254 Matrimo. vltimo vitæ spiritu contrahi potest.
255 Matrimo. est causa acquisitionis lucri, non onus, nouiter & subtiliter.
259 Maritus non lucratur dotem. vbi est immeritus.
260 Hæres filij, an possit cogere fratrem vt conferat? pulcherri. & vtilis quæstio.
261 Accrescendi ius, ad hæredem transmittitur. & 265. 266. 267.
262 Supplementum legitimæ ad hæredem transmittitur.
263 Filius transmittit ius ad filiam, quod habuit contra sororem.
264 Collationis ius, an ad hæredes transeat? & 270. 271. 274.
268 Bonorum possess. non transmittitur. & 272.
269 Beneficium. l. fi. C. de reuocand. donat. non transmittitur.
273 Beneficium. l. vni. C. de his, qui ante aper. tabu. an transmittatur.

Responsum quintum quotidianum.

241 MATER donauit filiæ suæ domum cum omnibus mobilibus in eadem existentibus, purè & simpliciter, cum iuramento, moritur intestato relictis aliis tribus filiabus. quæritur à me an donataria, si cum aliis succedere velit, teneatur donationem conferre? hæc quæstio prima etiam facie videtur clara, & facilis. Imò verò plurimùm difficilis habens in se pugnantia iura.

Si quidem Imperator in d. l. illud. §. fi. disponit vt donatio simplex à patre, vel à matre facta non conferatur, nisi in duobus casibus, quando emergeret inæqualitas inter liberos. Puta quando vni donauit dotem, alteri donationem propter nuptias, & vni donationem simplicem. Nam cùm illi, quibus dos, & donatio propter nuptias collatæ sunt, teneantur ad collationem. Alius quoque, qui donationem simplicem habet, eam conferre tenebitur, ne sit inter eos inæqualitas successionis. vel quotiens parens exprimeret simplices dona. conferendas. Et propterea, cùm in præsupposita specie neutrum istorum interuenerit, non videtur locum habere collatio. Et licèt vna determinatio respiciens plura, debeat æqualiter determinare. l. iam hoc iure. de vulga. In eadem lege non est pars ratio patris, & matris. Cùm donatio facta per patrem non valeat regulariter. d. l. donationes. Mater verò filio donare non prohibetur. l. si constante. C. de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. §. species. ff. de dona. l. fi. C. de dona. quæ sub mo. Lauren. Sylua. consi. 40. nu. 1. Præsertim, vbi illa vidua est, à viri sui potestate liberata. l. 3. §. sciendum. ff. de dona. inter vi. & vxo. Bertran. consi. 95. lib. 1. Ideò videretur indistinctè dicendum donationem à matre factam esse conferendam. Cùm illa statim ab initio valuerit, ad similitudinem donationis emancipato factæ.

242 Difficilis † est iste nodus, pro quo aperiẽdo multùm laborauit Accur. in d. l. vt liberis. & cæteri interpretes. & in d. l. illud. & in authen. ex testamento. Et omisso multiloquio, vna est ratio, quam assignauit Bart. in l. 1. §. nec castrense. col. pe. versi. sed cõtra prædicta facit. vbi dicit aliud esse in filio emancipato, aliud in eo, qui nunquam fuit in potestate, prout est filius quo ad matrem. quia, de iure antiquo non reperiebatur, quod tales succedentes matri deberent ad inuicem conferre. vnde, satis fuit legi, si eos grauauerit conferre data ob causam. Nempe dotem, & dona. propter nup. Donationem verò simplicem, nisi in illis duobus casibus. At cùm emancipatus iure antiquo omnia conferret. Illum voluit ad collationem indistinctè cogere. Et sic magis est grauatus. per d. l. vt liberis. quam is, qui non est suus, nec emancipatus. qui magis participat de natura extraneorum, vt Bald. inquit in d. authen, ex testa. in tertio capite. qui sunt à collatione remoti. quam emancipati, in quibus adhuc remanent reliquiæ patriæ potestatis. arg. l. filio quem pater. de libe. & post. huic seruit. l. fi. ff. de decurio. l. seruos. C. de quæst. l. vni. C. de de comi. qui pro. regunt. lib. 12. cum his, quæ no. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 81. de constitu. Solutionem Bar. approbant Roma. Fulgo. Alex. in d. authen. ex testamento. nu. 4. & ibi Ias. col. 5. versi. aliam responsionem, vbi ait turius esse tenere opinionem Bart. tãquam minus periculosum. Soci. consi. 91. num. 8. versi. nec obstat. libro 1.

Et ideò, cùm iure non probetur in aliis casibus præter enumeratos, filium maternam debere donationem conferre, succedit regula d. l. illam. scilicet non esse faciendam, ita consuluit Ias. 165. per to. lib. 4. Soci. consi. 93. nu. 19. lib. 1. Craue. consi. 8.

Cæterum (vt mihi videtur) contrarium probat d. authen. ex testamento. & in corpore vnde sumitur, vbi clarè disponitur cessare collationem, quando hoc parens expressè designauit. A contrario sensu, si parens, id est pater, vel mater. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. nihil dixerit, nec collationem prohibuerit, locum habere debet. Cùm contrarius sensus legis, sit lex. l. 1. §. est autem. ff. de offi. eius. Alex. in d. authen. & Deci. nu. 2. ponderando illa verba. Et aliorum datorum sub quibus donatio simplex contineri potest. & in d. §. illud quoque. ibi, per dotes, & alio modo datas, &c. Videlicet simplices donationes. quia, illa verba (alio modo) demonstrant diuersitatem inter res enunciatas, illásque specie differre. §. fi. Insti. de dona. §. alio quoque modo. Instu. quib. mo. testa. infirmen. & in Rub. C. si per vim, vel alio modo. vt Bar. ibi declarat. Et si dicas includere casus similes. vt est donatio propter nup. & non simplices. Glos. in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. tamen illud generale verbum (alio modo) censetur etiam includere simplices. l. semper in generalibus. de reg. iuris. Præterea vt suprà diximus, simplex donatio facta à patre, quia ab initio valuit confertur. cur non idem in matre? Cùm non debeat ad impar iudicari. l. furiosæ matris. ff. de cura. furio. Et vt sit æqualitas inter liberos. Et huius opi. fuit Chassa. consi. 53. *François*. nu. 71.

243 Sed † quid tandem? puto posteriorem opinionem veriorem. vt omni modo fiat collatio etiam simplicis donationis à matre profectæ. cum d. authen. ex testamento generaliter loquatur. Cæterum prima opinio communis creditur, à qua non liceret in iudicando recedere. vt Cagno. ait. nu. 120.

Sed quid in alio mihi proposito casu. Mater, quæ septem habebat filios, & filias. vni filiæ dum matrimonio collocaretur à patre. dedit donatione propter nuptias ducentos aureos. postea æquales omnes sibi fecit hæredes. illa mortua, & solutis legatis, ex diuisione quilibet habuit ducentos aureos. Petunt cohæredes vt illa quos habuit à matre ducentos conferat.

Dixi,

Dixi, non esse cogendam, quia illos cogeretur conferre, esset inter eos magna inæqualitas, & portio sua hæreditaria ferè inanis, & vacua. Cùm ipsa solùm haberet 28. aureos, alij verò ducentos, & viginti octo. Et matrem tacitè prohibuisse collationem iuxta terminos d.l.illud. Et præsertim quia illa mater à viro suo consequuta fuerat legata multa, in compensationem eorum quæ ipsa filiarum causa exposuerat. sicut intellexi.

Responsum sextum difficile, & arduum.

244 Filius, † præmortua vxore, lucratus est dotem, vel partem dotis, virtute pacti, vel statuti, eo casu, quo alter prædecederet. Patre mortuo, alij filij, qui similiter patri succedunt, cupiunt huius lucri fieri participes. quæritur quid iuris?

Ista quæstio non caret difficultatibus propter varias nostrorũ opiniones. sunt enim multæ leges, quæ dicunt in casibus istis, dotem marito lucro cedere. vt l. quoniam. §. ad hæc. C. de secun. nup. l. sed si alia. ff. de bonis dam. l. cùm vit. de vsucap. l. si mulier. ff. de religio. l. Titia. ff. de iure do. & per Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. donatione. nu. 220.

Præcipuum dubium ex eo nascitur, quod pater onera matrimonij sustinuerit. & vxor viuo socero mortua sit. Nam si post mortem soceri nurus decessisset. nemo dubitat lucrum huiusmodi non esse communicandum. Cùm post mortem patris (de cuius hęreditate agitur) filio contigerit. l. ea demum. hoc ti. vel si maritus onera sustinuisset, clarum est commodum istud ad ipsum pertinere. l. dotis fructus. l. pater. ff. de iure do. Verùm, quia in domo patris vixerunt coniuges, & expensis eius. Non mediocris inter nostros disputatio orta est. num tale lucrum profectitiũ sit, vel aduentitium, adeò vt variauerint interpretes, & consulentes. vt videre licèt ex his quæ no. in l. si cùm dotem §. trãsgrediamur. ff. solu. ma. Roma. consi. 406.

245 vbi quinque recitat opiniones. Sed omisso † multiloquio, in recitandis, & enetuandis singulorum affectibus, qui apparent in isto certamine pertinaci. Philip. Deci. consi. 66. & 67. respondisse constat lucrum huiusmodi esse profectitium, quãdo pater onera matri. sustinuisset. sequutus Bar. in tracta. de duobus fra. nu. 6. Mouetur l. 2. à contra. sensu. C. fami. hercis. vbi, pater habens duos filios, vnum adhuc viuens collocauit matrimonio, & eius dotẽ recepit. deinde vtrumq; fecit hæredem. quæritur, quid de dote per patrem recepta? Respond. si adhuc vxor in matrimonio fuit patre moriente, & deinde post patrem mortua sit, maritus pro recuperanda dote habebit actionẽ contra fratrem fami. hercis. Et sic præsupponit virtute pacti, vel statuti maritum dotem lucrifacere. quia non marito, sed socero actio cõpeteret. l. ab hostibus. §. fi. ff. solu. ma. Ergo à contrario sensu. Si vxor viuo patre decedat, filius non habebit actionem de dote. Et quia pater dũ viuit censetur ferre onera matri. ideò lucratur. At vbi mortuus est pater, ipse filius sua onera sustinet. Nimirũ si constituenda sit differentia inter vtrumq; casum. si post mortẽ patris moriatur filia, vel eo viuo. seruit l. si filia. §. si filius. ff. fami. hercis. vt primo casu lucretur filius. secundo, non.

246 Secundò † Bart. dixit esse text. cum Glo. in l. dotem. ff. de castren. pecu. vbi ait Papi. hæreditatem militanti marito relictam, castrensis esse peculij. dotem verò minimè. quia dos matrimonio cohærens oneribus eius, ac liberis communibus, qui sunt in aui familia confertur. intelligendo quod ibi maritus. Dotẽ lucrabatur, vt æqualis sit æquiparatio dotis, & hęreditatis. vnde, si dos, vel dotis lucrũ onera matrimonij respiciat. Si pater onera portauerit, huius debet esse particeps lucri. Glo. exponẽs verbum [cõfertur] confertur, inquit à filio cùm decessert vxor viuẽte patre. Quia, cùm alij filij oneris fuerint participes, teneantúrque eam dotem reddere, de lucro illo debent participare simul cũ filio marito. Itaq; vult Glos. si filius lucretur dotem patre viuente, debet illam suis fratribus communicare. quia secundum Bart. talia lucra, debentur propter onera matrimonij, quæ si à patre præstentur, dicuntur profectitia. Iuuat Bar. quod tenet Glo. in l. si donaturus. §. fi. ff. de cõd. ob caus. maritũ habere titulum onerosum, nõ solũ in dote, sed etiã in lucro dotis. Glo. sequútur doc. cõmuniter vt Ias. attestatur ibi, nu. 13. Bal. in l. cùm multæ. C. de dona. ante nup. & in authen. præterea. nu. 5. C. vnde vir, & vxor. vbi quærit, si maritus debeat lucrari aliquam partem dotis, & vxor marito legatum fecerit, nunquid imputabitur in partem illam. Sicut in legitimã filiorum. vel tanquam æs alienum sit detrahendum? contrariũ voluit Bald. cõsi. 79. nu. 6. lib. 1. Quid econtrario, quãdo maritus legat vxori, an cẽseatur legasse animo cõpensandi. vide Soci. consi. 10. nu. 24. lib. 1. de Afflict. decis. 44. nu. 9. Rol. à Val. cõsi. 65. nu. 13. lib. 2. quæ non sunt de foro isto. Cæterum opinio Bar. quam tenet in d. tractatu tenẽt cõmuniter doct. inter quos Roma. in d. authen. ex testamento. Bal. in d. l. 2. nu. 3. C. fami. hercis. Rom. cõsi. 406. vbi ait esse æquissimã. & consi. 471. monetur vlterius. l. quod si eo tẽpore. ff. pro socio. vbi lucrũ dotis perueniens vni ex sociis omniũ bonorũ est communicandum. Ex eo præsertim, quia illi onera matrimonij sustinuerũt. Decius in præallegato cõs. 76. Hęc omnia adducit in mediũ. Et vlteriùs, quia dos, & fructus dotis, onera matrimonij sequuntur. l. dotis fructus. & l. si pater mulieris. in fi. & l. Iulianus. ff. de iure do. l. pater pro filia. ff. de excep. dol. l. pro oneribus. C. de iure do. Ideò, si pater onus matrimonij portauerit, fructus dotis debet percipere, & cõsequenter veniũt conferendi. per regulam naturę. vt cõmodum sentiat, qui sarcinam detulit. Paris. cons. 127. nu. 1. lib. 1. Rol. à Valle consi. 74. num. 60. lib. 1. Hęc sunt quæ in effectu voluerunt nostri, magnificique patres, a quorum sententiis nefas prima facie videretur recedere.

249 Veruntamen, † quia, magis amica veritas. l. cùm ita legatũ. de cõdi. & demõstra. Et aliquando nõ ex multitudine auctorum iudicandum est. sed secundũ illud quod æquius, & iustius videtur. Cùm forsitan possit vnus, &c. vt inquit Impera. in l. 1. §. sed nec. C. de veteri iure enu. c. capellanus. de feriis. Panorm. in c. tua nos. nu. 8. de vsu. Ias. in l. vt vim. nu. 34. de iusti. & iure. Panor. & Feli. in c. 1. circa fi. de cõstu. & ibi Decius nu. 29. Bero. nu. 269. quibus adde Bertrã. consi. 106. lib. 2. Fatebor ingenuè istorum dd. opinionẽ non mihi placere. Sed puto, & credo lucrum istud non esse profectitium. licet pater onera sustinuerit. Et de hac re est apertissimus text. in l. 1. & 2. C. de bo. mater. vbi, lucrum dotis, quod alter coniugum facit, aduentitium est. nulla facta distinctione, si onus portauerit, necne. Et illæ leges antiquas corrigunt, quibus patri acquirebatur. quicquid filius acquirebat. l. placet. ff. de acqui. hære. cum si. Et si occasione ferendi oneris, voluisset Imperator suam limitare decisionem, dixisset vnque. Cùm præsertim sæpius, & communiter contingat parentes onera voluntariè subire matrimoniorum suorum filiorum. l. si filia. §. si filius. ff. famil. hercis. vt faciliùs illi ditescant. l. amicissimos. §. fi. ff. de excu. tuto. Alioqui mãca fuisset illa Imperatoris decisio,

nisi

nisi casum illum comprehendisset, tanquã magis dubitabilem. l.quod Labeo.ff.de carbo.edic. Decius verò in præallegato.consi.76. post Roma. ait istas leges intelligendas de lucro, quod ex liberalitate cõiugum acquiritur, nõ de alio. Imò,(salua pace) & de eo, quod vxor marito, vel quod maritus vxori, quocunque titulo, vel iure contulerit, siue transmiserit. Quæ verba æquè respiciunt lucrum quod ex statuto, vel conuentione defertur. sicut si ex liberalitate contingeret, generaliter loquendo dicit aduentitium esse.

Non sequitur præterea, pater mulieris consequitur vsumfructum eorum, quæ sua filia à marito habuerit etiam sine onere. Ergo pater mariti si onus portauit, debet similiter lucrifacere? Quoniam inter istos patres magna est differentia, si quidem pater, qui filiam semel dotauit, amplius illam non solet alere, nec maritum eius. quia, illa seorsum vadit. l. fœminæ. ff. de senato. Et qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur. l. cum legitimæ. ff. de sta. homi. §. 1. Insti. de pa. potes. pater verò mariti, retinet familiam, & genus per filium suum, cum quo vna persona dicitur, & illi benefaciendo, sibi, & familiæ benefacere dicitur, natura docente. l. liberorum. ff. de verb. sign. Et quamuis pater bonorum maternorum sit vsusfructuarius sine onere. l. 1. C. de bonis mater. Nõ sequitur, quod etiam debeat habere lucrum quod filius ab vxore sua consequitur. Cum sint istæ causæ multum dissimiles, & separatæ licet æquiparentur circa vsumfructum patri acquirẽdum in aliis differunt. sufficit si similitudo sit in eo, de quo agitur. Glos. in l. omnes dies. C. de feriis. & in c. postquam, & in c. licet canon. de electio. lib. 6. l. 1. vbi de Rip. nu. 20. de lega. 1. Panor. in c. translato. & Decius. nu. 4. de consti. In cæteris debet esse differentia. alioquin essent idem. l. mercis appellatione. de verbo. signi. §. 1. Insti. quod cum eo, qui in aliena potes. Et dicitur fallax huiusmodi argumentum, quia, non omnes similitudines procedunt à pari. secũdum Archidia. in cap. relatum. 37. distinct. Et altero claudicant pede. propter varias rerum substantias, & qualitates. quæ nisi ratione coniungantur, indissolutum manebit argumentum. vt probant multæ leges vt l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. l. 1. §. 1. ff. de fonte. l. si postulauerit. §. ratio. ff. de adulte. l. interpositas. C. de transac. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Postremò Roma. & Deci. faciunt differentiam inter lucrum, quod ex pacto coniugum acquireretur, & illud quod per statutum contingeret. vt primo casu dicatur aduentitium, altero non. quia tũc censetur illud deferre propter onera matrimo. Ego puto nullam esse differentiam siue ex pacto debeatur vel iure. cum loquatur Imperator generaliter ibi, quocunque titulo, vel iure, lex nõ distinguit, nec nos, &c. l. de pretio. ff. de publicia. Nec fuit mens statuẽtium ista lucra dare coniugibus propter onera matrimoniorum. Sed vt facilius inueniant maritos virgines. l. 1. ff. solu. ma. impellantúrque ad nuptias iuuenes, vbi cognouerint nuptialia lucra ad eos pertinere, etiã patribus eorum viuentibus. de quo statuto loquitur Panor. consil. 79. lib. 2. Soci. consi. 114. lib. 1. Deci. consi. 402. nu. 7. Ias. consi. 135. in fin. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione. num. 219.

252 Et † si liceat aliis argumentis vti, mouebor regula iuris, qua dicitur causam proximam, & immediatam magis esse considerandam. l. sed si plures. §. in arrogato. l. qui liberos. §. hæc verba. de vulga. l. fin. ff. de vsufruct. quia illa magis mouet. l. rogasti. ff. si cer. peta. l. sed si sic. §. fin. de lega. 3. c. de cætero. vbi Glo. & Pan. de homi. c. non potest. de præb. lib. 6. Oldra. cons. 25. num. 3. Bald. in l. ex placito. num. C. de rerum permu. & in l. 1. §. similique modo de lau. liber. iol. Nam causæ remotæ, non propriæ causæ dicuntur, sed accidentia. vt inquit Aret. consil. 162. numer. 5. & consil. 148. col. fin. Cor. consil. 266. col. fin. Barba. consil. 43. col. 13. versic. restat modo. Inquiens, vbi constat de causa proxima, non curamus de remota. Cur. Iu. cõsi. 1. num. 9. Decius consi. 137. de Afflict. decis. 127. Tiraquel. cessante causa. 20. limita. At causa proxima huius acquisitionis est matrimonium. onera verò mediata. l. cum quis. versic. cum & si quis de dote prælega. pater, qui à nuru dotem receperat filium hæredem fecit. rogauitque, quicquid ad eum ex hæreditate peruenisset restituere. Mox vxoris morte dotem fuit lucratus, id non restituet. quia, matrimonij causa id lucratus est, non patris iudicio. Itaque matrimonium huius lucri causa est. non onus, quod tanquam accidens consideratur. Hinc matrimonium sine vlla dote esse potest. l. quod si nulla. ff. de religio.

253 Sicut † contingere potest maritum lucrari dotem sine onere, quando sponsa de præsente decederet antequam à marito cognosceretur, voluit Bart. in l. nihil. ff. rerum amo. Bald. in l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. latè Socin. in l. cum fuerit. de condi. & demonst. licet multi dicant fore necessarium vt illa in domum mariti duceretur. vt scripsit Panorm. in cap. tertio loco. de præsump. & consil. 1. libro primo. Hypoly. singu. 106. Ang. in §. fuerat. col. 17. versic. quæro de quæstione quotidiana. Instit. de actio. Pala. Ruin. in Rub. de dona. §. 55. num. 8. Rip. in Rub. ff. de solu. ma. nu. 68.

Iniquum etiam videretur, si lucrum istud matrimoniale ad patrem pertineret, qui forsitan per paucos dies onera sustinuisset, illico, mortua vxore, locupletaretur ex dolore, & mœstitia filij. Cui magis hoc præstandum est in solatium amissæ coniugis, propter quam, & patrem, & matrem oportuit relinquere. cap. hæc imago. 33. q. 5. l. iure. ff. de iure dot. §. 1. Instit. de Sena. Orfi.

Dic mihi quæso, vt posito matrimonio includantur onera eius? quid si matrimonium momento durasset? nónne & perfectum consummatúmque. l. non tantum. vbi Bald. C. de lega. Calca. consil. trigesimoprimo. nu. 28.

254 Hinc † potest contrahi vltimo vitæ spiritu. not. Panorm. in cap. quoniam. numero quarto. de coniug. lepro. Alexand. in l. Gallus. in princip. numero decimo tertio. Bald. in l. sed & quæsitum. de libe. & posthum. de Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. numero 48. ad Trebel. Ideo re vera matrimonium est causa huius acquisitionis. non onera. sicut contingit in aliis lucris nuptialibus, quæ etiam debeantur licet maritus onera non sustineat. vt voluit ipsemet Decius in l. in eo, quod vel is. num. 6. 7. de reg. iur. cum multis aliis per per eum allegat. quibus adde Paris. consilio 127. lucrum dotis. libro primo. Cepha. consil. 644. num. 30.

255 Vlterius † pater nutriendo cum vxore filium, non videtur habere animũ lucrandi donationes, vel cogitasse de vllis, quod si faceret notaretur auaritia, quod ex sua liberalitate præmium speraret, contra commune parentum votum. l. amicissimos. ff. de excusa. tuto. Aduentinum illud dicitur quod proprio labore casu, vel prospera fortuna acquiritur. d. l. cum oportet. & §. igitur. At istud lucrum contigit filio mediãte stipulatione per eum interposita. vel occasione fortunæ, cum prius potuisset ipse mori. l. si pater puellæ. C. de inoffi.

inoffi. testa. d. §. Cornelio Felici. Ideo à patre non potest dici profectum. Et præsertim quia omnes cōtractus ad alias personas non extenduntur. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. si pro te patet. C. de do. promis. de marito stipulatio loquitur, vel statutum. de patre autem nihil in lege scriptum est. l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. l. si seruum. §. non dicit prætor. ff. de acqui. hæred. c. ad audientiam. de deci. Et huius opi. fuit Bald. in d. auth. ex testa. nu. 11. vbi mutauit opi. quam tenuerat in l. 2. C. fami. hercis. dicens sibi magis placere, quod tale lucrum marito acquiratur. & in d. l. si donaturus. in fi. Salic. in d. l. 2. vbi dicit ita teneri communiter. Bart. in d. l. 1. C. de bonis quæ libe. & in d. §. transgrediamur. vbi Paul. nu. 8. Alex. nu. 12. qui refert Fulgo. ita tenere, quoniā tale lucrum semper aduentitium est. per l. quod scitis. C. de bo. quæ libe. Bal. no. in 6. pat. pri. pat. nu. 17. dicens hanc opi. communiorem, & in pūcto iuris magis sustentabilem quam tenuit Bart. in suis lecturis, & Decius sibi cōtrarius. in d. l. in eo. Campe. de statuto loquente de dote. q. 7.

256 Ad † d. l. 2. C. fa. her. potest respoderi loqui secundum antiqua iura, quibus totum patri acquirebatur, & cum nouo iure fuerit immutatum respectu proprietatis. non licebit nobis talem argumentationē facere à contrario sensu. arg. l. 2. C. de condi. inser. Ias. in l. 1. nu. 40. ff. de officio eius. & ita respondet Sali. in d.

257 l. 2. nu. 1. in fin. Minus † etiam obstabit. l. dotem. ff. de Cast. pec. si quidem ibi, fit differentia inter hæreditatem ab vxore marito relictam, & dotem. Nam hæreditas in Castrensi peculio est, dos verò non hæreditas aduentitio iure quæritur, id est aliunde. & aliquando propter bene merita. l. nec adiecit. ff. pro socio. dos matrimonio cohærens oneribus eius confertur, id est ad vsum datur, secundum Glo. vnde illa iure cum dos Castrensis non esset peculij patri acquirebatur. ex pacto vel lege, & non filio. sed cum hodie, quæ proprio labore, vel prospera fortuna filio contingunt aduentitia sint. d. l. cum oportet, illa dos ad filium omnimodo pertinebit. Et si to dicas si non sit Castrēsis peculij ergo erit patris virtute pacti, vel statuti fateor, ooo satione onerum, sed quia patet. Iure autē nouo, nego. Aduerte quæso vlterius ad absurdū qood sequeretur, si onera essent huius lucri caosa, si extraneus gratia mariti, vel vxoris, vel charitate motus matrimonij onera sustineret, debeiet habere ista dotalitia lucra. tu quid dicis? finge etiam patrē, & filium pro parte portasse onera tanta. velles tu qood diuideretur lucrum? Certè seminabis zizania pro diuidendo spolio isto. tam inter patrem, & filiū, quàm suos fratres. Nec obstat. d. l. si eo tempore. ff. pro socio. quæ loquitur de sociis, qui vniuersalem societatem ioierūt, inter quos omnia lucra, & onera communia esse solent. l. 3. §. 1. ff. eo. l. si societatem vniuersorum. eo. Nos autem de patre, qui nullam cum filio societatem contraxit. sed qui liberalitate paterna voluit suos coniuges educare. l. 6. §. filius. C. de bo. quæ libe. Roma. consi. 471. nu. 1.

Hinc videmus quàm dubia sit huius articuli definitio, quisque suam sustinet causam. Multi magis opinione, quam vero iudicio in suis inuēnonibus persistunt. sicut solet artifex suo opere delectari, quod suo pepetit ingenio. & vt inquit Hora. Cæcus amor sui. Et illud. Suū cuique pulchrū. Alij verò, vt clientulis, & amicis faueant. quod aliqua suspicione non caret. quia, fortè de proprio lucro certant. Cæterum nostra opinio coniugibus fauet, quæ oon permittit vt alius gaudeat quod quisque suo sacro acquisiuit coniugio. Néve ex liberalitate dissidium nascatur. tu videbis.

259 Hæc † vera esse puto, quando maritus affectione maritali vxorē tractaret. Alioqui secus. velnti si secum concubinā retineret, vel alimēta denegaret, indignum hoc esse lucro. l. si cum dotem. §. fin autem. ff. solut. ma. Alex. 122. nu. 15. lib. 7. Cachera. decis. 21. nu. 17.

Responsum septimum difficile.

260 Pomponio † Philadelpho mortuo, Iabolenus eius filius apud acta declarauit velle pro media parte paternæ hæreditati sese immiscere. Calistratus alter filius ante factā declaratione mortuus est, Triphonino extraneo herede instituto, nunc quæritur an Triphoninus possit cogere Iabolenū, vt quæ habuit à patre sibi conferat?

Hæc est egregia quæstio, quæ ex profundis iuris fontibus nascitur, & fluit per loca deserta, & spinosas via. Tametsi videatur clara, & facilis, vtpote cum fateri debeamus Triphoninum hoc posse facere. Cum sit Callistrati hæres, eius personā repræsentans. Et sicut ille cogere poterat fratrem cōferre, ita & ipse possit, hæredem enim eiusdem potestatis, iuris usque esse, cuius fuit defunctus constat. l. hæredem. ff. de reg. iuris. l. vxorem. §. agri plagam. de lega. 3. l. com à matre. C. de rei vendi. l. si vxor. ff. de bo. auto. iudi. possid. Et præsertim Calistratus transmisit in hūc hæredem, hæreditatem paternam etiam non aditam beneficio. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. vel iure suitatis. l. ventre. ff. de acqui. hæred. Ideo, hoc ius cogendi ad collationem, simul cum sua hæreditate transmisisse censetur. quia, hæreditas nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, qood defunctus habuit tempo-

261 re mortis. Hinc, † ius accrescendi ad hæredem transmittitur. l. si ex pluribus. ff. de suis, & legiti. Et alia iura simili modo ad hæredem transeunt. l. qui patri. ff. de acqui. hæred. c. 1. vbi Pan. nu. 2. de iure patro. l. quanquam. C. ad l. falcid. l. Marcellus. §. fin. ad Treb. Ruin. consi. 156. nu. 4. lib. 2. Deci. consi. 397. num. 5. Cepha. consi 114. num. 13. 14.

262 Sicut † [illegible] iam ius petendi supplementum legitimæ. Saly. no. in l. scimus. ou. 4. C. de inoffi. testa. Alex. consi. 188. nu. [illegible] lib. 6. [illegible] consi. 80. nu. 1. & consi. [illegible] 9. Idem illud lucrum dotis, quod marito debetur ad hæredes trāsferri (de quo supr. loquuti sumus) l. si arrogator. ff. de adop. Alex. consi. 150. nu. 7. lib. 2. Cra. consi. 313.

263 nu. 5. Imò † verò quando per statutum masculus excludit fœminam, si ille decedat relicta filia hærede, illa, tanquam hæres patris amitam excluderet. vt Alex. consi. 20. nu. 4. lib. 1. Soci. consi. 296. num. 4. lib. 1. & in repetitio. l. si mulieri, & Titio. in fin. de condi. & demonstra. Bald. in c. 1. episco. vel abba. Ias. in l. si arrogator. no. 19. de adoptio. filia enim repræsentat personam sui patris, qui ius qitod habebat transmisit in filiam contra sororem, virtute. l. vnicæ. C. de his qui ante aper. tab. & Lemptor. ff. de hæredi. & actio. vendi. Ac si vna, & eadem esset hæreditas. l. qui patri. l. sed si plures. §. filio. de vulga. Et sufficiat si semel ius fuerit quæsitum vt transmittatur. arg. l. videamus. ff. quod me. caus. Bart. in l. liberorum. num. 13. de verb. signi. Benedic. in c. Raynuttus. in verb. mortuo itaque testa. 2. no. 118. & 120. Soci. consi. 153. num. 17. lib. 2. Cepha. consi. 321. nu. 25. cum seq.

264 Si † ergo in præfatis casibus, plena, & integra in hæredes iurium transmissio fiat. Cur non idem, & ius collationis? & per text. qui apertus videtur. in l. si maritus. C. hoc tit. nostro. In qua dicitur, ius petendi collationem transire in hæredem. qood & passiuè intelligitur, vt & illi teneantur, sicut tenebantur defunctos conferre. l. 1. §. ibidem. l. cum emancipati. ff. eo.

Verum

265 Verumtamen † si terga vertere liceret, videremus
hoc ius non posse in hæredes transferri. si quidē mu-
tatione personæ, mutatur priuilegium.l. Paulus.alias,
per procuratorem.ff.de acqui.hæred.vbi Bart.& Ro-
ma.in l.cum patronus.de lega.2. l. sciendum. ff. de re
iudi.l.licitatio.§.fi.ff.de publica.c.sanè. vbi Panor. de
primil. Alex.consi.35.nu.16.lib.4.Rol.à Vall.cons.61.
266 nu.5.6.lib.4. Ideo,† cum ratione personatū filiorum,
filiarúmve introducta collatio fuerit. vt esset inter il-
los æqualitas.d.l.illud & l.vt liberis.mortuo filio,eius
hæres non deberet vti eodem priuilegio. cum perso-
nale fuerit,personam sequebatur,& cum persona di-
citur esse extinctum.l.1.ff.ad muni. l. in omnibus. &
c.priuilegium.de reg.iur.l.quia personale.ff.solu. ma.
l.Titia Seio.§.vsuras.de lega.2.l.1. ff. de constit.prin-
cip.de Rip.in c.2.de priuileg.lib. 2.num. 16.& in l.fin.
267 nu.201.C.de reuo.do. Hinc † filia nō excludit ami-
tam,si eius pater,qui suam sororem excludebat, nō se
immiscuit paternæ hæreditati antequam decessisset.
vt voluit Soci.consi.116.nu.32.lib. 1. sibi contrarius
eorū quæ consuluit.consi.296.lib.2.Quid dicendum?

268 Hæc † aqua obscura est, quæ maximè ventorum impetu solet perturbari. Hic Virg. Æneidos 5.

——— ruit æthere toto,
Turbidus imber aqua,densisq; nigerrimus Austris.

269 Vt † igitur quieto nauigemus freto, per has quatuor designatas vias securè poterimus incedere, & venire in portum.

270 Prima † est ius collationis,quod defuncto competebat eius quoque heredi debet competere.d.l.si maritus.& l.eum emancipati.in princ.ff.eo. & contra. si defunctus ad collationem cogi poterat,eodē iure eius hæres cogi poterit conferre.ea,quę defunctus habuit ab illa persona de cuius hæreditate agitur. per regulam,qua dicitur,actiones personales actiuè,& passiuè transire in hæredes. tit. vt actio. ab hæred. & contra hæred.incipiant.C.l.veteris.C. de contra emp. l.1. §. si hæres.ff.ad Trebel.§.1.Insti.de perpetuis,& tempo. actio.l.si pactum.ff.de proba.l.si necessarias.§.1.ff.de pigno.actio.

271 Secundo,† cōclusio est.si filius,qui poterat cogere fratrem conferre ante aditam patris hæreditatem decessisset,instituto hærede filio, vel eo, ab intestato relicto,in quem beneficiō sanguinis trāsmisit adeundam hæreditatem iuxta.l.vni.C. de his qui ante aper. tabu.talis nepos poterit cogere patruum conferre, licet suus pater re imperfecta, & ante aditam hæreditatem decesserit. Quia iste nepos,pro eadem persona reputatur, cum suo patre. Et plures etiam in locū eorum patris succedūt.§.cum autem.Insti.de hęred.quæ ab intesta.defe.no.Bar.in simili in l.libertus.§.patri.ff. ad municip.& l.sciendum.§.legati.ff.de legatio.Deci. in l.qui se patris.nu.21.C.vnde libe.Idem dico in casu.pręd.§.ibidem.si filius ante peritam bonorum possess.contra tabulas decesserit,relicto filio,id est,nepote,qui poterit cogere emancipatum patruum conferre.Inspecta persona nepotis, qui personam sui patris repræsentat ac si ille adhuc viueret.arg. l. liberorum. §.fi.ff. de verb. signi. Et ideo intelligendus est ille.§. ibidem. extraneum fuisse illum hæredem in quē non transmisit defunctus filius collationem.

272 Et † præsertim,quia beneficium.d.l. vnicæ. de his qui ante apertas tabulas, locum etiam habet in successionibus prætoriis.vt docuit Bar.Bald.Alex. & Ias. nu.18.in l.si emācipata.C.qui admit.Licet bono.poss. contra. non agnita ad hæredes non transmittatur. l. 3.§.acquirere.ff.de bono.poss.tamen multi sunt casus quibus illa transmittitur.l.illud. §.fin. cum l.seq.ff.de contra tab. Et cum illa ius collationis datur. vt Bart. voluit in d.§.ibidem.in fin.ex æquitate ne fiat hæredi præiudicium.d.l.illud.& maximè,quando filius morte pręuentus,non potuit super collatione agere.Ideò filio suo eadem facultas competere debet.

273 Hinc † tertia nascitur conclusio.Extraneus hæres institutus à filio, qui ante immixtionem decessit in quem ex potentia suitatis paternam transmisit hæreditatem.l.apud hostes.ff.de suis,& legi. l. ex militari. §.fi.ff.de mili.testa.Bart.in l ventre.ff. de acqui. hæredi. & in l.si filius qui patri.de vulga.in l.si infanti. C. de iure delt. Non poterit cogere alterum filiū vt conferat bona,quæ habuit à patre suo.Cum ille filius ante decesserit, quàm declarauerit se velle vti iure collationis.d.§.ibidem. Et istud ius personale censeatur, quod filij personam sequitur. & cum persona fuerit extinctum,ita intelligatur.d.l. si maritus. à contrario sensu,& Soci. de consil.116. Ne videatur lex alienos voluisse præferre propriis filiis.contra.l.cum auus. ff. de cond.& demonst.

274 Quartò,† si filius,qui tenebatur conferre non acceptata portione sua decesserit,eius hæres, siue suus, siue extraneus fuerit, omnino conferre tenebitur superstiti,vel superstitibus filiis,quia iste non adit hęreditatem ex propria persona,nec suo nomine,sed tanquam hæres transmittentis ex persona illius, & illum representans. Et sicut tenebatur transmittens, ita & ille,in quem facta est transmissio.vt in simili Bar.in l. qui duos.in princip.de reb.dub.Soci.consi.22.nu.16. lib. 3. deinde cum in eum fuerit illa portio hæreditatis transmissa. cum suo onere, & causa transisse videtur.l.si conuenerit.§.si fundus. ff. de pign. actio. l. debitorem.C.de pigno.l. si debitor. C. de distrac. pigno.l.si debitor.C.de dona.inter vir & vxo. l. si quidem.C.ad l.Iul.de vi.l.2.C.fideiuss.l.mochis.ff.de iure fisc.l.creditoris.C.de distrac.pigno. Roma. consi. 118. Et cum sentiat commodum,cum habeat res collationabiles, necnō & partē hæreditatis illius,qui tenebatur cōferre,æquū est,vt ipse sentiat collationis onus.

Summarium responsi octaui.

275 *Collationis causa,est donatio, vel dos ab eo profecta, de cuius hæreditate agitur.*
276 *Cessante causa collationis,cessat collatio.*
277 *Causa proxima est inspicienda.*
278 *Nepotes, volentes succedere auo non conferunt dotem mater.*
279 *Tunica pallio proximior.*
280 *Collatio inter extraneos cessat.*
281 *Patri licet donare cui vult.*
282 *Argumētum de rebus priuatis ad publicas,nō valet.*
283 *Filij hominum mendaces in stateris.*
284 *Contractus subsequens declarat præcedentem.*
285 *Subiecta talia sunt,qualia prædicata demonstrant.*
286 *Manus breuis,manus longa.*
287 *Vicinitas contractus vicinum declarat.*
288 *Exitus,acta probat.*
289 *Officia profana veniunt in collationem.*

Responsum octauum subtile.

LVcius Titius Seio genero, officium publici ponderis cessit, & remisit, purè, & simpliciter.Ille post quinque dies recognouit Mæuiæ vxori suę habuisse ab ea quingentos aureos, quos promisit restituere soluto matrimonio. Mortuo Lucio Titio, & facto testamento, in quo æquales filias suas hæredes fecerat, quæstio orta est super collatione officij,

vel ſummæ , dubitant ſorores contra quem agere
debeant ? Siquidem contra Mæuiam agentes , exce-
ptione ceſſante cauſa repellerentur.

276 Proinde,† cauſa collationis eſt donatio,vel dos,ab
eo profecta de cuius hæreditate agitur. d.l. vt liberis.
& auth.ex teſtamẽto. Sed pater nihil donauit Mæuiæ
ergo non tenebitur conferre,quod non accepit. Non
entis nullæ ſunt qualitates.l.2.ff.de vſufruc. l.adeo.§.
quod ſi toto.ff.de acqui.rerũ domi. Nemo dat, quod
non habet.l.decem.ff.de verb.oblig.l. ſi vniuerſæ. C.
de lega Ceſſante cauſa , ceſſat effectus. l. adigere. §.
quamuis.ff.de iure patro.l.quod dictum.ff. de pact. l.
1.§. hoc interdictum.ff.de fonte.l. cum tale.§.falſam.
277 de condi.& demonſt. Et † licet pater donauerit ma-
rito,non propterea vxor teneretur.quia, ſolemus in-
ſpicere cauſam proximam. Non mediatam. Inter pa-
trem , & filiam maritus eſt medius , qui accepit do-
nationem à patre. Ergo nihil ad filiã. l.pe.ff.de cond.
ob turp. cauſ. Si ſolueris ob turpem cauſam non re-
petis,quia ſublata eſt cauſa proxima.l. sociũ qui cum
eo.§.fi.ff.pro ſocio. Socius cum reſiſteret ſeruis com-
munibus ad fugam irrumpẽtibus fuit vulneratus,im-
penſas,quas de curando ſe fecit non repetit.quia,non
in ſocietate,ſed propter ſocietatem contigerunt.huic
ſimile.c.exhibita,de homicid. Si non animo lædendi
lapidem proiecero , & alium lapidem excuſſerit , qui
alteri noceat. non tenebor. licet percuſſus moriatur.
quia,non proieci lapidẽ,qui nocuit.Idem,in l. ſi mu-
lier. ff.rerum amo. l.cum de hoc. ff. de excep. rei iu-
dica.Bart.in l.ſed ſi plures.§. in arrogato. vbi Alexan.
Imo.Iaſ.nu.7.de vulga.Oldr.cõſi.26.Ancha. cõſ.315.

278 Nepotes † volentes ſuccedere auo,non conferunt
dotem maternam,cum non ſit de corpore bonorum
aui,ſed matris.Et mutatione perſonę deſinit eſſe pro-
fectitia , & incipit eſſe aduentitia. huic adiungitur. l.
qui liberis. §. hæc verba. de vulga.l. conſilij. §. socij
mei.ff.de reg.iur.Cra.conſi.263. nu.3. Cepha. conſi.
493.nu. 5.Rol à Vall.conſi.48.num.30.lib.2. Et hoc
279 eſt, quod dici ſolet. Tunica † pallio proximior eſt. vt
ſcilicet magis ſpectanda ſint proxima , quàm remota.
l.Imperatores.ff.de appella.

280 At † ſi contra maritum velint agere,ſimiliter ina-
nis eorum erit conatus. Ille enim non ſuccedit patri.
id eſt,ſocero neque ex teſtamento, neque ab inteſta-
to.quo modo ergo conferet?ſi partẽ hæreditatis non
petat.l.1.in princip.ff.eo.d.auth.ex teſtamento,l.vt li-
beris.l.fi.ff.de colla.do.extraneus ille eſt ? & inter ex-
traneos titulus de collationibus locum non habet,vt
281 ſuprà diximus.num.156.Si † placuit patri illi donare,
quid ad filias?l.parentibus. C.de inoffic. teſta. l. cum
quęritur.ff.de lib.& poſt.l.ſi totas. C.de inoffi. dona.
etiam in præiudicium liberorum.Gloſſ.in l.1. C.eo.l.
5.C.de ſacro.eccle.l.nemo exterus.C. de Iudæis. l. 2.
ff.ſi quis à paren.fue.ma.Ancha.conſi.197. & conſil.
217.Cra.conſi 217.nu. 3.

282 Poſtremò † argumentum de rebus priuatis ad pu-
blicas non eſt validum.l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.&
iure.§.nullius.inſti. de rer. diuiſ. propterea quod pu-
blicæ non ſunt in commercio noſtro.l.inter ſtipulan-
tem.§.ſacram. de verbo.obliga.§.fin. Inſti. de contra.
emp.§.idem iuris eſt.Inſti.de inutil.ſtipula. Hic agitur
de officio publico,ne alter , alterum decipiat in pon-
dere & menſura. cap. vt menſuræ. de emp. & vendi.
283 Pſal.61. Mendaces † filij hominum in ſtateris vt de-
cipiant,&c. Hinc ſtateram ne tranſgrediaris,id eſt,ne
quid facias præter ius, & æquum , de quibus in l.ho-
die.ff.de fe ſſis.Iſta æſtimationem non recipiunt.l. ſed
Celſus.ff.de contra. emp. reſignantur in manibus ſu-
periorum. c. quod in dubiis.c. admonet de renuntia.
Nec in hæredes transferuntur.c.1.de pręben.Ideo vi-
detur huius officij occaſione excluſam eſſe omnem
agendi viam.

Reſpondi, non contra maritum. Sed contra Mæ-
uiam ſorores poſſe agere, vt illa conferat quingentos
aureos.

284 Si † quidem illa confeſſio immediatè ſubſequuta
deſcendit ex præcedenti officij donatione.l. ſi nõ re-
munerandi.§ idem Papi.ff.manda.l.10 ædibus.§.pe.ff.
de dona.Bart.in l.quod dotis.col.pen. verſi. procedo
vlterius.ff.ſolu.ma.l.quædam mulier. ff. de rei vendi.
l.2. C. de acquir. poſſ. Ac ſi pater donaſſet filiæ ſum-
mam à marito recognitam , à primordio tituli poſte-
rior formatur euentus.l. 1. C.de impo.lucra. deſcrip.
285 lib.10.Talia † ſunt ſubiecta,qualia prædicata demon-
ſtrant.l.ſi defenſor. ff. de inter.actio. l. 3. vbi Bart. de
fundo inſtruc.c.inter dilectos.de fide inſtrum. Sagax
enim conſilium patris, videns non poſſe officium fi-
liæ relinquere.l.2.ff.de reg. iur. Illud genero remiſit
qui loco filiæ eſt.§. ſocrum. Inſti.de nupt.Qui dein-
de breui manu , illud dediſſe videtur vxori. ſeu eius
pretium.Non refert ſi tibi dedero , vel donem Titio,
vt tibi donet.l.3.§.fin.& l.ſi ſponſus.ff.de dona. inter
vi. & vxo. l.licet. §. quotiens. Hæc apud nos breuis
manus appellatur. Sicut econtrario longa manu da-
re dicitur,qui ſpe futuri præmij liberalitatem facit. l.
ſi repetendi.C. de condi. ob cauſ. quod alio nomine
dicitur,ſpem pretio emere.

287 Deinde † cõſideranda eſt,vicinitas actorum, quæ
arguit , vt hi duo contractus pro vno reputentur. l.
lecta.§. dicebam. ſi cer. peta. quæ incontinenti fiunt
contractibus ineſſe videntur.l.ſi ventri.§. corum. vbi
Rip.nu.6.ff.de pti.credi. Si prohibitus alienare, alie-
net in perſonam permiſſam, & poſtea illa donet per-
ſonæ prohibitæ. prima alienatio præſumitur facta in
fraudem. Alex.conſi.90.num.8.lib.3.Deci.conſi.132.
num.3. & conſi.182.num.5.in fin.l.petens. vbi Deci.
num.3.C.de pact.Soci.conſi.2~3.num.3 & ſequent.
lib.2.Craue.pro gene. num. 203. vnde videmus tan-
quam in ſpeculo , hanc fuiſſe contrahentium inten-
tionem, vt pro officio fieret recognitio vxori. Et ne
videretur pater auferre liberis,& date extraneo.Néve
ipſe maritus ſine cauſa crederetur iactare ſuum. Et
promittere vxori , quod non receperat. Nimirum ſi
pretium quod ex ſubſtantia patris profectum eſt, ve-
nire debeat in collationem.d.l.vt liberis. Manti.lib.5.
tit.11.num.8.

Non apparet patrem voluiſſe donare,patet ex ſub-
ſequuta recognitione , vnde merito dici ſolet exitus
acta probat.de re aliquandiu diſſimulata,quę tandem
deprehenditur.ſicut apud Terentiũ hinc illæ lachry-
mæ,probat.l.ſi hi qui.C.de adulte.c. 1.24.q.1.ibi,non
noua ſententia , ſed tantummodo antiqua renouare-
tur. Aduerte etiam nos agere de filia,non de genero,
cui nihil donatum eſt. Cum pretium abſit. l. Labeo.
de verbo. ſigni. & in locum rei ſuccedit. l. ſi rem &
pretium.ff.de peti.hæredi.l. Imperator. in fin. de leg.
2.l.res in dotem.ff. de iure do. Et tanquam ſubroga-
tum eius naturam ſortitur.l.ſi cum.§.qui iniuriarum.
ff. ſi quis cautio. Tiraquel. de retract. conſang.§. 32.
Gloſſ.1.num.10.

289 Denique † iſta officia profana cum ex permiſſio-
ne principis vendi cõſueuerint. debent venire in col-
lationem.l.omnimodo.§.fi.C.de inoffi.teſt.Iaſ.in l.il-
lud.num.6.infrà eod.Paul.de Caſt.in d.§.fi. numer.5.
Rip.in l.in quartam.nu.163.164. 165.166. Roland. à
Vall.conſi.11.nu.1.cum ſeq.lib.2.

Summarium

Summarium responsi noni.

290 *Nos sementem fecimus,& tu metis.*
291 *Tanquam ex Academia veniens.*
L.quæ pater.ff.fami hercis.ampla declaratio. 317. 320.
292 *Studiorum causa relictum,non debetur nisi doctori.*
293 *Asinus ad liram.*
294 *Examen requiritur eruditionis fallit in clerico.*
295 *Pater tenetur emere libros filio studenti.298.*
296 *Ex nihilo,nihil fit.*
297 *Iurisprudentia difficiles ortus habet, incrementáque tarda.*
299 *Domus,vnicuique grata,& amica.*
300 *Peculium Castrense,non confertur.*
301 *Dignitatis nomine filio datum,non confertur.*
302 *Mundus totus illuminatur, doctrina Iurisprudẽtum.*
303 *Iurisprudentiæ amore, multa patiuntur eius professores.*
304 *Per saxa,per ignes irrumpere.*
305 *Liber rationum probat,in his , quæ dependent à voluntate scribentis,continet data,& accepta.307.*
306 *L.Nesennius.ff.de nego.gest.ampla & contra omnes declaratio 308.311.*
309 *Pater , dotando filiam præsumitur dotasse de bonis filiæ.*
310 *Pater præsumitur magis diligere filium studiosum.*
312 *Permutatio facta inter Glaucum & Diomedem.*
313 *Aequalitas obseruanda est inter fratres.315.*
314 *Ioseph odiosus à suis fratribus.*
316 *Causa studiorum æquiparatur doti. & pia dicitur. 319.322.*
318 *Filius,non potest dici creditor patris.*
319 *Donatio facta filio studiorum causa valet.*
321 *Parentes debent filijs thesaurisare.*
323 *Collatio fieri debet detractis expensis, quas filius domi fecisset.*
324 *Expensa ita taxanda sunt,vt habeatur ratio victus.*

Responsum nonum magnificum & subtile.

CARIDENVS,Nicostratum filiũ suum studiorum causa Auenionem misit , & in varias Italię Academias,subministrato vbiq; sumptu.Is,post sex annos Auenionem reuersus doctoratus gradum in vtroque iure adeptus est , non sine magnis etiá patris sumptibus,veniens ad mortẽ pater Nicostratũ, simul com alijs suis liberis hæredem fecit. Eo mortuo , illi petunt,vt iste conferat expensas, à patre in alimentis, libris,& gradu obtinẽdo factas,quæ excedunt septingentos aureos. Conquerebantur insuper, quód sub paterno semper remanserint iugo, laborando in amplianda patris substantia , & ipse peragrando prouincias,regiones,mores hominum vidit & vrbes.Iocundè,sine cura,cum magna animi sui satisfactione. Di-
290 centes, cur † nobis sit damno , tibi lucrosa voluptas? Nos sementem fecimus,tu metis?
291 Nicostratus,† tanquam ex Academia veniens allegabat multa,quæ ipsum à collatione excusabant. primo, l. quæ pater. ff. fami. hercis. vbi , quæ pater filio peregrè degenti studiorum causa subministrauerit,in rationẽ eius portionis non imputantur.l.1 .§.nec Castrense.ff.hoc tit.notant Bal.Albert. Alex.Ias.in l.filię. & in l.si donatione.infrà.eod.Fabia.in repeti.authen. nouissima.q.26.C.de inoffi.test. Alex. consi.142. nu. 27.lib.2.& consi.149.nu.21.lib.7.Bar. cons.37.lib.2. Quibus cauetur, tam vtiles expensas in legitimá filij
292 non esse imputandas, maximè, † quando post cópletum suæ peregrinationis tempus,dignè lauream consequeretur.vt scribit Ias.cõnsi.149. lib.4. Deci. consi. 177.circa fi. Quod enim studioso relinquitur, intelligitur vt debeatur,si ad apicem doctoratus peruenerit. Sali.in d l.filiæ.nu.14.C.fami. hercis. Mono. de arbi.
293 lib.2.centu.2.casu.131.At † si ille,cum tanta sui temporis iactura , miser , & ignarus appareret. Et dulces præceptoris voces propter imperitiam suã , vel crassum ingenium noluerit exaudire,in malis occupatus, tanquam asinus ad liram vocatus , vt inquit Diuus Hiero.ad Marcel.asino lira superfluè canit. Non habebit legatum.Quia,verba in potentiore significatione intelligenda sunt.l.nominis.§.opere.de verb.sign. l.si is qui.§.quædam.ff.ad l.Falci.
294 Siquidem † ante adeptum gradum nescitur si in arte profecerit.cum nó fuerit examinatus, merito requiritur examen eruditionis. c.in scripturis. 8. q. 1. cle.1.de magis.vbi Gl. de scrutinio in ordine faciẽdo. tu qui es. amice ad quid venisti? Sed fœdum est , & mansisse diu,vacuúmque redisse. Et vt conditio secundum propriam formam quæ ex consummatione contingit,adimpleatur.l.stipulatio.§.opus.ff. de noui ope.nuntia.fallit in clerico,qui statim lucratur libros sibi à patre traditos.Rol.à Vall.cons.16.n.3.4.5.lib.4.
Dicebat igitur Nicostratus , suæ doctrinæ fecisse periculum legendo publicè per multos dies , bonis auibus obtinuisse gradũ honoris,& laudis.patre pręsente,& gaudẽte, qui non creditur voluisse repetere,
295 tam vtiliter consumptos nummos.Et † si velit pater, vt filius suus liberalibus disciplinis instituatur. Et hac de causa ad iuris Academias miserit.Nónne æquũ est, vt filio quoque ad viuendum necessaria subministret, & libros emat?sine quibus frustra niteretur.l. sed Iulianos.§.si vbi Gl.ff.ad Macedo. & in l. Macedoniani. vbi Bart.ff.eo.Paul.de Cast.cõsi.242.nu.1.lib.2.Deci. in l.si donatione.nu.40.arg.l.necare videtur. de libe. agnos.Qui vult consequens,censetur velle omne antecedens necessarium ad illud.l.2.ff.de iuris.om.iudi. l.ad rem mobilẽ.ff.de procura.scribit Bald.in l.quamuis.nu.3.C.de fideius.Decius consi.77.nu.1. & 2.
296 Ex † nihilo,nihil fit.l.decem.ff.de verb.oblig.quotiens desunt adminicula sine quibus negotium peragi non potest,sicut anima sine corpore nó viuit. Ita spiritualia sine temporalibus.c.si quis obiecerit.1.q.3.
Cæterum nostri clarissimi viri existimant filium, non posse patrem cogere,vt sibi administret sumptus pro Iurisprudentiæ studio, sed solum , quando vellet artem grammaticá profiteri.vt docent Bart.in l. quod de bonis.§.non solùm.ff.de carbo.edic.Alex. in d.l. si donatione.nu.21.Roma.consi.143.nu.2.forsitan.
297 Hac † ratione moti, quod Iurisprudentia difficiles ortus habet,incrementaque tarda,& multo ære opus sit.testimonium est auctorum,& voluminũ infinitus & penè intolerandus numerus , in quib. nostra quotidie torquentur ingenia,& decrescũt vires.vtinã,&c. Sed in proposita specie,secundum qualitatem personarum hanc quæstionem definiendam puto. sicut de alimentis ministrandis dicimus.l.cum alimẽta. de alimen.& ciba.lega.Quid si pater esset rusticus, & adeo pauper,vel nobilis, & diues?de his scribit Cra. consi. 219.in fi.Rol.à Vall.consi.22.lib.1.Mono.lib 2. cen-
298 tu.2.casu 169. Nisi † (inquiunt)filius volente patre, iuris fundamenta iecisset,incógruum esset, si ei conferre pecunias desisteret , & turpe sit retrocedere , & frustra tentata relinquere.Non qui inceperit , sed qui vsque ad finem perseuerauerit.l.ædificia.§. perfecisse. de verbn.signifi.Deci.in cap.cum super.nu.4. de offi. delega.& consi.77.num.3.Cepha.consi.395. nu. 21. Intelligo etiam si hoc commodè posset facere & sine

suo magno detriméto.arg.l.nepos Proculo.de verbo. signi. Et ne ulterius vites parens ex sua liberalitate conuenatur.l.ne ex liberalitate.ff.de re iudi. l. Aristo. ff. de dona.l.ad res donatas.ff.de ædi.edicto.

Alio insuper argumento vtebatur Nicostratus aduersus fratres suos. Antequam ad studiorum vniuersitates fuisset missus,victitabat simul cũ suis alijs fratribus,sine cura reddendæ rationis,eorum , quæ ipse expendebat,quod dicitur in diem viuere, in iocundis patetnis laribus.

299 Est † enim vnicuique grata domus , domus optima semper,& vt inquit Eras.nunquam commodiùs, nusquam liberiùs, nusquam lautius viuere contingit, quàm domi. verumtamen prudens consilium patris, videns illud genus hominũ plerunque esse ignauum, quod semper tecto gaudet , & vmbra. sicut faciunt testudines,voluit in filij fauorem vt foris viueret studiorum causa.Si viatica cõferre tenetetur, absentiam, id est, laborem pretio emeret, & quod eius fauore fecerat pater , in eius odium retorqueretur contra. l. quod fauore.C.de legi.c.quod ob gratiam.de reg. iuris.l.legata.de adi.lega.

300 Et † præsertim,quia peculia Castrensia, vel quasi non veniant in collationem , si pater filio comparauerit arma,equos,vel libros. d.l. 1. §. nec Castrense. Gloss.in d.l.nepos Proculo.& in l.miles.ff de re iudi. valeatque argumentum de vno ad alterum.doct. in l. centurio.super comparatione doctoris , & militis. de vulga.& in d.l.si donatione.l si.in d.l.filiæ. nume.7. & in l.si filius.C.fami.hercis. Nec similiter quod dignitatis nomine filio datur collationabile est.l. 1. §. sed an id.ff.eod. Itaque cum pater in splendorem suæ familiæ , & generis voluerit filium suum incumbere

302 Iurisprudentiæ. Quæ dignitate,† & excellentia ceteras supperat disciplinas.l.1.§.est autem ciuilis sapientia.ff.de varijs,& extra.cogni.quæ donum Dei appellatur.l. 1.& 2.ff.de legib. Et desiderauerit, vt ille, in clarissimorum doctorum ordine describeretur. quorum doctrina totus mundus repletur,& illuminatur. authen.habita.C. ne filius. pro pa. qui , veluti stellæ, iustitiæ lumen vbique ostendunt. c. super specula. de magi. Et conatus fuerit pro viribus paternum adimplere votũ Iniquum dicebat, si cogeretur , quæ huius dignitatis gratia exposuit conferre fratribus. Et quia, doctoratus dignitas inæstimabilis est,quo modo potetit venire in collationem?

303 Arguebat † insuper fratres suos , quod crederent recreationis gratia peragrasse prouincias. Et velle lucrifacere voluptatem. Imò, cum maximis laboribus, & fortuitis calibus suæ peregrinationis luisse pœnas. Quis enim (inquit Imperator) eorum non misereatur,qui amore scientiæ facti exules, de diuitibus pauperes,se ipsos exinaniunt , & à vilissimis sæpe hominibus grauissimas iniurias patiuntur, & vitam multis

304 exponunt periculis. d. authen. habita. quod † rectores dicunt,per saxa,per ignes irrumpere,id est, quoduis periculum huius gratia subire oportet. Nimirum, si quidem , quæ pulchra difficilia esse. hinc virtutem posuere dij sudore parandam,&c.

Fratres fatebãtur, si appateret patrem voluisse donare viatica, & libros , & quæ huius dignitatis gratia exposuerat, cessare collationem , vt inquit Rolan. à Vall.consi.11.nu.16.lib.2.hic verò contrarium, Cum

305 † scripserit in libro rationũ istos sumptus. per l. Nesennius.ff.de nego. gestis ibi, maximè si in rationem expensarum ea retulisse auiam apparebit.In his enim, quæ dependent à voluntate scribentis,liber rationum probat.vt docet Bar.in l.admonendi.vbi Iaſ.nu. 110, de Rip.nu.122.& Bar.in l.nuda.de dona. Cano. in c.si cauino.de fide.Quia,si voluisset filiũ, eas habere præcipuas non scripsisset in libro, tanquam consumptas, & extra suum patrimonium positas,quarum ampliùs nollet esse memor.Bar.in l.si patronus,C.com. vtriusiud.Bald.consi.89.lib.1.Soc.consi. 249.lib.2. Paul.de. Cast 242.lib.2.Cra.consi.125.num.2. Mono.de arbi. lib.2.centu.2. casu. 132. Rebuf. de priui. Schola. 55. priuileg.limita.3.4.5.Rip.in l.an quatram. nu. 175. Et hæc est com. opinio.

Sed aduerte,illa scriptura,quam facit pater de subministratis filio sumptibus , ideo fit, vt sciat pater, quid,& quantum miserit,& expenderit.Non quidem animo repetendi,cum iam donauerit.non poterit igitur generare futuram collationem.arg.l. legata inutiliter.ff.de adi. lega. hæc scriptura causa recordationis fit. Ne sit incertitudo expositorum. sicut solet paterfam.quotidianos sumptus describere.vt sciat si finito anno,ex lucro,& reddttu aliquid superfit.iuxta.l. alimentorum.§.modus.ff.vbi pupil.edu. deb. Imò magna esset in patre negligentia,si negligeret describere transmissos nummos. Ne forsitan latoris culpa defraudaretur filius.vel vsque ad quantum tempus viaticum extendantr. At si de collatione facienda loqueretur.vel filius debet mihi,&c.do manus.Non.debet ergo illa simplex recordatio parare collationem.

Nec obstat. d.l. Nesennius.ibi auia negotia nepotis gesserat. Et quærebatur an alimenta nepoti præstita,possent repetere , quasi iure pietatis illa præstitisset,ad matris similitudinem.tandem disponitur , hæredes auiæ audiendos,vt possint illa repitare , maximè etiam , si in rationem expensarum illa alimenta auiam retulisse apparebit. Ecce , qualiter auia repetit hoc ideo,quia illas scripsit in rationibus expensarum sibi debitarum.

307 Si quidem † liber rationum continere solet accepta,& data.l.si quis ex argẽtarijs.§.rationes.ff.de edé. l.1.§.de officio.vbi Bart.ff.de tutel. & ratio. dis.l. admonendi vbi Iaſ.nu.115.Bal.in l.rationes. C. de fide instr.l.cum seruus.de condi.& demonst.Soc. consi.4. nu.1.& seq.lib.1.& consi.40.lib.4. Alioqui non diceretur legitimus,& probabilis. Antha.consi.316.Ang. consi.277.Alex.consi.179.lib.6.& consi.110.libr. 7. Cepha.consi.674.nu.31.32. Nimirum si auia scribendo in ea parte libri,in qua exposita descripta sunt repetenda,possit etiam illas repetere. Qualitas enim adiuncta verbo debet intelligi secũdum tempus verbi.l. in delictis.§.1.ff.de noxa.l.Titius.ff.de mili.testa. Bar. & omnes in l.ex facto.& ibi de Rip num.29.de vulg. Alex.consi.5.nu.3.lib.7.Deci.in c.quoniã abbas. n.17. de offi.delega.& consi.5.nu.4.Cepha.cõs.563.nu.41.

308 Quid † præterea commune habet expensa ab administratore facta,cum expẽsa quam facit pater liberè , & sine metu , & obligatione reddendæ rationis? Obligatus scribendo præsumitur velle liberari ab obligatione, ideo scribit quæ fecit pro suo creditore ad extinguendum debitum.l.3.& 4.ff. de solu. l. Lucius Titius ff.mand.c.fin.de fideiuss. Non sic in patre, qui nihil debet.Et aliud non cogitat nisi idoneũ consilium sumere pro filio.l.nec in ea.ff.de adul.l.fi. §.fi. C.de cura.furio.

309 Hinc † si pater bona filiæ administrasset,& dotaret filiam,præsumeretur eam dotasse de bonis filiæ Bal.in l.fi.nu.12.C.de do.promiss.Soc.consi.21.lib.1. Ruin. consi.171.nu.3.lib.1.Mono.de arb.lib.2.centu.1.casu. 88. cum nemo in necessitatibus liberalitatẽ exercere credatur.l.rem legatam.ff.de adi.lega. cessante tamen administratione de suo dotasse præsumeretur. d.l.fin.

Et

310 Et † si dicatur, hæc ratio militat etiam in fauorem aliorum filiorum. arg. l. assiduis. §. exceptis. C. qui potio.in pignio.hab. Respondeo apparere de maiore dilectione erga illum, quem ad discendas literas elegit, qui duplici donatus est priuilegio. quia filius, & studiorum fauore. Ideò, locum habet regula authen. Itaque C.communia de succes. l.verû.§.item quæritur.ff.de mino.Deci.in authen. qui tem. nu.21. C.de sacro. eccle. & in c. in præsentia. num.51.52.de proba.Afflict.decisio.56. Capra consi.3.num.7.& 8. Cepha.consi.748.nu.17.18.Ludo.decis.3.nu.21.

311 Postremò, † rationes ab aua conscriptæ tangebant solùm negotia nepotis. sicut tutores,& curatores,qui non debent in suis rationibus inserere,neque describere, nisi ea sola, quæ tangunt negociationem. Alioqiun pupillus posset iurare in litem.vt voluit Inno.quem Butrius,& Imo.sequuntur.in c.cùm in officiis.de testa.Bal.in authen.licentia.nu.4.de epis & cleri.Soci.consi.159.nu.7.lib.2 Rol.à Val.consi.49. nu. 32.lib.1.

Hæc dico, vt quispiam credat magnam esse differentiam inter rationes necessarias administratorum rerum alienarum. Et voluntarias domesticè factas, quæ recordationis causa fiunt. Nisi, (vt iam dixi) filium expressè faceret debitorem.

312 Iterum † instabant fratres.Si Nicostratus hos sumptus haberet præcipuos, magna versaretur inæqualitas, & pinguiorem portionem consequeretur quod esset iniquum, vt in simili legitur apud Homerum de permutatione, quæ facta est inter Glaucum, & Diomedem, quia aurea pro æreis, & deteriora pro melioribus reddita fuere. Cuius meminit Iustinia. in proœmio Pandectar. §.fi. Eras. centu. secunda, cap. primo.

Æqualitatem obseruandam inter fratres.l.cùm pater. §. euictis. de lega. 2.l.illud.hoc ti.Glos. in §.illud quoque in authen. de nup. l.quæsitum. §.sed & ipse Papi.de fundo instruc.Bar.in l.si pater.ff.de dona.Bal. in l.1.nu.2.C.de pac.Deci.consi.59.nu.3.Cepha.consi.726.nu.2.

314 Hinc† illi fratres, oderant Ioseph,quòd pater plus illum diligeret, & illi fecisset tunicam polimitam, vt legitur Genes.37.c.Hinc dici, solet, fratrum irę acerbissimæ, sicut ille exitus demonstrauit.

315 Æqualitas † verò est amica pacis, & concordiæ,& nutrit amorem. quæ propterea in omnibus obseruanda est.l.fi. C.de fruc. & liti. expen. l. quamuis. C. de impub.l.si cùm dies.§.arbiter. in fi.ff.de arbi.l.1.& l.si is quod.ff.de res.vendi. Cra.consi.133.nu.8.Tiraquel.de primog.4.quęst.nu.1.cum seq.Et hac de causa libri, & aliæ expensæ studiorum conferuntur, quando inter fratres magna resultaret inæqualitas.vt docet Bar.in d.§. nec castrense. Cra.d. consi.125.nu. 7. Mono. lib. 1. centu. 2. casu 131. Rebuf. vt suprà. Hinc dici soler, dimidium sæpe numero plus esse, quàm totum.quia totum velle,malum est,dimidium, moderatum. vt Plato.lib.de legib.3.

In casu autem nostro, apparebat patrem habuisse tres filios,& in bonis, septem millia aureorum inclusis illis septingentis aureis subministratis Nicostrato. Ideò respondi cessare collationem, vt in dubio fa-
316 ueamus iurisprudentibus, quorum causa † doribus æquiparatur.vt inquit Bar.in l.1.ff.solu.ma.vbi Albe. nu.11.Ang.nu.12.Imo.nu.15.Alex.nu.51. Ias.nu.51. Parpa.circa.fi.de Rip.num.39. Et sicut valet donatio causa dotis.l.fi.C.de do. promis. l. Pomponius. ff. fami.hercis. ita & propter studium, facta d.l.quę pater. Et quia nihil lædit, quod pulchrum sit bis dicere, vt inquit M.T. iterum cupio illius.l.quæ pater.excutere
317 ramos, vt latentes appareant fructus. Quæ † pater emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit, si non credendi animo misisse pater fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus. In rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur. Vult ergo, nisi comprobetur ab aliis fratribus, quod pater credendi animo, id est, repetendi pecunias miserit, donasse præsumatur, secundum Gloss. & docto. Et hoc quando pecunias emancipato administrasset, de quo lex loquitur. Itaque videtur excludere eum, qui in potestate esset.teste Imo.& Alex.in d.l.1. Imò non excludit. quia ita facto contigerat, sicut colligitur ex illis verbis peregrè degenti, quæ similiter non important iuris ministerium. proinde etiam si in propria ciuitate profiteretur filius, eadem dispositio procederet. Cùm eadem ratio militaret. l.illud. ff.ad l. Aquil. & vt euitetur absurdum si à contrario sensu argumentum sumeretur. l. secunda. C. de cond. inser.

318 Aduerte † iterum. In filio in potestate non cadit debitum.d.l.donationes quas parentes. Et donando filio, sibi donare videtur.arg.l. si quis pro eo. §.1. ff. de fideius.l.qui sic.ff.de solu. Deinde cùm filius pecuniam consumpserit studendo, quo modo considerabitur credendi animus in filium. siquidem vbi dominium acquisitum filio non habet durationem, patri non acquiritur. l. sed & si patrefa. §.1. ff.ad Macedo. neque separari potest à filio.Glo.in l.fi.C.de vsufruc. l.3. §. sed & si legatum sit, quod personæ cohæreat veluti ius militiæ. ff. de mino. Ias. in l. frater à fratre. numero 20. Ideò vix est, vt de filio in potestate loquatur, nisi respectu liberorum. Item verba peregrè degenti. posita sunt à communiter accidentibus. Cùm soleant iuuenes studiorum causa peregrè proficisci. d. authen. habita. ibi, facti exules. Itaque d. l. quæ pater. de solis emancipatis loquitur, licèt Ias. contrarium dicat pro sustinenda communi nostrorum voce.

319 Et † si dicas valere donationem, quam facit pater filio causa doctrinæ acquirendæ, ad similitudinem castrensis peculij. d. §. nec castrense. & l. miles. ff. de cas.pecu.l.1.C.eo.lib.12. fateor,& ob id,cùm sit quasi castrense non venit in collationem.l.fi.C. de inoffi.
320 testa. Deinde † causa studiorum pia dicitur. contra Iaso.in d.l.1.in fi.ff. solu.ma. vt probat d.l.quæ pater. ibi,pietate debita ductus. non quidem simpliciter pia dicitur. sed debita. quasi pater teneatur, & debeat (quando hoc commodè potest) filium ad literas pro-
321 mouere. Siquidem † sine doctrina homo est, quasi corpus sine pectore, imò mortis imago. Iste, est ille thesaurus, quem diuus Paul.ad Corinth.2.c.12. dicit parētes debere acquirere filiis.c.prędicator.16.quæst. 1.& iuris.in l.cùm ratio.ff.de bonis dam. Sed quæso, quid vtilius, quid nobilius, quid optabilius iurisprudentia? quæ est diuinarum, ac humanarum rerum cognitio,&c. Iniquum videretur si filius, pro tam pretiosa acquisita margarita, cogeretur quos vltra eximios labores, exposuit nummos, fratribus suis restituere.Quę dignitatis nomine exposita sunt non conferuntur.l.1.§.sed an is.ff. eo. quando illa ad hæredes non transit, vt est docturatus secundum Bal.in l.omnimodo.§.imputari.C.de inoffi. testa. quem sequitur Sali.nu.7. Ne habeat contradicentem.Nec obstat d.l. Nesennins.quę nō est de foro nostro,vt s̄ ostēdimus.

322 Illud † etiam obiter tractabo, quādo filius teneretur ad collationē, in primis deducendas esse expēsas,

quas filius domi fecisset. Nam si in ciuitate permansisset, tenebatur pater illum nutrire, præstare vestes, & alia ad viuendum necessaria, sicut aliis liberis. quia, qualitas personarum non patiebatur, vt illi aliunde victum quærerent. Cúmque ex æquitate introducta fuerit collatio. l. 1. ff. eo. æquitas suadet, vt in collatione fiat detractio expensarũ, quas cómuniter solent domi degẽdo facere. Huic seruit. l sed et si. §. planè. ff. ad exhiben. l. sed & si lege. §. quod autẽ. ff. de petit. hæred. l. si rẽs. ff. de rei vendi. quibus cauetur, habendam esse rationem eorum alimentorũ, quæ penes possessorem præstita fuissent. vt inquit Bal. consi. 363 lib. 3.
324 Cra. consi. 125. nu. 9. Quod † locum habet, in taxatione expensarum quas soluere debet in iudicio condemnatus. Glo. In c. in primis. in verbo expendisset. 2. quæst. 1. Inno. in c. finem litibus. in verbo expendisse. de dol. & contu. vbi Panor. nu. 31. Glo. in c. statutum. §. insuper. in verb. moderatas. de rescrip. lib. 6. Bertran. consi. 269. nu. 8. lib. 3. Nos verò non ita strictè procedimus Sed solemus dare absentibus, qui Auenioni litigauerunt tria viatica, ad comparendum, & constituendum procuratorem, petendũ sententiã, & deinde executoriales. Nisi qualitas negotij præsentiam partis sæpius expostulasset. Et tunc pro distantia locorũ, & personarum qualitate moderãtur expensæ. Absq; eo quod habeatur ratio, quod ille domi suæ poterat expendere.

Summarium responsi decimi.

325 *Mercator lucri causa multis se exponit periculis.*
326 *Onera matrimonij grauia.*
327 *Dormienti suum rete capit.*
328 *Viri, & vxoris concordia, maxima felicitas.*
329 *Nemo sua sorte contentus.*
330 *Maritus, qui non sustinuit onera matrimonij. non potest petere interesse dotis.*
331 *Peculiũ profectitiũ, pro parte efficitur aduentitium.*
332 *Hoc in arbitrio iudicis positum est.*
333 *Pater, qui accepit dotẽ filij tenetur ad omnia onera.*
334 *Duæ causæ lucratiuæ simul non concurrunt.*
335 *Quod labore acquiritur nõ dicitur ex causa lucratiua.*
336 *Dij laboribus omnia vendunt.*
337 *Filius, vbi seorsũ manet, præsumitur sibi acquisiuisse.*
338 *Vxor sibi acquirit operas artificiales.*
339 *Mulier sapiens ædificat domum.*
340 *Filio possidente pecuniam, fratres debent probare esse paternam.*
341 *Filius non tenetur fundum suo nomine emptum conferre, sed solum pretium.*
342 *Clericus, an teneatur conferre pecunias quas pater exposuit pro expositionibus beneficiorum.* 345. 346. 351. 352.
343 *Pecuniam, quam exposuit pater, pro ingressu religionis imputatur in legitimam.*
344 *Procurationes, quæ debentur visitantibus sunt separatæ à diuinis.*
347 *Fructus, nisi mediãtibus expẽsis haberi non possunt.*
348 *Beneficiorum dulcedo generat fraudes.*
349 *Dignum maius, minus dignum ad se trahit.*
350 *Donatio quam facit pater pro titulo, an conferatur?*
353 *Pater nõ est vsusfructuari. aduentitiorũ filij clerici.*

Responsum decimum, quotidianum, & elegans.

CALLIMACVS, Flauij, Cãdidi, & Iulij pater. Flauium matrimonio collocauit, & ab eius vxore dotem accepit, eiq; Flauio mercium suarum, & totius stationis curam remisit. solam sibi immobilium administrationem retinendo, pro rei familiaris sustentatione. Candido, vnam domum donauerat, in qua, cum vxore degens, ex fructibus dotis negociatus est. à quo etiam pater trecentos aureos mutuo accepisse fatetur. Iulius verò in ecclesiæ claustris degens ex redditibus beneficiorum, quæ pater illi fecit habere, quædam mobilia acquisiuit, & ornamenta domus. Mortuo patre ab intestato, fuit quæsitum, an sit collationi locus, inter istos fratres? Præsupponitur Flauium sua diligentia, indefessóque labore auxisse plurimum cõmissas merces. Candidum, emisse bona, suo & vxoris nomine. & à patre mutuum 300. aureorum recuperasse. Iulium verò vixisse in tempore, citra solicitudinem futurorum. Hinc nascerentur absurda, si in succedendo patri, pares essent æquales. Et eum, qui nihil, aut parùm lucratus est, aliorum laboribus frueretur. contra naturam collationis. quæ facit, vt æqualitas obseruetur. vt toties diximus.

325 Proinde, † allegabat Flauius, pro augendis paternis facultatibus, iuisse ad nundinas, diuersarum prouinciarum, & vrbium. Nauigasse vsque ad extremas, Barbarásque nationes. Non sine magnis vitæ suæ periculis, iuxta illud Horatij,

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes,
Impiger extremos, currit mercator ad Indos.

Reddidisse patris officinã splendidã, quàplurimis ornatam mercibus. Et si liberã habuisset vxoris dotem propria gessisset negotia, non aliorũ. quam pater reti-
326 nere voluit, & ea vti. Suspectã † fuisse confessionem, quam pater fecerat Candido trecentorum aureorum, & in fraudem prohibitæ donationis. l. 2. C. de inoffi. dona. Glo. in l. qui testamentũ. ff. de proba. Alex. in l. si donatione. nu. 5. hoc tit. Et per indirectum interuertisse legitimas legum prohibitiones. l. nõ dubium. C. de legib. Bar. in l. si quis decedẽs. §. Titia. de lega. 3. Rol. à Val. consi. 50. nu. 9. lib. 3. Nec etiã esse verisimile Candidum emisse illa bona ex solis fructibus dotis vxoris suæ, quæ erat mille aureorum, quoniam pauci restare solent fructus. post impensas in rebus familiaribus factas. quæ sunt penè intolerabiles, vt docet experientia. Neuisa. in sylua nup. lib. 4. nu. 2. & 15.
327 Contra † Iulium instabat fortiùs, ne consequeretur partem acquisitorum. [illegible] citra conatum contingeret lucrum. Et velut dormienti suum rete caperet. vt dici solet. Imò, nihil sine labore vita dedit mortalibus. Cui etiam pater, vt eum beatum faceret, beneficia acquisiuit. pro quorum expeditionibus multa erogauerit, quæ ex substantia ipsius egressa fuere, quorum propterea habenda est ratio. l. quoniam [illegible] nouella. l. vnumodo. C. de inoffi. testa.

Ad idem Candidus contra Iulium, & Flauiũ. quod sine causa de patre cõquereretur. vt qui omnia onera sui matrimonij portauerit, vxoris, & liberorũ plenè, & splendidè, sine dotis diminutione. Ego verò (dicebat) tanquam extraneus cum vxore mea vixi, laboraui, sine vllo patris adiutorio, ab vxore adiutus, quæ etiam non fuit otiosa, suis laborans manibus. Patrem fuisse liberalem erga Flauium, cui totarũ facultatum suarum curam commiserit, & mercium. de quibus pro volũtate disposuit, vtinam fideliter. Iulium verò beatum fecit. Et propterea faciendas esse partitiones de paternis bonis, & quod vnusquisque teneatur conferre, quæ ex liberalitate paterna fuit consequutus.

Dominus Iulius ægrè ferebat, quod sui fratres crederent ipsum esse otiosum, aut inutilem, vel deliciarum amatorem. Imò ipsos solos gaudere huius sæculi bonis, qui cum vxoribus & liberis delectarentur, sine
328 tantis, quibus cælibes vexantur curis. Hinc † viri, & vxoris

vxoris concordia maxima felicitatis pars. l. 1. §. fi. de
libe.ea hiben. Tiraquel in quintam legem con. nu. 19.
Dignitatem ecclesiasticam, quam propria virtute ac-
quisiuit, sibi non debere nocere, sed prodesse magis. l.
quod fauore. C. de legi. Nec esse cooferendum cum
rebus profanis. & diuidenda paterna bona.
329 Hinc † cognoscimus, verum esse quod dicitur.
Neminem sua sorte cōtentum. laudat diuersa sequen-
tes. vt inquit Hora. & Ouid. 10 Meta.

Fertilior seges est, alieno semper in agro.
Vicinúmque pecus, grandius vber habet.

Ideò magna pars felicitatis est, vbi sua cuiq; fortuna
placet. sed quis est ille, & laudabimus eum? Quando
scilicet rerum alienarum cupiditaté, & inuidiam euit-
auerimus, & quod adest boni consulamus. Spartam
nactus es, eá dispone. vt est in Adagio. Sed quomodo
istam contubernalium discordiam rectè sedare pote-
rimus. prudentiùs fuisset domesticum istud discidium
inter priuatos parietes diffinire. Cùm multú intersit
secreta domus pandere. l. 2. C. quæ. & quib. quar. pars.
Probatur, tempore remissionis, officinam cú suis
mercibus valuisse tres mille aureos & vlteriùs patrem
posuisse in cumulo mille aureos, quos ea dote Flauij
receperat. & núc omnia cumulata ascendere ad sum-
mam sex millium aureorum. Et ita Flauium lucratum
330 duo millia aureorum. Igitur † non potest Flauius
petere interesse dotis vxoris à patre receptę, quia, eius
pater onera matrimonij sustinuit, & eius liberos, &
familiam nutriuit intra proprios lares. l. in insulam. §.
fi. ibi, si patris sumptibus exhibita fuerit. ff. solu. ma. l.
fi. in princi. ff. de excep. dol. l. si quis pro vxore. §. fi. ff.
de dona. inter mari. & vxo. l. si is. ibi, dos esse debet vbi
matrimonij sunt onera. ff. de iure do. Glo. in l. vni. §.
exactio. C. de rei vxo. actio. omnes nostri interpretes
in l. diuortio. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff.
solu. ma. Et bona fides non pateretur, vt semel præ-
stitum onus, iterum præstaretur. l. bona fides. ff. de
reg. iur. Cepha. consi. 85. nu. 1. lib. 1.
331 Circa † lucrum, quod fecit Flauius ex paternis
mercibos, nostri maiores volunt filiumfa. posse ha-
bere peculiom aduentitium quando ex re patris ne-
gotiaretur, vt lucri partem consequatur. & altera pars
inter fratres diuidenda sit. vt suprà diximus. Sed qua-
liter ista in diuisionem veniant dubium est? Commu-
nis resolutio est hoc arbitrium esse. vt inquit Bald. in
d. authen. ex testamento. Calca. consi. 19. nu. 24 Soci.
consi. 162. nu. 4 lib. 2. Cra. cōsi. 159. in fi. & cons. 165.
nu. 1. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 2. Cas. 126. nu. 5. 6. 7.
vt scilicet iudex quantitatem pecuniæ traditæ consi-
deret, & industriam filij, quantú vltra fuerit lucratus.
332 Et † si vna ab altera parùm distet. æqua lance lucrum
diuidat. Si verò industria superet, plus filio tribuat.
vel minùs pro rata. vt in casu nostro respondet Ang.
consi. 112 per to. Rolan. à Val. consi. 90. num. 12. cum
sequen. lib. 2. Hic Flauius auxit cumulum, qui erat
quatuor millium in sex millia. Ideò lucrum duorum
mille diuidetur inæqualiter, scilicet vt Flauius quar-
tam partem accipiat, quæ ascendit ad 500. aureos
Alij verò mille & quingenti aurei inter omnes sunt
diuidendi, tanquam à patre profecti. Videmus enim
singulos mille aureos à patre profectos, lucratos fuis-
se quingētos. Ideò in diuisione istius lucri, pater, quia
plus posuit, debet habere 250. & sic mediam partem
lucri. Restantes autem 250. diuidentur æqualiter in-
ter patrem, & filium, pro vnoquoque eorum 125. Et
sic facto calculo, portio filij super toto lucro ascendit
ad 500. aureos. Deinde paternum lucrum, & capitale,
cum cæteris aliis bonis per familiæ herciscundæ iu-
dicium vnicuíque pro tertia parte adiudicaretur, nisi
alia impediant hanc æqualitatem.
Igitur dicebant alij fratres, onera matrimonij Fla-
uij quæ pater portauerat longè excessisse fructus suæ
dotis, & ob id habendam esse rationem, vt minùs de
333 lucro acciperet. Sed † respondi, imputandum esse pa-
renti, qui voluit dotem accipere, & retinere. quo casu
tenebatur alere coniuges. non pro rata fructuum, sed
sufficienter. quia victus non recipit diuisioné. l. verbo
victus. ff. de verbo. signi. l. fi. ff. de ali. & ciba. lega. Ang.
consi. 85. nu. 2. in fi. Boë. decisio. 195. nu. 10.
334 Iterú † instabant, duas causas lucratiuas non posse
simul consistere. §. si res aliena. Insti. de lega. l. omnis.
ff. de actin & oblig. l. seruus legatus Stichum. de lega.
1. Hic Flauius de mille aureis dotalibus lucratus est
omnia onera sui matrimonij. Deinde ex illis nego-
tiando, sibi iterum acquisiuit, & cumulauit lucra. Ideò
altero debere esse contentum. ne tot specialia simul
concurrant. l. 1. C. de do. promis.
Respondi, operam & industriam Flauij, loco pecu-
niæ esse. l. si non fuerit. in princi. ff. pro socio. §. de illo.
335 Insti. eo. Calca. consi. 19. nu. 25. Quod † enim ea la-
bore nascitur, nō dicitur ea causa lucratiua descende-
re. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. Imò dicitur ex
336 quasi venditione acquisitum. Sicut † dici solet. dij la-
boribus omnia vendunt, & ius ciuile vigilantibus
scriptum esse. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi.
Candidus autem, qui seorsum à patre viuit lucra,
quæ ipse fecit ex dote vxoris negotiando communi-
care non tenebitur, teste Bal. consi. 484. lib. 5. Cacial.
in l. frater à fratre. num. 119. Rol. à Val. consi. 54. lib. 3.
Cùm ipse onus suum portauerit, non debet suo com-
modo defraudari d. l. cùm oportet. in princip. cú simi.
337 Non † nocet simulatá fuisse patris confessionem.
si quidem, vbi filius seorsum habitat, & est verisimile
filium aliunde habuisse pecuniam patri nocere debet
confessio. vt multis argumentis probat Alex. consil.
48. nu. 3. lib. 1. & consi. 18. per to. lib. 3. Rui. consi. 96.
338 lib. 5. Deinde † constabat Corneliam vxorem Cand.
fuisse diligentem, atque sagacem, quæ domi manens,
quæsiuit linum, & lanam, & operatam fuisse con-
silio manuum suarum. de qua loquitur Salomon.
Prouerb. 31. c. considerauit (inquit) agrú, & emit eum
de fructu manuum suarum. siquidem (vt ille etiá ait)
Mulier sapiés ædificat domum, stulta autem destruit.
Præcipuum huius lucrum versabatur, quod ad eam
multæ dominę confluerent, pro componendis circu-
lis, & capitiis, quæ colli, & capitis tegendi, & ornandi
gratia nouiter comparata fuerant. de quibus loquitur
I C. in l. vestis. §. muliebria. de auro, & argen. lega. &
cum æreo filo crines ad cultum plicabat nostrarum.
quod tamen non esse nouum ostendit Tiraquel. in
legem 3. coniuga. nu. 39.
339 Hæc † autem lucra, quæ ex artificiis nascútur, præ-
cipua esse solent vxoribus. licet obsequiales operas
maritis præstare teneantur. l. quintus. ff. de dona. inter
vi. & vxo. l. sicut. ff. de ope. liber. Bal. in l. vxoré. nu. 6.
C. de condi. inser. Alber. in d. l. Quintus. nu. 3. Ruma.
cōs. 159. nu. 4. Panor. cōs. 36. n. 2. lib. 2. Soci. cōs. 249. n.
30. lib. 2. Alex. cōs. 133. n. 3. 4. lib. 4. Boë. deci. 81. nu. 3.
Io. Lup. in Rub. de dona. §. 60. n. 19. Alcia. reg. 3. præ-
sump. 26. Cra. cōs. 61. n. 7. Ios. Lud. deci. 28. nu. 8. 9. 10.
340 Vlteriùs † aduertendú est Candidum possidere pe-
cuniam à patre restitutá. Si fratres dicant esse pater-
nam. Illis incúbit onus probandi propter cómodum
possessionis. vt Bal. inquit in d. authen. ea testa. col. 11.
Alex. cons. 171. lib. 6. Panor. consi. 36. nu. 2. lib. 2. Cor.
consi. 175. in fi. lib. 2. Etiam si essent coniecturæ in
contra

contrarium. veluti, quia filius esset pauper, & pater
diues, filius negligens,& pater industriosus. & dein-
ceps.de quibus per Glo.in d. l. cùm oportet. 10 prin-
cip. Is enim obtinebit, qui reperitur possidere, nisi
alius contrarium probet. Cor. consi. 247. nu.5.lib.3.
Cro.in d.l.frater à fratre.nu.119.Rolan. à Val. consi.
90.nu.8.9.10.lib.2.

341 Sequitur igitur acquisita per istos coniuges non
venire in collationem, sed solùm donatam domum.
Verùm, cùm empta fuerit nomine filij, solum pre-
tium communicabitur. vt docet Bar. in l. & si instru-
menta. vbi Ioan.de Pla.nu.2.C.de fide instrumen.lib.
10.Paul.de Cast.in d.l.cùm oportet.Bal.consi.67. lib.
4.Signo.consi.122.Alcia.reg. 3.præsump. 26. nu.14.
Cro.in d.l.frater.nu.120. Paris. consi. 80. nu.9. lib.1.
Rol.à Val.consi. 90 nu.21.lib.2. Rip. in d.l. in quar-
tam.nu.176.

Circa dominum Iulium presbyterum, qui succe-
dere cupit cum fratribus, & ab ipsis collationes acci-
pere. quid,& ipse conferre debeat, & dare suis cohæ-
redibus?

342 Illi † dicunt pretia soluta pro expeditionibus be-
neficiorum, quæ tanquam profana possunt separari a
spiritualibus,& cum illis nihil habent commune.c.3.
Ne præla.vices suas. vbi prælati possunt vendere fru-
ctus beneficiorum suorú.Glo.in c. alienationes.12.q.
2.Aliud pretium,aliud merx.l.1.in fi.ff de con.emp.l.
oratio.ff.de spósa.c.fi.de institu.c.debitum. de baptis.
l.in testamento.de condi.& demonstra.l.ordinarij.C.
de rei vend.

343 Videmus † similiter pecuniam, quam ponit pater
super altari, quãdo filia ingreditur monasteriú impu-
tari in legitimã.licèt ipse ingressus sit religiosus,& fa-
ciat,vt æstimationem non recipiat.c.nó satis.de simo.
Cur nó idem in casu huiusmodi fieri debebit separa-
tio sacri, & profani?Illa enim gratis,& spontè oblata.
(quod vtinam fieret) loco dotis habentur. teste Bart.
in l.1.§.si parens. ff. si quis à paren.fuerit ma. & in l.
Titio centum.§.Titio genero.de condi.& demonstra.
Bal.in l.quoniam nouella.C.de inoffi.testa.Rip.in d.l.
in quartam.nu.155.

344 Nónne † præterea procurationes, quę debẽtur visi-
tátibus ecclesias,separatę sunt,a diuinis,& sacris,quo-
rú gratia dantur?c.procurationes. de cẽsi. c.cú secun-
dú.de pręb.Ita,expẽsæ debẽt separari à beneficio,tan-
quam ab alio corpore natæ.arg.l.fi.ff.de calum.

345 Cæterú † nostri antiqui,doctissimique patres,com-
muni voce attestantur expensas huiusmodi non esse
conferendas,vt Bal.Ang.Paul.Sali.Albe.& alij in d.§.
imputari.de Rip.in d.l.in quartã.nu.166.Bert.consi.
346 201.nu.6.lib.1.Quia † (inquiút)ista ecclesiastica mu-
nera ad posteros nó transferuntur.c.1.de præbẽ.c.ni-
si cùm pridẽ.& c.admonet.de renúcia.hæc ratio non
bene funiculú nectit. proinde militia empta cófertur,
& tamen non trasmittitur. d.§.imputari. Nec agimus
de valore beneficij, sed de expensis ad beneficiũ ob-
tinendum factis.sicut de dote dicitur. l. quod dicitur.
ff.de impens.in reb.do.fac.Ideò dico,non conferútur
tanquam accessoriæ ad beneficium. quæ naturam sui
principalis sequútur.Et per aliam regulam, quæ reli-
giosis adhærent religiosa sunt.l. quæ religiosis. ff. de
rei vendi. c. de inre. de iure patro.

347 Deinde, † sicut fructus haberi non possunt,nisi ex-
pensis mediantibus,quæ etiam ad conseruandã ipsam
rem sunt necessariæ.l.fi.ff.de expen.in reb.dot.fac.Ita,
348 † cùm sacerdotia conferri soleant per diplomata,quę
per scriptores,reuisores,signatores tractantur, & cir-
cúferuntur ad euitandum fraudes, quæ ex dulcedine
beneficiorum nascuntur.vt inquit Bal.in c. quia veri-
simile.de præsump. Æquú est, vt & illi præmia ex la-
bore percipiãt.d.c.cùm secundú. Ideò illę literę,quas
bullas vocamus cóiunctæ cum spiritualibus corú na-
turam sequuntur.c.si quis obiecerit.1.quæst.3. l.cum
349 actus.ff.de neg.ges.c.translato.de consti.Et † vt maius
dignum,minus dignú ad se trahat. c. quod in dubiis.
de consecra.eccle.vel alta. Quis enim locus tutus, si
veneráda Dei tẽpla pecuniis expugnentur? l.si quen-
quã.C.de epis.& cleri.toto titulo de simonia,ne quid
350 pro spiritualibus exigatur. Idẽ si † pater donaret filio
in titulú. pro scilicet obtinẽdis sacris ordinibus iuxta
c.2. de præb. In legitimã non cóputabitur. & conse-
quenter nó esset conferendú.vt Cra.consi.136. nu.2.
quẽ sequitur Rolan.à Val.consi.70.nu.8.lib.4.& cóf.
351 11.num.1.lib.2. Quod † nobis non placet,propterea
quod illa bona dicútur patrimonialia,& nihil habent
spiritualitatis data clerico, vt ex fructibus illorú ho-
nestè viuat,& ne in opprobriú cleri mendicare coga-
tur.c.legimus.83.dist.Et quia paupertas sæpe cogit ad
turpia.l.spadonẽ.§.fi.ff.de excusa.tu.Et esset iniquum
si clericus illa haberet pręcipua.Et vlterius legitimam
peteret. hinc resultaret magna inæqualitas inter libe-
ros,quę sacris displicet legib.vt toties diximus. Non-
ne etiam extraneus potest assignare clerico, vt donec
habuerit alia bona ecclesiastica, vel temporalia illis
vtatur,& posteà restituat?vt no.in d.c.nó liceat.frater
tamen si bona à patre assignata ad integram legiti-
mam non sufficerent posse filium agere ad supple-
mentum.d.§.repletionem.

352 Vnde † dominus Iulius nó tenebitur conferre suis
fratribus expensas, quas occasione beneficiorum ha-
bendorum eius fecerit pater. Neque quæ intuitu ec-
clesiæ acquisiuit. Et licèt sit inæqualitas,illa ex priui-
legio personę causatur.c.duo sunt genera.12.q.1.sicut
milites,vel quasi simili priuilegio gaudẽt.d. §.nec ca-
strense.Glo.in l.miles. ff. de re iudi. Hinc licèt clerici
sint in potestate patris possunt testari de aduentitiis.
Barb.in c.quia nos.2.nota.de testa.Nec aduẽtitiorum
ad patrem pertinebit vsusfructus.volente filio.Rol.à
Val.consi.16.nu.3. lib. 4. etiam si primæ tonsuræ ille
sit.vt Rol.à Val. consi.11.nu.27.lib.2. Quod tamen
sacro Tridentino consilio ad eos solos priuilegia re-
stricta sunt, qui vt Deo fidelem cultum præstarent,
hoc genus vitæ elegerunt.sessio 23.c.4.

Summarium vndecimi responsi.

354 *Mens est fortior verbis.*
355 *Digito rem ostendere.*
356 *Pater præsumitur æqualiter filios suos diligere.*
357 *Pater,quæ in vita filio fecit, videtur eadem velle facere post mortem.*
358 *Pater censetur velle obseruare æqualitatem inter liberos.*
359 *Concordia fulciuntur opes.*
360 *Testator cẽsetur voluisse,quod colligitur ex cóiectura tacitæ volútatis,& quod prudẽs pater f.faceret.*
362 *Primò genitis magis fauendum est.*
363 *Testator,quod non loquitur, velle non præsumitur.*
364 *Omissum pro omisso habetur.*
365 *Glo.in l.3.§.fi ff de mu & hono.explicatur vtiliter.*
366 *Vestes, & alia ornamenta, an veniant in collationem? nu.369.372.373.*
367 *Vestes pretiosæ,& quales quotidianæ dicantur. 375.*
368 *Pactum, quo vestes remanent superuiuenti an impediat colla?*
370 *Mulieres, quotidie nouas vestium formas desiderant.*

371 *Varium*

371 *Varium, & mutabile semper fœmina.*
474 *Alimenta non præstantur vltra necessitatem.*
376 *Lecti, & cubilia, an veniant in collationem.*
377 *Collatio rerum in qua æstimatione fieri debet, & cu-
ius temporis habenda sit ratio?*

Responsum vndecimum magnificum, & quotidia.



PAVLVS Antonius, duos habens filios,
Philippum, & Iacobum. Philippo vxo-
rem dedit, in cuius nuptiis se liberalem
exhibuit, in conuiuiis, & choreis, gau-
dentibus multis. Et erat cum illis Hy-
menæus lætus. quæ non solent fieri, nisi cum magno
familiæ sumptu. Et sicut non fuerunt mutæ nuptiæ.
ita, & vestes, & ornamenta à patre, sponsæ tradita,
solemnitati, & gaudio correspondebant. Mortuo pa-
tre, egit Iacobus contra Philippum fratrem, & co-
hæredem. vt conferat istos sumptus. vel saltē ex com-
muni patrimonio, similes in paterna domo cōsequa-
tur honores. dicens ita voluisse parentem multis pre-
354 sumptionibus, † quibus perinde est, ac si fuisset ex-
pressum. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. Cùm
mens illius, de cuius voluntate agitur, sit fortior ver-
bis. c. intelligentia. de verbo. signifi. c. Melchion. 1. q. 1.
c. sedulo. 38. dis. l. scire. leges. ff. de legib. l. non aliter.
de lega. 3. Soci. consi. 25. nu. 24. & consi. 4. nu. 4. lib. 1.
Parisi. consi. 85. nu. 9. lib. 2. Deci. cons. 186. per to. Rol.
à Val. consi. 62. nu. 24. lib. 3. & dixi suprà 188.
355 Quod † alio nomine dicitur, rem digito ostende-
re. non verbis. l. certum. ff. si cer. peta. vel rebus ipsis,
& factis. l. de quibus. ff. de legi. l. Paulus. ff. rē ra. habe.
356 Pater, † quia pater præsumitur æquali dilectione.
suos filios prosequi, quos æquali gratia natura pro-
creauit. l. maximum vitium. C. de libe. præter. vel ex-
hæreda. Et æquales fecit hæredes. larg. l. 1. C. de im-
pub. l. qui liberis. §. fi. l. cohæredi. §. 1. de vulga. l. Lu-
cius. §. pater puerum. ff. ad Trebel. Rui. consi. 128. nu.
13. lib. 3. Cepha. consi. 306. num. 18. Videtur enim
quod vni, in vita fecerit, id idem alteri post suā mor-
tem fieret. Arguendo à desiderio viuentium, ad desi-
deria morientium. l. quoniam. C. de natura. libe. l. Seio.
§. medico. de an. lega. Calca. consi. 8. nu. 40. & cōsi. 48.
nu. 16. Cra. consi. 98. in fi. Manti. lib. 3. titu. 2. num. 5.
357 Et † ne inter suos filios esset inæqualitas, & differen-
tia. l. pe. C. com. diui. l. fi. C. com. vtriusque iudi. l. illud.
in fi. hoc tit. §. illud quoque. in authen. de nupt. Ale.
consi. 1. in fi. & consi. 153. col. 2. versi. confirmatur.
Ang. consi. 394. nu. 3. Paul. consi. 150. lib. 1. Soci. cons.
98. in fi. lib. 1. Deci. consi. 41. versi. quarto hoc suader.
& consi. 43. in fi. & consilio 319. in fi. quibus cauetur
æqualitatem inter fratres esse obseruandam. quæ di-
citur amica pacis. inæqualitas mater discordię, & cau-
sa euersionis patrimoniorum. Rubeus consi. 7. nu. 7.
Soci. consi. 4. nu. 6. lib. 1. Tiraquel. de primoge. quæst.
4. nu. 2. 3. & sequen.
Dicebat etiam, si pater fuisset interrogatus super
obseruanda ista æqualitate ita respondisset, multis re-
spectibus, pro pace conseruanda, pro euitanda inui-
dia, pro liuore fraterno tollendo, qui nascitur ex di-
spari dilectione. Soci. consi. 165. num. 13. in fi. lib. 2.
359 Hinc † dici solet, concordia fulciuntur opes, etiam
exiguæ. Multáque defensio solet esse tutissima. Et
ita patrem voluisse disponere quod colligitur ex
coniectura tacitæ responsionis. l. Titius. §. Lucius.
vbi Bart. Paul. Alexand. numero secundo. Ias. num.
360 20. ff. de libe. & posthu. Et † dicant nostri maiores,
quòd nulla est melior regula in vltimis voluntatibus,
quam ista l. fi. C. de post. hæredi. l. quoniam. C. de na-
tura. libe. l. qui grau. ff. de iure codicil. Glo. in l. tale
pactum. §. fi. ff. de pac. Oldra. consi. 25. numero tertio.
Signoro. consi. 183. num. 10. Manti. lib. 3. titu. 19. nu.
4. & sequen.
361 Et † vlteriùs voluisse patrem, quod prudens pa-
terfa. faceret. l. Lucius. in fi. ff. de hære. Insti. Bal. consi.
40. nu. 1. lib. 3. & in l. 1. numero 2. de impube. Néve in
suis factis à sapiente reprehendi possit, & corrigi. l.
Saluius. de lega præstan. Soci. Iu. consi. 75. numero 20.
lib. 3. & consi. 122. num. 23. 25. lib. 3. Sed quæso, quis
pater habens duos filios in obedientia, & moribus
æquales, magis vni, quàm alteri vellet benefacere?
quos vna voce æquales fecit hæredes? Consultus sa-
piens responderet, fratrum concordiam omni lucro
esse præferendam. l. fratris. C. de transac. l. repre-
hendenda. C. de insti. & substi. quæ per æqualita-
tem conseruatur. d. §. illud quoque. l. cùm pater. §. cun-
ctis. de lega. 2. Bar. in l. si pater. ff. de dona. Deci. consi.
59. numero. 3. & consi. 122. num. 3. & consi. 149. nu.
8. Hinc parùm prodest hæreditas multo onerata li-
uore. l. minoribus 25. annis. ff. de mino. §. ne autem.
Insti. de auctori. tuto.
362 Philippus † autem negabat hæc omnia. Et si pater
voluerit recreari in suis nuptiis, hoc fecit fauore pri-
mogenituræ. sicut plerunque solent parentes magis
fauere primogenitis, tanquam magis dilectis, quo-
rum conditio melior est, quàm cæterorum. In succes-
sionibus & aliis multis. no. Glo. in c. licèt. de voto. in
c. quàm periculosum. 7. quæst. 1. Oldro. consilio 224.
And. de Iser. in c. 1. §. sed & res. per quos fiat in. Bald.
in l. 1. col. 8. versi. sed quæro. cum multis aliis allega.
per Tiraquel. in præfatio. primog. numero 3. cum
sequen.
363 Testator, † quod non loquitur, voluisse non præ-
sumitur. l. quidam cùm filium. & ibi Bal. de verbo. ob-
lig. l. vni. §. sin autem ad deficiētis. C. de cadu. toll. De-
ci. consi. 63. nu. 3. & consi. 89. nu. 2. Paris. consi. 3. num.
8. & consi. 39. nu. 3. lib. 3. Et non sufficit dicere testa-
torem voluisse hoc. Nisi eius voluntas transierit in
dispositionem. Bal. in d. l. quidam. Deci. consi. 10 . nu.
5. & consi. 477. in fi. consi. 477. in fi. consi. 696. nu. 19.
Ias. consi. 228. nu. 10. lib. 1. Parisi. 87. num. 18. libro 2.
364 Nam † omissum, pro omisso habetur. l. militis codi-
cillis. §. veteranus. ff. de mili. testa. Rolan. a Val. consi.
56. nu. 5. lib. 3. & consi. 51. nu. 108 lib. 2. Cepha. consi.
426. nu. 24. Cùm ergo de futura collatione non fuerit
loquutus. de illa non cēsetur voluisse disponere. l. fer-
uum §. nō dicit prætor. ff. de acqui. hæred. l. de portio.
ff. de publica. Cra. consi. 300. nu. 6. Quid dicendum?
365 Respond. † hæc fratrum discordia dissoluitur per
tex. & Glo. in l. . §. fi. ff. de mu. & hono. vt ex commu-
ni patrimonio fieri non debent sumptus, pro honore
filij, licèt viuus pater pro altero filio huiusmodi one-
ra expenderit. Glo. infert sumptus, quos pater nomi-
ne filij pro vxore ducenda fecerit, non esse conferen-
dos. Ratio, quia præcipue fieri dicuntur in honorem,
& lætitiam patris, quando videt filium promoueri ad
munera, & honores. Filius sapiens gloria patris. Pro-
uerbio. c. 10. quem magis diligit, quàm se ipsum. l. illi
quidem. ff. quod me. caus. l. fi. C. de cura. furio. Ideò, si
alius filius velit idem facere, faciat de suo. cùm sit de-
functus pater. deinde, illæ lætitiæ, & conuiuia. salta-
tiones & choreæ, amplius non sunt, simul cum soni-
tu perierunt. quomodo ergo in collationem venient?
Nō enim nullæ sunt qualitates. l. 2. ff. de vsufruc. Imò,
nec pretium eorum. quia, sine culpa illius, (à quo col-
latio petitur) extincta fuere. l. 1. §. consertur. l. 2. §. de
illis.

illis ff.eo.& s̄.diximus. & no. Bar.in d.§.nec castrense.col.4.versi.vlterius quæro. quem sequuntur doct. commu.vt Alex.attestatur in d l.5.§.fi.

366 Non † ita de vestibus,& ornamentis,quæ extant, & possunt æstimationem recipere, de quibus facienda distinctio est inter scilicet pretiosas, & viles, seu quotidianas, quæ statim traditæ efficiuntur vxoris.l. ex annuo.ff.de dona.inter vir.& vx.vbi alimenta,quę ex annuo, vel menstruo vxori maritus præstat, non reuocantur, sine quibus vxor non posset viuere. Ita sine vestimentis quotidianis, quæ alimentorum appellatione continentur.l.verbo victus.ff.de verbo.signi.l.si vsusfructus.§.fi.ff.ad l.Falcid.At si pretiosę illæ fuerint vestes, iocalia, monilia, & ornamenta venire debent in collationem. Quia,non sunt mulieris, cui socer,vel maritus non censetur tradidisse animo donandi. sed magis propter maritum vel socerum. vt illa ornatior appareret, in honorem familiæ, & domus.l.mortis suæ causa.§.fi.ff.de dona.inter virum,& vxo.l.si vt certo §.interdum ff.commu.l.id vestimentum.ff.de peculio.vestimentum traditum seruo,vt eo perpetuò vteretur, in peculio est. illud verò, quod certis diebus seruo vtendum traditum est.veluti,cùm se sequeretur. vel cùm sibi cœnanti ministraret. non est de peculio.Non mihi placet ratio nostrorũ, quod donatio non præsumitur. quia, idem esset de quotidianis,& tamen donatæ censentur.vt s̄.diximus.Ideò dico, illa pretiosa, quæ dantur nurui, vel vxori, non dantur intuitu personę ipsius mulieris,sed magis mariti,vel soceri. quoniam dici solet, Bene compta vxor diuitem maritum ostendit.d.§.interdum.ibi,quo honestiùs culta ad se duceretur. non ita de quotidianis, quæ sicut alimenta donatæ censentur, sine quibus non posset viuere.d.l.verbo victus.

Hanc distinctionem communiter sequuntur doc. veluti Ancha.consi.180. Roma. consi.146. nu.1.2.3. Alex.consi.42.lib.3.& consi.155.in fi.lib.7. de Afflic. decis.315. dicentes istas expensas, quæ fiunt pro ornando isto muliebri corpore esse coactas, non ex liberalitate procedere. Cùm fiant pro euitanda verecundia.arg.l.fi.§. si fœnerator. ff. quod me.caus. quæ oriretur,si mulier suis debitis vestibus, & ornamentis defraudaretur,secundũ qualitatem suæ domus, & familiæ dignitatem.arg.l.pecuniæ.de alimen.& ciba.lega.l.Quotus.ff.manda. Nimirum si non præsumatur donatio eorum, quæ fiunt ex necessitate. l. rem legatam.de adi.lega. Quamuis socer, vel maritus vteretur verbo donationis. quod pro subiecta materia intelligendum est pro commodato.arg.l.si vno anno. ff.loca.Campeius in tracta.do.quæst.55.Ioã.Lup.in Rub. de done.§.7.Alcia.respon.241.Capel. Thol.deci.337. Rol.à Val.consi.10.nu.10.lib.1.Iulius Clar.in verbo. donatio.quæst.10.

367 Quæ† autem dicantur vestes quotidianæ,vel pretiosæ in arbitrio iudicis consistit,vt consideret personarum qualitates, dotiúmque quantitates, & datas summas. vel quibus vtebantur diebus solemnibus, vel quotiens in grauioribus congregationibus eas interesse oportebat,quæ magis ad ornatum erant comparatæ. sicut alia mobilia, quæ nullam aliam habent vtilitatem,nisi ornandi corporis causam. l.argento.§. ornamentorum.de auro,& arg.lega.Proinde aliquando sericea vestis, vel purpurea, quotidiana vocabitur si personæ dignitas hoc persuaderet, & facultas pateretur.Cor.consi.81.nu.12.lib.1.de Afflict. decis.315. nu.3.Mono.de arbi.lib.2.centu.3.casu 218. Et quando verisimile esset eam habere pretiosiores in scriniis repositas, quibus in iocundis, & maioribus diebus vteretur pro consuetudine. quas conferre teneretur cũ aliis corporis ornamentis,vt prędiximus. huius rei inquisitio,& definitio ad iudicem pertinebit. arg.l.1. ff.de iure del. l. continuus. §.1. ff. de verbo. obliga.l. quæsitum.ff.de testi.l.1.ff.de effracto.& expila.

Hęc sunt in effectu,quę à nostris doctiss. patrib.discussa comperimus, quæ laudamus, & approbamus.
Tametsi multi scrupuli remaneãt, & indissoluti nodi.
368 Proinde,†solet cõmuniter fieri pactũ inter coniuges,
quòd vestes,& ornamẽta sint superuiuẽtis, quo casu
donata non remanerẽt in dominio mariti, vel soceri.
Ne liceret semel data auferre. quia, turpius eiicitur,
quàm non admittitur hospes. c. quẽadmodum.de iureiuran. Deinde, quia possunt pleno iure ad vxorem
pertinere,si superuiuat.l.vbi adhuc. C.de iure do.

369 Et † licèt res illæ dicerẽtur cõmodatæ, tamẽ illud
commodatũ esset perpetuũ, id est, durante matrimonio. proinde,si eo cõstante repeterentur diceretur in-
tempestiua repetitio,nondũ vsu finito.l.in cõmodato.
370 §.sicut.ff.com.c.1.eo.titu. Illud†etiã turbat animum,
quod istud variũ,& mutabile mulierũ genus, quoti-
die desiderat nouas vestium formas, & passim mutat
quadrata rotũdis,& plerunq; materiã superabit opus.
Si detritæ illę fuerint, & vsu cõsumptę, quomodo il-
larum habenda erit ratio in collatione? Sunt etiam
plurimæ,quę sine differentia dierum, promiscuè suis
vtuntur vestibus,& ita omnes essent quotidianæ.

371 Difficilis † est huius rei definitio. quę circa mulierũ gesta versatur,quę solent esse incerta,& varia.similis similẽ sibi generat.Arist.li.1.c.7.de gene. & corru. Quã ob rẽ(inquit)& ignem calefacere. & frigidũ frigefacere,& omnino actiuũ id quod patitur,sibi simile reddit. Ita varia huiusmodi sexus natura varios, & & incõstantes actus producat necesse est. Respõdeo, pactum nullũ facere pręiudiciũ futurę collationi pręcedẽte vxore. At si ille prędecedat collata in vxorẽ ad eã omnino pertinebũt.virtute pacti.d.l.vbi adhuc.

372 Licèt † præterea dissoluta fuerit vestis,tamen si ex eodẽ panno,& his,quę vice accessionis cedũt consuta sit,& restaurata,eadem vestis cẽsebitur.l.qui res. §. areã. ff.de solu.l.inter stipulantẽ.§.sacrã.ff.de ver.obli. Etiã aliquo addito, vel diminuto.l. proponebatur.in fi.ff.de iudi.Et idẽ si nouæ vestes fierẽt constante matrimonio,vel ornamenta nurui traderentur,venirent in colla. secundum præfatum iam traditum modum.

373 Quid †si duplicatas haberet quotidianas vestes?an
illas habebit præcipuas?sunt aliquæ, quæ nunquã satiatæ quiescunt. de quibus loquitur Tiraquel. in l. 3.
coniug.nu.21.cũ sequẽ.Respõdeo, quod vltra neces-
sitatem eam habere contigerit,conferendum. propter
374 æquitatem,& ne sit tanta inæqualitas.ad† similitudi-
nem alimentorum,quę non præstantur vltra necessitatem.l.cùm vnus.§.fi.cùm alimenta.de ali.& ciba.lega.Bar.in l.libertis quos.§.1.eo. ti. Decius in l.de alimentis.C.de transac.nu.8.Rui.consi.80.nu.5.libro 2. quãdo scilicet ex dispositione legis debeatur.l.si cùm dotem.§.sin autem.ff.solu.ma.Rui.consi.36.num.13. lib.3.Alex.consi.72.nu.9.lib.5.

375 Et† si mulier pro euitanda collatione diceret nullas habuisse præcipuas, vel charas. sed omnes quotidianas,& familiares esse.ad iudicem pertinebit informatio super isto dubio vestium vsu, & videre, quæ possint esse necessariæ vel superfluæ,& deinde superfluas disponat esse conferendas. ne alteri fratri præiudicium fiat ex bono & æquo. secundum communes colla.regulas.

376 Sed†quid dicemus de lectis,cubilibus,& stramentis, quæ socer nurui suæ tradidit, an conferantur?

Certum

Certum est appellatione alimentorum lectum, & stramenta contineri.l.quos nos.§.verbum viuere. de verb.signi.l.vestis.§.familiari.de auro,& arg.lega.Alcia.in d.l.verbo victus.Respódeo igitur superiori distinctione esse vtendum: videlicet non esse conferendos ordinarios,& familiares lectos.Cum cortinis,lodicibus,linteis,& aliis,quę ad cubandum sunt necessaria,pro vtroque æstatis, vel hiemis tempore. At si quæ alia fuerint ornaméta egregia, quibus decorantur lecti.de quibus loquitur.l.& si nó sint. §.lectum. de auro,& arg.lega.vel quod tempore nuptiarum ornatum fuerit,vel quando solet puerpera post partum purificari,& in lecto quiescere, quam visitare solent amicæ,& cognatæ si stragulæ illæ sumptuosę fuerint, vel tapeta à socero egressa,& data nurui,æquum esse venire in collationé ad similitudinem vestimétorum.

377 Postremò,† cú omnia ista vsu côsumantur,& tempore pereant,si valor vestimentorú decreuerit,& peteret frater collationem secundum valorem,qui erat tempore,quo comparata fuerunt,audiendus non est, sed habenda erit ratio ad valorem, qui erat tempore mortis patris.l.2.§.de illis.ff.eo.de Afflict.decisi.247. Alex.ad Bart.in l.2.§.fi.ff.ad municipa.de Rip.in l. in quartam.nu.176.Ideo si répore mortis esset omnino consumpta cessabit collatio: quia,sine culpa,& dolo eius,à quo petitur collatio perierunt.Idem in hęrede grauato, qui nó tenetur res integras restituere.l.mulier.§.si hęres.ff.ad Trebel.l.cum res.§.culpa.vbi Bar. de lega.1.Nec tutor.vt scribit Bart.in l.quod ad præsens.C.de muregulis.lib.11.Dixi.decisi.158.nu.14.

Summarium responsi duodecimi

378 *Ludi sortis,de iure probibiti.*

379 *Lucrum, quod ex ludo fuit acquisitum non côfertur.*

380 *Lucrum nó confertur,nisi appareat quantú illud sit.*

381 *Filius non potest improbare, quod tacitè pater approbauit.*

38x *Malè parta.peiùs dilabuntur.*

Responsum duodecimum, iocundum satis.

SATIS dura contentio fuit, inter duos fratres post morté patris, quorum alter paterna negotia exercuit, & laborauit, secundú præscriptam patris volútatem. Alius ociosè viuendo,& ludédo,multos sibi cógregauerat nummos.Et tamen intestato patri æqualiter volebat succedere, & omnia illa lucra sibi soli retinere.Côquerebatur sapiens,quòd longè melior esset conditio stulti,si ab illis lucris ipse excluderetur.Et alius commodum suorum laborum reportaret:quos in augéda hæreditate côsumpsit.Si honesta lucra veniát in collationé,fortiùs,& illa,quæ ob turpem causam côparata sunt,ne alioqui ex delicto quis commodum côsequatur. Lusor verò dicebat nullam habendam rationem ad ea,quæ ludédo parauit.Cum sub fortunæ dominatione pendeant,& incerta esse.l. 1.vbi Cagno.nu.17.C.de pact.l.de fideicommisso.C. de transact.l.si pater puellæ.& ibi Ias.num.2.3.C.de inoff. testa. l.quemadmodum.§.item Labeo.ibi,cum incertum sit an caperentur.ff.ad l.Aquil.

378 Certùm † est, iura nostra prohibere ludos, quos
vulgò *azards* vocat, eosque illicitos declarat.l.1.ff.de
aleæ vsu,& aleato.Authen.aleatú vsus. C.de religio.
gl.& doct.in c.clerici.de vita,honest.cle.Capel.Tho-
lo.q.192.Ias.in l.iurisgentium.§.prætor ait. ff.de ma-
379 lesi.in verbo. *meliore di mali dati*.nu.2.3.vnde† sequi-
tur, similia lucra non venire in collationem. l. quod
seruus.ibi,quod verò ex maleficiis apprehenderit. ff.
de acqui.possess. vbi,si filius ex pecunia patris vsuras
fecerit,patri non acquiritur. l.si fratres.§.fi.cum l. sequent.ff.pro so. Nam sicut ex circumuentione propria,quis nihil côsequi debet. Ita,nec ex circumuentione alterius.l.alterius.vbi Deci.& Cagno.ff.de reg. iur.Si ius harum rerum collationes admitteret,videretur turpia lucra approbare,quod nó est dicendum. Cum sit ars boni,& æqui.l.1.ff.de iust.& iure.l.leges sacratiss. C. de legib.& iubeat vt honestè viuamus.§. iuris præcepta.Insti.de iusti.& iure. Augerentúrque maleficia, si alij fierent participes inhonestorum lucrorum,tanquam agentes, & côsentientes eadé pœna venirent puniendi.l.si is qui opem.ff.de fur.cap.1. vbi cano.& Deci.nu.10. de offi.& potest.iudi.deleg. Hypo.consi.25. num.8.

Et plerumque odore lucri impulsi,non vererentur fœdas passim facere petitiones, contra.l. mercalem. C.de condict.ob tur.cau.Cagno.in d.l.alterius.num. 4.Ideo,tollenda est delinquendi occasio.l.conuenite. ff.de pact.dota.l.iurisgent.§.illud. ff. de pact.c.porrò. de diuor.de his scribit D.Thom. 2. 2.quæst.31.artic. 7.Sum.Ang. in verbo ludus.Puteus in tract. de ludo. Cagno. in §. illud. in procemio. ff.num.275.& 276.

380 Et † si dixeris, videri æquum, vt filius obediens, qui laborauit,& nixus est augere facultates paternas, habeat maiorem portionem.arg.l.si societatem.ibi,si alter plus operę,industriæ collaturus sit.ff.pro socio. vt concludit Petrus de Vbal.in tract.socie.in 6.par.q. vlt.Cot. consi.116.lib.4.Rom.consi.168.in 4.dubio.

Respondeo,non constate quid,& quantum,obediens fuerit lucratus,non enim sufficit laborasse,nisi inde probetur laboris effectus,poterat enim esse inutilis,vel damnosus magis.l.inter artifices. ff.de solut. Cot.consi.233.num.2.lib.2.& consi.311.num.4.lib. 3.Deci. in l.illud.num. 13. infrà eo. Ideo dicebat ille seruus,& prudens. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Cui dominus, intra in gaudium domini tui. vt apud diuum Math. cap. 25. prætereà, iste filius non suo,sed patris nomine negotiatus est, quo casu totum patri acquiritur: quia, tunc tanquam eius institor dicitur côstitutus.l.quod procurator.ff.de procura.vel mandatarius.Bar.in l.quia poterat.ff.ad Treb.Bal.in d.authen.ex testa.& consi.469.lib.4.Ang. consi.85.nu.2. Deci.in d.l.illud.nu.12.Cra.consi.125.in fi. Nimirum etiam si de salario nulla sit habenda ratio, cum mandatum debeat esse gratuitú.l.1.§.mandatum.ff.mand. Cæterum inæqualitas lucri semper vrgebat eum,qui patri obedierat, quod nihil fuisset lucratus, & alius tanta.de quibus saltem boni viri arbitrio detrahenda erant alimenta, pro illis temporibus, quibus soli ludendo consulebat,& acquirebat.l.1.ff.eo.poterátque viuere de lucro suo.arg.l.si quis à liberis. §.idem rescripsit.ff.de libe.agnos. Alius negabat, quia tacente patre ita vixerit,& se gesserit, fuerítq; nutritus à patre,& nihil ad fratrem.arg.l.parentibus. C. de inoffi. testa. & iure patrio auctoritas corrigendi ad patrem pertinebat.l.1.C.de emend.propinquo.l.3.C. de potest. Non poterat frater,quod pater tacitè approbauerat controuertere.l.fi.ibi, si ipse,qui hoc passus est tacuerit,silétium eius maneat semper. C.de reuocan. dona.Tandé lusor nouo defensionis medio vtés, lite pendéte, non solu quę lucratus fuerat,verùm vsq; ad vesté nocte vna ludédo amisit, & ita côtra aduersariú victoriá reportauit & liberatus est oïno à collatione.

38x Vnde† verum est quod dici solet:male parta, male dilabuntur & iterum, quod regius propheta cecinit. psal. 36. vidi impiú superexaltatú sicut cedros libani,

& transiui,ecce non erat,quæsiui eum,& non est inuentus locus eius. Dicamus igitur non esse luctum, quod iactura bonę mentis comparatur. Neque quicquam vule esse, quod non sit honestum. Cuius exitus est amarissimus.

Summarium responsi decimi tertij.

383 *Collatio cessat,quotiens de voluntate patris constat, expressa,vel tacita.*

384 *Expressum non dicitur,quod ex mente colligitur.imo contra. num.386.*

385 *Verba non operantur , vbi tacita mens repugnat.*

387 *Legatarius, legatũ obtinebit,etiam si tutelam recusauerit,quando euidenter constat de cõtraria mente.*

388 *Collatio,quibus coniecturis censetur prohibita.*

389 *Clausula generalis,nõ refertur ad specialiter expressa.*

390 *Collatio cessat , propter onus impositum donationi.*

Responsum decimum tertium. difficile.

PATER, emancipando filium,dedit illi plenam,& amplam potestatẽ , vt deinceps possit ille contrahere,negotiari,& sibi acquirere,& de acquisitis,& acquirendis libere disponere sine vlla molestia per patrem inferenda,vel suos hæredes. Et in signum veræ emancipationis donauit illi domum , & contemplatione matrimonij , per eum in futurum contrahendi,vt illa vtatur,& gaudeat , tanquam dominus,& proprietarius,tam inter viuos, quam in vltima voluntate. Saluo tamen,quòd si sine liberis decesserit ad donãtem reuerteretur,& suos:facto deinde per patrem testamento,in quo æquales suos fecerat hæredes, cohæres frater petit vt iste domum donatam conferat. Ille negat multis rationibus.

383 Præsupponẽdo † collationem cessare,quoties de volũtate patris appareret,nedum expressa,sed etiam tacita,quæ ex coniecturis colligeretur. l. ex parte. §. intestato. ff. fami. her. vbi , per diuisionem factam à patre inter liberos præsumitur prohibuisse collationem.vt supra diximus,num.188.189.Soci.consi.127. num.14.libr.3. Alias enumerat coniecturas veluti, si pater assignauerit vni filiorum quædam bona pro parte sua duntaxat , vel si dixerit , non vltra. videtur voluisse, vt alij illi non conferant : quia,taxatiua excludit illũ ab alijs paternis bonis.l.ob æs.C.de præd. mino.l.properandum.in princip. in verbo non vltra. C.de iud.vel quando diceret,quòd sit tacitus,& contentus,& nihil ampliùs petere possit.vt no.Bart.in l. iurisiurandi.§.fi.ff.de ope.liber.& in l.fideicommissa. §.si quis ita de lega.3.vel vellet pater , vt donatarius haberet bona sine onere , tacite excluderet collationem,quæ verum continet onus faciendæ communicationis.arg.l.qui solidum.de lega.2.l.rogo.§.illud.ff. de fidei.liberta.Idem Cra.consi.125. num.5.& Bald. consi.110.num.1.lib.4.Si pater oneraret vnum filiorum ad conferendum, alios censetur voluisse eximere , quia expressio vnius , est exclusio alterius.l.cum prætor.ff.de iudi.

384 Istæ†coniecturæ videntur spinosæ.Nempe,ita demum cessat collatio,si parens hoc designauit expressim.d.authen. ex testa. Quod autem per coniecturas colligitur,expressum dici non potest:quia,illa dicuntur rei latentis indicia , per signa præsumptiones recollecta.Et sic videbatur verbis specialibus opus esse. secudum Ang.in d.§.illud.vnde colligitur.d.authen. ex testamento.Rimi.consi.228.libr.2. Tamen vt dicunt omnes nostræ professionis clarissimi artifices. Illud expresse etiam dicitur , quod ex mente colligitur,& vltra ea,quæ suprà diximus quæst.6. Idem voluit Parisi.consi.97.nu.105.lib.1. Deci.in l.1.5.nota suprà eo.& in l.filiam.in princip.hoc tit.& consi.59. num.2.Cagno.in hac l.nu.39. Cra. consi.85.nu.8.& consi.125.nu.5.Deci.consi.22.nu.15.lib.2. Tiraq. de legi.con. Gloss.7.in verbo *expres*,num.115.

385 Et†si liceat nobis à propria verborum significatione recedere , quando per coniecturas de contraria mente constaret.l.non aliter.de lega.3.l.2. C.com.de lega.l.quamuis.l.cum virum. C. de fideicom. l.fideicommissa.§.item si quis.de lega.3.l.vnum ex familia. §.pen.de lega.2.l.cum res legata.de lega.1.l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.l.cum anus.de condi.& demonst. cum similibus,quæ pene sunt innumerabiles. vt Manti.lib.8.tit.1.Cur non licebit ex gestis per patrem facere iudicium?quod noluerit suos liberos collaturos?cum plus sit rem facto ostendere,quã verbis? l.Paulus.ff.rem ra.habe.l.de quibus.ff.de legi.Et quæ ex coniecturis colligitur,euidens voluntas dicatur? l. Licet imperator.vbi Bart.nu.10.de lega.1.Et apertissimam probationem dicant de ea loquentes leges. vt l.in tempus.§.quotiens.ff.de hæred.Insti.l.si quis locuples. in fi.ff.de ma.testa.l.si constante.in princip.ff. solu.ma. Cur.Senior.consi. 42. in princ.& consi.61. Cur.Iun.consi.121.nu.17.20.Rol.à Val.cons.[illegible].nu. 54.lib.3.Cepha.consi.114.nu.23.& consi.188.nu.7. cum seq. Mono.de arb. lib.2.centu.2.cast.115 .nu.6.

386 Ego † ampliùs dico, non esse nouum, vt expressa dicantur, etiam in correctoriis , quæ tacitè ex mente colligimus.Proinde Trebellianica nouo iure expressim prohibenda est.§.si vero expressim.in Authen.de hæred.& falcid.authen.sed cum testator.C.ad l.falci. licet iure antiquo non posset prohiberi. l. quod de bonis.§.1.ff.ad l.falcid.l.si vt allegas [illegible].eo. Et tamen si ex coniecturis colligeretur prohibitio non detraheretur.docuit Bar.in l.centurio.nom.27.vbi omnes eundem reuoluunt lapidem.de Rip.nu.130.Bertran. consi.148.in vltimo dubio.libr.2.Rui.consi.148.nu. 6.lib.3.Idem in falcid.Alex.consi.101.nu.10.lib.6.de Rip.in l.nemo potest.nu.48.de lega.1.Si quidem expressum dicitur(vt iam diximus)quod per cõiecturas apparet.l.prætor ait.§.1.cum gl.in verb.expressim.de no.ope.nun.l.fi.C.quod cum eo.Et hãc communem esse sententiã late,& ample ostẽdit Manti.li.7.ti.12.n. 6.veluti,si testator dicat,volo vt totã,integrã,vel sine diminutione restituas hereditatẽ.&c. Gui.Pa.q.557.

387 Idẽ†dicimus,de illo,qui onus tutelæ recusaret à legato repellendũ , nisi euidẽter pater expresserit velle se dare,etiam si tutelã non administrauerit. l.Nesennius.in fi.cũ l.seq.ff.de excu. tu. Quid si primò legauerit carissimo fratri suo pro bene meritis , & omni iure,quod habere poterat super suis bonis, & postea illum tutorẽ fecit?Respondi satis euidẽter expressisse se daturũ etiam sine tutela.l. tutor.§. quæ tutoribus. ibi,cum iudiciũ patris vt filius, non vt tutor promeruerit.ff.de excu.tut.& alias relicturus erat , vt ibi gl. inquit,sed obstat quam maximè authẽ. hoc amplius. C.de fideic.quia volũtatem testatoris nõ obseruauit. vt aduertit Rum.consi.207.nu.2.sed respondeo,contrariũ voluisse testatorẽ per illa iam designata verba, quæ affectionẽ propriam, & singularẽ in legatarium ostendunt.l.qui tutelam. ff. de test.tutel. hinc partes relictæ in institutione, videntur repetitæ in substitutione nisi euidẽter aliter fuerit expressum. l.si plures. in fi.de vulga.glos.ibi dicit satis esse,si ex coniecturis aliter appareat , veluti si nomina propria expresserit, vel pecuniam æqualiter dare rogauerit, &c. Et tunc videtur expressisse , quod ex coniecturis colligitur. no.Deci.in l.1.num.4.hoc titu.

Hic

388 Hic† dicit pater, vt de acquirendis possit liberè disponere sine vlla quæstione per patrem inferenda, vel eius hæredes. Sitque domus donatæ dominus, quæquidem verba verè excludunt collationem. Et ostendunt eum, qui eius rei dominus est, de ea possit libere disponere, & non vt alteri teneatur conferre. l. in re mãdata. C. manda. no. Bar. & omnes doct. quando de dominio loquũtur. in l. 1. ff. de acqui. pos. Alioqui illa verba essent otiosa, & vana contra. l. si quãdo. de lega. 1. & in simili Cra. consi. 85. in fin.

Cæterum, quia magis amica veritas, ista coniectura non videtur probabilis, sequeretur enim emancipatum semper esse liberum à collatione, vt pote cum pater eum emancipando velit, vt ille sibi acquirat secundum naturam emancipationis, quæ liberat filium à manu, & potestate patris. §. præterea. Instit. quib. mod. ius pa. potest. solui. toto tit. de emancipa. libero. Deinde etiam, quia, donatio facta in pręmium emancipationis confertur regulariter. d. l. vt liberis. & dixi suprà num. 69. Sequeretur postremò, quod nullæ vnquã donationes conferrẽtur, quoniam donans transfert omne ius, quod ipse habet in donatarium. l. traditionibus. C. de pact. & consequenter, vt de illa possit liberè disponere. Et hoc non obstante de rebus donatis collationes fiunt. d. authent. ex testamẽto, quia,
389 clausula † generalis non refertur ad ea, quæ specialiter ordinata sunt. l. doli clausula. ff. de verb. obligat. l. sanctio legum. ff. de pœnis. l. alimenta. §. basilicæ. de ali. & ciba. lega. Decius in Rub. ff. de reg. iuris. num. 2. Cagno. num. 12. de Rip. in l. 1. num. 66. si cert. peta. latiùs Panor. & Feli. in c. sedes de rescrip. Ideo volebam ab initio inclinare ad collationem, & maior pars nostrorum. Sed nos retinuit illud onus, quod fuit impositum donationi, videlicet, si sine liberis decederet res donata reuerteretur ad donantẽ, & suos, quo casu tacitè videtur prohibuisse collationem, quia res donata subiecta erat restitutioni cessante prole. authen. res quæ. C. com. de lega. Et per collatio. fieret alienatio. contra voluntatem donantis, qui voluit veniente conditione domus ad ipsum reuerteretur, integra scilicet, & non diuisa. l. nominis. §. opere. de verb. signif. vlteriùs me mouebat. §. si quando. in fin. in authen. vt sponsa. largi. Si testator vetuit rei alienationem, falcidia non detrahitur, cum sit species alienationis. Ita dicendum est de re subiecta restitutioni, ne conferatur, cum similiter alienationem contineat. l. fin. C. de rebus alie. non aliena. Et ita discordantibus arbitris Rota iudicauit, quæ pro tertio electa fuerat.

Summarium responsi decimi quarti.

390 *Dos confertur liberando fratres à solutione.*
391 *Substitutio, propriè institutio dicitur.*
392 *Transuersales, non conferunt.*
393 *Filia exclusa ab hæreditate patris, non censetur exclusa ab hæreditate fratris.*
394 *Relicta in testamento, non conferuntur.*

Responsum decimum quartum, quotidia.

REIRONVA Chabrerius loci Biturritatum duas suas filias matrimonio collocauerat, & singulis tricentos aureos dotis nomine dederat, postea ex secũdis nuptiis filium, & filiam habens, filium adhuc pupillum hęredem fecit, filiæ mille aureos pro dote legauit. Et si hæres in pupillari ætate decederet, suas tres filias eidem substituit. Filio mortuo, & adita per substitutas hęreditate petit ista filia à suis germanis sororibus ab earum singulis tricentos, & triginta tres aureos, cum vno tertio, sibi à patre relictæ dotis. recusant sorores, & solùm teneri in centũ aureis, vt sit inter eas æqualitas, & quod illa teneatur cõferre, quod plus, fuit sibi à patre relictum, secundum generales collationum
390 regulas. Quæ† volunt dotis promissæ, & non solutæ, fieri collationem per modum liberationis. l. 1. §. pen. ff. de colla. do. l. si pater. hoc ti. l. si filia. C. famil. hercis. & suprà nu. 133. Deinde, quia istæ sorores substitutæ fratri, videntur institutæ à patre, eique ex testamento succedere. Cum substitutio propriè institutio dicatur l. mulier. §. fin. de condi. & demonst. vbi, hæc conditio si me hæredem feceris, verificatur etiam in substitutione. ergo propriè. l. Mæuius. l. qui hæredi. eo. tit. Idem in l. si pater impuberes. ibi, duos gradus institutionis factos. de vulga. vnde, sicut institutæ à patre conferre tenebantur. Ita quoque si fuerint substitutæ, considerata præsertim, patris voluntate, qui præsumitur, æquales filias facere. d. §. illud quoque cum si. mortuo masculo quem fecerat hæredem vniuersalem. arg. l. in multis. ff. de sta. homi. Et ita interrogatus respondisset. gloss. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quid iuris?

392 Respondeo, † cessare collationem, cum iure cautum hoc non reperiatur. d. l. illam. Agatúrque de fratris pupilli hæreditate delata sororibus, in qua non est collationi locus in transuersalibus. Ias. in hac l. nu. 17. & suprà. 3. quæst. Semel enim adita hæreditate per pupillum, ampliùs non dicitur patris hæreditas, sed proprium ipsius hæredis patrimonium. l. 1. §. veteres. ff. de acqui. pos. l. sed si plures. §. filio. de vulga. l. 1. §. prætereà. ff. de separa. bono. huic seruit. §. 1. Instit. de hæred. quali. & diffe.

393 Hinc† sequitur, si filia sit exclusa ab hæreditate patris vt quia dotata sit, vel stantibus masculis per statutum vel paternæ hæreditati renunciauerit com iuramento, &c. si semel per fratrem adita fuisset, incapacitas quæ filiam à paterna hæreditate repellebat, locum non habebit in hac fraterna hæreditate, licet in ea nihil amplius sit, quàm quod à patre fuisset relictum. vt voluerunt Are. Alexan. Roma. Ias. num. 20. in d. §. veteres. Aret. consi. 161. col. 1. & col. pen. versi. item per statuta, & cons. 163. col. fi. vers. pro ista conclusione. Ang. consi. 52. per to. Rom. consi. 168. nu. 1. Bened. Cap. consi. 73. in 2. dub. Deci. consi. 433. nu. 4. & consi. 658. nu. 34. Benedict. in c. Raynutius. in verbo. duas habens filias. nu. 188. Et hanc esse communem Ias. in d. §. veteres. num. 24. attestatur. Itaque sorores, tanquam hæredes pro duabus partibus onera hæreditaria tenebũtur persoluere. l. pro hæreditariis. C. de hæred. actio. Nec fit iniuria quod plus dotis cõsequatur minor. quia, ita patri placuit. d. l. parentibus. C. de inoff. testa. §. disponat. in authen. de nupt.

394 Illud† etiam me mouebat dotem huiusmodi fuisse à patre legatam filiæ minori, ideo, quæ in vltima voluntate relinquuntur non veniũt in collationem. l. si pater. ff. de colla. do. l. ea quæ. l. filiam hoc ti. & suprà diximus. Et quamuis in multis iuris casibus patris, & filij vnum dicatur testamentum. Hoc ita, quia ab vna, & eadem persona vtrunque conditum est. Alio tamen respectu dici possunt esse duo. cum duæ in eodem relictæ sint hæreditates. §. igitur. Instit. de pupil. l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulga. (& vt nostri dicunt) quoad quid vnum, & quo ad quid plura vt declarat Ang. in d. §. igitur. quæquidem fictiones cessant, vbi semel per filium fuerit adita hæreditas. l. in eo. & l. hæreditas enim. & l. hæreditas in multis. ff. de acqui. rerum domi. Ias. in l. 2. num. 6. C. de in ius vocan. omnes in Rub. de vulga.

Summarium responsi decimi quinti.

395 *Depositum recusante parte, habet vim realis numerationis.*
396 *Depositum debet fieri congruo, & debito tempore.*
397 *Ante tempus non licet soluere, quando dilatio est creditoris gratia.*
398 *Et quando variari potest valor.*
399 *Consuetudine generali licitum est soluere monetam pro auro, quo modo intelligatur. nu. 406.*
400 *Principum facta non licet priuatis infirmare, quo dicuntur casus fortuiti.*
401 *Cephalus consi. 31. nu. 1. male consuluit.*
402 *Auri, in auro, valoris trium librarum, quid soluendum sit?*
403 *Moneta noua (pro antiqua) non æquè bona soluenda non est.*
404 *Consuetudo soluendi aliud pro olio, intelligenda est sine damno creditoris.*
405 *Aurum pro ære, iniqua permutatio.*
407 *Moneta mutata, soluendum de noua, æquè bona.*
408 *Depositum imperfectum, non releuat deponentem.*
409 *L. dotes quidem petitio. C. de colla. noua declaratio & nu. 411.*
410 *Dos tribus modis confertur.*
412 *Dos constante matrimonio exigitur, quotiens est vtile mulieri.*
413 *L. 2. C. de colla. vtilis declaratio.*

Responsum decimum quintum, magnificum, & quotidianum.



ILIA dotis nomine recepit à patre,
anno 1580. mille scutis auri in auro,
boni auri, & legitimi ponderis, valoris
trium librarum quos maritus promisit
restituere, &c. Mortuo parte ab intesta-
to, vult filia cum suo fratre æqualiter succedere, & re-
ponere volente marito, illos mille aureos in cumulo
hæreditaris in moneta, ascēdente ad tres mille libras,
quas frater recusat recipere. Dicendo. vbi agitur de
dote conferenda constante matrimonio illa confer-
tur, minùs accipiendo de bonis hæreditatis patris. l.
dotis quidem petitio. suprà eo. Et quando hoc posset
facere, dos fuit mille scutorum auri, in auro, & legiti-
mi ponderis, ipsa deberet restituere in eadem quali-
tate dotem, sicut eam accepit. Et non in moneta,
quæ post contractum longè deterior facta est. Con-
iuges videntes fratris recusationem, faciunt deposi-
tum de iamdicta summa. Et cum protestationibus
395 consuetis. quæ † operantur, ac si fuisset numerata pe-
cunia l. iure ciuili. ff. de reg. iur. l. si solutionus. ff. de sol.
fulg. consi. 201. in fi Bal. in l. acceptum. C. de vsu. vbi
dicitur sufficere realem oblationem, quādo creditor
recusat recipere. Alex. in. l. si mera. versi. quinto fallit.
ff. sol. ma. Corse. singula. 211. Neuisa. consi. 49. nu. 4.
frater respōdebat, istud esse inciuile depositum, mul-
tis rationibus. prima, quia deberet fieri de scutis au-
ri, in auro, & legitimi ponderis, sicut dari fuerunt.

396 Et † quia factum est ante tempus restitutionis do-
tis, quæ fieri debet soluto matri. l. 2. ff. solut mat. & ita
releuat deponentem. d. l. si solutorus. ibi, quid enim si
non oportuno, tempore, vel loco obtulerim. l. obsi-
gnatione. C. eo. l. qui Romæ. in princip. vbi Bart. cum
omnibus sociis suis. ff. de verbo. obliga. & in d. l. acce-
397 ptam. l. Æmilius. vbi Bal. ff. de mino. Maximè, † quan-
do tempus est appositum fauore creditoris. l. eum qui
rogatus. de annu. lega. si propter capientis personam
fideicommissum relictum probaretur, nullo modo
liberatum esse. Soci. consi. 107. lib. 1. l. si ita relictum.
§. pegasus. de leg. 2. vbi Glos. & Bar. Oldra. consi. 236.
doc. in l. stipulatio ista habere licere. §. inter. ff. de ver-
bor. obligat. vbi Bald. si promittis dare vinum mense
Septembri, non poteris præuenire licet in dubio tem-
pus censeatur appositum gratia debitoris. l. cum tem-
pus. ff. de reg. iur. sicut in casu huiusmodi vtiliùs esset
fratri, vt dos remaneat penes coniuges, vt minùs ac-
cipiant de corporibus hæreditarius.

398 Et † vlteriùs, quando illud quod debetur, variari,
vel deteriorari cursu temporis potest, creditor non
tenetur illud recipere ante tempus, Guihel. de Cuno.
Bald. in l. plures apochis. C. de fide instu. Alexand. &
Ias. in d. §. mora. Neuis. consi. 49. num. 15. in d. l. cum
tempus. num. 17. dixi in §. Cornelio Felici. in verbo
post mortem. Sed moneta deposita in proximo pe-
riculo est, ne omnino reprobetur occasione eius sim-
plicitaris, & nequitiæ, eam creditor recipere non te-
nebitur. Hypo. sing. 147. Socin. Fallen. 77. Et conse-
quenter de illa non debuit fieri depositum. Sicut
quando in limine contractus imminet euictio, em-
ptor non tenetur contractum emptionis perficere. l.
post perfectam. C. de euict. l. penult. §. fi. ff. de peri. &
com. rei vendi.

399 Replicabat † soror generali consuetudine, pro au-
ro, vel argento posse debitorem pecuniam soluere,
secundum Gloss. com. approbatam in l. si quis argen-
tum. C. de donat. Bart. in l. diuortio. §. ob donationes.
circa medium. ff. solut. matr. & in l. 1. §. fin. de auro &
arg. legat. de Afflict. decisi. 90. in fin. Tiraq. de retract.
§. 1. Gloss. 18. num. 31. Et tanto magis in casu nostro,
vbi fuit facta æstimatio scutorum, ad tres libras. Et
reponēdo tres mille libras satisfacit obligationi etiam
in moneta, quamuis post contractum aliquantulum
diminuta fuerit, siquidem semper remansit in ea ab
initio destinatus valor. Ita volente, & patiente prin-
400 cipe. Cuius † factum ad nos non pertinet infirmare. l.
sacrilegij. C. de cri. sacri. l. 1. ff. de constit. princip. falsa
moneta dicitur, quę contra voluntatem principis cu-
ditur. l. 2. C. de fal. mo. l. 1. C. de vete. num. potest. libr.
11. Itaque facta principum inter casus fortuitos enu-
merantur. l. Lucius. ff. de euict. doct. in l. quę fortuitis.
C. de pigno. vt Craue. consi. 95. hæc autem passim, &
quotidie in communes vsus conuertitur nemine re-
pugnante, cuius publica, & perpetua æstimatio est. l.
1. ff. de contra. empt. protestando de eius futura re-
probatione, sed quid iuris?

401 Reperio d. Ioan. Cephalum vnum quidem excel-
lentissimum & de iurisprudentia optimè meritum.
consil. 31. num. 1. consuluisse soluendos esse scutos,
alioquin illa verba boni auri, & legitimi ponderis, es-
sent superflua, & verba valoris trium librarum, posita
gratia demonstrationis, vt partes ostenderent clariùs,
de quibus scutis contrahebatur. Cum scutorum, vel
ducatorum, variæ sint species. l. nummis. de lega. 3.
Promissio tamen, vel obligatio continet scutos, vel
ducatos, à qua non censentur voluisse recedere. Nisi
expresse ita fuisset conuentum.

402 Ego † verò puto contrarium (pace tanti viri) quia,
illa æstimatio ducatorum cēsetur facta gratia vtriuf-
que: vt si forsitan tempore solutionis, scutorum, vel
ducatorum decreuisset valor, debitor teneretur ad
factam æstimationem. Idem econtrario si augerentur
vltra non teneretur. Et hoc voluit Aret. consi. 84. in
fin. versi. venio. Couar. in tracta. nummis. cap. 7. num.
5. Sicut diximus de æstimatione, quæ facit emptio-
nem transferre periculum in maritum dotis debito-
rem. l. plerumque. ff. de iure. dot. l. quotiens. l. cum
dotem.

dotem. C. eo. & non solùm stat demonstratiuè illa
æstimatio. Sed etiam dispositiuè, vt non teneatur vl-
tra expressum valorem. Neq; erit superfluitas. Quia,
si debitor vellet dicere scutos non fuisse legitimos,
non boni auri, & ponderis non posset venire contra
propriam confessionem. l. cum precum. C. de libe.
cau. l. cum precibus. C. de proba. Itaque sequitur do-
tem esse trium millium librarum. Sed in qua moneta
soluenda sit. Soror dicit velle soluere in pinatellis,
quæ nunc cursum habent: alius negat. Respondi
403 † habendam esse rationem ad nummos, qui erant
tempore constitutionis dotis, & ad eorum valorem,
quia tempus contractus inspicitur. l. si fundus. ff. de
contra. empt. vt clare probat. c. canonicis. & c. olim.
de censi. l. res in dotem. ibi, eiusdem qualitatis resti-
tuat. ff. de iure do. Oldra. consi. 31. condemnatus sol-
uere debet de pecunia, quæ erat tempore condem-
nationis, non executionis, & consi. 13. adde. l. vxo-
rem. §. testamento. de lega. 3. Cuius ætatis erant, cum
à testatore relinquerentur. de Afflict. decisi. 194. qui
loquitur de restitutione dotis. Idem Soci. consi. 298.
libr. 2. Ias. de emphiteota. in l. 2. num. 93. C. de iure
emphit. Tiraq. generaliter. vbi suprà num. 27. Guid.
Papæ. quæst. 493. Cra. consi. 47. num. 1. & 2. Brut. de
augmento. conclu. vltima. Couar. vbi suprà num. 2.
Omnes vnanimes. quando moneta noua, non est
eiusdem ligæ, & ponderis. Sed variata est in bonita-
te intrinseca, creditor non tenetur eam recipere, &
debitor tenetur soluere de antiqua si reperiri possit.
Alioqui tenetur supplere de noua id, quod deest de
valore antiquæ. veluti, si tempore contractus, 24. pi-
natellæ valebant tres libras nunc de noua deberet
fieri duplicatio vsque ad 48. vel triplicatio, vt quia
hodie aureus solis excedit nouem libras de moneta
noua. ista filia deberet deponere nouem mille libras
de moneta quæ nunc per manus traditur, vt in simili
docet Bertrand. consi. 312. num. 12. lib. 1. Alexandri.
consi. 17. num. 2. & Cor. consi. 321. litera. M. lib. 3.
404 Nec † obstat consuetudo, quæ intelligenda est, si-
ne damno creditoris, ne alteri, per alterum iniqua
inferatur conditio. c. non debet. de reg. iuris. lib. 6. d. l.
Paulus creditorem, non esse cogendum in aliam for-
mam nummos recipere, si ex ea re aliquod damnum
passurus sit. Sicut rescripta, sine damno alterius in-
telliguntur. l. nec auus. C. de emancip. libe. l. rescripta.
l. quotiens. C. de preci. Impe. offe. l. 2. §. si quis à prin-
cipe. ff. ne quid in loco pub. Et huius opi. fuit Moli. de
contract. quest. 92. nu. 7 9. propterea quod hæc con-
suetudo introducta est ex gratia creditorum erga
suos debitores, esset iniquum si ipsi pro benignitate,
& ciuilitate damnum paterentur. l. ne ex liberalitate.
ff. de re iudica. Idem voluit Tiraq. vbi suprà num. 31.
licet aliqui velint consuetudinem indistinctè intelli-
gendam, etiam cum damno. cum sit generalis. l. pro-
spexit. ff. qui. & à quib. vt Decius in d. §. mutui datio.
405 num. 6. Sed † æquior est illa opinio, ne quis cum alte-
rius iactura locupletetur. l. nam & natura. ff. de con-
dict. indeb. & tu, qui ex auro, & argento meo, tua ne-
gotia gessisti, in tua à me necessitate adiutus, vis pro
argento, & auro, mihi æs restituere, & arborum fo-
lia? Et pro eo, quod est pretiosius, deterius, & adul-
terinum cum meo damno supponere? hæc profectò
caretet ratione, si ad hoc me cogeret consuetudo. c.
erit autem lex. 4. dis. Si non valeat consuetudo super
præstandis vsuris fauore debitorum. l. eos. vbi Gl. C.
de vsu. Ias. in l. de quibus. num. 70. de legi. Ita non de-
beret valere, quæ læderet creditores. Quia in vtroque
casu læditur anima, retinendo alienum. c. non dimit-
titur peccatum de reg. iur. lib. 6. & dispositum in vno
ex correlatiuis, idem in alio censetur dispositum. l. 1.
C. de cupress. libr. 12. l. fin. C. de indict. vidui. tollen.
vt contrariorum eadem sit disciplina. l. si. §. si. de lega.
3. no. in Rub. ff. de acqui. possess.
406 Itaque † locum habere posset consuetudo, quan-
do summa in genere promitteretur. Veluti librarum,
francorum, florenorum, vel similium: tunc liceret
pro auro, vel argento monetam soluere, quando cre-
ditoris non interesset. At si certa species pecuniæ in
obligationem deduceretur, vt scutorum solis, Italiæ,
Hispaniæ, testonum, realium, duplicium, vel sim-
plicium, tunc nulla dubitatio esset soluendam pro-
missam speciem, & non aliam inuito creditori, d. §.
mutui datio. d. l. Paulus. vt pacta seruentur. l. 1. ff. de
pact. Néve iurisgentium lædantur conuentiones. l.
iurisgentium. ff. de pact.
407 Nisi † illa promissa species extingueretur omnino
pendente solutionis termino, tunc alia in eius locum
subroganda esset æque bona. d. cap. canonicis. ibi, vt
promissa antiqua soluatur, vel si non sit in vsu, eius
æstimatio. & d. c. olim. ibi, ad æstimationem eorum
condemnamus. Panorm. & omnes, in d. c. quanto. &
Bart. in d. l. Paulus.
408 Vnde † sequitur non valuisse depositum factum
per sororem, quia si pecunia reprobata non liberet
soluentem. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno.
actio. Ita, de illa factum depositum, non releuabit de-
ponẽtem. d. l. acceptam. l. si soluturus. & l. qui decem.
de solutio. Et paria sunt, quod nunc sit reprobata, vel
de proximo reprobetur. l. penul. ff. de mili. testa. Ne-
uisa. dict. consi. 49. proinde depositum integrum esse
debet Gloss. in l. 1. C. de vsuris. Alexand. consi. 75. nu.
7. libr. 7. Deci. in c. de appellationibus. nu. 3. de appel.
Cra. consi. 76. num. 1. hic intregra non est pecunia in
deposito, quæ debetur. Sicut legimus de Anania, &
Saphyra eius vxore, qui deposuerũt ante pedes Apo-
stolorum pretium agri venditi non integrum, nimi-
rum si luerint meritas pœnas, vt Actuum. c. 5. Ita, &
hæc misera pecunia, quæ velut decrescente Luna
semper decreuit, vt nunc aranearum telis fere simi-
lis sit, non potuit facere integrum depositum. Huic
seruit. l. nominis & rei. §. opere legato. ff. de verb. sig.
409 Sed † sit ita monetas esse legitimas; an poterit soror
volente marito realiter reponere dotem, vt æqualis
deinde fiat diuisio bonorum paternorum? frater re-
cusabat, & nolebat partem dotis recipere, & dicebat
quod ipsa retineret suam dotem, & minus reciperet
pro quantitate dotis de paternis bonis. per d. l. dotis
quidem petitio. quæ videtur decidere istud dubiũ, vt
non sit opus alia interpretatione. l. ancillæ. C. de fur.
ibi, nulla iuris quæstio est, scilicet dubitabilis vbi est
casus legis. l. Cæsar. ff. de publica. sicut de instrumen-
to publico dicimus. l. cum precibus. C. de proba. l. il-
le à quo. §. cum in verbis. de lega. 3. l. continuus. §. 1.
410 ff. de verb. oblig. Tribus † enim modis fieri collationẽ
dotis, multis iam exemplis cõprobatum est. Realiter
cum filia suã dotem habet. d. l. filiæ. liberando fratres.
d. l. 2. suprà eo. Et minùs accipiendo. d. l. dotis. & ita
conueniunt omnes. Cæterum videtur mihi audien-
dos esse coniuges, siquidem d. l. dotis. edita est in fa-
uorem mariti, ne scilicet molestetur ab vxore super
restituenda dote conferenda, patet ibi. Non tamẽ ad-
uersus maritũ eo nomine ibi actio potuit esse, quã-
do maritus est soluẽdo, in casum verò inopiæ fit rea-
lis exhibitio, & repertio cõtra maritum etiã nolen-
tem, & repugnantẽ Auth. quod locum. C. eo. quia iu-
dicia redduntur in inuitũ. l. 3. §. idẽ scribit. de peculio.

Ideo si maritus cessante omni lite, velit dotem reponere, causa eam conferendi non video iustam causam contradicendi, quominus illi liceat suo fauori renuntiare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Cum in re sua quilibet sit legitimus administrator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. Alioqui, quod eius fauore introductum est, in eius odium retorqoeretur, contra. l. quod fauore. C. de legi.

411 Præterea † vbi vtile est mulieri, dos constante matrimonio repetitur. l. surdus. §. manente. ff. de iure do. hic est vtile vt potius recipiant corpora, quia citò pecunia volat. Vlteriùs, qoando minus accipit oportet facere æstimationem corporum vsque ad quantitatem dotis, sed eam reponendo nulla opus erit æstimatione, sed quilibet suam partem pecuniæ accipiet, & postea æqualiter diuidentur bona. Vnde cum hæc via sit facilior, tenenda est magis. l. singularia. ff. si cer. peta. l. dominus. ff. de cond. indebi.

413 Præterea, † quando dos est promissa, & non soluta collatio vt dicimus fit liberando ab obligatione. d. l. 2. At si fratres vellent promissam dotem soluere, pro eorum portione hæreditaria, quis eos impediet? tu dices soror, eadem ratione, vt succedat in corporibus. Ego verò, si sit pecunia hæreditaria, cogeodam suam partem recipere. At si aliunde pecunias quærerent ad exeludendam sororem à corporibus, repellendos. Postremò probatur hae nostra opinio. ex d. l. filiæ dotem. in qua non constat matrimonium esse dissolutum, sicut non præsumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & post. reuet. l. 2. ff. de iuris, & facti igno. & si fuisset dissolutum, dos à patre profecta ad patrem rediisset. l. dos à patre. C. solut. matr. & tamen ibi fit realis dotis exhibitio scilicet volentibus coniugibus, vel quotiens dos realiter posset habere. Alioquin si minus accipiendo dotes conferre debuissent. Non dixisset Imperator in medium conferre coguntur, quæ significant realem exhibitionem dotis, sicut vera collatio rei propriæ in commune latio vocatur, vt suprà in definitione diximus.

Summarium responsi decimi sexti.

414 *Donatio facta à patre filio an conferenda?*
415 *Donatio propter benerita donatio non dicitur.*
416 *Filius erga patrem tanquam extraneus reputatur respectu meritorum.*
417 *Donatio propter merita non censetur prohibita his, qui donare prohibentur.*
418 *Merita debent correspondere rebus donatis.*
419 *Index debet indicare, quæ merita sint æqualia donationi.*
420 *Merita quo modo probari possint?*
411 *Merita an dicantur probata per ipsum instrumentum donationis?*
422 *Generalis expreßio meritorum an tantum probet sicut specialis.*
423 *Decius consi. 20. vt tantũ operetur generalis quantum specialis expreßio*
424 *Argumentum a contrario sensu non est sumendum ex dictis doctorum.*
425 *Expreßio meritorum non videtur necessaria in donationibus voluntariis.*
426 *Nominata res non dicitur, quæ per genus nominatur.*
427 *Pater an sit de prohibitis donare.*
428 *Iuramentum habet vim specialis enuntiationis*
429 *Meritorum generalis expreßio non sufficit*
430 *Filio facta donatio præsumitur facta ratione sanguinis.*

Responsum 16. magnificum, difficile, & quotidianum.

PETRVS Guilielmus de Montilus in præfatione donationis, quam fecit Rolando, & Iacobo filiis suis dicit, in memoriã reduxisse quamplurima seruitia, & beneficia, quæ receperat ab illis, volens in parte eisdem satisfacere, non vi, non dolo donauit donatione pura, & liberali cuilibet trecentos florenos, vnum planterium, vineam, & terram per eos acquisitas ex propriis eorum laboribus, & industria, &c. Eo mortuo ab intestato succedentibus etiam filiabus, quæsitum fuit an donatarij donata conferre tenerentur? Iudex à quo ordinauit donatarios debere conferre tam pecunias, quam prædia. Et cum fuisset appellatum, & causa appella. commissa mihi, videbatur bene iudicatum. Cum non appareat patrem prohibuisse collationem, quæ ideo inter liberos facieoda est. d. authent. ex testamento, vt æqualitas seruetur. d. l. vt liberis. Aret. consi. 91. Deci. consi. 59.

414 Et † præserrim quia, ista fuit simplex donatio facta à patre filiis mediante iuramento, quod validam ab initio donationem facit, nec habeat vim relicti, & ob id regulariter sit collationabilis. secundum Bart. in d. §. nec castrense, & in l. si donatione. vbi Decius num. 13. & in d. authent. ex testamento. num. 7. Ias. in d. l. frater à fratre. num. 44. Et si voluisset pater donatarios præcipuas habere res donatas dixisset vtique, & poterat vno verbo hunc nodum dissoluere. Et cum non dixerit, videtur reliquisse indissulutum casum, definiendum secundum communes iuris terminos, quibus cauetur fieri debere collationem, vbi prohibita non fuit. d. authent. ex testamento. cum simi.

415 Donatarij † verò male iudicatum, quia pater donauit filiis de se benemeritis, in compensationem beneficiorum acceptorum, quod quidem donationis genus, re vera non dicitur donatio sed proprij debiti solutio facta, ad tollendam præcedentem obligationem. §. 1. Instit. quib. mo. tolli. obliga. l. Attilius regulus, ibi, non meram donationem esse, verum magistri officium, quod ini mercede remuneratum. ff. de dona quilibet enim suo benefactori remanet obligatus, saltem naturaliter. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. l. fin. C. de capti. & post. reuer. Igitur si soluat, facit, quod eum facere oportebat, & in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. l. donari. à contrario sensu. ff. de regu. iuris. Et ita volunt omnes nostri doctis. præceptores in d. l. si donatione, donationes remuneratorias esse donatariis præcipuas, & integras, tanquam † aduentitias proprióque labore acquisitas, & comparatas d. l. cum oportet. §. 1. & eo casu filius tanquam extraneus existimetur erga suum patrem respectu meritorũ, secundum Gloss. Bart. & docto. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & in authen. vnde si parẽs. C. de inoff. testa. Ias. in d. l. frater a fratre. nu. 44. Cor. consi. 144. nu. 1. lib. 2. Soci. consi. 66. num. 1. quod tamen intellige vt dixi suprà num. 2 4.

417 Vnde, † cum in multis iuris casibus prohibitæ sint donationes, veluti, parentibus, prælatis: coniugibus, tutoribus & curatoribus, libertis in præiudicium patronorum, clericis erga concubinas, & similib. quos enumerat Tiraq. in d. l. si vnquã. in verb. donatione. nu. 11. cum seq. in illis liceret donare remuoerãdi gratia acceptum beneficium, ne alioqui videretur ingratus qui accepisset. per l. cum plures. §. cum tutor.

vbi Gloss. ff. de admi. tutu. l. qoi filium. ff. vbi pupil. educa. deb. l. viuus. ff. quæ in fraud. patro. c. liberti. §. pro remuneratione. & c. quicunque. & c. ecclesiasticis. 12. quæst. 2. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. & in l. diuortio. ff. solut. matr. Ias. in d. l. si donatione, & in authent. vnde si parens. num. 14. 15. C. de inoff. testa. Oldra. consi. 26. num. 7. Ancha. consi. 247. de Afflict. desi. 202. Capi. decisi. 102. Socin. consi. 66. nu. 11. lib. 1.

418 Quotiens † scilicet merita correspondent rebus donatis, & illis essent æqualia. Alioqui, si vltra donaretur, in excessu diceretur donatio, & liberalitas, quæ nullo iure cogente concederetur. c. relatum. ibi, iuxta seruitij meritum. ff. de testa. l. magis puto. §. item prætor. ibi, ne propter æs alienum modicum, res magna distrahatur. ff. de reb. eo. limitata causa, limitatum produxit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. l. quod si vir, ibi, in tantum in quantum ædificij extructio postulat. ff. de donat. inter virum, & vxor. in eos, qui, præscriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modum transeunt. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. de rescript. quod Rectores dicuot, vltra septa transilire, quotiens alicui datus est circunscriptus locus.

419 Quæ † omnia ad iudicis officium pertinent, vt meritum consideret, & rei donatæ valorem. l. etiam. ff. de manu. vindic. quod ego puto difficillimum, vt merita, quæ ex affectione, & beneuolentia præstantur, possint recipere certum pretium. l. si seruum. ff. ad l. Aquil. Et quod contemplatione salutis datur, certo modo æstimari possit. l. si pater. §. fi. ff. de dona. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. Istud dicitur interesse singulare, quod in infinitum extenditur. l. vni. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. Quid si donatarius propriæ vitæ non pepercerit, vt saluum faceret donatorem si pro eo pugnauerit, vel fuerit vulneratus, hæc nummario pretio non possunt æstimari. l. iustissime. ff. de ædi. edic. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. in seruorum. §. 1. ff. de pœnis. Cæterum ita lege cautum reperimus. d. l. etiam. Et consuluit Alex. consi. 55. nu. 5. lib. 1. Mono. de arbi. lib. 2. centu. 2. casu 132. Qui debet etiam animaduertere, an istæ causæ ex iustis affectionibus descendant. l. illud. ff. de manu. vindic. si forsitã donatarius iniustè & temerè pro benefactore pugnasset. Si plagij causa operas præstitisset. l. si plagij. ff. de verbo. obliga. Quia, impia est promissio, quæ scelere adimpletur. c. in malis promissis. 22. q. 4. sicut non tenetur vasallus pro domino pugnare, quando iniustum gereret bellum. c. 1. bic finitur lex. c. 1. de noua for. Fideli. seruit. l. si vero non remunerandi. §. si adolescens. ff. manda. no. in d. l. affectionis. ff. de dona.

420 Sed † nascitur difficultas, quo modo hæc merita probata censeantur? si in instrumento facta sit mentio meritorum in genere, vt hic, quid si expressa fuerint, & declarata in specie, sicut dicitur in d. l. etiam. puta, quod contra latrones, tutus sit quod eum sanauerit, quod insidias detexerit. in d. l. Attilius. quod cum patre meo semper fueris, quod eloquentia tua me meliorem reddideris, an opus sit alia probatione? Et quænam istarum validior sit generalis ne, an specialis? videtur, illa generalis assertio meritorũ parum prodesse, cum sit vaga, & incerta. Dubiáque locutio non releuet loquentem. l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verbo. obliga. l. cum incertis. de lega. 1. & qui effuso, & generali sermone vtitur sæpe in promptum incidit periculum. l. fin. C. de do. promiss. Deinde, quia illa generalis meritorum assertio, etiam in modico verificari potest, si forsitan donatarius semel sitientem potauerit donatorem, vel illi prandium, vel cœnam dederit, quæ sunt humanitatis officia. c. Florentinum. 85. distinct. tametsi minima argum. Gloss. in §. si generaliter. Instit. de lega. Agitur de meritis in benefactorem collatis, cur illa non exprimit? & non declarat quid sit illud, quod acceperit? an sit dignum illo præmio? quare vtitur generalitate, quæ obscuram dispositionem facit. l. ita fidei. ff. de iure fisc. l. prætor edicit. ff. de iniuriis. Istæ præterea generales assertiones videntur fieri potius in fraudem legis. l. cum quis decedens. §. Titia. de lega. 3. vbi Bartol. si maritus confitetur recepisse à secunda vxore certum quid, non probat etiam cum iuramento, vel in fauorem alterius, qui capere non poterat. l. qui testamentum. vbi Gloss. ff. de proba. Quia, veritas non fictio considerãda est. l. si forte. ff. de cast. pecul. vel etiam quando assertio faceret contractum validum, qui alioquin esset infirmus, præsumitur circumuentio, si quidem, vbi opus est facto, verba non sufficiunt. l. acceptam. C. de vsu. l. domicilium. ff. ad municip. l. fi. C. de vsu. pupil. c. 1. de eo, qui mitti. in poss. caus. rei ser. Deci. consi. 202. nu. 6. & l. cum hi. §. sed cum his. ff. de transact. quod alio nomine dicitur vebo tenus. iuxta illud

Lenibat dictis, at mens diuersa putabat.

421 Præterea † illa verba, quæ de receptis beneficiis loquuntur, videntur apposita honoris causa ad colorandum donationem, ad nudam laudem donatarij. l. si quid venditor. & l. sciendum. ff. de ædi. edic. l. quod venditur. ff. de dolo. Imò verò ista clausula videtur apposita secundum consuetudinem, & stilum notariorum, qui vndique verba exquirunt. vt verbosos suos reddant contractus gratia lucri. Cum passim videamus omnes fere donationes habere in se istas adulationes vt Bart. consi. 135. numero 5. libro quarto, Decius consilio 366. numero vndecimo, & duodecimo. Quibus minime mouemur, quasi plus scriptum quàm dictum sit. Et eas velut per transennam inspicimus, vt est in adagio. Et licet in generalibus specialia insint. l. semper. ff. de reg. iuris. l. si chorus. de lega. 3.

422 Et † vbi opus esset probare merita, tantum operaretur generalis expressio, quantum specialis. Respondeo faciliorem esse viam, in qua merita exprimuntur. Cum nihil videatur esse dictum, cuius facti species non exprimitur. l. vt responsum. C. de transact. vbi enim speciales fiunt narrationes magis mouent, quam faciant generales. Nec præsumuntur falso nomine expressas, & adinuentas, cum nemo velle mentiri credatur. l. & eleganter. §. fi. ff. de dolo. Quæso responde mihi, si dicat ab illo multa recepisse beneficia. Et alius dicit com percussus esset peste, se exposuit periculo, sine vllo timore, vt moribundum adiuuaret, & consolaretur. Quænam expressio magis tibi placet. Ex prima quod scis, nescis, vt inquit Terentius: ex alia vides amicum certum, in re incerta, & vere dignum præmio.

423 Cæterum † Decius in dicto consilio vigesimo, cum suis sociis fuit opinionis, vt tantum operetur generalis expressio, sicut specialis, & vtroque modo dicatur remuneratoria dicens ita voluisse Bart. in dict. l. si forte, vbi quando verba enuntiatiua emanant super eo, quo partes possunt liberè disponere, & sibi præiudicare, probant inter easdem partes. l. magnam. C. de contra. stipula. Bartol. autem non distinguit, an merita allegata fuerint in genere, vel declarata per suas species continentes

meritos casus, vnde tacitè videtur vtrumque articulum comprehendere, & inferre valere donationem tanquam meritoriam siue in genere, siue in specie, merita in instrumento legantur, quando ille scilicet, de rebus suis disponere potest, multisque aliis argumentis declarant verba Bart. vt tacitam ipsius colligant intẽtionem, in affirmatiuam, alij in negatiuam. Verè Bar. dici potest in sacro, & secreto iurisprudentiæ cubiculo præcipuum obtinuisse locum, tantáque dignitate dignum, cuius verba tanquam à lege dominia & loquente à nostris venerantur, & inter-

414 pretantur & à viuæ vocis oraculo. Quod† pace dixerim videtur absurdum, vt liceat ex verbis doctorum sumere argumentum à contrario sensu. Et ex verbosis magistrorum nostrorum commentariis discutere eorum tacitas voluntates. Alia voce lex, alia interpres loquitur, dictum doctoris est probabile, non necessarium, Gloss. in l. 1. C. de legib. & in l. cum de interpretatione. ff. eo. doct. omnes in l. 1. vbi Cagno. nu. 154. ff. si cer. pet. Et si liceret ita facere, in casu huiusmodi censeretur Bart. magis voluisse valere donationem quando merita fuissent expressa, quàm si in genere tantum, cum iste casus magis habeat discriminis, & dubitationis, quemadmodum ea duabus pugnantibus rationibus, fortior præualet, & aliam vincit. l. diuus. ff. de integ. restit. no. in l. 2. C. de in ius vocan. Et licet lex casum magis dubitabilem censeatur velle decidere. l. quod Labeo. ff. de carbo. edic. Non ita in doctore, cuius non est tanta condendi potestas vt suprà diximus.

425 Et † si iterum instueris, & dicas vnumquemque rei suæ esse moderatorem. l. in re mandata. C. manda. Et posse, & sine meritis donare, & propterea expressio meritorum, siue generalis sit, siue specialis non debet esse in consideratione sufficit ita sibi placere. l. donari. ff. de reg. iur. Respondeo, singulas causas, singulis appellationibus esse distinguendas. §. alio quoque modo. Instit. de dona. & si ita sit, non dicatur ob causam donatio, sed mera, & simplex, si quidem generales assertiones non faciunt illas meritorias, quia,

426 † nominata res non dicitur, quæ per suum exprimitur genus. l. 2. ff. de libe. & posthu. Appellatio rei, non genus, sed speciem significat. l. si in rem. in prin. ff. de rei vendi. Hinc sequitur inter prohibitos generalitatem illam, nihil prodesse, nisi postea per species deducatur, & probetur ex mente nostrorum: & ideo in extraneo, qui libere disponere potest, nihil facit illa meritorũ allegatio, siue generalis sit, siue specia. quia, sine meritis donare potest, & expressio eorũ non vitiat l. testamentũ. C. de test. vt Dec. in d. l. si do. nu. 19.

427 Dubium † est an pater sit de prohibitis donare filio? Guid. Pap. quæst. 95. ponit exemplum de patre. Idem Bertran. consi. 138. num. 22. lib. 5. & consi. 165. num. 2. eo. lib. Soci. 66. nu. 6. lib. 1. Clar. in §. donatio. quæst. 5. doct. in d. l. si donatione. vbi Alexan. nu. 12. & nu. 8. ibi, sine aliqua fraudulenta expressione, &c. Cagno. in d. l. frater, à fratre, num. 326. Deci. in d. l. si donatione. num. 25. cum si. dicentibus non esse standum assertioni donantis, sed requiritur probatio meritorum iuxta gloss. in d. l. si dona. Alij verò, & quam plurimi dicunt patrem non prohiberi à lege donare filio, sed ideo non valere ratione reflexus, cum quicquid acquirat ex profectitiis, ad patrem pertinet, l. placet. ff. de acqui. hæred. & donando filio, sibi donet quod non potest. l. neque pignus. ff. de reg. iuris. si essent reprobatæ ab initio morte non confirmarentur, neque iuramento. Imò iuratæ validæ sunt, vt omnes no. in c. cum contingat. de iureiuran. cap. quamuis de pactis, lib. 6. Morteque confirmantur. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vi. & vxo. Aliæ verò, quibus leges expressè resistunt, verè dicuntur prohibitæ, & huius opinio. fuit Floria. in l. quę pater. nu. 9. ff. fami. hercis. Ripa in d. l. si vnquam. nu. 35. 36. maximè, quia, inter patrem, & filium consistere potest naturalis obligatio. d. l. frater à fratre. Et lex permittit parentibus disponere, salua legitima aliorum liberorum. l. parentibus. C. de inoff. testa.

428 Hinc† sequeretur generalem meritorum assertionem sufficere, si in donatione paterna iuramentum esset appositum dicendámque propter benemerita donationem, & illa verba enuntiatiua probare inter ipsas partes, attento quod pater non sit prohibitus donare filiis. Neq; possint hæredes defuncti factum infirmare quorum eadem debet esse conditio sicut donatoris. l. cum hæres. ff. de diuer. præs. ita voluerũt Rimi. consi. 240. & 241. libr. 2. Bello. consi. 74. num. 27. Socin. consi. 66. num. 13. lib. 1. tamen num. 15. videtur se corrigere. Idem voluit Alex. in consi. 8. num. 5. lib. 2. sibi contrarius eorum, quæ tenuit in d. l. si donatione contra Bal. Socin. etiam sibi contrariatur in opinione quam habuit consi. 295. lib. 2. Cur. Iu. similiter hoc firmauit consi. 142. numer. 3. Cor. consi. 104. lib. 2. in casu magis dubitabili. Nempe in donatione facta marito propter benemerita. & iurata. Gram. decisi. 73. Mascard. tracta. de proba. conclusi. 184. num. 15. distinguens si iuramentum sit interpositum super benemeritis non probet, secus si super ipsa donatione principaliter. Gramma. consi. 63. libr. 2. Ioan. Nico. in addit. ad Aleiat. regul. prima, præsumpt. 16.

429 Cæterum† domini fuerunt contrariæ opinionis, & illam generalem assertionem receptorum beneficiorum non sufficere. Quia, alioqui destrueretur tota materia collationum, dicentibus semper parentibus recepisse à filiis, &c. quod nõ sufficit, nisi de meritis constet. Non obstante iuramento vt suprà diximus per Alex. in d. l. si donatione. num. 5. Deci. num. 26. Cagno. in d. l. frater. num. 327. Ias. in authen. vnde si parens. num. 14. 15. C. de inoff. test. & aliis rationi-

430 bus suprà allega. Et † deinde quia donatio facta filio præsumitur facta ratione sanguinis, non meritorum, quando de his non constat. l. tutor. §. quæ tutoribus. ibi, vt filius, non vt tutor. ff. de excusa. tu. Deci. in l. à patre. in fi. C. de colla. Paul. de Cast. consi. 345. num. 4. versi. 4. lib. 1. vbi dicit commu. Clar. in §. donatio. quæst. 3. num. 2. Bertrand. consi. 264. num. 1. in fin. lib. 5.

Vnde respectu pecuniæ datæ filiis bene iudicatum, pecuniásq; donatas conferendas. Respectu verò prędiorum donatorũ, male. Cum appareat per assertionem patris, illa prædia fuisse facta aduentitia, dicẽdo quòd ea propriis eorum laboribus fuerant per eos acquisita, quæquidem assertio iuuatur ex cõditione filiorum, qui intendebant circa culturam aliorũ prędiorum per eos conductorum, ex arrendamentis in causa productis, ex quibus coniecturis cessabat collatio, secundum Bald. consi. 270. lib. 4. Cra. consi. 85. & huic sententiæ vtraque pars acquieuit.

Summarium responsi 17.

431 *Filia non tenetur conferre fructus dotis penes maritum existentes.*

432 *Collatio fructuum qualiter fieri debet?*

433 *Fructus dicuntur, deductis expensis, & oneribus.*

434 *Fructus bonorum, & fructus dotis æqualiter æstimantur.*

435 *Col*

345 *Collatio fit arbitrio boni viri.*
436 *Vna determinatio debet æqualiter determinare.*
437 *L. filius. §. fin. de colla. dotis pulcher. declaratio.*

Responsum decimumseptimum in quo agitur de collatione fructuum & dotis, & bonorum. quotidianus casus.

INTER fratrem, & sororem orta fuit
quæstio super collatione fructuum bo-
norum paternorũ, & dotis. pater mor-
tuus fuerat iam à decem annis, & ab illo
tempore filius possedit bona. Matrimo-
nium sororis à quindecim annis contractum fuerat,
& durauit per decem annos. Et restitutam sibi do-
tem mortuo patre tenuit per quinque annos. vole-
bat frater quod si teneretur conferre fructus pro de-
cem annis. Ipsa quoque pro simili tempore. vt sit
æqualitas. l. illud. C. de colla. Soror se offerebat para-
tam pro quinque annis, non pro alio lustro. Respon-
431 di nou † teneri. Non obstat inæqualitas temporis.
quia nemo dat quod non habet. l. decem. ff. de verbo.
obliga. l. ab eo. C. de fideicom. Frater autem à morte
patris pro parte possidebat alienum, ex quo fructus
percipiebat, quos igitur cogitur restituere secundum
communes iuris regulas. soror verò constante matri-
monio dotem non tenebat sed maritus. l. doce ancil-
lam. C. de rei vendi. Nimirum si de alienis fructibus
rationem reddere non teneatur. l. in re mandata. C.
manda. & probat tex. in l. filius. §. fin. ff. de colla. dotis.
Ibi, soluto matrimonio.
432 Sed † maior difficultas orta est, quo modo fieri
debeat ista computatio fructuum ab vtraque parte.
frater volebat seruandum esse statutum, quo taxatum
est interesse summarũ debitarum ad septem pro cen-
tenario. Itaque mille aurei pro quinque annis ascen-
derent ad 350. aureos. Soror, quod bona paterna
erant valoris trium mille, eadem ratione faciendam
esse fructuum æstimationẽ, vt esset æqualitas ascen-
derent ad duo millia & centum aureos pro tempore
decem annorum. Sed ego respondi, male ab vtroque
433 petitum, & aliter computandos. Nam † cum fructus
dicãtur deductis sumptibus. l. 1. C. de fructi. & litium
expen. l. fructus. vbi Bart. Alexand. & Ias. num. 14. l.
diuortio. §. fructus. ff. solut. matri. l. si à domino. §. fru-
ctus. ff. de peti. hæredi. & hoc generale est, vt omnis
commoditas sua ferat incommoda secum. si lapido-
sum fuerit triticum non dicetur integer modius, nisi
quod superest detractis lapidibus. Ita etiam onera,
quæ rebus imposita sunt. diminuunt pretia rerum. l.
rescripto. §. fi. ff. de mune. & hono. Rip. in l. 1. §. si hæ-
res percepto fundo. num. 26. ff. ad Trebel. Proinde
434 cum † iam à multis annis occasione bellorũ, & tan-
tarum cladium bona grauissimis sint onerata tribu-
tis, & angariis quotidie nascentibus. Ita vt plerique
coacti fuerint bona deserere vix ex bonis quadran-
tem recipimus, quæ sunt tria centesimæ. Nec esset
æquum sororem maiores refundere pro dote sua, sed
æquales, & similes, licet forte fuerint ampliores. vn-
de mille aurei, pro quinque annis ascendunt ad cen-
tum, & quinquaginta aureos. Quadrans decies com-
putatus pro tribus millibus ad noningentos. Itaque
soror conferet 150. frater 900. & deinde quilibet ha-
bebit 525. virtute æqualis collationis. Me mouet ad
literam text. in d. l. filius. §. filia. cuius verba sunt hæc.
435 Filia, † quæ soluto matrimonio dotem conferre
debuit moram collationi fecit, viri boni arbitram co-
getur vsuras quoque dotis conferre, cum emancipa-
tus etiam fructus conferat, & filia partis suæ fructus
percipiat. Ecce qualiter in collatione fructuum facit
æquales. Si alterius pars plus æstimaretur quam alte-
ra inæqualitas resultaret. quod non intendit facere.
cum vna determinatione vtriusque collationem de-
cidat. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulga.
436 Vide † etiam quod hæc fructuum collatio boni
viri arbitrio fit. l. si filium. §. stipulatio. & l. cũ eman-
cipatis. §. de illis. ff. de colla. bono. Bonus autem vir
solet esse amicus pacis, & concordiæ, & inimicus di-
scordiarum, maximè inter fratres. l. cum pater. §. dul-
cissimis. de lega. 2. l. vt liberis. C. de colla. l. fi. C. com-
mu. vtriusque iudi. l. de fideicom. C. de transact. De-
cius in l. in personam. §. 1. ff. de reg. iur. de hoc viro
bono loquitur Mono. de arbit. in proœmio. num. 7.
huius opin. fuit quidam Gaspard Caballinus in tract.
437 de vsu. quæst. 89. Nec † mirandum est si etiam fiat
fructuum collatio, quæ etiam duobus modis potest
contingere interueniente mora, eius, qui possidet cui
debet esse nociua. cap. mora. de reg. iuris. lib. 6. ne lu-
cretur fructus. vel etiam siue mora, vt pote cum nou
fuerit interpellatus. nam cum s. diximus possiden-
tem collationabilem alienũ pro parte detinere, con-
gruum est vt fructus eius rei, quoque restituat. l. vi-
deamus. 1. ff. de vsuris. Sicut debetur legitima cum
fructibus. l. quoniam in prioribus. l. quoniam nouel-
la. C. de inoffic. testa. Falcidia, & Trebellianica. l. in fi-
deicommissariam. ff. ad Trebel. l. quod de bonis. §.
fructus. ff. ad l. Falcid. & in similibus. l. fructus. ff. de rei
venditio. quod alio nomine dicitur. rem integram
reddere.

Iam satis de his nodosis, & terrenis successionum collationibus tractauimus, ea, qua fieri potuit breuitate. Cæterum vt credimus vix aliud desiderari poterit super huius tituli materia quod non sit in hoc opusculo compræhensum. Ideo summam (vt aiunt) imponamus manum. vbi prius supplices rogauerimus illum liberalem omnipotentem Deum vt suæ benedictionis, pacis, ac gratiæ nobis collationem faciat, & in æterna beatitudine cohæredes. Et tunc satiabimur cum apparuerit gloria sua.

Quod scripserat in libro suo memoralium charis. quondam pater meus nobilis, & egregius vir Ludouicus de Laurentiis legum Doctor hic posui vt intelligant omnes ciuitatem nostram, & à proditionibus intus, & foris præparatis, & seditionibus Dei beneficio semper fuisse liberatam.

Anno 1539. 24. Aprilis Reuerendissimo Domino Francisco de Claramonte Cardinali Legato Auenionis. In hac ciuitate nostra, insolitus, & inauditus factus est tumultus, circa horam primam pomeridianam. Et illius occasio fuit granorum penuria. Mulieres enim in sextario vbi publicè venditur frumentum non reperientes, vel quia nimis carum eis videbatur, vel sordidum audientes quod per Rhodanum in extraneos mitteretur. Cum saccis vacuis per vias clamãtes. Mittuur foras triticum, nobis zizania vendunt, & similibus vanis vocibus. In ripam fluminis veniunt, & eodem instanti aliæ propemodum infinitæ. Et cum patroni nauium triticum tradere recusassent, illæ per vim naues ingrediuntur, naucleros percutiunt, eósque in flumen projiciunt. Et cum ponticulum à quibusdam nauibus abstulissent ne ingrederentur, illæ per aquas natantes eo vsque perueniunt, & naues inuitis nautis ad ripam reducunt. tam itaque furibunda erat fœminarum inuasio, crudelis, & fortis impetus, vt hi, qui granorum curam habebant, magnã gratiam sibi fieri arbitrarentur, si liceret

eis aufugere, & mulieribus liberas relinquere naues. Impediunt etiam fortiter, ne claudatur ianua vrbis, per quam itur ad Rhodanum, & apertam custodiunt eam, durante illa farragine. Interea loci semper adaugetur numerus, eo vndique veniunt, & confluunt infiniti vtriusque sexus homines gratis, & liberè grana capientes. Non minùs quam si fugatis hostibus, præda capientibus concederetur. quisque se grano onerabat, & reuertebatur. Rumor erat per ciuitatem triticum in Rhodano sine argento comparari. Itaque quasi momento exoneratæ fuerunt septé naues mille, & quingentis modiis tritici repletæ. quod profectò erat mirabile visu. qui tunc eo, solatij causa venimus. Facta rapina, conqueruntur granorum domini apud iudices, & circa horam sextam illius diei carcerantur aliqui huius facinoris auctores, eriguntur in quibusdam plateis furcæ. fit proclama pœna mortis deprædatum vt restituant granum, & reponát in domum vrbis die sequéti. Mulieres adhuc maiori furore succensæ ad iudices veniunt sedentibus illis, quos primum iniuriis aggrediuntur, mortiferásque minas proponunt, leuando manus cum iuramentis, nisi carceratos restituant & cito, cito. Non solum tribunal, sed tota platea Sancti Petri repleta est mulieribus, & multis conniuentibus viris. Petunt illæ claues carcerum, circumueniunt iudices, clamant, &c. Illi, de salute desperantes claues tradunt, & tantum furorem euitare cupientes, clanculum effugiunt. desertam vacuámque sedem relinquunt. At vbi fœminæ liberas habent claues, carceres aperiunt, carceratos liberant, & aliis criminosis indulgent, & foras mittunt. furcas per ciuitatem erectas, frangunt, euellunt, comburunt. Et tanquam maiores dominæ pro voluntate omnia gerunt, nemine illis contradicente per aliquos dies. Interea geruntur negotia tacitè à superioribus. & ne tanta petulantia inulta remaneat. Et visum est forti manu collapsam iustitiam esse releuandam. Et propterea vicini conuocati sunt in vrbem milites. Et clausis portis, positísque in palatio, & mænibus subsidiis, cú magna belli machina, quam duodecim equi per ciuitatem trahebant, & sequebantur milites, omnes in ordine vltra numerum mille, quod magnum inducebat terrorem maximè nocentibus illa die factæ fuerunt excubiæ. tota vero nocte latrunculator, & socij eius quasi vultures inuigilant in requirendis, & capiédis reis. Implent carceres. Et deinde sine strepitu, & figura iudicij, multi tam mares, quam fœmino, strangulantur in diuersis ciuitatis plateis in furcis ibi positis. Infiniti fustigati sunt. qui ni, & seni in palis alligati. vsque ad sanguinem. Ablata restituuntur grana. fertur, quosdam famosos seditionis auctores nocturnis horis intra saccos è ponte in Rhodanum percipitasse. quod non audeo omnino asserere. domus illorum qui aufugerant, solo æquatæ, in perpetuam tanti facinoris memoriam. Et sic extinctus fuit tantus ille furor, & læsæ maiestatis crimen dignam accepit vltionem. Iam in vicinis locis laudabatur Auenionensium mulierum audacia. & ita licere facere. Sed postea illi tacuerunt, & timuerunt. Pax orta est, & iustitia de cœlo prospexit.

LAVS DEO.

TABVLA





TABVLA EORVM OMNIVM

QVÆ IN HOC OPERE DISCVSSA SVNT, PER ORDINEM ALPHABETI

correcta, digesta, & locupletata.

A primo numero, vſque ad vltimum. ſine reiteratione.

Conferre

FINIS.



EXCVDEBAT

Guichardus Jullieron, Typographus Regius.

LVGDVNI, M. DC.